BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XLIX
II
17

XLIX
H
17

Google

ANNALES MINORUM

AUCTORE

A. R. P. F. LUCA WADDINGO

HIBERNO

Ejuſdem Ordinis Chronologo.

ANNALES MINORUM

SEU

TRIUM ORDINUM

A S. FRANCISCO INSTITUTORUM

AUCTORE

A. R. P. LUCA WADDINGO HIBERNO

S. T. Lectore Jubilato, & Ordinis Chronologo.

TOMUS OCTAVUS

Editio ſecunda, locupletior, & accuratior

OPERA, ET STUDIO

R.mi P. JOSEPHI MARIÆ FONSECA AB EBORA

S. T. Lect. Jub. S. & U. Inquiſit. Conſultoris, S. C. Conſiſtor. Vot. Epiſcop. Examinat. Ord. Min. in Ciſmont. Fam. tam Obſerv. quam Refor. & Diſcalc. Cõmiſs. Gen. &c.

ROMÆ Typis Rochi Bernabò MDCCXXXIII.)(*Superiorum permiſſu.*

CUM PRIVILEGIO SUMMI PONTIFICIS.

SANCTISSIMO

D. N. D.

CLEMENTI XII.

PONTIFICI OPTIMO MAXIMO

FR. JOSEPHUS MARIA FONSECA EBORENSIS
Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia
FELICITATEM

CUM *in edendo volumine octavo noſtrorum Annalium, quod ex priſtino more, inſtitutoque Tuo nomini inſcriberem, argumentum de Te dicendi quæſiſſem,* BEATISSIME PATER, *ſubivit repente animum*

comitas illa, affabilitaſque ſermonis, qua optimus idem, & humaniſſimus Princeps tecum loquentem mirum in modum afficere ſoles, deque maximis rebus ſæpenumero diſſerentem humaniſſime confirmare. Quod cum Pontifici Maximo, Chriſti Vicarium in terris gerenti, cumprimis laudabile, & honeſtum, tum vero mihi illuſtre eſſe, & glorioſum, nemo eſt, qui non videat. Laudabunt itaque alii in Te prudentiam, uſumque rerum, & in ſumma fortuna ſine faſtu gravitatem, ſine indignitate ſummiſſionem; alii magnitudinem animi in rebus arduis capeſſendis, conſtantiam in promovendis; alii ſublevatas egentium anguſtias, omniumque tutelæ, commodis, ornamentis omni ratione conſultum; alii demum pietatem in ſuperos, &, quod ſuper omnia mirandum, adeo ſalubri temperamento miſtam juſtitia lenitatem, ut, cum utramque colas propemodum ex æquo, neutra tamen alteri officiat. Hæc, inquam, in ore omnium, qui Te propius noverunt,

ita

ita verſantur, ut, ea ſi velim oratione complecti, ſupervacuo labore jactandus ſim, quæque vulgandis prioribus libris horum Annalium ipſe tam ſæpe commemoravi, ad faſtidium repetiturus. Nunc, quando ad ea beneficia, quæ mihi plurima, & maxima contuliſti, illud adjungis, ut non modo iis de rebus, quæ ad Ordinis dignitatem pertinere videntur, agas mecum familiariſſime, ſed etiam multas, & graves, in quibus Eccleſiæ, Sediſque Apoſtolicæ ornamenta vertuntur, pro meo munere pertractantem libenter excipias; hanc voluntatis erga me Tuæ ſignificationem juſtis honoribus celebrare, & ad hominum commendationem hiſce litteris propagare non prætermittam. Cum enim ſummi beneficii loco id numerandum exiſtimo, tum vero ipſum memoria colere ſempiterna, in eoque magnopere mihi placere, quem videlicet ipſo dignum es arbitratus, deinceps inſtituam. Faxit Deus Optimus Maximus, ut & hujuſmodi caritatis officiis

quam diutiſſime frui mihi contingat; productaque ad longiſſimum tempus iſta viridi Tua ſenectute, non modo Te graviſſimis de rebus ſapientiſſime diſſerentem, ſed etiam magnorum Principum animos, qui ad diſſidium inclinare videntur, aliquando conciliantem Chriſtianus Orbis intelligat.

ERU-

ERUDITO LECTORI.

Bservantium Familiæ, quæ paucis annis amplificata totius orbis provincias feliciter occupavit, progreſſus, cognomenque perſequitur in hoc volumine Lucas Waddingus; quique evangelicæ paupertatis cultu præſtantes viri in eam nomen dederunt, ancipiti eos nomine reformatos appellat. Quod cum intelligis, cave illud exiſtimes, novum plane inſtitutum eo nomine deſignari; adeout Obſervantes præcipua capita diſciplinæ, quam tum Ordo teneret univerſus, ſuis legibus immutarint, ac novum quoddam vivendi genus ita inſtituerint, ut exoticas ſpecies, coloreſque propemodum peregrinos honeſto corpori affinxerint. Id enim ſeculo ſextodecimo ab recentibus *Reformatis* perfectum eſt; qui propterea iſtiuſmodi appellatione ab Obſervantibus diſtinguuntur. Eo videlicet *Reformatorum* conſilia ſpectaſſe videntur, ut non modo graviora præcepta, quæ ſanctiſſimus Conditor olim vulgavit, &, ſi forte neglecta fuerint, noxam culpæ lethalis Franciſcanis inurunt, ſervanda ſibi proponerent (id enim ſemper ab Obſervantibus etiam factum, qui jam inde ab Ordine condito ad eam normam ſe componentes, paupertatis eximio cultu excelluerunt) ſed veteribus in-

Decretalis *Exiij qui ſeminat*. Rurſus alia Decretalis *Exivi de Paradiſo*.

Bulla Leonis X. *Ite & vos in vineam meam*.

inſtitutis multa ipſi decreta, canoneſque ſubjicerent, quibus aſperum quoddam, priſcoque illo ſeverius vivendi genus induceretur. Atqui alia vis eſt ejus vocabuli, eidemque alia notio ſubeſſe poteſt ab illa, quam memoravi, longe diverſa. Nam & aliquid reformare dicitur is, qui illud ipſum in priſtinam formam, ac dignitatem reſtituere quoquo modo contendit. Cujus rei exemplum ſuppeditat optimus auctor latinitatis Ovidius, Metamorphoſeon libro undecimo illis verbis *Dum, quod fuit ante, reformet*. Itaque Obſervantium Familiam Minorum Ordinem reformaſſe prudens quiſque exiſtimarit, quod diſciplinam a majoribus traditam, dein longa ætate, ac deſuetudine in pleriſque provinciis labefactatam ſuis legibus inſtauravit. Quod Te monitum volui, candide Lector, ut ne, audito *Reformationis* vocabulo, inſtituti cujuſpiam novitatem in hac ipſa Familia ſuſpicarere.

REIMPRIMATUR

Si videbitur Reverendiſsimo Patri ſacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

N. Baccarius Epiſcopus Bojanenſis Vicesgerens.

REIMPRIMATUR

Fr. Jo. Benedictus Zuanelli Ordinis Prædicatorum ſacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

ANNALES MINORUM.

Anno Christi	Clementis VI.	Ludovici IV. Imp.	Religionis Minorum anno 140.
1347.	anno 5. & 6.	anno 33. & 34.	

ARGUMENTUM.

Avet Pontifex ſcire quid agatur circa errores Armenorum. Amandatur ad Siculos Gerardus ex Minorita Patriarcha Antiochenus. Pacis ineundæ inter Reges Siculos cum aliis delegitur ſequeſter frater Landulphus Archiepiſcopus Amalphitanus. Inſtituuntur Inquiſitores. Frater Petrus Patricellus conſcribit milites, & ducit contra Sarracenos. Creantur Epiſcopi. Ivo Britannus Sanctis adnumeratur, & honoribus cumulatur. Moritur Ludovicus Bavarus, & Bonagratia Bergomenſis; agiturque de Guillelmi Occhami pœnitentia & doctrina. Additis domiciliis, dilatatur Sedalitium.

I. DIximus in ſuperiori tomo, & anno proxime elapſo, miſſos a Pontifice cum plenæ legationis officio, ad examinandam, & ſtabiliendam doctrinam Catholicam in Armenia fratrem Antonium Minoritam Epiſcopum Gaetanum, & Joannem Electum Coronen. quos incolumes eo perveniſſe in menſe Martii hujus anni per eorum litteras percepit. At cum cordi haberet, & ſumme deſideraret profectum fidei, neque quid amplius actum eſſet, intellexerit, deperditis fortaſſis, aut interceptis eorum litteris, ſtatuit Clemens per ſuas, illos ad agendum & ſcribendum excitare. Dedit itaque ſequentes tum ad ipſos, tum ad Armenorum Regem epiſtolas. Cupit ſcire Pontifex quid ejus legati agant in Armenia.

Venerabili fratri Antonio Epiſcopo Gaetano, & dilecto filio Joanni Electo Coronen. Apoſtolicæ Sedis Legatis.

II. *QUanto negotia fidei, ad quorum promotionem vos, ſub ſpe divini favoris, ad Armeniæ partes duximus hactenus deſtinandos, ſunt amplius cordi nobis, tanto deſideramus attentius, vos in commiſſæ vobis legationis officio proſperari, ut eo, cujus in hac parte negotium agitis, actus veſtros & opera dirigente, ac efficaciam præſtante ſermoni, ex laboribus veſtris fructus utiles & deſiderati proveniant, ad Dei, & Eccleſiæ ſuæ ſanctæ laudem & gloriam, ac ſalutem fidelium animarum;* Ex lib. ſecr. anno 6. epiſt. 402.

propter quod ſummo ſtudio cupimus de ſucceſſibus veſtris, utinam pro voto felicibus, per frequentes litteras effici certiores. Cum autem ad prædictas partes, de menſe Martii proxime præterito, vos intellexerimus perveniſſe, nec ex tunc aliqua nova perceperimus, qualiter vobis in negotiis ſucceſſerit memoratis, diſcretionem veſtram attente requirimus, & hortamur divinæ remunerationis obtentu, vobis expreſſius injungentes, quatenus ad promotionem utilem negotiorum hujuſmodi, tamquam viri diligentes, & providi, ſollicite laborantes, detis operam efficacem, quod omnes de partibus ipſis, promotionis veſtræ ſtudio, gratia divina favente, tenebræ pellantur erroris, & lumen reſplendeat Catholicæ veritatis, qualiter hucuſque profeceritis poſſe proficere creditis, nobis diſtincte & particulariter deſcribentes. Poteritis enim quoties volueritis ſcribere, litteras veſtras venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Papben. in Cyprum tranſmittere, ut inde nobis huc per eum poſtmodum dirigantur. Datum Avenione VIII. *Kalend. Octob. anno* VI.

Cariſſimo in Chriſto filio Conſtantio Regi Armeniæ Illuſtri.

Ibid. epiſt. 410.

III. *Dilectus filius nobilis vir Conſtantius miles, & nuncius tuus, lator præſentium, ad nos, & Sedem Apoſtolicam deſtinatus, quem & litteras tuas nobis præſentatas per ipſum, contemplatione tua, & ipſius militis bonitatis obtentu, grate recepimus; expoſitis nobis per eum prudenter & provide iis, quæ per ipſum exponenda nobis ei commiſeras, quæ benigne audivimus & intelleximus diligenter, aſſerens, ſe ad cariſſimos in Chriſto filios noſtros Philippum Franciæ, & Eduardum Angliæ, Reges Illuſtres litteras tuas deferre, ac eis aliqua exponere pro tui parte debere, ſe contulit ad eos. Poſt cujus ad nos reditum expectavimus avide venerabilis fratris noſtri Antonii Epiſcopi Gajetan. & dilecti filii nobilis Viri Electi Coronen. Apoſtolicæ Sedis Legatorum, per nos ad te ac partes ipſas, pro Dei, & Catholicæ fidei negotiis hactenus tranſmiſſorum ſuper hujuſmodi negotiis habere reſponſum, ut ad miſſas nobis litteras tuas præfatas, & ea quæ præfatus miles nobis expoſuit, ut præfertur, plenius tibi reſpondere poſſemus. Nos poſtquam prædicti Legati nobis ſcripſerunt, quod ad te ac partes ipſas applicuerant, nihil nobis, de quo valde miramur, innotuit qualiter in commiſſa eis legatione profecerint, & quid hucuſque fuerint operati. Cumque navis quædam ad partes navigatura præfatas, eſſet parata & diſpoſita ad diſceſſum, idem Nuncius conſiderans ſe poſſe diſcedere, commode in eadem tranſfretare, recedendi a nobis petita licentia, ad præſentiam tuam ducit ſe præſentialiter referendum. Rogamus itaque Serenitatem tuam & attentius in Domino exhortamur, quatenus prudenter conſiderans, quod nulli eſt abſque fidei gratia ſalus, quodque figura mundi hujuſmodi præterit velut fumus, præfatis legatis in officio legationis hujuſmodi, eis pro ipſius fidei negotiis, ut præfertur, ac tuæ, ſubditorumque tuorum animarum ſalute, commiſſo, tamquam Princeps Catholicus, & Evangelicæ veritatis amicus, tui favoris auxilio potenter & patenter aſſiſtas, ut ipſi in hujuſmodi officio tuo fulti præſidio, ad Dei, & Eccleſiæ ſanctæ Catholicæ ſponſæ ſuæ laudem & gloriam, ſic ſe poſſint utiliter exercere, quod omnis erroris & ſchiſmatis de partibus ipſis fugata caligine, lumen Catholicæ veritatis effulgeat, tuque ipſos ſubditos tuos non ſolum temporaliter regas & dirigas, ſed eis ad æternæ vitæ gaudia ſalubriter præbuiſſe Ducatum per laudabilium operum ſtudia comproberis. Si enim, prout deſideramus attentius, & de tuæ fidei ſperamus ſinceritate, talibus te ſtudiis applices, talibus operibus, ut te-*

Cómendat Conſtantio novo Regi fidei negotium.

teneris, infidias, ille Rex Regum, per quem vivis & regnas, te, regnumque tuum ab omnibus præservabit adversis, vota tua continue fœcundabit prosperitate successuum, solium tuum stabiliet, & Crucis hostes ad ejusdem fidei, ac tuum, dictique Regni exterminium anhelantes, dexteræ suæ virtute prosternentur, tuque nostrum, & ejusdem Ecclesiæ ac Catholicorum Regum, & Principum, in tuis opportunitatibus auxilium & favorem adesse tibi efficaciter senties per effectum. Datum Avenione VI. *Kalend. Octobr. anno* VI.

IV. In Trinacria, sive insula Siciliæ, regnabat hoc anno Ludovicus puer decennis; sed cum tantæ Regni moli per ætatem non esset idoneus, Joannes Dux Randatii patruus, Friderici Regis filius, Petri fratris Regis defuncti testamento, & procerum consensu, Vicario nomine, Regnum magna moderabatur prudentia. Aderat etiam Elisabethæ Petri conjugis, & Ludovici genitricis, in rebus rite administrandis, summa vigilantia & sollicitudo. Agebant hi cum summo Pontifice, amandatis eruditis Oratoribus, ut sublato hoc anathemate in Siculos lato, liceret Ludovico ex beneplacito Sedis Apostolicæ illud Regnum pacifice possidere, quibus ille destinavit Gerardum Patriarcham Antiochenum, & Ecclesiæ Catanensis administratorem, olim Ordinis Minorum Ministrum Generalem, ut de his responderet & tractaret, datis sequentibus litteris honorariis. Amandatur ad Principes Siculos frater Gerardus.

Dilectæ in Christo nobili mulieri Elisabethæ, relictæ quondam Petri primogeniti clar. mem. Friderici Regis Trinacriæ, ac dilecto filio nobili viro Joanni ejusdem Regis nato.

V. *CUm venerab. frater noster Geraldus Patriarcha Antiochenus, ad partes insulæ Siciliæ, pro visitanda Ecclesia Catanien. Apostolica sibi auctoritate commissa, & quibusdam suis aliis peragendis negotiis, cum gratia nostræ benedictionis accedat; nos ipsum quem distributor gratiarum omnium multis dotavit meritis, & copiosis virtutibus insignivit, ac dictam Ecclesiam Catanien. ipsiusque bona jura, & negocia, nobilitati vestræ, sinceris affectibus commendamus. Et quia de ipsius Patriarchæ fidelitate ac probitate plene confidimus, quædam super tractatis nuper cum Ambassiatoribus vestris, ad nos, & Apostolicam Sedem destinatis, pro parte nostra vobis referenda, sibi duximus imponenda, cui velitis, quæsumus, fidem super illis credulam adhibere, ac ei ad nostram præsentiam, dante Domino, satis de proximo reversuro, vestræ intentionis beneplacitum nobis per eum reportandum seriosius aperire, nisi per alios vestros Ambassiatores & Nuncios illud antea duxeritis declarandum. Datum Avenione* XV. *Kalend. Septemb. anno* VI. *Ibid. epist. 258.*

VI. Regebat Siciliæ sive Neapolis Regnum Joanna illa, gloriosissimi Roberti Regis infelix neptis, & optimi Principis Caroli indigna filia; de qua vindictam sumpturus Ludovicus Pannoniæ Rex, ob Andreæ fratris sui Germani, & Joannæ conjugis, sceleſtissimam mortem (nam & illa sceleris particeps dicebatur) victrices copias Regni penetralibus intulerat; eaque occasione arrepta, Joannes Dux Randatii, Insulæ Trinacriæ administrator, misit Raymundum Peraltam, qui insulam Liparim occuparet, oras Capuanas infestaret, & Joannam in summas redigeret angustias. His cladibus Regina perterrita, ne, hinc Siculo, illinc Hungaro contra irruente, Regnum amitteret, desponsato sibi Ludovico Tarentino Principe, de stabilienda pace cum Siculis operose cogitavit. Vocato itaque Peralta, dato salvo con- *Zurita lib. 8. c. 30. Mon. Arch. Reg. Neapolit. 1.*

ducto, & ſponſione de fide ſervanda, agit cum eo de ſedanda inimicitia, & tollendis hoſtilibus incurſionibus. Mox convocato Principum conſilio, omnium aſſenſu, antequam Neapoli Avenionem ſolveret, delegit pacis vel induciarum Oratores, fratrem Landulphum Carraciolum Archiepiſcopum Amalphitanum, nobilem virum Alexandrum Brancacium, & Bernardum Alferium. Ipſum legationis inſtrumentum ex Archivo Regio Neapolitano mihi tranſmiſſum, ad majorem rei claritatem, & fidem, hic ſubjungo.

Frater Landulphus & alii nuncii pacis inter Siculos.

VII. *Nos Regina Joanna ſub die* XXVII. *Septembris primæ indictionis anno* MCCCXLVII. * *confiſe de fide, prudentia & circumſpectione, & legalitate Reverendi Patris fratris Landulphi Archiepiſcopi Amalphitani: necnon nobilis viri Alexandri Brancacii de Neapoli militis, Bernardi de Alferio Juris civilis profeſſoris, Conſiliariorum, & familiarium, cum deliberatione & matura conſultatione Illuſtriſſimi Ludovici de Tarento, Regni Siciliæ Vicarii Generalis, Reverendi Domini viri noſtri, & Roberti Imperatoris Conſtantinopolitani, Achajæ & Tarentini Principis, necnon ſpectabilium Caroli Ducis Duratii, Ludovici, & Roberti, fratrum ipſius, ac Philippi de Tarento fratris dicti Imperatoris, cariſſimorum Fratrum noſtrorum, aſſtantibus principalibus, & præcipue Magnatibus Regni, præfatos, Archiepiſcopum, Alexandrum, & Bernardum præſentes, fecimus & conſtituimus noſtros veros & legitimos procuratores, & nuncios ſpeciales, ad conferendum ſe in inſulam Siciliæ, ad præſentiam generoſi juvenis Domini Ludovici de Aragonia, ipſius inſulæ Siciliæ Detentoris, necnon & excellentis Dominæ Eliſabethæ, genitricis ſuæ, ac generoſi viri Domini Joannis Ducis ad tractandum, tranſigendum, & firmandum, nomine, & pro parte noſtra, hæredum noſtrorum cum Illuſtri ipſo Domino Ludovico, & hæredibus ſuis, dicta Domina genitrice ſua, dictoque Domino Joanne Duce, concordiam, & pacem inviolabiliter ſervandam, prout melius convenire poterunt, & Deus miniſtraverit, ut fieri poſſit, dantes omnimodam poteſtatem tranſigendi, & firmandi concordiam & tranſactionem, Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Clementiſſimi Domini Clementis divina providentia univerſalis Eccleſiæ ſummi Pontificis, approbatione, beneplacito, mandatis ſemper ſalvis.*

Reg. an. 1347. * Lor. 1340.

Faxel. cit. Zurita citat.

VIII. Dum nihil tranſigi poterat abſque Pontificis aſſenſu, conjicio Landulphum Sicilia Avenionem avolaſſe, referunt enim alii, a Pontifice ſimul cum Sandalo Imbriada genere nobili, patria Neapolitano, ad Joannem Ducem Randatii pro induciis, dum perpetua pax ſtabiliri non potuit, firmandis amandatum. At Dux, recuſata belli intermiſſione, ut inquieta, & plerumque perfida, certam perpetuamque pacem petiit, ad quam ut Romanum Pontificem flecteret, per eoſdem Nuncios bona Eccleſiaſtica, quæ hactenus occupaverat, ſuo juri reſtituit. Quibus ita remiſſis, officioſa legatorum relatione atque opera, pax demum inter Joannam, & Ludovicum Regem, omneſque Siciliæ proceres anno ſalutis MCCCXLVII. pridie ... Novembris his pactis inita eſt. Ut Siciliæ Regnum perpetuo apud Ludovicum eſſet, pro annuo cenſu ad unciarum tria millia Romano Pontifici in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli, Reginæ Joannæ nomine pendenda teneretur. Ut idem in Regnum Neapolitanum, quandoque ab hoſte invaderetur, claſſem triremium quindecim ad trimeſtre cum ſoluto milite auxiliarem mitteret. Joanna vero Regina jus, ſi quod in Sicilia, & inſulis objacentibus habeat, Ludovico in perpetuum cederet. Romanus quoque Pontifex Siculos, & Regem a duris, & præteritorum annorum cenſibus abſolveret, pacemque probaret. His legationibus egregie perfunctus Landulphus, aliis Regni muneribus cohoneſtatus eſt, præſertim logothetæ & prothonotarii

Idē Regni Neapol. Logotheta.

(quæ

(quæ magna etiam hoc tempore inter Siculos eſt dignitas) uti conſtat ex inſtrumento Regii Archivi, quorum unum poſt biennium datum in favorem Anzolini Spatiani de Surrento, ita terminatur: *Data Neapoli per venerabilem Patrem fratrem Landulphum ſacræ Theologiæ Doctorem, Archiepiſcopum Analphitanum, Logothetam, & prothonotarium Regni Siciliæ, anno Domini* MCCCXLIX. *die* XXVI. *Martii* II. *Indictione Regnorum noſtri Regis anno primo, noſtræ vero Reginæ anno ſeptimo.* Hinc conſtat, errorem irrepſiſſe in cathalogum Archiepiſcoporum Amalphitanorum, uti alias inſinuavimus, dum aſſeritur Landulphum annos dumtaxat octo illam rexiſſe Eccleſiam. Si enim anno MCCCXXXI. uti conſtanter diximus ex ipſo diplomate Pontificio, translatus eſt a Stabienſi ad Amalphitanam, & anno MCCCCXLIX. Archiepiſcopus nuncupatur Amalphii, non octo, ſed fortaſſis decem & octo annis illi præfuit Eccleſiæ. Virum hunc valde laudat Piſanus a doctrina, & ſcriptis voluminibus, aſſeritque magnum fuiſſe prædicatorem ad clerum & populum.

Quot annis vixit.

Anno 1111. *n.* 6.

Piſan. conf. 11. *in Prov. Ter. lab.*

IX. Inquiſitores duos invenio hoc anno auctoritate Apoſtolica inſtitutos, unum immediate ab ipſo Pontifice in Civitate & dominio Florentinis, Michaelem Lapi Florentinum, amoto, ſed cum honoris incremento, Petro de Aquila, cui magna interceſſit cum Florentinis, quam ſupra narravimus, ſimultas; alterum a Bertrando Cardinale, Sedis Apoſtolicæ Legato, & Vicario Generali in Italiæ Provinciis, Romanæ Eccleſiæ ſubjectis, in valle Spoletana, ſeu Provincia ſancti Franciſci fratrem Joannem Jacobi Hiſpellatem. Utriuſque inſtitutionis ſubnecto inſtrumenta.

Fr. Michael Inquiſitor Florentiæ.

Ann. 1346. *n.* 4.

Frater Joan. in valle Spoletana.

Dilecto filio Michaeli Lapi de Florentia Ordinis Fratrum Minorum.

X. *Licet ubilibet Sedis Apoſtolicæ diligentia adverſus hæreticæ pravitatis labe reſperſos, quorum nequitia ſerpit ut cancer, ne in aliorum perniciem ſua venena diffundant, libenter remedium exhibeat opportunum; tamen in civitate ac diœceſi Florentina, aliiſque civitatibus, & diœceſibus, nec non caſtris, locis, villis & terminis infra Provinciam Tuſciæ conſtitutis, in quibus perſonæ Ordinis Minorum, cujus profeſſor exiſtis, Inquiſitores pravitatis ejuſdem per Sedem Apoſtolicam deputati, Florentiæ communiter reſidentes, conſueverint ſuper pravitate prædicta inquiſitionis officium exercere: ex ſpecialis benignitatis affectu, præcipue cupimus, ut negotium fidei jugi profectu, evulſis & eradicatis erroribus, proſperetur, ac fides Catholica fortiut elueeſcat. Ad quod per nos & alios deſiderantes attentius vigilare, talemque ad hujuſmodi negotium fidei ibidem efficaciter promovendum, deputare perſonam, cujus honeſta converſatio exemplum tribuat puritatis, ejuſque labia erudita doctrinam fundant veræ ſapientiæ ſalutarem, ut ejus ſacro miniſterio, omne fermentum labis hujuſmodi expurgetur, ad perſonam tuam, quam ſinceritate religionis, & fidei maturitate, morum & litterarum ſcientia Dominus inſignivit, noſtræ conſiderationis intuitum dirigentes, ac Inquiſitorem ejuſdem hæreticæ pravitatis in eiſdem civitatibus, ac diœceſibus, caſtris, locis, villis, & terminis, auctoritate Apoſtolica, uſque ad biennium deputamus, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandantes, tibique in remiſſionem peccatorum injungentes, quatenus in caritate Dei, hominum timore poſtpoſito, virtutem ſpiritus induens ex alto, prædictum inquiſitionis officium in eiſdem civitatibus, & diœceſibus, caſtris, locis, & villis, ac terminis, prout tanti negotii utilitas ſuadebit, ſub ſpe mercedis æternæ, ſic efficaciter proſequi, & exequi ſtudeas diligenter, ut per ſollicitudinis tuæ*

Ex lib. 2. par. 2. ann. 5. epiſt. 504.

pru-

prudentiam, radix pravitatis ejuſdem exinde penitus evellatur; & vinea Domini, exterminatis vulpeculis, quæ perverſis morſibus demoliuntur eamdem, fructus afferat Catholicæ puritatis, in hujuſmodi negotio proceſſurus, tam ſecundum indulgentias & privilegia, Inquiſitoribus pravitatis ejuſdem, in eiſdem partibus, auctoritate Apoſtolica, deputatis, ſeu officio inquiſitionis hujuſmodi ab eadem Sede conceſſa, quam ſecundum canonicas ſanctiones. Per hujuſmodi autem deputationem de tua perſona hujuſmodi inquiſitionis officio per nos factam, locorum Ordinariis, quo minus ipſi inquiſitionis officium ſuper labe prædicta, prout volunt canonicæ ſanctiones, exercere valeant, nec non prædictis, vel quibuſcumque aliis privilegiis, dictis Ordini vel Inquiſitoribus, ſeu officio, ſi quæ ſunt eis ab eadem Sede conceſſa, nolumus præjudicium generari. Datum Avenione v. Kalend. Maii anno v.

Bertrando miſeratione divina, tituli ſancti Marci, Presbyter Cardinali, Apoſtolicæ Sedis Legato, ac Terrarum & Provinciarum Romanæ Eccleſiæ in partibus Italiæ conſiſtentium Reformator, & Vicario Generali, dilecto in Chriſto fratri Joanni Jacobi de Spello Ordinis Fratrum Minorum ſalutem in Domino.

Ex Arch. Aſſ. XI. *Inter ſollicitudines varias quibus ex officio injunctæ nobis legationis adſtringimur, ſollicite cogitare nos convenit, ut officium hæreticæ pravitatis exerceatur ſollicite, & perſonis talibus committatur, quod eorum ſacro miniſterio, errantes ad lumen redeant veritatis. Nuper ſiquidem ſanctiſſimus Pater & Dominus noſter, Dominus Clemens, divina providentia Papa VI. nos ad regnum Siciliæ, & totam terram ipſius Regni citra Farum & Tusciæ, ac nonnullas alias partes & Provincias in litteris ipſius Domini Papæ, nobis ſuper noſtra legatione conceſſis, ſpecialiter nominatas, commiſſa nobis plenæ legationis officio, in eiſdem, pro urgentibus & arduis Eccleſiæ Romanæ negotiis deſtinans, nobis conceſſit ſuas Apoſtolicas litteras in hæc verba.* Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Bertrando tituli ſancti Marci Presbytero Cardinali, Apoſtolicæ Sedis Legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Plenam de tuæ probitatis & circumſpectionis prudentia, & donis virtutum tibi conceſſis a Domino fiduciam obtinentes, te ad regnum Siciliæ, ac terras & provincias Eccleſiæ Romanæ immediate ſubjectas, ceteraſque partes alias Italiæ, plenæ legationis officio, & aliis negotiis tibi per nos commiſſis, variis & diverſis, de Fratrum noſtrorum conſilio, providimus deſtinandum. Cupientes itaque negotium fidei ſic ſollicite ubique dirigi, quod nihil circa illud inhoneſtum committatur, quomodolibet vel ſiniſtrum, ut per te, vel alium, ſeu alios, de Inquiſitorum hæreticæ pravitatis, infra terminos legationis tuæ conſtitutorum, exceſſibus inquirere, ac de illis quibuſvis conquerentibus juſtitiam facere, ac illos, de quibus tibi videbitur, a ſuis officiis removere, & alios ſubſtituere valeas: contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, plenam tibi concedimus, tenore præſentium, poteſtatem. Datum Avenione IV. Idus Auguſti, Pontificatus noſtri anno v. *Quarum litterarum Apoſtolicarum auctoritate, te, quem largitor gratiarum omnium litterarum ſcientia, & aliis multis virtutibus, ſicut fide dignorum teſtimonio accepimus, laudabiliter inſignivit, & in cujus affectu, ſicut firmiter credimus, ſpecialiter geritur, quod fides Catholica, extirpatis erroribus, ſuſcipiat incrementum. Inquiſitorem hæreticæ pravitatis Provinciæ ſancti Franciſci, Vallis Spoleti, uſque ad Apoſtolicæ Sedis beneplacitum, atque noſtrum conſtituimus*

te-

tenore præſentium, ac etiam ordinamus, cum omnibus juribus, honoribus, & privilegiis, a jure, vel a Sede Apoſtolica, ſeu quibuſcumque aliis conceſſis Inquiſitoribus illarum partium hæreticæ pravitatis: recepto prius a te corporali juramento, quod officium ipſum ad honorem Dei, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ, & exaltationem Catholicæ fidei, diligenter & ſalubriter exercebis. Dantes tibi, eadem auctoritate, præſentium tenore, plenariam poteſtatem infra dictam Provinciam inquirendi contra quoſcumque hæreticos, vel de hæreſi quomodolibet ſuſpectos, receptatores, & defenſores eorum, ipſoſque capiendi & detinendi, condemnandi, abſolvendi, liberandi, ac omnia alia & ſingula faciendi, quæ ad hujuſmodi Inquiſitionis officium de jure pertinere noſcuntur. Mandantes, eadem auctoritate, tenore præſentium, univerſis & ſingulis ejuſdem Provinciæ Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Capitaneis, Generalibus, & Officialibus univerſis, & eorum Vicariis, ceteriſque Eccleſiaſticis, & ſecularibus perſonis, ſub excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti pœnis, ut tibi in iis, quæ ad hujus inquiſitionis officium pertinere noſcuntur, benigne pareant & intendant, ac cum per te requiſiti extiterint, dent per ſe, & alios, prout opportunum fuerit, conſilium, auxilium, & favorem. Nos enim ſententias ſive pœnas, quas rite tuleris, ratas, & gratas habebimus, ipſaſque faciemus, auctore Domino, inviolabiliter obſervari. Per præſentem autem commiſſionem noſtram, nolumus, nec intendimus Inquiſitori, alias per nos in dicta Provincia deputato, in aliquo derogare, quo minus idem Inquiſitor officium ipſum poſſit & valeat, ſicut prius, libere exercere. Datum Ariani IX. *Kalend. Septembris, Pontificatus ejuſdem Domini Clementis Papæ VI. anno* VI.

XII. Inſtitutus hoc anno Sacellanus Pontificius frater Guillelmus Garifandus; & raro exemplo conceſſa eſt facultas fratri Petro Patricello Fanenſi, laico, ſeu converſo Ordinis Minorum conſcribendi milites, eoſque conducendi ad partes ultramarinas, & belligerandi adverſus Turcas, contra quos, priuſquam ſuum nomen daret Minoribus, duxerat competentem numerum armigerorum, atque inter hos viginti unum ex ſuis conſanguineis, & in frequentibus, quos habuit cum Sarracenis congreſſibus, ceciderunt duo Fratres ejuſdem, unus nepos: & quinque conſanguinei, *Zelus amoris.* VII. Idus Julii.

Fr. Petrus Patricell. ducit milites contra Sarracenos.

XIII. Creati ſub hoc anno Epiſcopi, Balezenſis, ſorte * Palechienſis, ſub Archiepiſcopo Antibarenſi in Dalmatia frater Gerwicus per mortem Guillelmi: *Licet continuata.* III. Nonas Martii. Sancti Angeli, ſub Archiepiſcopo Compſano, in regno Neapolitano, frater Petrus ſacræ Theologiæ Magiſter, per translationem Laurentii ad eumdem Archiepiſcopatum Compſanum: *Quam ſit bonuſta diſpendit.* II. Idus Februarii. Archiepiſcopus Ravennaten. in Æmilia per translationem Nicolai ad Eccleſiam Patracen. frater Fortanerius Vaſſallus, Miniſter Generalis Ordinis Minorum: *Romani Pontifices.* IX. Kalend. Novembris. De hac promotione ita loquitur Hieronymus Rubeus in ſua hiſtoria Ravennate: *Nicolaum Ravennatem Archiepiſcopum in aula Pontificia commorantem, Clemens Pontifex per id tempus, Patracenſem Antiſtitem creavit, Ravennatique Eccleſiæ Archiepiſcopum præfecit Fortanerium Vaſelli, Franciſcani Ordinis Generalem Miniſtrum, quem plerique Sartorium etiam vocant; & Urſinæ gentis fuiſſe Matthæus Villanus auctor eſt, domo Britannum, ex oppido Galeaſo, divinarum litterarum peritiſſimum, earumque editis doctiſſimis libris, clariſſimum interpretem: hunc tamen aliqui Valvenſem, & Aquitanum dicunt. Statim autem ſcriptis ad populum civitatis, diœceſiſque Ravennatis.* IX. *Kalend. Novembris*

* *Vide Baron. ann.* 1062.

Fr. Gerwicus Epiſc. Balezen.

Fr. Petrus S. Angeli.

Fr. Fortanerius Archiep. Ravennat.

Rub. lib. 6. hiſt. Raven. an. 1347.

bris Pontificatus anno VI. *Avenione*, *litteris* Pontifex *hortatur*, *jubetque*, *ut ipſum deſignatum Archiepiſcopum honeſte excipiant*, *benigne complectantur*, *& illi*, *ut decet*, *obediant*. Multa etiam ſucceſſivis annis de eo ſcribit, quatenus egregie ſuam rexerit Eccleſiam, partes defenderit Pontificias contra Gibellinos, ad Patriarchatum translatus ſit Gradenſem, retenta tamen adminiſtratione Eccleſiæ Ravennatis; Regem Aragonum, & Reſpublicas Venetam, Genuenſemque, belligerantes ad concordiam reduxerit, multa prudenter ex commiſſione Ægidii Albornotii Legati Pontificii in locis ad Aquilejenſem, Gradenſemque Patriarchatum, & ad Ravennatem Provinciam ſpectantibus, præſtiterit, & tandem aſſumptus ſit ab Innocentio VI. ad Cardinalatum. Unde vero gentis Urſinæ aut patriæ Britannicæ dicatur, non ſcio, cum omnes, quos viderim, auctores Valvenſem Aquitanum fuiſſe affirment; præter Ciaconum, qui minus probabiliter Gualenſem ex Cambria Angliæ Provincia oriundum aſſeverat. Minus etiam verum eſt, quod Petrus Rodulphus, eumque ſecutus Ciaconus, aſſerit ex Epiſcopo Maſſilienſi, factum Archiepiſcopum Ravennatem, præterquam enim quod aperte referat Pontifex in ſuo diplomate, ſe illum ab officio Miniſtri Generalis immediate ad Eccleſiam Ravennatem evehere, vel ipſe Rodulphus in ſerie Generalium breviter ejus vitam referens, nullatenus hujus Epiſcopatus Maſſilienſis meminit, ſed electum ait Miniſtrum Generalem Maſſiliæ, non vero Maſſiliæ Epiſcopum fuiſſe. Alium invenio hoc anno Archiepiſcopum Tarraconenſem fratrem Sancium Lopeſium de Ayerve Regis Aragonii Petri IV. conſanguineum, Confeſſarium, & Conſiliarium, quem paulo antea diximus creatum Epiſcopum Tiraſonenſem. Hoc anno in graviſſimis regnorum Aragonii & Valentini tumultibus, ejus ad Archiepiſcopatum jam evecti, operam & conſilium frequenter adhibuiſſe Regem, teſtantur ejuſdem gentis Annales, & ſub Innocentio VI. hæreſim Berengarii de Montefalcone condemnaſſe ſcribit auctor Directorii Inquiſitorum.

Quis & qualis fuerit hic Fortalerius.

Rodul. fol. 222.

Fr. Sancius Archiep. Tarraconen.

Ann. 1343. *n.* 12.

Zurita l. 8. *c.* 15. *Direct. par.* 2. *q.* 11. *n.* 8.

XIV. Præmonuimus alias, hoc anno Clementem Pontificem Sanctorum numero ſolemniter adſcripſiſſe ſanctum Ivonem presbyterum & confeſſorem ex Britannia oriundum, præmiſſo longo examine ſanctitatis & miraculorum; & ex Laurentio Surio, diximus id factum die XIX. menſis Maii: at litteræ denunciatoriæ canonizationis datæ ad Philippum Regem Galliarum, qui plus omnibus pro ejus gloria laboravit, diem præſcribunt decimum ſextum Junii. Fortaſſis collatis Patrum ſuffragiis in ſolemni Cardinalium conſenſu, compertum eſt XIX. Maii, dignum eſſe qui in Sanctorum catalogum referretur, & demum XVI. Junii ita ſolemniter ſit pronuntiatum. Ipſum diploma ad Regem miſſum hic ex monumentis Vaticanis exhibeo, & aliud ad Epiſcopum, & Capitulum Trecoren. circa transferendum, & nobilius collocandum corpus ejuſdem ſanctiſſimi Confeſſoris. Peculiarem & ſolemnem Canonizationis bullam, in qua vitæ decurſus & præcipua ejus magnalia, ſub compendio referantur, uti exhiberi ſolent in aliorum Sanctorum Apotheoſi, invenire non potui in regeſto Vaticano, neque alibi; quin potius crediderim non fuiſſe emiſſam, ſed neglectam a Procuratoribus Britannis.

Canonizatur S. Ivo.

Carissimo in Chriſto filio Philippo Regi Franciæ Illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex ſecret. hujus ann. num. 58.

XV. *Ad ſpiritualis gaudii, & conſolationis augmentum pateſieri regali excellentiæ volumus per præſentes, quod nos ſuper negotio canonizationis almi Confeſſoris Domini Jeſu Chriſti, Ivonis videlicet, quondam Pre-*

Presbyteri diœceſis Trecorenſis; pro qua tua ſublimitas inſtanter hactenus nos rogavit, in nomine Domini procedentes, die ſextadecima præſentis menſis Junii, examinatione diutina, prolixa providentia & matura, ſicut exigit tanti negotii arduitas, præcedente, præfatum Sanctum, qui vitam ſanctam piis exuberantem operibus, caſtigando, & in ſervitutem redigendo carnem ſuam, ſpiritum non ſine multis & magnis auſteritatibus geſſiſſe pœnitentialibus, dum in humanis ageret, multorumque coruſcatione miraculorum, tam in vita, quam poſt fel'eem ipſius tranſitum claruiſſe, manifeſtis probationibus fuit repertus, præſente fidelis cleri & populi multitudine copioſa, obſervataque ſolemnitate, quæ conſuevit in talibus obſervari; ad laudem & gloriam divini nomiuis, ac conſolationem fidelium, & maxime regni tui, de quo traxiſſe noſcitur originem, ac tui, & ejuſdem regni exaltationem honoris, de conſilio Fratrum noſtrorum, canonizavimus, & Sanctorum catalogo adſcribendum curavimus: & ut Sanctum deinceps a fidelibus venerari ... Primo: feſtum ipſius die decima nona menſis Maii, quo ejus anima mole carnis exuta, cœlos petens, cum ſtola gloriæ, cœleſtibus civibus eſt conjuncta, ſtatuentes a fidelibus annis ſingulis celebrandum. Secundo: ad ipſum quidem Sanctum ingentem devotionem gerit partium iſtarum populus, & jam multi ad ipſius ſuffragia devotis orationibus & emiſſis votis in humilitate ſpiritus recurrentes, exinde ſanitatum & alia remedia ſuper ſuis juſtis petitionibus reportarunt, & reportare non deſinunt inceſſanter. Tertio: ex his nempe tibi, fili cariſſime, adaugeri debet proculdubio mangæ ſpiritualis lætitiæ incrementum, & inde teneris Deo aſſurgere, ad gratiarum devotas & humiles actiones, qui tibi talem, de regno tuo, in quo etiam corpus requieſcit ejuſdem, patronum & iuvere ſſorem in ſua curia cœleſti conceſſit, ad quem ſuper tuis neceſſitatibus, ut divinam tibi propitiationem apud Regem æternum, qui omnia palmo coneludit, obtineat, recurrere poteris, ſicut credimus confidenter. Datum Avenione XI. *Kalend. Julii, Pontificatus noſtri anno* VI.

Venerabili fratri Epiſcopo, & dilectis filiis Capitulo Trecoren.

XVI. *Laudabilis & longævæ obſervationis exemplo, imitatione digna decrevit antiquitas dies, quibus primum Sanctorum corpora de ipſorum tumulis tranſferuntur, feſtivitate celebri venerandos, ut juxta ſacræ paginæ veritatem,* de loco ſuo laudibus pullulent oſſa Sanctorum, *& ſicuti in tempore ſuo tritici acervus infertur, ſic Sancti, priut congeſta opera recolenda, ſepulcrum in abundantia gratiæ comperiantur ingredi, dum poſt præſentis vitæ preſſuras, præmia patriæ cœleſtis inveniunt, & non ſolum eorum ſpiritus in caritate veri luminis, & ſecreto æternæ gloriæ occultantur, horreum, quaſi conſervationis ingreſſi, ſed & eorum corpora licet adhuc terrea, de humilitatis tumulo ad venerationis cumulum erigantur. Prejecto tranſlationem hujus myſtice præfiguraſſe videtur ille accreſcens, & decorus aſpectu, qui de hoc ſeculo tranſiturus Fratres adjurans, ad promiſſionis locum ex Ægypto, ſua petiit oſſa tranſferri. Nos igitur novi Sancti, Sanctorum noviter aggregati collegio, & ſignorum inſignium præclari congerie, beati videlicet Ivonis Confeſſoris olim Trecoren. diœceſis Presbyteri, tranſlationem volentes ſolemniter celebrari, auctoritate Apoſtolica, præſentis tenore concedimus, ut corpus Confeſſoris ejuſdem congrua temporis opportunitate captata, convocatis clero & populo Trecoren. cum debita ſolemnitate, ac honorificentia digna, ad locum tranſf r tur idoneum, diem tranſlationis hujus, quem perpetuis temporibus celebrandum fore decernimus, feſtivis ſolemniis ce-*

Ex lib. 5. part. 2. ann. 7. de diverſi epiſt. 469.

Eccli. 49. 12.

Gen. 50. 24.

lebrantes. Ut autem eo plenius ad ſolemnitatem hujuſmodi fideles Chriſti conveniant, quo ibidem meritis dicti Sancti uberioris retributionis gratiam ſe conſpexerint præmiari. Nos de omnipotentis Dei miſericordia, & SS. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui cauſa devotionis ad ejuſdem Sancti corpus, die, quo tranſfertur, acceſſerint, ſeptem annos, & ſeptem quadragenas; iis vero, qui ex tunc annuatim in die tranſlationis ejuſdem, unum annum, & unam quadragenam; & his etiam, qui in octavis, & per octavas dierum hujus Eccleſiam ipſam devote duxerint viſitandam, centum dies, videlicet ſingulis tranſlationis & octavarum ipſarum diebus, quibus Eccleſiam ipſam viſitaverint, ut præfertur, miſericorditer relaxamus. Datum Avenione tv. *Idus Maii anno* vii.

Crantzius lib. 9. Metrop. cap. 14.

XVII. Albertus Crantzius affirmat, quod Ivo angelica fuit continentia: cui ſervandæ, vitam ſuam a vino, & ab eſu carnium omnino conſervavit intactam: corpus cilicio operuit; jejuniis, vigiliis, & orationibus, diſciplinas miras, pluſquam monaſticas, adjungebat; nudam pro cubili terram luteam, rigidum ſaxum pro cervicali, ſacræ Bibliæ volumen, quod indeſinenter portabat, capiti aptabat, ſuamque omnem cum pauperibus, quos procurando defendebat, converſationem duxit humillimam. Extant verſiculi ejus laudem utcumque perennantes.

Ivo Pater, Legum Cuſtos, Protector, & amplum
Egregiumque decus: cui ſe debere fatentur
Jura, tuo toties jam debellata favore.
Promptus eras juſtas miſerorum ſumere cauſas.

Moritur Ludovicus Bavarus.

XVIII. Obiit hoc anno in die ſancti Gereonis martyris, v. Idus Octobris Ludovicus Bavarus, qui totos ferme triginta quatuor annos Cæſaris nomen & Imperium retinuit, fruſtra contradicentibus tribus ſummis Pontificibus, Joanne XXII. Benedicto XII. & Clemente VI. qui ſumma ſolemnitate multis in eum latis ſententiis, cenſuris Eccleſiaſticis innodarunt, & Imperiali dignitate privatum declararunt. Quidquid ſit de cauſæ æquitate, de qua multi controvertunt auctores, vel ipſe infelix Ludovici exitus, timendas eſſe monet ſive juſtas, ſive injuſtas ſummorum Pontificum, qui Dei vices gerunt in terris, canonicas cenſuras; & conſultius eſſe aliquid ſui juris relaxare, quam cum ſacris poteſtatibus irreverenter contendere, obductoque conſcientiæ callo, illorum ſententias non vereri. Ibat venatum Ludovicus die præfata, ut agitato & incaleſcente corpore, veneni, cujus epoti laborabat indiciis, malum ſuperaret. Occurrit Urſus in nemore prope Monaſterium Furſtenuelt, in quem vehementiore impetu incurſans, ex equo delapſus, ad gravem corporis colliſionem ſecuta apoplexia, diem obivit. Inde delatum corpus ad Monaſterium Undensfordenſe, mox ad oppidum Monacenſe tumulatum eſt in Eccleſia Parochiali ſanctæ Mariæ Virginis, in ſepulcro primæ ſuæ conthoralis. Pœnituiſſe, & contritionis ſigna in brevi illo vitæ tranſitu exhibuiſſe plures affirmant, pauciores negant Auctores. Hoc eodem anno in Aragonia deceſſit alius Princeps Aragonius religioni ſumme devotus, Jacobus Infans, Alphonſi IV. Regis filius, non ſine ſuſpicione propinati etiam veneni, dolo ſui fratris Petri Regis, qui eum a regni hæreditario jure proſcribere volebat, ut in eo Conſtantia filia ſuccederet, ſepultus eſt Barcinone in Templo Fratrum Minorum.

Vid. Herman. an. 1347. n. 18. & ſeqq.

Et Jacobus Infans Aragonius.

Zurita lib. 8 cap. 18.

XIX. Eodem anno, quo Ludovicus Bavarus, obiiſſe acerrimos ejus defenſores Guillelmum Occhamum Anglicum, & Bonagratiam Bergomatem, illum iv. Idus Aprilis, hunc iii. Kalend. Julii, & ſepulturam accepiſſe

Item Fr. Bonagratia Bergomas.

Mo-

Monachii ad ſuos Conſodales, referunt Cronica Argentinenſia apud me MSS. Quidquid ſit de Bonagratia, mihi palam conſtat, ex diplomate Pontificio ſtatim producendo, Occhamum etiam anno MCCCXLIX. vixiſſe, remiſiſſe antiquum Ordinis ſigillum, quod penes Cæſenatem erat, ad Guillelmum Farinerium paulo antea electum Generalem Ordinis Miniſtrum, & humiliter ſui errati veniam petiiſſe. Falſum ergo eſſe deprehenditur epitaphium ejuſdem Monachii in odæo Fratrum ita exaratum: *Anno Domini* MCCCXLVII. X. *Aprilis obiit eximius Doctor ſacræ Theologiæ frater Guillelmus dictus Occham de Anglia*. Et falſiſſimum atque ab aliquo otioſo illuſore effictum Capuanum alterum in hunc modum: *Hic jacet corpus excellentiſſimi Doctoris, & inceptoris Occham Anglici Ordinis Minorum, qui obiit hic tempore Joannis Papæ XXII. & Domini Regis Roberti, & hic compoſuit dialogum de poteſtate Eccleſiæ. Obiit autem die* XX. *Septembris anno* MCCCXX. Nihil enim tunc minus venit in mentem Occhamo, quam Pontificis contraire voluntati, qui eo tempore legebat Oxonii, & octavo poſt anno fugâ elapſus eſt Avenione, Pontificis declinans iracundiam, uti ſuo loco narravimus. Quo autem certo anno obierit non plane conſtat, neque quo ſit loco ſepultus. Si conjecturis uti liceat, dixerim circa annum MCCCL. deceſſiſſe; non enim poſt annum hunc ejus invenio apud Auctores mentionem, & anno MCCCXLIX. vixiſſe jam dixi.

An ité tunc Occhamus & ubi?

Tom. 7. an. 1328. n. 17.

XX. Sepultum communiter aſſerunt Auctores in Odæo Minorum Monachii; Gonzaga Carinolæ ſive Caleni Campaniæ felicis urbis diem clauſiſſe extremum ſcribit; Rodulphus, Willottus & alii, ſatis ceſſiſſe volunt in urbe Capuana. Neſcio quid hic in tanta opinionum varietate, & conſtanti uniuſcujuſque aſſertione judicaverim, niſi ita velim ſuſpicari, quod non hic Guillelmus de Anglia cognomento Occhamus, ſed alius Guillelmus de Anglia, quem anno MCCCXXX. diximus evectum ad Epiſcopatum Juvenacen. in regno Neapolitano, forte mortuus ſit Carinolæ aut Capuæ, vel Carinola Capuam translatus, & ex ſimilitudine nominis cum uterque dictus ſit, *Guillelmus de Anglia*, decepti poſteriores adſcripſerint Occhamo epitaphium. Ita puto probabilius nodum hunc extricari; ſi vero hæc ſolutio non placet, aliam adhibeo. Quid ſi proponam ipſum Occhamum vere Carinolæ mortuum, dehinc Capuam translatum? Monacenſes vero poſterioris ſeculi hujus rei ignaros, judicaſſe hominem, qui tot annis ſuo adhæſerat Imperatori, & Monachii vixit continuo, Monachii etiam obiiſſe, putantes acerrimum Joannis XXII. & duorum ſucceſſorum Pontificum Ludovico Bavaro adverſantium, redargutorem, non niſi apud eumdem Ludovicum ſuæ temeritatis & inobedientiæ protectorem, ſecurum eſſe potuiſſe, nec voluiſſe in Italia, aut alibi ſe credere Pontificiis, atque ita excogitarunt illud epitaphium. Sed ejus falſitas palam apparet ex litteris Vaticanis, in quibus conceditur, ut veniam & abſolutionem anno MCCCXLIX. petenti impertiretur Miniſter Generalis infra annum a datis litteris, juxta formam in eiſdem contentam. Ut autem illam obtineret, & præſens profeſſionem emitteret reconciliationi præmittendam, dixerim eum ad Generalem tunc in Italia hærentem (quippe paulo antea Veronæ electum) acceſſiſſe, reconciliatum, ſalutarique pœnitentia affectum, amandatum fuiſſe ad Carinolæ devotum Cœnobium, SS. Franciſci & Juniperi incolatu ac veſtigiis ſacrum, ut reliquos dies ſuos in amaritudine cordis, & errati pœnitudine tranſigeret. Humili hoc loco defunctum fortaſſis Patres decreverunt eum ad celebriorem civitatem, & nobilius Cœnobium transferre. Qui poſtea lapidem ſepulcralem, & epitaphium addidere, in mortis loco & tempore valde ſunt de-

Gonza. in Prov. Terr. labor. Can. 11. Rodul. fol. 179. Willet. deſcript.

decepti. Et ſane dum ipſe nuper Capua Neapolim tranſiiſſem, vidi lapidem a primo quo jacebat loco in choro pone altare, translatum ad parietem e regione dextri cornu altaris, & caracteres eſſe recentioris inciſionis & formæ, quam in re adeo vetuſta & controverſa fidem ullam poſſint vendicare. Has libuit de utroque dubio temporis & loci non irrationabiles, neque omnino improbabiles adhibere conjecturas.

Pœnituit ſub mortem.

XXI. Sed & de pœnitentia, & illius tempore alia eſt difficultas; reſipuiſſe tamen, pœnituiſſe, ac ſub mortem, vel paulo ante a cenſurarum vinculis abſolutum fuiſſe ſcribunt boni Auctores. Trithemius: *Manſit excommunicatus cum excommunicato Ludovico, uſque ad finem vitæ ſuæ, & in morte tandem abſolutus fuit.* Ciaconus: *obiit in Bojara pœnitens, anathemate ſolutus.* Trithemii verba mutuatus eſt Pitſeus, & Nicolaus Sanderus. Petrus Maturus: *Sunt qui dicant, teſte Trithemio in Chronicis, tum circa finem vitæ ſuæ recognoviſſe ſuum errorem, & Apoſtolicæ Sedis gratiam impetraviſſe.* Horum aſſerta confirmat, ac ante mortem reſipuiſſe, manifeſte indicat graviſſimum monumentum Vaticanum, quod ad liberandum Occhamum a multis inſerviet calumniis.

Trithem. de ſcriptor. Ciacon. in Joan. XXII. Pitſ. ad an. 1347. Sander. de viſib. monar. lib. 7. an. 1324. Matur. in notis ad Antonin. Chronic. tit. 21. cap. 5. §. 20.

Dilecto filio Miniſtro Generali Ordinis Fratrum Minorum.

Ex 2. lib. an. 8. epiſt. 1543.

XXII. *Petitio pro parte tua, & dilectorum filiorum Capituli Generalis tui Ordinis, nobis exhibita continebat, quod aliqui Fratres veſtri Ordinis, quamvis pauciſſimi, qui quondam Michaeli de Ceſena, & Ludovico de Bavaria obediverunt, & ſpecialiter Wilhelmus de Anglia, dicti Ordinis Profeſſor, in Monachio remanſiſſe noſcuntur; idemque Wilhelmus ſigillum antiquum dicti Ordinis, quod diu habuit, tibi remiſit, & tam ipſe, quam alii dicti Fratres reſidui, ab excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententiis, atque pœnis, in tales per proceſſus Apoſtolicos promulgatas, quas iidem Wilhelmus, & alii Fratres adhærendo, ſeu obediendo Michaeli, & Ludovico prædictis, incurrerunt, deſiderant ſe abſolvi, ſuntque parati noſtris, & ejuſdem Eccleſiæ mandatis obedire. Quocirca pro parte tua & ipſorum Capituli nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut eiſdem Fratribus, qui ad Romanam Curiam, ſicut aſſerunt, commode venire non poſſunt, ipſorumque ſtatui ſuper hoc providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque votis eorum volentes annuere in hac parte, veſtris ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ, de qua ſpecialem in Domino fiduciam gerimus, Wilhelmum, & alios Fratres prædictos eidem Eccleſiæ reconciliandi, eoſque a dictis ſententiis atque pœnis, juxta formam per nos ſuper hoc ordinatam, ac de verbo ad verbum præſentibus annotatam, infra annum a data præſentium, ſi hoc humiliter petierint, abſolvendi, plenam & liberam concedimus, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, facultatem. Forma autem abſolutionis talis eſt. Ego N. Ordinis Fratrum Minorum Profeſſor, confiteor me tenuiſſe & tenere fidem Catholicam, credere, & tenere, quod credit, tenet, & docet, ſancta Mater Eccleſia Romana, ac credidiſſe, & adhuc credere, quod non ſpectat ad Imperatorem Papam ſeu Summum Pontificem deponere, & alium eligere, vel creare, ſed hoc hæreticum reputo, & hæreſim damnatam per Eccleſiam ſupradictam. Inſuper ad ſancta Dei Evangelia juro, quod ſtabo & parebo mandatis Eccleſiæ, & Domini noſtri Papæ, ſuper illatis injuriis, & contumaciis, fautoriis, & aliis, implicite vel explicite per me confeſſatis & non confeſſatis, ac ceteris pœnis & ſententiis, quas incurri, ab homine, vel a jure, propter præmiſſa, & ea tangentia. Et quod Domino*

Papæ,

Anno Christi	Clementis VI.	Ludovici IV. Imp.	Religionis Minorum anno 140.
1347.	anno 5. & 6.	anno 33. & 34.	

Papæ, qui nunc eſt, & ejus ſucceſſoribus canonice intrantibus fidelis ero de cetero, eiſque debitam obedientiam & reverentiam exhibebo, nec hæreſibus, erroribus, opinionibus, ſeu rebellionibus contra dictam Eccleſiam Ludovici quondam de Bavaria, & Michaelis de Cæſena, vel fautoribus ſuis, ſive eis adhærentibus, aut ejus ſequacibus in rebellione dictæ Eccleſiæ, ſeu aliis hæreticis, ac ſchiſmaticis adhærebo, aut cum eorum ſequacibus per dictam Eccleſiam denotatis, deinceps ero, nec eis, ſeu aliis quibuſcumque dabo contra Romanam Eccleſiam, conſilium, auxilium, vel favorem, directe vel indirecte, publice vel occulte, nec cum quocumque in præfatæ Eccleſiæ rebellione exiſtenti faciam alligationem, conſpirationem, ſive ligam. Datum Avenione VI. *Idus Junii anno* VIII.

XXIII. Mirum & feralem in modum ejus manes acerbiſſimis exagitat verbis Bzovius, incentorem omnium malorum vocat, quippe quod Ludovicus Bavarus quidquid in Romanam Eccleſiam peccaverit, auctore atque conſultore Occhamo, commiſerit; ex Conrado Maidenburgenſi Parocho Reginoburgenſi, auctorem ſcelerum, cultorem tenebrarum, hæreſiarcham, & depravatorem tum Philoſophiæ, tum Theologiæ appellat: *Ejus ſcripta Satanæ*, inquit, *exarata calamo, cum Franciſcanorum plurimi tutarentur, Religionem Minoritarum in tantum diſcrimen adduxerant, ut de illa, quemadmodum ante aliquot annos Templariorum, Joannes Pontifex ſerio cogitaverit, nec niſi Divi Franciſci tam admirandæ ſanctitati, ne univerſam extirparet, conceſſit.* Omiſſis reliquis acrimoniis, & verboſis injuriis, tria hæc examinare lubet: An ſcilicet Occhamus auctor & incentor fuerit omnium malorum, quæ Ludovicus in Eccleſiam peccavit? An hæreſiarcha, & depravator tum Philoſophiæ, tum Theologiæ? An ob ejus ſcripta cogitaverit Joannes de delendo Minorum Inſtituto?

Bzov. an. 1347. n. 36.

Graves in Occhamum calumniæ.

XXIV. Atque ut a primo initium ſumamus. Præcipua mala & malorum omnium capita, quæ in Pontificem Romanum Joannem Ludovicus excogitavit & perpetravit, fuerunt adminiſtratio Imperii in Italia ante Pontificis aſſenſum, imo contra ejus voluntatem; appellatio a Pontificis ſententia, quæ irrita & nulla voluit, quæ, ipſo contradicente, fecit Ludovicus Imperatoria poteſtate; protectio Vicecomitum in Lombardia, & factionis Gibellinæ in Italia; accuſatio & depoſitio ipſius Joannis; intruſio Petri Corbarii; ſua per Antipapam coronatio; & quæcumque alia, quæ ſuo excidio vidit Italia, uſque ad annum MCCCXXVIII. Hæc illa ſcelera graviora, & reliquorum origo; hæ illæ diuturni incendii flammæ majores, quas nullatenus potuit incendere Occhamus, qui uſque ad illud tempus Pontifici addictus, & in miniſteriis ſui Ordinis occupatus, vel Pariſiis, vel Oxonii legens, aut Provincialatus in Anglia exercens officium, nihil horum ſcire potuit antequam fierent, & publico rerum eventu in exteras diffunderentur nationes. Quomodo ergo horum malorum auctor & incentor potuit eſſe Occhamus, aut illa perſuadere Ludovico, qui nonniſi poſtquam facta ſunt, metu impendentis mali, quod ſibi a Joanne parari ſuſpicabatur, dilapſus eſt ab ejus conſpectu, & ad caſtra fugit oppoſita? Hæret Avenione in Gallia apud Pontificem Occhamus, Ludovicus in Italia; antequam Occhamus Avenione diſcedit, hæc mala auſpicatur, proſequitur & ad exitum perducit Ludovicus, & tamen non eſt malum, quod non faciat Occhamus, malum omne pendet non ab Aquilone, ſed ab Avenione, dum ibi reſidet Occhamus. Mira prorſus Occhami virtus, qui incendat ad omnia mala hominem in remotiſſimis regnis diſtantem; qui auctor & conſultor ſit ſcelerum Ludo-

Diluuntur.

dovico, quem nonniſi poſt patrata, vel a longe ſalutavit, vel numquam conſpexit!

XXV. Secundo neque hæreſiarcham, neque cultorem tenebrarum, aut depravatorem Theologiæ, & Philoſophiæ fuiſſe probant honorifica bonorum auctorum teſtimonia. Atque ut turpiorem hæreſis maculam prius abſtergam, Chriſtianas illorum præmitto excuſationes, qui quamvis petulantiam, temeritatemque, atque, ut amplius dicam, inſaniam, qua contra Joannis conſtituta & perſonam manifeſtas evomuit ineptias, condemnant, tamen ab hæreſis infamia volunt immunem. Nicolaus Sanderus: *Licet Occhamus*, inquit, *contra Papam ſcripſerit, tamen ſine omni controverſia, velut contra hominem, non autem velut contra Eccleſiæ Romanæ fidem, auctoritatemve ſcripſit. Nam alioqui fidem ſuam de Romana Eccleſia apertiſſime confitetur in prologo libelli, quem ſcripſit de Sacramento Altaris.* Jacobus Gualterus: *Michael de Ceſena, cum Gulielmo Occham cenſura Eccleſiaſtica ob quandam propoſitionem illius; licet neuter, quod ſciam, ſe ab Eccleſia Catholica diſceſſionem facere profeſſus ſit.* Petrus Maturus: *Licet Occhamus contra Joannem XXII. quæ in indice librorum prohibitorum reprobantur, ſcripſerit, tamen non tam in Pontificem Maximum, quam in Joannem XXII.* (ſive potius Jacobum de Caturco, quem ſemper ita nominabat) *invectus eſt.*

Sander. cit.

Gualterius ſecundo 14. col. 11. & in collat. c. 6.

Matur. cit.

XXVI. Expono etiam rem hanc omnium Theologorum judicio, quorum nemo hæretici, aut hæreſiarchæ excogitatam nomenclaturam Occhamo tribuit: quin collectores fidelium ſcriptorum, qui pro veritate teſtimonium dixere, ſuaſque fidei, & Eccleſiæ lucubrationes dedicarunt, in claſſe Theologorum, ſuo, neque infimo loco conſtituerunt Occhamum. Conſulendi in hoc potiſſimum Bellarminus, Trithemius, Poſſevinus, & alii, qui Occhami temeritatem & irreverentiam in Joannem XXII. commiſſam merito caſtigant, non damnant fidem: erravit porro ſtylo, non ſcopo, ut qui veritatis defenſionem ſuſcipere viſus eſt, ſtylum tamen idoneum non accomodavit, atque in perſonam Joannis XXII. inſanivit magis, quam aliquid in fidei ſubverſionem prudens excogitavit. Id ergo conceſſerim, ultra debitæ ſubjectionis, temperantiæ, caritatis, reverentiæ, & obedientiæ leges prætervectum fuiſſe; Eccleſiæ tamen Romanæ fidem, & religionem certo tenuiſſe curſu, ut nec novas contra eam hæreſes excogitarit, nec veteres, & jam damnatas reſtaurarit, unde hæreſiarchæ vel ſimul, vel ſeorſim conſurgit appellatio.

XXVII. Quatuor ſpeciatim graviora objiciuntur Occhamo. Primum: Quod Concilium OEcumenicum ſupra Papam eſſe affirmaverit, & a Papæ ſententia ad Concilium appellare liceat. Secundum: Quod Imperator in ſua exercenda poteſtate non dependeat a Pontificis confirmatione, eamque ex ſola electione ei conferri, neque Imperatorem ſuperiorem habere in temporalibus. Primum licet falſum & erroneum exiſtimem, non tamen hæreticum, dum multi ſint viri Catholici, qui ita ſcripſerunt, atque adhuc mordicus ſuſtinent Pariſienſes. Pro ſecundo videri poſſunt Navarrus, & Bellarminus, qui non adeo aſpere iſtud condemnant. Tertium falſo imponitur, videlicet, quod defenderit hæreſim Fratricellorum, in quo erravit Pitſeus, & alii: ſed nos largius ſuo loco oſtendimus, defendiſſe ſolum paupertatem profeſſam ſui ſtatus, & regulæ Franciſcanæ, ſimul cum declarationibus Romanorum Pontificum, & deciſione Capituli Generalis Peruſini, quæ deſumpta eſt ex decretali Nicolai III. ſuper hoc promulgata, *Cap. Exiit, qui ſeminat de verb. ſign. in 6.*

Navar. releft. in c. Novit de judiciis not. 4. illat. 1. Bellar. lib. 5. de Rom. Pont. c. 4.

Piſ. cit.

XXVIII. In

Anno Christi	Clementis VI.	Ludovici IV. Imp.	Religionis Minorum anno 140.
1347.	anno 5. & 6.	anno 33. & 34.	

XXVIII. In quarto Occhamum non defendo, quatenus ſine reverentia, & ſobrietate impugnavit Joannem XXII. Pont. Max. de variis erroribus eum imprudenter, & impie traducens, in quo velut arrogantem, rebellem, ſchiſmaticum, ſuique ſenſus, affectatæ vindictæ, vel indiſcreti zeli ſpiritu percitum damno: ideoque ea quæ in Joannem ſcripſit recte prohibita ſunt. Doctrinam tamen ullam ab Eccleſia damnatam pro hæreſi, eum pertinaciter in his, aut aliis operibus aſſeruiſſe nequaquam reperio; docuit quidem in illis operibus contra Joannem ſcriptis multa intolerabilia, in commentariis vero Philoſophicis, & Theologicis, qui in Scholis leguntur aliquas opiniones minus probabiles, in quibus tamen ſectatores habuit, & inoffenſo pede currunt in Schola Theologorum ejus placita, ſine hæreſis, aut gravioris notæ cenſura.

XXIX. Nec movere quemquam debet, quod hic, aliique complices in ſententiis contra eos latis appellentur hæretici, ſeu tales declarentur; hoc enim ex quadam præſumptione, & gravi ſuſpicione, non ob aliquam doctrinæ hæreticæ adſertionem, provenit. Atque hæ ſententiæ eum dumtaxat in hoc effectum ſortitæ ſunt, quem manifeſtata intentione, & declarata, & ſatis probata veritate, potuerunt habere & debuerunt; ſicut ipſa comperta veritate, interiit præſumptio. Sed ne quis ad appellationem hæretici lectam in Pontificis decretalibus, & ſententiis contra eum latis, ſcrupuloſe ſubſiſtat, idem noverit variis modis aliquem dici hæreticum, duodecim enumerat Turrecremata in ſumma de Eccleſia lib. 4. part. 2. cap. 12. Tabiena in ſumma verb. *Hæreticus* num. 5. Zanchinus de hæreticis cap. 2. decem ponit; plurimos recenſet Carrerius tract. de hæretic. num. 6. Paulus Grillandus tract. de hæretic. quæſt. 1. Et Gondiſal. tract. de hæreticis quæſt. 1. Canones vero octo modis communiter hæreticum dicunt: videatur repertorium Inquiſitorum verb. *Hæreticus*. Inprimis quilibet excommunicatus hæreticus dicitur. 4. *quæſt.* 1. *quod autem*. Item Simoniaci. 1. *quæſt. quiſquis*. Item qui adverſus Romanam Eccleſiam agit. *diſt.* 22. *cap. omnes*. Impugnavit etiam Occhamus Pontificis conſtitutiones, in quo non modicæ ſuſpicionis præſumptio fuit: ſed ut ſuperius oſtendimus, impugnationis origo fuit defectus intelligentiæ, ſeu veræ interpretationis conſtitutionum, non diverſitas ſenſus, non diſpar ſententia; atque adeo impugnatio, quæ ſpecietenus & verborum ſtrepitu, non ſenſu repugnare videtur, nec falſam doctrinam continet, nec contra veram decretalis ſententiam procedit, Nicolai & anteriorum Pontificum ſuſtinens conſtitutiones. *Tom. 7. an. 1328. n. 20.*

XXX. Neque vero depravatorem Theologiæ (quod Bzovii additamentum eſt, ad maledicentiam Conradi, ab Aventino relatam) aut Philoſophiæ fuiſſe Occhamum, probant ipſa ejus ſcripta Philoſophica & Theologica, quæ paſſim in Scholis leguntur, approbantur, commendantur; confirmantque deſtinata ſibi ſubſellia in quibuſdam Orthodoxis Academiis, ex quibus ſolæ Occhami ſententiæ tum Philoſophicæ, tum Theologicæ, deſignatis ſtipendiis edocentur. Ejus doctrinam fere in omnibus æmulatus eſt Gabriel Biel ipſo teſte, legitque publice in Univerſitate Tubingenſi: *Cum noſtri* (inquit in prologo ſententiarum) *propoſiti ſit, dogmata & ſcripta venerabilis inceptoris Guillelmi Occham Anglici, veritatis indagatoris acerrimi, circa quatuor ſententiarum libros, abbreviare tentabimus, divino aſpirante ductu &c.* De illius eruditione & ſcriptis, valde diſſimile ferunt teſtimonium, qui ſcriptores recenſent Eccleſiaſticos. Trithemius eum vocat virum in divinis Scripturis eruditum, & in Philoſophia Ariſtotelica nobiliter ductum, ingenio ſubtilem, & clarum eloquio. Joannes Pitſeus: *Vulgo ſalutari*

Quid judicandum de Occhami doctrina. *Aventin. lib. 7. hiſtor. Bojarior.*

Biel in prologo.

Trith. c.t.

Pitſ. cit.

lutari ſolebat : Venerabilis inceptor , & ſingularis Doctor . Partim de rebus Philoſophicis , partim de Theologicis doctiſſime ſcripſit & copioſiſſime . Petrus Rodulphus : *Occhamus primo Provincialis Angliæ , inter ceteros familiæ Franciſcanæ alumnos , ab ſingularem ejus doctrinam & eruditionem , ſui modernorum , & Venerabilis inceptor appellari meruit . Fuit enim caput Nominalium , & doctrinæ illorum propugnator ; Doctor ſane clariſſimus , cujus doctrinam æmulatus eſt fere in omnibus Gabriel Nominalis . Fuit autem Guillelmus vir in divinis Scripturis eruditus , in Philoſophia & liberalibus diſciplinis ita præſtitit , ut ſuo tempore non haberet æquales , præſertim vero in ſacris litteris , atque demum in ſacra Theologia non modo verſatus , verum etiam fuit nobiliter doctus .*

Rodul. cit.

XXXI. Non eam ego ſumo Provinciam , ut velim omnes libros Occhami defendere , & quidquid ſcripſerat , commendare ; imo aperte condemno , & ex corde deteſtor omnia , quæ in Joannem Pontificem inſolenter evomuit . Theologicis cenſuris dignum exiſtimo opus nonaginta dierum , atque aliud , quod dialogum inſcripſit , mature & merito interdicta in Indice librorum prohibitorum , opuſcula de paupertate Apoſtolorum , de poteſtate Imperatorum & Pontificum , de electione Caroli IV. & alterum , cui titulus: *Vindex pacis Chriſtianæ* , quorum duo poſteriora nondum edita ſcripſiſſe teſtatur Aventinus , in quibus nimium extollit Imperatoriam , & deprimit Pontificiam poteſtatem , eo dumtaxat fine , ut Ludovici , cujus lateri adhærebat , dignitatem contra Pontificios tueretur . Illud ſolum velim , quæ communi ſcholaſticorum methodo vel ſcripſit in Ariſtotelem , vel in libros ſententiarum , aut elaboravit abſque bile ante indignationem conceptam contra Joannem Pontificem , catholica eſſe & in ſcholis recepta abſque acri cenſura , & proinde immerito atque injuſte depravatorem dici Philoſophiæ ſeu Theologiæ . In duobus tantum præcipue peccavit Occhamus , ad quæ ceteri reducuntur errores , ut nimis ardenter ſuam de paupertate Chriſti opinationem urſerit contra Joannis ſententiam , perperam a ſe intellectam , & Ludovicum in omnibus ſive per fas ſive per nefas defendere voluerit . Atque ſumma normulæ , qua reconciliandus abjurare deberet , ad poſterius hoc crimen tota ferme reducitur .

Aventin. cit.

XXXII. Ad tertium illud Bzovii accedo , & oſtendo omnino falſum eſſe , quod Joannes ſerio cogitaverit de extinguenda Religione Minorum , quia plurimi ex iis tutabant ſcripta Occhami . Quinam fuerint hi plurimi , neſcio . Scio Cæſenatem dumtaxat cum Occhamo , Bonagratia Bergomate , Henrico de Halem , & Franciſco Aſculano ad Ludovicum transfugiſſe , & Monachii hæſiſſe ; duo poſteriores redierunt in gratiam Pontificum ut ex publicis monumentis oſtendimus ; & ex forma abjurationis apparuit , in iis ſolum offendiſſe Pontifices , quod paupertatem ſuam , & Ludovici auctoritatem nimis contentioſe & arroganter ſint tutati . Duo remanebant Occhami collegæ , neque alios ſcio , qui de hac re ſcripſerint , aut ejus ſcripta defenderint . Novi Pontifices in ſuis ſententiis contra Ludovicum fulminatis , quas Bzovius ſerio tranſcripſit ; de his dumtaxat fuiſſe conqueſtos , quos in litteris modo relatis vocat *pauciſſimos* . Oſtendi etiam ex ipſius Joannis confeſſione litteris exarata , paucos dumtaxat fuiſſe , qui ſibi non obtemperaverint , qui ſupplicii inferendi timore auſugerint . Ordinem vero ipſum generaliter ubique , paucis , iiſque vilibus exceptis , prompte & plene ſuis paruiſſe mandatis , & interdicta ab eo publicata ſervaſſe , ubi vero non potuerunt , fugiſſe ad alia loca tutiora , & Inquiſitores hæreticæ pravitatis Ordinis Minorum ſevere egiſſe contra Petri Corbarii & Cæſenatis ſectatores , ac de-

Hoc ann. n. 22.

Tom. 7. an. 1329. n. 2. & ſeqq.

Anno Christi	Clementis VI.	Ludovici IV. Imp.	Religionis Minorum anno 140.
1347.	anno 5. & 6.	anno 33. & 34.	

demum Provinciales omnes, ſpretis mortis periculis, ad comitia generalia Pariſienſia Cæſenatem depoſituros, ad Pontificis ejuſque Vicarii, Cardinalis Bertrandi præceptum properaſſe: *Numquid* (tamdem inquit ipſe Pontifex ad Joannam Galliæ Reginam) *per hæc meruit dictus Ordo noſtram indignationem, ſeu potius nonne promeruit merito gratiæ & favoris augmentum?* Hæc ne indicia deſtruendæ religionis, aut verba videntur Pontificis, qui ſerio de illa cogitat extinguenda? Alia multa per ſingulos annos ſubſequentes Pontificatus Joannis lector proſpiciet, ſummæ ejus in univerſum Sodalitium propenſionis argumenta.

XXXIII. Poſtremo ut horum miſellorum cauſam abſolvam, ſubjungo Marci Ulyſſiponenſis, Portuenſis Epiſcopi (quem ſuæ narrationis ſubdit auctorem Bzovius) piam & fraternam admonitionen, ne tot ſcelerum, quot ex Bzoviano calamo profluxerunt, rei videantur: *Porro*, inquit, *fratres illi non ex appetitu earnis, neque ex concupiſcentia oculorum ſe moverunt, quia ante & poſt cenſuram contra ipſos latam, valde religioſe vixerunt, mortuique ſunt in Bavaria ditione dicti Imperatoris, famamque de ſe nomenque reliquerunt bonorum religioſorum inter Eccleſiaſticos & ſeculares. In primis certe propter zelum, & amorem Apoſtolicæ paupertatis, & propter honorem, & reputationem ſtatus eorum, & regulæ profeſſionem ſe moverunt, licet in initio ſe aliquantum indiſcrete geſſerint, & cauſam deinde nimio propriæ opinionis amore inducti, proſequuti ſint. Quare miſericordia digni ſunt, & euilibet timendum eſt, quia ſcriptum eſt*: Qui ſe ſtare exiſtimat, videat ne cadat. *Marc. lib. 8. cap. 14.* *1. Cor. 10. 12.*

XXXIV. Diximus ſuperius, Fortanerium Vaſſallum Generalem Miniſtrum ad Archiepiſcopatum Ravennatenſem, in Æmylia nobilem, evectum eodem vero die, quo a Pontifice ad hanc dignitatem delectus, inſtitutus eſt Vicarius Generalis ut Sodalitium, quod uſque ad illud tempus laudabiliter rexit, etiam uſque ad futura comitia generalia, anno ſequenti celebranda, gubernaret: *Attendentes quod rerum* IX. Kalend. Novemb. Alia etiam indulſit circa celebrationem ejuſdem capituli, circa mittendos ad ſtudia generalia Fratres, & inſtitutiones Provincialium, aliorumque qui dictis comitiis debeant intereſſe: *Ad ſtatum Ordinis*, XIII. Kalend. Decemb. In inveterata controverſia inter fratrem Richardum Epiſcopum Oſſorienſem, & Alexandrum Dublinienſem, quam ſæpius alias inſinuavimus, procedere volens Pontifex, citari fecit coram ſe in curia Alexandrum, & commiſſionem dedit Archiepiſcopis, Caſſellen. & Electo Armachano, ut contra eum inquirerent: Richardum vero & diœceſim ſibi commiſſam ab omni ejus juriſdictione, dominio, & poteſtate exemit: *Romani Pontificis*, IV. Idus Aprilis „ Hoc anno frater Blaſius ex Eccleſia Vicentina translatus eſt ad „ Reatinam. In illius Eccleſiæ monumentis ejus reperitur memoria uſque „ ad annum MCCCLXVIII. *Hoc ann. n. 13.* Fr. Fortanerius Inſtaurator Ordinis Vicarius uſque ad capitulum.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI. Fr. Blaſius Epiſc. Vicentin. & Reatinus.

XXXV. Conceſſa hoc anno facultas Vicario, & Fratribus in partibus Boſnen. recipiendi duo Cœnobia, unum in civitate ſive Provincia Stagnenſi, alium in Diaco Quinque Eccleſienſis Diœceſis: *Ex dono cœleſtis gratiæ* XII. Kalend. April. Horum locorum meminerunt, Piſanus, & Rodulphus, primi in Cuſtodia Dulmnæ, ſecundi in Uſſojæ. Ad preces Eduardi Regis, & Philippæ Reginæ Angliæ conceſſit Fratribus Provinciæ Angliæ ſimilem facultatem recipiendi locum in Villa nuncupata Prava-walſingham. Norvicen. Diœceſ. *Ex dono cœleſtis gratiæ*, IV. Kalendas Octobris. Hujus loci meminit Nicolaus Harpsfeeldius in cathalogo religioſarum ædium Angliæ, fundatumque aſſerit ſub titulo beatæ Mariæ per Edmondum Comitem Marchiæ, Conv. Stagnen. Conv. Diaci.

Convent. Pravæ-walſinghami.

Anno Christi 1347.	Clementis VI. anno 5. & 6.	Ludovici IV. Imp. anno 33. & 34.	Religionis Minorum anno 140.

chiæ, & Eliſabetham de Burgo, & Monaſterium prius extitiſſe nigrorum Canonicorum. Hunc locum vocant præfati Auctores corrupte Balſingin ſub Cuſtodia Cantabrigiæ. Hoc anno conſtructus ſub titulo ſanctiſſimæ Trinitatis Conventus in Villa Galgignani, diſtrictus & Epiſcopatus Patavini, a nobili heroina Rigoborna, relicta nobilis viri Domini Petri de Carraria, qui teſtamento legavit facultates ut conſtrueretur. Tradidit illa ſolemni juris adſtipulatione, coram Franciſco de Capellis Notario, hoc anno die 11. Septembris, domum & annexam Eccleſiam fratribus Joanni de Plebe Sacci Cuſtodi, & Regrandino noviter inſtituto Guardiano.

Conv. Galgignani.

Monaſt. Annoniaci.

XXXVI. Petro Bertrandi Cardinali tituli ſancti Clementis conceſſa licentia ædificandi in caſtro Annoniaci, ſuæ nativitatis loco Viennen. Diœc. in fundo proprio infra parochiam Eccleſiæ beatæ Mariæ, Monaſterium Clariſſarum, ſub titulo beatæ Claræ & ſancti Franciſci, ac cura & regimine Fratrum Minorum: *Attendentes quam meritorium* x. Kalend. Maii. Hujus Monaſterii meminerunt Genebrardus, & Jacobus Gualterius, qui Cardinalem dignis efferunt encomiis, atque inter alia egregia ejus opera, quæ ex tabellis Archivi Collegii Pariſien. ab eo fundati, recenſet Genebrardus, ait duo erexiſſe & dotaſſe in prædicta Villa ſacella, unum in Templo Franciſcanorum, alterum in Prioratu ejuſdem Villæ. Monuimus alias, nobilem virum Humbertum Delphinum Viennenſem Monaſterium Clariſſarum fundaſſe in caſtro ſuo Iſeroni, ut prius cogitaverat, & a Pontifice ſibi permitti petierat, ſed in Urbe Gratianopolis hoc anno extruxiſſe, quod ipſum refert diploma Pontificium.* *Ob devotionem ſinceram* XVIII. Kalend. Januar. Hujus loci originem ſe neſcire fatetur Gonzaga, reformatum tamen fuiſſe narrat a Sororibus Coletanis. Habitabant hoc tempore Ravennæ aliquot Sorores Tertii Ordinis ſancti Franciſci ad Oratorium ſancti Pauli, in loco vulgariter nuncupato *dominæ Benevenutæ*, petieruntque, ut ſibi liceret eo loci Monaſterium ædificare, in quo ipſæ, & quæ accederent, regulam ſervarent ſanctæ Claræ. Commiſſum hoc anno negotium Archiepiſc. examini, an expediret? *Pia vota fidelium* x. Kalend. Novembr. Quid retulerit Archiepiſcopus, ſitne poſtea fundatum Monaſterium, non invenio in hiſtoria Ravennate.

Genebr. libr. 4. chron. ad hunc ann. Gualt. ſecula 14.

Ann. 1343. n. 38.

Mon. Gratianopolis.

* Non hoc loklum Diplomatis, ſed *In nis, quæ animæ tuæ*. Ipſum, juxta Patris Waddingi monita, ad Ann. 1269. nos ex Vaticani Monumentis excerptum, damus additum in hujus Tomi Regeſto.

XXXVII. Indulſit Pontifex ut nobiliſſima fœmina Margarita de Montecatheſſo, neptis Reginæ Aragoniæ Eliſſendis, cum duabus ſociis Sanctimonialibus tranſiret de Monaſterio Corporis Chriſti Neapolitano ad Petralbenſe prope Barcinonem, ab eadem Regina fundatum: *Pro parte dilectæ*, VIII. Kalend. Martii. Conceſſit Joannæ Reginæ Franciæ, ut Monaſterium de Moncello Beluacen. Diœc. ab ipſa & conjuge Rege Philippo, uti alias diximus, conſtructum, viſitent, corrigant, & reforment confeſſarii tantummodo ipſius Reginæ, & quæ ipſam ſequentur, Reginarum, dummodo profeſſionis fuerint Franciſcanæ, & ad dignitates non aſcenderint Eccleſiaſticas: *Eximiæ devotionis*. Kalendis Maii. Supradicto nobili viro Humberto Delphino Viennenſi, qui apud Minores habitare ſolebat Avenione, tribuit omnem facultatem ſuper ædes, quas in prædicto Monaſterio incolebat, ne ſcilicet Cardinalibus, aut aliis perſonis, abſque ejus aſſenſu dari poſſent: *Ob devotionem ſinceram*, XVIII. Kalend. Januarii. Scripſit Abbatiſſæ Monaſterii Corporis Chriſti Neapolitani, ut in ejuſdem ædis Monialem reciperet nobilem mulierem, Agnetem de Larat Comitiſſam Coriliani, de qua nos egimus ſuperius: *Apoſtolicæ Sedis* III. Kalend. Novembr.

Veria indulta.

Ann. 1312. n. 14.

Ann. 1345. n. 35.

SUP-

Anno Christi	Clementis VI.	Ludovici IV. Imp.	Religionis Minorum anno 140.
1347.	anno 5. & 6.	anno 33. & 34.	

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

I. DUm anxie expectat Pontifex reſcire ſuorum Legatorum, quos anno præterito ad Armenos miſerat ob fidei profectum, geſta, Roma Avenionem celerrime fama Nicolai Renzii Civis Romani temerarios auſus detulit: hic audacter, ac repente occupato Capitolio, & Senatoribus nomine Pontificis Urbem regentibus expulſis, ſummaque cum gratia, & dexteritate ſibi lucratis omnium animis, ſubdole nimis Nicolai Severi, & Clementis Tribuni, libertatis, pacis, & juſtitiæ, necnon illuſtris liberatoris ſacræ Romanæ Reipublicæ nomine, regnare cœpit: ac taliter fecit, & operatus eſt, ut ex omnibus Italiæ partibus Nuncios pro amicitia, & pace ſecum habenda, receperit. Clementi ſcripſit, & reditum in Urbem infra annum indixit; aliter ſe novum Pontificem creaturum. Ludovicum, & Carolum, ambo Imperatores, Romam acivit, demonſtraturos quo jure titulos Imperiales præferrent. Sed ejus tanta gloria, & ſublimitas ephimera fuit; etenim cum ſe imparem tanto oneri cognoſceret, fractis animi viribus, elatitate cordis repente deperdita, a nemine impetitus, a nemine expulſus, clam Roma, veſte mutata, fugiens, ad Carolum in Boemia (etenim ita bene ſperabat) ſe recepit; a quo tamen receptus Avenionem ad Papam tranſmiſſus eſt. Interea vero Pontifex tranſmiſſa diſpenſatione pro quodam fratre Vitale ad Guardianum Sorlatenſem: *Apoſtolicæ Sedis &c.* XVI. Kalend. Februarii; & Eleonoræ conceſſo ingreſſu Monaſterii Eixymi, *Hyeſmes* Civitatis olim Epiſcopalis Galliæ Celticæ in Normandiæ, & Perticenſis communibus finibus, inter Lexovium & Sagium proximas urbes, Alenconio etiam proximæ, & Argentano Oppido propioris, a Lutetia Pariſiorum in eorum XXXIII. M. diſtantis; nunc Sagium vicinam urbem Sede Epiſcopali translata, Oppidi non obſcuri. Univerſos Chriſtifideles ad arma in Sarracenos, ſacram enim in Syriam expeditionem urgebat, expedito brevi: *Sicut multorum &c.* XVI. Kalend. Aprilis exhortatus eſt. Ac ſubinde Joanni, & Joannæ pariter Monaſteriorum ingreſſu conceſſo: *Devotionis veſtræ &c.* VIII. Kalend. Maii. Eodem tempore cum Monialibus Clariſſis Monaſterii de Moncello ſuper quædam diſpenſavit: *Sedis Apoſtolicæ &c.* & Capellanis ejuſdem nonnulla præſcripſit: *Matris Eccleſiæ &c.* Commendavit etiam Angliæ Regi Eduardo fratrem Guillelmum: *Cum dilectus &c.* III. Idus Maii; quem paulo poſt ſuum Capellanum inſtituit: *Virtutibus clarens &c.* IV. Kalendas Novembris: & fratrem Petrum Patricellum a Fano, Laicum, ſeu Converſum, cui (ut inquit Waddingus) raro exemplo paulo ante, VII. nempe Idus Julii, conceſſerat milites conſcribere, eoſque in partes ultramarinas ducere, & adverſus Sarracenos belligerare, altero diplomate viſitandi Terram ſanctam cohoneſtavit: *Tuæ devotionis &c.* VII. Idus Junii. Hic tanto fidei zelo actus eſt, qui antequam ſuum nomen dediſſet Minoribus, militum competentem manum duxerat in Turcas, inter quos viginti unum ex ſuis conſanguineis habebat, & in frequentibus, quos habuerat cum Sarracenis, congreſſibus, duos Fratres, nepotem unum & quinque eorumdem ſuorum conſanguineorum amiſerat. Placuit tamdem ſummo Pontifici, ut Agnes Comitiſſa reciperetur in Monaſterio Corporis Chriſti Neapoli: *Cupientes vitam &c.* III. Kalend. Novembris, & eodem tempore indulſit eidem quaſdam ſervitrices: *Devotionis tuæ &c.*

Dugl. par. 4. fol. 400.

Lic. Pont.

Indic. ex Vatic.

II. Interea Joannem a Damaſco Tertii Ordinis ſancti Patris Franciſci alu-

Joannes a Damaſco Tertii Ordinis martyr.

„ alumnum pro Chriſti fide innumera tormenta, ludibria, & contumelias „ paſſum, tamdem horrendo mortis genere interemptum hoc anno, ſcribit „ Nicolaus Antiſſa.

Moritur Ludov. Imp.

„ III. Annus hic memorabilis eſt morte Ludovici Bavari, qua audita „ Carolus Boemus filius Joannis, quem prædiximus electum, & a Pontifice „ confirmatum Regem Romanorum, Ratiſponam, Germanis *Regensburg*,

Carol. electus domin.

„ in Bavaria inferiori ad Danubium, ubi comitia imperialia haberi ſolent, „ convolavit, & ut Imperator exceptus. Adverſarios habuit Ludovici hæ- „ redes, Henricum Archiepiſcopum Moguntinum, Palatinum Rheni, & „ Saxoniæ Ducem, qui non canonice electum fuiſſe contendentes, Eduar- „ dum Angliæ primo, quo renuntiante, poſtea Fridericum Marchionem Miſnæ, „ in Imperatorem elegerunt, ſed fruſtra; prævaluit enim Carolus; qui ta- „ men lue illa univerſali graſſante, quam Annaliſta deſcribit, res Imperii „ pro voto ſtabilire non poterat. Memorabilis eſt etiam hic annus ob tu- „ multus bellicos Ludovici Pannoniæ Regis in Regno Neapolitano contra „ Joannam, quæ in Provinciam Galliæ ſibi ſubditam aufugerat: quo tem- „ pore Querium, ſive Cherium, Cheraſcum, Mons Regalis, & Cuneus „ apud Pedemontanos, penes quos præfata dominabatur, ejus excuſſo „ jugo, Amedeo VI. Comiti Sabaudiæ ſeſe dedidere, qui redux Chambe- „ rium anno ſequenti, cum ſuis proceribus torneum publicum, feſtivum ac „ ſolemnem hac de cauſa celebravit; cujus hiſtoriam coloribus deſcriptam „ poſteris ibidem in Eccleſia Fratrum Minorum voluit: ultimis tamen his „ temporibus Fratres, dealbata Eccleſia, eam deleverunt.

„ IV. Frater Petrus, hæc inter, Provinciæ Boemiæ & Poloniæ Miniſter „ anno ſuperiori infirmitate prægravatus ſuum Vicarium inſtituit fratrem „ Franciſcum Regentem Pragæ; ipſe vero hoc anno Cracoviæ obiit, ſepul- „ tus ad ſuos ibidem. Eccleſia Conventus Cracovienſis uſque ad hunc an- „ num ſub titulo ſacratiſſimi Corporis Chriſti perſeveravit: ſed poſtquam, „ ut ſcribit Miechovius quidam nequam & famelici Latrunculi ſub octavis

Miraculum SS. Sacramenti in Cracovia.

„ Corporis Chriſti anno eodem MCCCXLVII. de Eccleſia parochiali omnium „ Sanctorum Cracoviæ, delatorium diviniſſimi Sacramenti *vulgo monſtran-* „ *tia* furto ahſtulerint, compertoque quod eſſet æreum, illud in paludem „ Mothæ arbuſtis plenam, ab Eccleſia ſancti Laurentii, tunc in Villa Bavol „ parochiali non longe diſtante, & nunc Caſimiriæ ad Cracoviam extante, „ projecerunt: & cum plures mortalium luminaria die, noctuque in palude „ relucentia viderent, re hac prodigioſa delata ad Petrum Falconium „ Epiſcopum tunc Cracoviæ, & ad Regem Caſimirum Magnum, inde au- „ ctoritate publica, indicto prius triduano jejunio, cum proceſſionibus per „ totam urbem nominatis, paludem Epiſcopus cum Clero, Rex cum po- „ pulo adeuntes, delatorium, ſeu ferculum, cum diviniſſimo Sacramento „ invenerunt; illudque ad Eccleſiam Sanctorum omnium, unde erat abla- „ tum, retulerunt. Tunc Caſimirus Rex in loco inventionis, quamvis cœ- „ noſo & paludinoſo, illico vovit Eccleſiam in honorem & titulum Corpo-

Eccleſia nova conſtruit. ſub titulo Corp. Chr.

„ ris Chriſti ſe fundaturum, quod ſequenti anno nobilem chorum & ſacra- „ rium cocto latere extruens, opere conſummavit. Parochia, quam ex anti- „ quo Eccleſia ſancti Laurentii habebat, ei adjuncta; calicibuſque, ac ap- „ paratibus, crucibus, ceteriſque clenodiis, munificentia regia adornavit: „ & titulum Corporis Chriſti, quo Eccleſia ſancti Franciſci a primeva ſui „ fundatione illuſtrata fuerat, Fratribus pretio, precibus contentatis, ut „ ſolidior ſua fundatio permaneret, abrogari, & extingui procuravit. Vil- „ la Bavol in ſuam proprietatem traducta, quam de ſuo nomine Caſimiriam

nun-

Anno Christi	Clementis VI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 141.
1348.	anno 6. & 7.	anno 1.	

» nuncupavit, & muris coctilibus communivit. Hæc ex Miechovio. Ab hinc » dicta Eccleſia Minorum titulo ſancti Franciſci cœpit nuncupari, ſola in » memoriam prioris tituli Corporis Chriſti, celebratione proceſſionum re» licta, quæ uſque ad hæc noſtra tempora, per ambitum clauſtri hebdoma» datim, omnibus diebus Jovis celebrantur, cum expoſitione ſanctiſſimi » Sacramenti in pixide. Interea ſatis functo præfato Miniſtro, frater Fran» ciſcus, quem ſuum Vicarium inſtituerat, in comitiis habitis Opaviæ hoc » eodem anno in Miniſtrum Provincialem electus eſt.

ARGUMENTUM.

Auſpicatur ſuum Imperium Carolus IV. moleſte tamen ob factiones contrarias, & graſſantem ubique peſtilentiam. Laborat Raymundus de Baſſo in pacificanda Aragonia, & in Provincia Pontificis nomine gratulatur alius adventui Joannæ Siculæ Reginæ. Cumanis intra fines Hungariæ deſtinantur Prædicatores Minoritæ. Inſtituuntur Epiſcopi. Celebrantur Comitia Generalia, & Miniſter deputatur Guillelmus Farinerius. Multiplicantur Domicilia.

I. AUSPICAMUR Caroli Imperium ab hoc anno propter rationes ſuperius allatas, quod tamen turbare intentarunt, qui Bavari defuncti partes tuebantur, filii, amici, conſanguinei. Capita factionis erant Ludovicus Marchio Brandeburgenſis, Robertus Comes Palatinus Rheni, Henricus novus Saxoniæ Dux, Henricus exauthoratus Archiepiſcopus Moguntinus, qui, legatione decreta, Anglorum Regem Eduardum inducere tentarunt ad Regnum Romanorum, & Imperium capeſcendum. Ille vero gratiis habitis, cum ſe excuſaret dicens, haud ſibi integrum ſore contra ſtimulum calcitrare, ad eamdem dignitatem invitarunt Fridericum Marchionem Miſnenſem, oblata ei in matrimonium Beatrice, Ludovici relicta. Sed neque is tantam dignitatem penſi fecit; quare menſe Februario coeuntes, Regnum, & Imperium Gunthero Comiti Svuartzenburgio detulerunt. Non detrectavit hic, ſed copiis quam maximis contractis, Francfordiam obſedit: propinato vero a medico veneno, cum neque ſe poſſe diutius vivere, neque bello gerendo parem ſe eſſe præſenſiſſet, in manus Caroli Regis, cum reliquis citra effuſionem ſanguinis venit, liberum ei Regnum reliquit, ipſumque Regem conſalutavit, nec diu poſt finem fecit vivendi.

Anno 1346. n. 9.

Factioſi homines turbare conantur imperiū Caroli IV.

Dubrav. lib. 22. Cuſpinia. in Carolo.

II. Malum aliud Carolum afflixit & impediit, ne res Imperii pro voto ſtabiliret, ſæviſſima lues, quæ a Schytis Hyperboreis incipiens, ferme omnes oras maritimas pervaſit, magnamque indigenarum partem abſumpſit. Nec enim Pontum tantummodo, Thraciam, Macedoniam, ſed etiam Helladem, inſulas omnes, Ægyptum, Lybiam, Judæam, Syriam, Italiam, Hiſpaniam, Germaniam, & Orbem fere univerſum, in circuitu per menſa, ac pervagata eſt. Sic autem erat incurabile malum, ut neque ulla dieta, neque robur corporis poſſet reſiſtere, cum omnia æque valida, ut imbecilla corpora proſterneret, quique maxima impenſa curabantur, non ſecus ac pauperrimi moriebantur. Quod ſi quis etiam ante aliquantum ægrotaret, omnia in illud morbi genus ſe exonerabant, tota medicorum ars muſſabat, neque ullum undecumque certum auxilium inveniebatur; quod enim uni ſalutare, alteri idem patienti erat venenum. Unde maxime intellectum eſt, non humanæ naturæ quiddam agnatum aut conveniens, ſed

Cantacuzen. lib. 4. hiſtor. c. 8.

Sæviſſima lues univerſum orbē pervagatur.

ſed divinitus immiſſum fuiſſe ſupplicium, multique inde ad ſanitatem mentis converſi, meliores evaſerunt, non illi modo, qui ea peſte morte occubuerunt, ſed quotquot ea liberati vitam retinuerunt. Tunc enim vitiis derelictis, virtuti ſtudebant, & multi facultates ſuas in pauperes diſtribuebant, etiam priuſquam a morbo illo invaderentur. Scribit Petrarcha, peſtilentia hac graſſante, non hanc, aut illam partem terrarum, ſed univerſum fere orbem ſine habitatoribus remanſiſſe, & vacuas domos, derelictas urbes, ſquallida rura, arva cadaveribus anguſta, horrendam vaſtamque toto orbe ſolitudinem attuliſſe. Sacris Religioſorum domiciliis ſtragem magnam hoc malum invexit, extinctis diſciplinæ regularis magiſtris, & melioris notæ Senioribus. Hinc cœperunt Monaſtica Sodalitia, præſertim mendicantium, quæ eouſque virtute, & doctrina florebant, tepeſcere & relaxari, tum deficientibus illuſtribus viris, tum relaxato miſerandis calamitatibus regularis obſervantiæ rigore, qui reparari non potuit ab adoleſcentibus, & promiſcua multitudine, quam abſque neceſſario delectu receperunt, qui magis domos vacuas repleri, quam deperditam diſciplinam reſtaurare curaverunt. Præ ceteris noſtri Sodalitii viris illuſtribus, qui ex hoc epidimiæ morbo deceſſerunt, obiit Gerardus Odonis Patriarcha, olim Ordinis Generalis Miniſter, in Urbe Cataniæ, cujus diœceſis erat adminiſtrator.

Petrar. ep. 47.

Antonin. tit. 21. c. 5. §. 3.

Moritur Gerardus Patriarcha.

III. Hoc tempore omnia ſuſque deque agebantur in Regnis Aragonio, & Valentino, conſpirantibus populis contra Petrum Regem, vendicandæ, retinendæque libertatis, & priſtini defendendi juris privilegiorum prætextu. Concitabat populos Jacobus Comes Urgelitanus, Regis frater, propter translatum a ſe in Petrum Exericam, virum nobilem, honorificum munus procurationis Regni Valentini, & declaratum jus hæreditarium in Regno ſuccedendi Conſtantiæ Regis filiæ, quod ſibi deberi Jacobus affirmabat. Obiit in hac tumultuoſa lite Jacobus, uti ſuperius diximus, ſed uno avulſo ramo, non deficit alter; nam Ferdinandum Jacobi, & Regis fratrem, altera tamen genitrice Leonora Caſtellæ Regis ſorore, ortum, ex Carpetanis evocatum, Ducem ſibi unionis factioſæ conſpiratores adſciſcunt, & ille in ſe translata jura omnia procurationis, & ſucceſſionis Regni, quibus Jacobus inhiabat, contendit. Cum omnia tanta ſeditioſorum hominum audacia nutare, & ruere viderentur, Clemens Pontifex ſemel atque iterum pacificatorem miſit Guidonem Abbatem Monaſterii Amerien. Ordinis ſancti Benedicti, Gerunden. diœceſ. Sedis Apoſtolicæ Nuncium, cui diligenter & operoſe in ſtabilienda concordia adlaboravit Raymundus de Baſſo Miniſter Provincialis Fratrum Minorum in Aragonia. Hujus laudabile ſtudium reformandæ pacis ſequenti commendat Pontifex Epiſtola, amplius injungens, ut eidem Nuncio denuo hoc opus proſecuturo adſiſtat.

Tumultuantur Aragonii.

An. 1347. n. 18.

Frater Raymundus ſtudet pacificare.

Dilecto filio Raymundo de Baſſo Miniſtro Fratrum Ordinis Minorum, Provinciæ Aragoniæ, ſecundum morem dicti Ordinis.

Ex lib. ſecr. an. 6. ep. 1032.

IV. *Dilecti filii Guidonis Abbatis Monaſterii Amerien. ſancti Benedicti Gerunden. diœc. Apoſtolicæ Sedis Nuncii, grata nobis admodum relatione cognovimus, quod tu ſibi in negotio in Regno Aragonum reformandæ concordiæ, pro quo miſeramus eumdem, tamquam cooperator fidelis & providus, fideliter & utiliter aſſitiſti, de quo devotionem tuam dignis proſequimur actionibus gratiarum. Cum autem ipſum ad partes ipſas pro ſedanda, præſtante Domino, periculoſa & damnoſa diſcordia, quam pacis æmulus ſuſci-*

ſcitavit, & concordiæ reformandæ eumdem Abbatem, cujus notæ tibi ſunt virtus & probitas, providerimus deſtinandum, devotionem tuam attente rogamus, tibi, tuæ ſalutis obtentu, nihilominus injungentes, quatenus ſic eumdem Abbatem tuis ſalubribus conſiliis dirigas more ſolito, & informes, ſicque ſibi efficacibus auxiliis, & ſtudiis promotionis, pro noſtra, & Apoſtolicæ Sedis reverentia, faveas & aſſiſtas, quod eo, qui pacis auctor eſt, deſuper infundente virtutem, ac tuo cooperante ſtudio fructuoſo, præfatus Abbas in commiſſo ſibi hujuſmodi miniſterio, ad laudem Dei, & Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, ac tranquillitatem & pacem cariſſimi in Chriſto filii noſtri Petri Regis Aragonum illuſtris, dictique Regni, ac regnicolarum ipſius, ſicut ſperamus, & cupimus, proſperetur. Datum Avenione XII. *Kalendas Februarii anno* VI.

V. Joanna Regina Siciliæ timens ſibi malum præparari a Ludovico Pannoniæ Rege, quem in Regnum Neapolitanum cum ingenti exercitu adveniſſe diximus anno ſuperiori, aufugit cum viro ſuo Ludovico Principe Tarentino in Galliam Pontificis opem imploratura, & in Provincia ſibi ſubdita commoratura, donec tumultus Regni componerentur. Ejus adventui gratulaturos, & de ſeriis negotiis acturos miſit Pontifex Petrum Gardæ gravem & doctum Minoritam, cum duobus Viris nobilibus, quorum nomina ſequens dabit diploma. *An.* 1347. *n.* 6. Frater Petrus Nuncius ad Joannam Reginam

Cariſſimæ in Chriſto filiæ Joannæ Reginæ Siciliæ illuſtri.

VI. *Intelleximus per aliquas litteras deſtinatas nonnullis perſonis apud Sedem Apoſtolicam conſtitutis, te in Provinciam adveniſſe. Sane licet tibi, cariſſima filia, ſuper tribulationibus & anguſtiis, quæ adverſus te ſunt in Regno Siciliæ ſuſcitatæ, de quibus nos etiam informati ſumus, paterno compatimur affectu. Gaudemus tamen quod omnipotens Dominus ad populum tuum dictæ Provinciæ fidelem utique & devotum, te ſuperatis quibuſcumque periculis, incolumen ſanamque perduxit. Tu quoque prudenter attendens quod magnanimitas regia in adverſitatibus comprobatur, conforteris in Domino, ſperans, quod ipſe qui ſerenum poſt nubila, & poſt fletum atque mæſtitiam, exultationem & lætitiam impartitur, his finem imponet, & tibi de opportuno remedio, ad quod nos etiam diligenter & ſollicite laborare proponimus, ſicut de ſua benignitate confidimus, providebit. Cæterum dilecto filio Petro Gardæ Ordinis Fratrum Minorum, & nobilibus Viris Berengario de Borbone Avenionen. diœceſ. ac Sorgio Domini Orſonis Neapolitano militibus, exhibitoribus præſentium, aliqua referenda tibi oretenus duximus imponenda. Datum Avenione* VII. *Kalendas Februarii anno* VI. *Ibid. ep.* 1053.

VII. Inſtituit hoc anno Pontifex Sacellanum ſuum fratrem Matthæum de Raguſia; & Miniſtro Provinciæ Hungariæ, ut ad prædicandam fidem Catholicam Cumanis, aliiſque Populis infidelibus intra fines Regni Hungariæ conſtitutis, quibus veritatis lumen jam cœperat illuceſcere, viros doctrina, eloquentia, & morum integritate præſtantes deſtinaret, in hunc modum delegavit. Mittuntur Prædicatores ad Cumanos.

Dilecto filio Miniſtro Fratrum Ordinis Minorum Provinciæ Hungariæ ſecundum morem dicti Ordinis, ejuſque ſucceſſoribus.

VIII. *Quantum negotium fidei Catholicæ, extra quam non eſt alicui gratia neque ſalus, inhæret ſpecialius cordi nobis, tanto illud proſperari ſalubrius, & ad profectutionem ejus perſonas induſtres,* *Ex ſec. an.* 7. *ep.* 68.

ſtrex, & providas deputari ſummopere affectamus. Attendentes igitur, quod in partibus Cumanen. & aliarum plurium Nationum infidelium infra fines Regni Hungariæ conſtitutis, eo qui ſalutis auctor, & lumen de lumine, verus Deus eſt illuſtrante, lumen ipſius fidei illucęſcere jam cœperit, multis ex infidelibus ipſis, ad ipſius agnitionem fidei jam converſis. Nos deſiderantes attente, ut hujuſmodi novella plantatio, irrigante Domino, continuum recipiat incrementum; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad informandum & inſtruendum gentes eaſdem, quæ ipſius fidei documenta non norunt, & illas etiam, qui ejuſdem fidei Sacramentum, inſpirante Domino, ſuſceperunt, in fide hujuſmodi roborandum, aliquos ex Fratribus Ordinis veſtri, qui Deum timeant, & ipſius fidei noverint rudimenta, ad dictas partes deſtinare curetis, ut his, qui fidem jam cognoſcunt, eamdem cuſtodiant agnitam, & alii ad agnitionem illius inducantur ſalutaribus Fratrum inſtitutionibus, & monitis eorumdem. Datum Avenione II. *Kalendas Junii anno* VII.

Fr. Richar. Archiep. Nazarenus.

IX. Aſſumpti ad infulas Pontificias qui ſequuntur Minoritæ: ad Archiepiſcopatum Nazarenum in Regno Neapolitano, per obitum Duranti, frater Richardus: *In eminenti Sedis Apoſtolicæ*, VI. Idus Decembris. Ad Epiſcopatum Accien. in Liguria ſub Archiep. Januen. per obitum Nicolai, frater Franciſcus de Querſo: *Quam ſit onuſta periculis*, III. Idus Februarii. Ad Calven. ſub Archiep. Capuano in Regno Neapolitano, per obitum Joannis etiam Minoritæ, frater Petrus de Briva: *Militanti Eccleſiæ*, VII. Idus Januarii. „ Obiiſſe autem fratrem Joannem anno præcedenti „ ſub menſe Junii, conſtat ex ejus Epitaphio in Æde ſancti Laurentii Nea- „ politana Ordinis Minorum in hunc modum: *Hic jacet V. P. D. Fr. Joan- „ nes de Arpino Epiſcopus Calvenſis, qui obiit anno Domini* MCCCXLVII. „ *die* VII. *menſis Junii*. „ Ad Aſſiſiatem immediate Eccleſiæ Romanæ ſubjectum, per obitum Nicolai etiam Minoritæ, frater Bertrandus tranſlatus ab Adjacen. *Prudentia Regis æterni*, XVIII. Kalendas Septembris. Ad Marcen. ſive ſancti Marci in citeriori Calabria, ſub Archiep. Cuſentino, per obitum Thomaſii, frater Bertuccius de Citrano: *In eminentis Sedis Apoſtolicæ*, V. Nonas Octobris. Ad Gardien. Alberiæ in Regno Neapolitano, ſub Archiep. Beneventano, per obitum Matthæi, frater Joannes: *Quam ſit onuſta*, III. Idus Julii. Ad Anconitanum Romanæ Eccleſiæ immediate ſubjectum per obitum Auguſtini, & ceſſionem Hugonis Electi, frater Lanfrancus de Solmertis: *Licet continuata*, V. Nonas Octobris. Ad Balneoregien. Pont. Rom. immediate ſubjectum per obitum Joannis, frater Joannes de Civitate Caſtellana: *Inter cetera*, XVIII. Kalendas Januarii. Ad Cæſenatem ſub Archiepiſcopo Ravennate in Æmylia, per obitum Bernardi, frater Guillelmus de Mirolis Bononienſis, Inquiſitor hæreticæ pravitatis in Marchia Tarviſina: conſecratus eſt anno ſequenti: *Dum ad univerſas*, V. Nonas Octobris. Ad Comaculen. alias Comachen. vulgo *Comachio* in Inſula ditionis Pontificiæ, ſitum ſub Archiepiſcopo Ravennate, per obitum Bartholomæi, frater Pax: *Regimini univerſalis Eccleſiæ*, VI. Idus Decembris. Obiit in itinere, dum e Curia proficiſceretur ad ſuam Eccleſiam. Ad Theſinum in Regno Neapolitano, ſub Archiepiſcopo Beneventano, per obitum Matthæi etiam Minoritæ, frater Dominicus: *Apoſtolatus officium*, IV. Idus Novembris. Ad Treventinum ſub eodem Archiepiſcopo, frater Petrus, per translationem fratris Jordani etiam Minoritæ ad Archiepiſcopatum Meſſanen. *Creditæ nobis diſpenſationis*, III. Kalendas Junii. Ad Rappollen.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Fr. Petrus Epiſcop. Calven.

Fr. Bertrand. Adjacen.

Fr. Bertuc. ſancti Marci.

Fr. Joann. Gardien.

Fr. Lanfrancus Anconitan.

Fr. Joan. Balneoregien.

Fr. Guillelmus Cæſenaten.

Fr. Pax Comachen.

Fr. Dominicus Theleſin.

Fr. Petrus Treventin.

len. in eodem Regno, ſub Archiepiſcopo Manfredonii, per obitum Gerardi, frater Nicolaus de Gryptamagnardi : *Superni diſpoſitione conſilii*, IV. Idus Novembris. Ad Vici-Aquen. alias Equen. in eodem Regno, ſub Archiepiſcopo Surrentino, per obitum Cæſarei, frater Jacobus de Sora : *Apoſtolatus officium*, V. Non. Octobris. Ad Adjacen. in inſula Corſicæ, ſub Archiepiſcopo Piſano per translationem fratris Bernardi etiam Minoritæ ad Aſſiſiatem, frater Philippus de Urſone : *Inter ea, quæ ſuperna diſpoſitione*, IV. Idus Novembris.

Fr. Nicol. Rappellen.

F. Jacob. Equen.

Fr. Philipp. Adjacen.

X. Celebrata tum hoc anno (non ſequenti ut habet Rodulphus) in Civitate Veronenſi Comitia Generalia, præſide fratre Fortanerio Vaſſalli Ordinis Vicario Generali, Archiepiſcopo Electo Ravennate. Aſſumptus eſt ad Ordinis regimen, & miniſterium generale frater Guillelmus Farinerius ſacræ Theologiæ Magiſter, ac Miniſter Provinciæ Aquitaniæ. Acta hujus Capituli deperiere : refert dumtaxat Rodulphus, ejus decreto unitam fuiſſe Vicariam Scotiæ, Angliæ Provinciæ. Sed hoc factum eſſe ſcribit Marianus, anno MCCCLIX. in Comitiis Januenſibus. Deſtinavit Pontifex Patribus Capitularibus graviſſimas litteras, quas hic ſubjungo.

Capitulum generale 50. Veronæ. Eligitur Miniſter Generalis Guillelmus Farinerius.

Marian. lib. 4. c. 13.

Dilectis filiis Miniſtro, & Definitoribus, ceteriſque Fratribus Ordinis Minorum, Veronæ in Generali Capitulo congregandis.

XI. *Summus omnium Magiſter & opifex, qui ſuam ædificavit Eccleſiam ſupra petram, & ne unquam fides ejus deficeret, exoravit, ſolita eam firmitate ſtabiliens, ipſam non ſolum ad ornatus decentiam, ſed ad exigentiam inexpugnabilis firmitatis, religionum & Ordinum diverſitate munivit, quorum Eccleſia ipſa fulta ſuffragiis, & quaſi ſtipata cuneis bellatorum, velut* Caſtrorum acies ordinata terribilis, *cum hoſte antiquo ſecura congreditur, & non ſolum ad confutandas ſpirituum malignorum inſidias, ſed ad apertos aſcendentium ex adverſo impetus ſuperandos, imperterrita & immota conſiſtit ; ſed inter ceteros ſpirituales congreſſus hujuſmodi bellatores ſacri veſtri Ordinis profeſſores, exercitus candidatus, ad illius honorem, qui eſt* candor lucis æternæ, *ab Ordinis ejuſdem exordio, exercitio congreſſus hujuſmodi vacaſſe inſtantius & efficacius inſtitiſſe probatur ; propter quod Ordinem ipſum ſpeciali nimirum affectione proſequimur, & ad conſervandam integritatem proſperi ſtatus ejus ardentius aſpiramus. Et ideo aniverſitatem veſtram monemus, hortamur, & rogamus in Domino, per Apoſtolica vobis nihilominus ſcripta mandantes, quatenus in hoc ſalubri congregationis veſtræ Capitulo, illis vacetis concorditer & unanimiter intendatis, per quæ ſemper, auxiliante Deo, ſervetur in vobis votorum concordia, & identitas animorum, ac ſaluti animarum veſtraram providere ſalubrius, & veſtram, ipſiuſque Ordinis famam illibatam conſervare poſſitis. Ceterum licet ſperemus indubie, quod vos caritatis igne ſuccenſi, priſtinum, quem erga vos gerimus, filiali devotione, recompenſantes affectum, veſtrarum nos orationum continua opitulatione juvetis, anxie tamen, & non ſine gravi amaritudine animi attendentes, qualiter, peccatis exigentibus, univerſis fere orbis partibas guerrarum calamitatibus, quantis bellis atteritur, & inteſtinis odiis laceratur, proh dolor! populus Chriſtianus, ac ſuper inducta mortalitatis peſte, ſenes, juvenes, magni, & parvi, ſubito & improviſe tela vitæ ſucciſa, quaſi communiter de medio ſubtrabuntur ; hujuſmodi orationum veſtrarum patrocinia inſtantius imploramus, attentius deprecantes, ut hoc, & procellas tempeſtatum varias nos circumdantium intuentes, & intumeſcentes fluctus undique,*

Ex ſecret. an. 7. epiſt. 22.

Scribit Pontifex ad Capitulares.

Cant. 6. 9.

Sap. 7. 26.

Commendat ſe eorumdem orationibus.

Miſer tunc orbis ſtatus.

filiali nobiſcum compaſſione penſantes, illum, cujus imperio quieſcunt fluctus, & fiat ſpiritus procellarum, pulſetis precibus, & clamoribus excitetis, ut ipſe, qui cum iratus fuerit, non obliviſcitur miſereri populo ſuo, quem ſui pretioſi ſanguinis aſperſione redemit, miſericordiæ ſuæ ſignum placatus aperiat, & guerris ac odiis quibuſcumque ſedatis, concordiam paret, tribuat pacem, peſtem auferat, conferat & ſalutem; ſicque orationum veſtrarum ſuffragiis, nos, & ipſam Eccleſiam in tantis anguſtiis conſtitutos, potentiæ ſuæ dextera protegat & defendat, quod temporibus noſtris eidem populo pax & tranquillitas optata proveniat, & tamdem cum Redemptor noſter uniuſcujuſque merita lance diſcuſſionis æternæ libraturus advenerit, nos una cum grege nobis credito, cum benedictionis munere ad participium regni cœleſtis invitans, in dilecta ſua tabernacula introducat. Denique, ut ex caritatis paternæ dulcedine fructum aliquem ſentiatis, omnibus vobis vere pœnitentibus & confeſſis, in congregatione hujuſmodi veſtra præſentibus, & qui ſi potuiſſent, præſentes etiam extitiſſent, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, ſeptem annos & ſeptem quadragenas de injunctis vobis pœnitentiis, hac vice, miſericorditer relaxamus. Illis ex vobis, qui hujuſmodi durante Capitulo, aut ad loca revertentes eorum in via deceſſerint, auctoritate Apoſtolica, nihilominus concedentes, ut Confeſſor, quem quilibet eorum elegerit, omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, ſemel tantum in mortis articulo plenam remiſſionem eis in ſinceritate fidei, & unitate ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac obedientia & devotione noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium, perſiſtentibus, eadem auctoritate, concedat, ſic tamen, quod idem confeſſor, de iis, de quibus alteri fuerit ſatisfactio impendenda, eam decedentibus hujuſmodi, per eos ſi ſupervixerint, vel per alios, ſi tunc forte tranſierint, faciendam injungat, quam decedentes, vel alii prædicti facere teneantur. Datum Avenione IX. *Kalendas Junii anno* VII.

Conv. Tinei. *Gonza. in Prov. S. Jacobi Con. 3.*

XII. Ante hunc annum in Oppido Tinei, Ovetenſis diœceſis in Hiſpania, extitiſſe Minorum domicilium conſtat ex inſcriptione ſepulcrali hoc ipſo anno MCCCXLVIII. inciſa. Traditio eſt, prius ſpectaſſe ad Templarias Moniales, atque his extinctis, vel alio translatis, tranſiiſſe ad Minores. A Patribus Conventualibus, ſub quibus, egregiis Theologiæ Magiſtris & Concionatoribus aliquando floruerat, translata eſt ædes ad Obſervantes. In hujus Cœnobii Templo appenſus eſt enſis famoſi pyratæ, infenſiſſimi Chriſtianorum hoſtis, Adriani Barbaruſſæ, quem nobilis Vir Garſias Fernandius de Platea, una cum aliis quatuor inſignibus Turcarum Ducibus glorioſe occidit. In tanti facinoris memoriam & præmium a Carolo V. Imperatore, & Philippo II. Hiſpaniarum Rege cohoneſtatus eſt gentilitiis inſigniis quinque capitum Turcarum, & a devicto illo celeberrimo prædone cognominatus eſt Barbaruſſa; non aliter, quam a debellata Carthagine Publius Cornelius Scipio dictus eſt Africanus; & ejus frater Lucius Scipio a devicto Rege Antiocho, Aſiaque ſubacta, Aſiaticus eſt nuncupatus.

Conv. Puteolanus.

XIII. Conceſſa hoc anno licentia ad preces Joannæ Reginæ Siciliæ Matthæo de Zoſſo civi Puteolano, ut extra muros civitatis Puteolanæ Fratribus extrueret domicilium: *Sacer Ordo veſter*, x. Kalend. Martii. Extruxiſſe tamen dubitaverim, dum in recenſu noſtrarum domorum, hujus non meminerint Piſanus aut Rodulphus. Similiter indultum nobili viro Arnaldo de Duraforti, Vicecomiti Laburti, Bajonen. diœceſ. ut in ſuo caſtro de Fe-

Feſto Podio Agennen. diœceſis, locum eiſdem ædificaret: *Sacræ religionis*, v. Kal. Aprilis. Neque hujus etiam loci prædicti Auctores meminerunt. Facta etiam facultas Eliſabethæ Reginæ, olim conjugi Petri Regis nati Friderici II. ac genitrici Ludovici, qui hoc anno regnabat, nec non Friderici III. qui ei in regno ſucceſſit, ut in loco congruo Inſulæ Trinacriæ, Cœnobium Minoritis ædificaret: *Eximiæ tuæ devotionis*, VII. Idus Julii. Quid ſi hoc illud Randacii Cœnobium, quod Reginam hanc incerto anno ex Rodulpho ſupra diximus extruxiſſe; an vero præter illud aliud ædificarit? Conv. Feſti Podii.

„ XIV. Sub hoc tempus ædicula ſanctæ Mariæ de Angelis per M. P. diſ- ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.
„ ſtans ab oppido Hortæ Dertoſanæ diœceſis, olim ſpectans ad Milites
„ Templarios, mox ad Rhodianos, deinde ad quoſdam ſeculares, in Fra-
„ trum Minorum poteſtatem devenit; cui oppidani Fratrum uſui commo- Conv. Hortæ.
„ dum ſuis ſumptibus addiderunt habitaculum. Demum ad recollectos
„ translatum, ab eis poſtea dimiſſum eſt: quod ægre ferentes Oppidani
„ apud Carolum V. egerunt, ut redirent. Hic per annos multos vixit Sal-
„ vator Alphonſus, a longo incolatu ab Horta cognominatus, de quo nos
„ ſub annum, quo Religionem ingreſſus, & quo vita functus eſt, agemus
„ opportunius.

XV. Annuit etiam libenter Pontifex votis prædictæ Reginæ Eliſabethæ, ut duo Monaſteria in Trinacriæ inſula, ac nobili mulieri Eleonoræ de Guſman. Oxomen. diœc. alterum in loco congruo ædificarent. Ubi vero, vel quando, an item aliquando ædificarint, haud mihi compertum: *Eximiæ devotionis*, VIII. Idus Julii: *Ad ea libenter*, III. Nonas Martii. Buſcoducis in Belgio Willelmus de Buſco Gerlaci filius, nobilis miles, Toparcha Erpenſis, Leodien. tunc diœceſis, domo, caſtro, & latifundiis pios in uſus relictis, teſtamento condito anno MCCCXXXV. die XXVIII. Auguſti, divam Claram bonorum ſuorum ſcripſit hæredem, ut ejus ſectatricibus ibi conderetur Monaſterium, & teſtamenti executorem Theodoricum Hornanum Cranenburgi Dynaſtam. Is Templum inchoavit anno MCCCXLIV. & reliquum opus proſecutus, in platea Hinthamenſi juxta pontem, hoc anno licentiam obtinuit a Pontifice, ut juxta teſtatoris voluntatem omnia perficerentur: *In iis quæ animarum* v. Kalend. Junii. Porro vlrgines, evocatis e Cœnobio Colonienſi aliquot Monialibus ejuſdem Inſtituti, quæ ceteris eſſent norma vivendi, anno MCCCXLIX. ingreſſæ ſunt Cœnobium, & una concluſæ. Hoc anno ædificatum Fulginei in Umbria Monaſterium ſanctæ Mariæ Annunciatæ Sororum Tertii Ordinis ſancti Franciſci, fundatricibus Palma filia Vanni Monaldi mercatoris Fulginatis, & Monaldeſca ejus ſorore, nec non Simone Monaldo, filio prædictæ Monaldeſcæ, annuente Paulo de Nallo Trincio ejuſdem civitatis Antiſtite.

Monaſt. Buſcoducis. *Monum. MSS. Provin. Germaniæ inferior.* *Jacobil. de Epiſcop. Fulgin. pag. 125.* Monaſt. Annunciatæ Fulginei.

XVI. Clariſſis de Deneyo Elien. diœceſ. in Anglia, conceſſit Pontifex ne Decimas, aut alias ſolverent procurationes, eaſque ſuſcepit ſub immediata protectione Sedis Apoſtolicæ: *Laudabilis ſacræ religionis*, XV. Kalend. Aprilis: *Religioſam vitam*, II. Kalend. Maii. Clariſſis de Caſſeriis ſancti Papuli diœceſis, ut gauderent omnibus privilegiis, & favoribus Ordini Minorum conceſſis: *Tenorem quarumdam litterarum*, V. Kalend. Aprilis. Monaſterio Clariſſarum de Pogeto univit Prioratum de Moncandono Caturcen. diœceſ. *Cupientes ut Monaſterium*, XI. Kalend. Julii. Varia indulta.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. IMperii in Occidente Caroli IV. Joannis Regis Boemiæ, & Comitis Litteræ Pontificiæ.
„ Lutzemburgii hoc anno primo, præter ea, quæ Annaliſta per-

» ſtringit, ex indiculo Petri de Alva & Aſtorga habetur, Pontificem
» XVIII. Kalend. Februarii Iſabellæ de Flandria Monaſterii Beluacenſis
» ingreſſum conceſſiſſe: *Devotionis tuæ &c.* Sed pro tranſitu Monialium de
» Waterbech in Anglia, in diœceſi Elienſi diploma expediſſe: *Pro parte*
» *veſtra &c* III. Nonas Februarii. Placet autem hic breviter harum Mo-
» nialium Monaſterii initia commemorare; incrementa quoque, & muta-
» tiones: iſtud Monaſterium de domo pietatis beatæ Mariæ Virginis nun-
» cupatum, Dionyſia de Monte Caniſio Eduardi Regis Angliæ conſangui-
» nea fundaverat; ut autem Monialium neceſſitudinibus opitularetur Bo-
» nifacius VIII. ad preces ipſius Eduardi Regis & Monialium, unam de
» Eccleſiis non collegiatis, in quibus præfata Dionyſia jus patronatus ſola
» obtineret, quam ipſa vellet, cujus fructus, redditus & proventus valo-
» rem annuum quadraginta marcharum ſterlingarum non excederet, con-
» ceſſit & dedit anno II. ſui Pontificatus II. Nonas Junii anno MCCXCVI.
» conceſſo paulo ante, III. ſcilicet Idus Martii ejuſdem anni, Abbatiſſæ &
» Sororibus quodam privilegio amplo. Anno MCCCXXXIV. petentibus
» Monialibus Eccleſiam de Bydinhem diœceſis Lincolnienſis, in qua jus
» patronatus habebant, Joannes XXII. Icherio Concoreto, ſuo & Sedis
» Apoſtolicæ in Angliæ regno Legato, pro informatione ſcripſit: quid po-
» ſtea factum fuerit non apparet. Nobile poſtea Monaſterium egregia He-
» roina Maria de ſancto Paulo Comitiſſa Pembrochii, in ſuo quodam loco
» de Manerio nuncupato, de Deneyo, Elienſis etiam diœceſis, ſub titulo
» de Miſericordia beatæ Mariæ conſtruxit pro eiſdem Monialibus, ſuffi-
» cienterque dotavit: cui Clemens VI. anno MCCCXLII. datis indulgentiis
» ejus Eccleſiam viſitantibus, anno ſequenti Abbatiſſæ & Sororibus ejuſ-
» dem parochialem Eccleſiam de *Granteſdene* diœceſis Lincolnienſis de
» earumdem patronatu, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis indulſit.
» Hoc autem anno ut prædiximus hic ſupra, ſuper tranſitu Monialium a
» Monaſterio de Waterbech, ad novum de Deneyo Pontifex ſcripſit: quid
Litteræ Pontif. » vero poſtea ſequutum fuerit, ſequenti anno clarius aperietur. Interea
» Blancæ Moniali electione Confeſſarii Minoritæ indulta: *Benigno ſunt &c.*
» IV. Nonas Martii, & Joannæ Comitiſſæ, ſicut & Catarinæ Cameracenſi
» Monaſterii ingreſſu: *Devotionis tuæ &c.* ambo, VII. Kalend. Aprilis.
» Ut Fratres locum Angalmi in Sicilia recipere poſſent licentiam elargitus
» eſt: *Ex dono cæleſtis &c.* VII. Idus Julii: & in ſuum ſacellanum fratrem
» Matthæum de Raguſio elegit: *Virtutibus clarent &c.* VIII. Idus præfati
» menſis.

» II. In favorem autem ac utilitatem noſtrarum Clariſſarum Znoimæ.
» Joannes Boemiæ & Poloniæ Rex, expedito regali diplomate, plura con-
» ceſſerat ut dicebamus; nunc vero Carolus ejus filius Romanorum electus
» Imperator & Boemiæ Rex, ſupplicationibus earumdem inclinatus, quæ
» Pater conceſſerat, per novas ſuas litteras tenoris, qui mox ſequitur, non
» tantum rata, ſed & confirmata voluit.

Carolus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Boemiæ.

Carolus Imperat. confirmat privilegia Clariſſarū Znoimæ. » *RE cognoſcimus, tenore præſentium, univerſis, quod pro parte Abbatiſſæ Conventus Sanctimonialium Monaſterii Znoymenſis, Ordinis ſanctæ Clarę, devotarum noſtrarum dilectarum, nobis quædam litteræ recolendæ memoriæ illuſtris Joannis, quondam Boemiæ Regis genitoris noſtri » cariſſimi fuerunt exhibitæ: & cum devota precum inſtantia humiliter ex-*

„ *extitit ſupplicatum, ut ipſas dignaremur de innata nobis clementia, gratioſius confirmare, quarum tenor talis eſt: Nos Joannes &c.* Vide ad
„ annum MCCCXXVII.

„ *Nos vero conſiderantes dictarum Sanctimonialium jugia ſervitia, quæ ſuis votivis orationibus, ſpretis hujus mundi delectationibus, ſub Monachali Regula, Domino noſtro Jeſu Chriſto Redemptori omnium, pro noſtri regalis culminis exaltatione, noſtra & omnium Fidelium ſalute, exhibent inceſſanter; propter quæ prædictas earum in hac parte pias ſupplicationes benigno favore proſequimur: advertentes etiam quod juſta petentibus non ſit denegandus aſſenſus, dictas ipſarum litteras, in omnibus earum clauſulis, ſententiis, & articulis, prout de verbo ad verbum præſentibus ſunt intextæ, ratificamus, approbamus, innovamus, & de certa noſtra ſcientia, auctoritate præſentium, confirmamus: volentes & mandantes eaſdem in antea ab omnibus prædicti regni noſtri Boemiæ, & Marchionatus Moraviæ, cujuſcumque ſtatus, & præeminentiæ ſint, vel fuerint, ſeu officiorum fulgeant dignitatibus, in præſenti vel futuris temporibus, fidelibus noſtris dilectis, ſub obtentu noſtræ gratiæ, firmas, inviolabiles, & illæſas per omnia obſervari, tenore harum noſtrarum litterarum, quas noſtræ majeſtatis ſigillo juſſimus communiri. Datum Znoymæ anno Domini* MCCCXLVIII. *indictione prima, nonis Junii, regnorum noſtrorum anno* I. *per Dominum Canceil. dictæ Majeſtatis.* *Vide ſupra ad annum 1347.*

„ III. Hoc item anno, die XVIII. Julii illuſtris Heroina Blanca Burgundica filia Roberti II. Ducis Burgundiæ, & Agnetis filiæ ſancti Ludovici Regis Franciæ, uxor Eduardi Comitis Sabaudiæ &c. Vidua relicta Dyoni moritur: ibidem in Eccleſia Fratrum Minorum, & ſepulcro prænobili ſuæ filiæ Joannæ de Sabaudia, Duciſſæ Britannicæ ſepelitur.

ARGUMENTUM.

Mittuntur Legati ex Minoritis & Prædicatoribus ad Cantacuzenum Imperatorem Conſtantinopolitanum pro uniendis Eccleſiis Græca & Latina: eorumque opera utitur Pontifex in aliis functionibus. Aſſumuntur ad Epiſcopatus plurimi Minoritæ. Miranda quædam facta referuntur ad aliorum inſtructionem. Ædificantur Cœnobia.

I. Actum alias diximus, de uniendis Eccleſia Latina & Græca, amandatoſque Conſtantinopolim religioſos Viros, qui negotium urgerent. Miſſi ſub hoc tempore ab Imperatoribus Græcorum Joanne Cantacuzeno, & Joanne Paleologo, Georgius Spanopulus Protoveſtiarius, & Sigerus Prætor populi, atque ex Latinis quidam Franciſcus nomine, qui longo tempore Cantacuzeno inſerviebat, Pontifici notus ac familiaris. Hi vero legationis ſuæ in eo maximam operam poſuerunt, ut perſuaderent Pontifici, Cantacuzenum propterea in bello uſum Barbarorum ope contra Chriſtianos (quorum plurimos occiderunt, & captivos duxerunt, quod ægerrime Clemens ferebat) neceſſitate compulſum, non quod ex animo Barbarorum communionem amplecteretur: deinde Pontificis animum excitarent, ut quam meditatus erat expeditionem contra fidei hoſtes in Oriente, opportune ſub hoc Imperatore ſuſciperet, promittentes, eum belli ſocium ſe adhibiturum, atque in omnibus auxilia præſtiturum. Excepit Legatos hono-

Tom. 7. an. 1113. num. 19. & ann. 1343. n. 1.

Cantacuzenus Imperator Nuncios mittit ad Clementem.

Cantacuzen. lib. 4. hiſtor. cap. 9.

Tom. 7. an. 1346. n. 15.

Remittit alios Pontifex.

norificentiſſime Clemens, & muneribus auctos dimiſit, ſubmiſitque alios Guillelmum Mauracocchium Minoritam, quem diximus, ad Eccleſiam Chiſſimen. ſub Archiepiſcopo Cretenſi aſſumptum, & Gaſpertum ex Ordine Prædicatorum ad Cenetenſem evectum. Vir erat uterque virtuti deditiſſimus, & in ſacris profaniſque litteris apprime verſatus. Quare & in congreſſu erant feſtiviſſimi, & potenti pollebant ſermone ad perſuadendum. Hos Imperator perbenevole, & magno cum honore excepit, quotidieque cum illis jucunde collocutus eſt: ipſique operæ pretium maximum duxerunt, omnia quæ in ſingulos dies propoſuiſſet, & ſuper propoſitis diſſeruiſſet, toto illo tempore, quo apud illum manſiſſent, litteris conſignare, ne e memoria elaberentur.

Summa Legationis.

II. Legationis hæc erat ſumma. Primum, cum bonis omnibus gratias agebant, quod junior Imperator Paleologus, ejuſque mater ex domo Sabaudiæ illi curæ ſint: cum, quæ nemo unquam expectaſſet, poſt ſævum bellum, & inimicitias implacabiles, & criminatorum in illum ſcelus, non ad præterita reſpexerit, ſed ſatis eſſe exiſtimarit, ſi tantum belli cauſarum purus eſſe videretur: & quaſi nihil novi interveniſſet, priſtinis moribus vixerit, ſtatimque a morte Imperatoris Andronici benignam voluntatem ac ſollicitudinem erga ejus filios ſuſceperit. Præterea quod de bello Barbaris inferendo animum ſuum ſignificavit. Et aliis quidem ante ipſum Romanis Epiſcopis fuiſſe id optatiſſimum: ſibi tamen longe magis: crebroque ac multum ſuper eo cum Italiæ Dynaſtis egiſſe, omneſque hortatum communiter ad opus, unde Chriſtianorum libertas a barbaris aſſeratur: & quod ad ſe attineat, pecuniam, & copias quantas maximas poſſit, omninoque ad ſumptus non modicos pro ſua parte conferendos, paratum eſſe. Nunc etiam amplius, ejus Legatorumque verbis exarſiſſe: & gratias agere, cum ſe ad barbaros pro Chriſti fidelibus expeditione laceſſendos adeo propenſum demonſtret. Quod ſi præter alia bona, quæ Græcis conciliare enitatur, etiam Eccleſias concordia devincire conetur, ut divulſa Chriſti membra per eum conglutinentur, non hominibus duntaxat univerſis, ſed cœleſtibus etiam poteſtatibus, ipſique Deo id magnæ voluptati futurum.

III. Imperator illi gratias agere de benevolentia, & quod ultro contra Barbaros Chriſtianorum inimicos exarſiſſet, ſeque dupliciter hoc bello lætum eſſe; tum quia pro communi Chriſtianorum utilitate gerendum ſit; tum quia & ipſe tam pulchrum hoc certamen certantium ſocius & commilito futurus ſit. Sic enim ſe ſtatuiſſe, & claſſe, & ſumptibus, & armis, & equis, & quibuſcumque rebus poſſit illos invadere, putareque ſe fore beatiſſimum, ſi in tali cauſa oppetere mortem contingeret. Quanto autem diſtractorum Chriſti membrorum conjunctio, atque conſenſus, & pax Eccleſiarum ſibi deſiderio ac ſtudio ſit, verbis ſe effari haud poſſe. Enim vero ad hoc tantopere ferri ſeſe, & incitari, ut ſi pro concordia interfici oporteret, non ſolum interficienti jugulum, ſed & gladium alacriter ipſe porrigere vellet: aut ſi putaretur ipſe exuſtus per cineres corporis ſui, Eccleſiis conſenſum conſpirationemque tributurus, ipſum ſe ante alios ligna in pyram, qua in cinerem redigeretur, impoſiturum. Attamen tale tamque magnum & admirabile, & unum inſtar omnium opus, non ita diligenter ac temere, & inconſulto fieri, ſed antegreſſa indagatione multa, omnique ſedulitate ad vere bonum cognoſcendum adhibita, ſic demum ea eligere oportere, quæ fidem germanam & tutam complecti videantur, ineptum quippe ac turpe videri de quibuſdam fluxis & caducis conſilia agitantes, quæ & adeptis haud ingens emolumentum, & fruſtratis leve damnum pariunt, in illis nullam diligentiæ par-

partem omittere, ne quod bonum apparet, amittatur, cum de cœleſtibus, & de veritate dogmatum fidei quæſtio eſt, parva tangi ſollicitudine, & fidere ſibi ſoli, perinde ac ſi ſolus ad tam ſublimem cognitionem ſit idoneus.

Petit Imperator cogi Synodum.

IV. *Cogenda ergo*, inquit, *in loco aliquo opportuno utriuſque nationis ſynodus, in qua debeant convenire ſeniores in clero, atque in lege Domini exercitati. Cum vero Pontifex huc proficiſci nequeat: & mihi tam longe ab Imperio diſcedere propter contingentia bella, vicinoſque barbaros, & Dynaſtas alios, nobis undique incumbentes, qui cum de fide nobiſcum ſentiant, tamen hoſtes ſe profitentur, non ſit facile; ſi ſacro Pontifici videbitur, ad locum aliquem maritimum, in medio utrorumque ſitum conſenſu deveniemus: ille cum Occidentis Epiſcopis, ego cum Patriarchis, eorumque Epiſcopis. Et in ſpe ſum Deum benignitate ſua adducturum nos in omnem veritatem, nec permiſſurum, ut negotio infecto, revertamur.* Ad extremum adjecit: *Si Papæ placeret Synodum colligi, celerrime ad ſe Nuncios mitteret; qui & annuiſſe illum, & de loco ac tempore, quando, & ubi congregari debeant, certiorem facerent. Sibi enim ad Patriarchas, aliosque Epiſcopos convocandos mora longiore opus fore.*

Probat Pontifex.

V. Hæc Imperator ad Legationem Papæ: quæ Legati Epiſcopi vehementer approbantes, & cum antea, tum deceſſuri; multis ab eo muneribus culti, in Italiam redierunt; ac Pontifici legationem renunciantes, multis Imperatorem laudibus prædicarunt: exaratasque a ſe ephemeridas oſtenderunt. Papa itidem non ſe admodum a ſynodo abhorrere profeſſus, celeriter miſit, qui ei dicerent, conſilium ejus ſe valde amplecti, conventum Epiſcoporum ſibi eſſe in optatiſſimis, promiſitque, conſultis Epiſcopis, ſe tempus & locum ei ſignificaturum, quo conveniant, & de conjungenda ac pacificanda Eccleſia inter ſe diſſerant. Tum & Imperator ex amicis Galatæ habitantibus Joannem Ordinis Prædicatorum ad Papam mittens, gratias egit liberales de propenſa voluntate ac diligentia, quam ſuper Eccleſiarum reconciliatione demonſtrabat: petiitque rurſum, ad rem eamdem incumberet, neu bellum Eccleſiæ illatum, quod tolli poſſit, per ſocordiam deſpiceret.

Bzov. ann. 1345. n. 14. Ann. 1346. n. 15. Ann. 1149. Corriguntur errores Bzovii citca hanc Legationem.

VI. Legationem hanc non ſemel refert, amandatoſque Epiſcopos ter narrat Bzovius tribus annis diſtinctis, & cum prima vice ante quadriennium eos miſſos aſſeruiſſet, hoc ipſo in quo nunc verſamur iterum, ſed verius, deſtinatos recenſet. In iis vero amplius fallitur; primo, quod occaſionem hos Epiſcopos mittendi ſumpſiſſe Pontificem inſinuet ex præmiſſo ab Imperatore Leonardo Bartholomæi Anconitano*genere, ſed cive Conſtantinopolitano; ſecundo, quod per hos ſcripſiſſe dicat Pontificem ad Calo Joannem (quem monumenta Vaticana nominant Coloramum) Aſſanum Capitaneum urbis Conſtantinopolitanæ, ad Andronicum & Manuelem (junge Joannem ex regeſto Vaticano) Aſſagnos, & Matthæum Cantacuzenum. Tertio quod præter illos Epiſcopos ſupranominatos, Cantacuzenus Imperator flagitaverit alios Nuncios cum ampliore facultate tranſmitti; & propterea Clemens in Orientem ire imperraverit Joannem Coronenſium, & Antonium Caetanorum Epiſcopos. Citatque pro duabus primis aſſertionibus epiſtolas 148. 149. 150. & ſequentes; pro tertia vero epiſtolam 39. ſecretorum hujus anni. Ex his ipſis epiſtolis hos corrigo errores, & primos ablegatos Epiſcopos Cajetanum ſcilicet & Coronenſem anno MCCCXLVI. oſtendo propter cauſas ibidem a nobis allegatas; Leonardi vero Anconitani mentio non occurrit niſi anno ſequenti. Epiſcopi autem poſteriores ſua Legatione perfuncti ſunt hoc anno, ut monumenta Vaticana a Bzovio citata & a me ſtatim producenda

* *Forte Acconitano.*

Ann. 1146. n. 1.

da monſtrabunt, licet Bzovio magis placeat aſſerere, miſſos fuiſſe anno MCCCXLV. & MCCCXLVI. Secundo non ſcripſit hoc anno per hos Epiſcopos Clemens ad nobiles viros Aſſagnos, vel Matthæum Cantacuzenum, qui Imperatoris Cantacuzeni erat primogenitus, ſed ſequenti, id dumtaxat ſignificans, ſe jam miſiſſe Cajetanum & Coronenſem Epiſcopos, quod aperte conſtabit ex ipſis Pontificis epiſtolis 39. & ſequentibus, quæ continentur non in libro ſecretorum hujus anni, ſed ſequentis, in quem incidit principium anni noni Pontificatus Clementis, quo hæ ſcriptæ ſunt epiſtolæ: ex quibus etiam tertium errorem circa miſſionem horum poſteriorum Epiſcoporum corrigere licebit. Do primas epiſtolas, quas Bzovius citat, & quæ Legationem hujus anni Chiſſimenſi, & Cenetenſi, multis privilegiis, quæ omitto, munitis, commendatam contingunt, reliquas daturus anno ſequenti.

Venerabilibus fratribus Guillelmo Chiſſimen. & Gaſperto Ceneten. Epiſcopis Apoſtolicæ Sedis Nuncils.

Ex ſecr. ann. 8. epiſt. 148.

VII. *CUm vos ad partes Romaniæ pro negotiis unionis Latinæ Græcæque Eccleſiarum, auctore Domino, promovendis, principaliter tranſmittamus, nos cupientes attentius negotium ipſum, ſummotis impedimentis quibuslibet, feliciter proſperari, in omnes & ſingulos ejuſdem negotii turbatores & impeditores cenſuram Eccleſiaſticam, non obſtante ſi eis, aut eorum aliquibus, communiter vel diviſim, a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, exercendi vobis, & utrique veſtrum plenam concedimus, tenore præſentium, poteſtatem. Datum Avenione Idibus Februar. anno* VIII.

Joanni Cantacuzeno Imperatori Græcorum illuſtri, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

Ibid. epiſt. 149.

VIII. *AD litteras plures, quas nobis ſublimitas tua miſit, quas benigne recepimus, tibi per venerabiles fratres noſtros Guillelmum Chiſſimen. & Gaſpertum Ceneten. Epiſcopos, Apoſtolicæ Sedis Nuncios exhibitores præſentium, viros utique probatæ virtutis, eminentis ſcientiæ, & in quibus timor Domini ſanctus manet, providimus reſpondendum, ſerenitatem tuam attente rogantes, tibique ſinceris affectibus ſuadentes, quatenus quæ dicti Nuncii, vel alter eorum, tibi ſuper contentis in hujuſmodi litteris, & Ambaſſatis per tuos Nuncios nobis factis, & illa tangentibus, pro parte noſtra retulerint, credas indubie, illaque ſic, prout ſperamus & credimus, ad effectum debitæ proſecutionis adducas, quo tuæ ſubditorumque tuorum ſaluti conſulas, provideas & quieti. Datum Avenione Idibus Febr. anno* VIII.

In eumdem modum Joanni Paleologo Imperatori Græcorum illuſtri.

Dilecto filio nobili viro Franciſco de Petluxo Militi, ſancti Flori Diœceſis ſalutem.

Ibid. epiſt. 150.

IX. *SI conſideres, fili, quantum tibi in præſenti accreſceres ad famæ præconium, & in futuro adjicies ad meritum & ſalutem, ſi negotium unionis Latinæ & Græcæ Eccleſiarum, quas antiquo ſchiſmate introdu-*

Anno Christi	Clementis VI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 142.
1349.	anno 7. & 8.	anno 2.	

ducto, diviſionis caput & auctor ſcandali, qui primum ſchiſma ſuſcitavit in cœlo, non ſine damnatione innumerabilium animarum ab bactenus ſeparavit, illo ſummo lapide angulari Chriſto Jeſu, qui parietem utrumque connexuit, operationibus tuis infundente gratiam, & promotioni præſtante virtutem, per tuæ diſcretionis ſtudium finem perfectionis attigerit, ut ſperamus, profecto ad felicem tam ſalutaris operis conſummationem nullis excitatus precibus, nullis exhortationibus provocatus, nullis præventus monitis ſponte curres, operarias manus appones, ſollicitus converces ſtudia, impendes etiam & laborem. Siquidem, cum Evangelica veritate teſtante, majus gaudium ſit Dei Angelis ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quam ſuper nonaginta novem juſtis, quibus pœnitentia non eſt opus, quantis illa cœleſtis aula perfundetur gaudiis, quanta jucundabitur lætitia, & quantis tripudiis exultabit, eiſdem Græcis ad Romanæ & univerſalis, ac unicæ ſanctæ Dei Eccleſiæ redeuntibus unitatem, ſuper converſione tantæ multitudinis peccatorum? Cum autem, fili, pro ipſius promotione Deo grati negotii, venerabiles fratres noſtros Guillelmum Chiſſimen. & Gaſpertum Ceneten. Epiſcopos Apoſtolicæ Sedis Nuncios, exhibitores præſentium, viros utique probatæ virtutis, eminentis ſcientiæ, & in quibus timor Domini ſanctus permanet, ad Joannem Cantacuzenum, & Joannem Paleologum Imperatores illuſtres, & Patriarchum Græcorum ipſorum, ſub ſpe divini favoris, duximus deſtinandos; nobilitatem tuam monemus & hortamur in Domino, attentius deprecantes, tibique in remiſſionem peccaminum expreſſius injungentes, quatenus dictos Nuncios, vel eorum alterum, pro noſtra, & dictæ Sedis reverentia, benigne recipias, & eos circa hujuſmodi eis commiſſum negotium promovendum feliciter, conſiliis dirigas, auxiliis foveas, ſibique aſſiſtas favoribus opportunis, ita quod, præſtante Deo, negotium ipſum votivum ducatur ad exitum, tuque tanti particeps operis, famæ gloriam & ſalutis præmia conſequaris. Datum ut ſupra. In eumdem modum nobili viro Coloramo Aſſani, Capitaneo civitatis Conſtantinopolitanæ. *Gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.* In eumdem modum, mutatis mutandis, Patriarchæ Græcorum. *Gratiam in præſenti &c.*

Mittuntur magiſtri fidei ad Jacobitas.

X. Jacobitarum etiam errores ab Eutychetis, Dioſcori, Gnaphæi, & Severi obſoletis & detritis inſaniis collectos, corrigere cupiens Pontifex, variis litteris Prædicatorum & Minorum ſuperiores hortatus eſt, ut ad eos mitterent ex ſuis Conſodalibus, qui errantes in viam reducerent veritatis. Ad eumdem vero Pontificem hoc anno nobilis vir Conradus de Aquaviva, Comes ſancti Valentini, Roberto claræ memoriæ Regi Siciliæ olim devotus & familiaris, qui ſub hoc tempore partes ſequebatur Joannæ Reginæ, ejuſdem Regis neptis, miſit avunculum ſuum fratrem Philippum de Maſſa, ut explicaret Regni ſtatum & diſcrimen; cui per eumdem Nuncium Pontifex reſcripſit, ut illam fidei & devotionis conſtantiam, quam erga Robertum & progenitores oſtendit, ſervaret etiam erga ejuſdem Regis hæredes & ſucceſſores: *Venientem nuper.* VI. Idus Februar. Invenio hoc anno aſſumptum fuiſſe ad gradum magiſterii Pariſiis virum utique doctum & nobilem, fratrem Giraldum Grimaldum Provinciæ Aquitaniæ, de qua re dedit Pontifex litteras ad Cancellarium Pariſienſem: *Sicut debetur benemeritis.* VI. Idus Junii.

Frater Philippus Nuncius ad Pontificem.

Frater Giraldus promovetur ad magiſterium.

XI. Aſſumuntur hoc anno ad Eccleſiarum regimina multi Minoritæ. Ad Archiepiſcopales, qui ſequuntur. Ad Matrigen. in Regno Zechiæ, ſub Patriarcha Conſtantinopolitano, frater Joannes, ex eiſdem partibus oriundus, per Minoritas e pueritia in fide Catholica inſtructus: *Cum ſit ars artium.* IX. Ka-

Fr. Joann. Archiepiſc. Matrigen.

Kalend. Maii. Ad Corinthien. ſub eodem Patriarcha, per translationem Jacobi ad Tarentinam, frater Franciſcus de Maſſa: *Officii noſtri debitum*. IV. Kalendas Aprilis. Ad Hieropolitanam ſub eodem Patriarcha, per translationem Antonii etiam Minoritæ ad Archiepiſcopatum Duracen. frater Stephanus de Larolo: *Paſtoralis officii*. VIII. Idus Julii. Ad Duracen. ſive Dyrachienſem in Macedonia, per obitum Angeli, frater Antonius translatus ab Hieropolitana: *Prudentia Regis æterni*. VIII. Kalend. Junii. De hujus Antonii virtute & pietate alias quædam præmiſimus.

Frater Franciſcus Corinthien.

Fr. Stephan. Hieropolitan.

Fr. Anton. Duracen.

Ann. 1305. n. 4.

XII. Ad Epiſcopales, quos hic ſubjungo; ad Litterenſem in Regno Neapolitano, ſub Archiepiſcopo Amalphitano, frater Jacobus de Joa, per obitum Petri: *Apoſtolatus officium*. XVII. Kalendas Aprilis. Ad Boſnenſem in Hungaria, ſub Archiepiſcopo Colocenſi, per translationem Bon-Joannis ad Eccleſiam Firmanam, frater Peregrinus de Saxonia, quem alias diximus conſtitutum Vicarium Fratrum in Principatu Boſnenſi per Gerardum Odonis Generalem Miniſtrum: *Dum ad univerſas orbis Eccleſias*. V. Kalendas Februar. Virum hunc *profecto ſanctiſſimum* vocant Annales Pannonici, ejuſque opera ajunt, Patarenos in Boſna, qui variis erroribus impliciti in deperditam impietatem inciderant, fuiſſe converſos. Ad Leghlinen. in Hibernia ſub Archiepiſcopo Dublinien. frater Thomas de Brakenberg, per obitum Guillelmi a ſancto Leodegario: *Inter cetera* XIII. Kalend. April. Obiiſſe hunc anno MCCCLX. Menſe Julio, refert Cathalogus Epiſcoporum Leghlinenſium. Ad Aquinatem in Regno Neapolitano frater Thomas de Bojano, per translationem Jacobi ad Bitontinam: *Creditæ nobis diſpenſationis*. III. Kalend. April. Ad Ruben. in Regno Neapolitano ſub Archiepiſcopo Baren. frater Stephanus, per obitum Joannis: *Apoſtolatus officium*. VII. Kalend. Februar. Ad Syben. in Regno Zechiæ, ſub Archiepiſcopo Matrigen. frater Thomas de Birago primus Epiſcopus illius Eccleſiæ, quam tunc in Cathedram, & locum ipſum Sybæ populoſum valde in Civitatem Pontifex erexit: *Romani Pontificis*. XI. Kalend. Junii. Simili diplomate, & eodem die ad Lucucen. in prædicto Regno, tunc pariter in cathedram erectam, frater Jacobus de Ponteturno. Ad Bergomen. in ditione Veneta, ſub Archiepiſcopo Mediolanen. frater Lanfrancus de Salmertis translatus ab Anconitana, per translationem Bernardi ad Brixienſem: *Quam ſit onuſta diſpendiis*. X. Kalend. Novemb. Hunc de Salvettis cognominat Bartholomæus de Peregrinis in ſua vinea Bergomenſi, & civem aſſerit Bergomenſem; ſed in eo errat, quod ad hanc Eccleſiam aſſumptum dicat per obitum Bernardi, cum diploma Pontificium expreſſe aſſerat, hunc translatum ad Eccleſiam Brixienſem. Obiiſſe ait Lanfrancum anno MCCCLXXXI. die IV. Aprilis; & confecraſſe Eccleſiam ſanctæ Marthæ anno Domini MCCCLVII. Epiſcopatus ſeptimo, Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Baſella Ordinis Prædicatorum anno MCCCLXI. Epiſcopatus undecimo, Eccleſiam ſancti Gotardi de Columbina Ordinis Servorum anno MCCCLXXIV. Epiſcopatus XXI. Eccleſiam vero ſancti Franciſci longe antea conſecratam ſcribit, videlicet anno MCCXCII. die XXVII. Auguſti a Roberto Bungo Cive Bergomenſi. Ad Arien. ſub Archiepiſcop. Creten. per obitum Lazari, frater Raymundus de ſancta Lucia: *Inter curas multiplices*. VIII. Idus Julii. Ad Milopotamen. ſub eodem Creten. per obitum Nicolai etiam Minoritæ, frater Jacobus de Ponto: *Paſtoralis officii debitum*. VIII. Idus Julii. Ad Kiſſauren. ſub eodem Creten. per translationem Nicolai ad Veſtanam in Regno Neapolitano, frater Guillelmus Emergavi ſacræ Theologiæ Magiſter: *Eccleſiarum omnium regimini*. XV. Kalend. Julii. Ad Archadien. ſub eodem Creten. frater Raphael, per obitum alterius Raphaelis:

Frater Stephanus Ruben.

Fr. Thomas Sybeu.

Fr. Jacobus Lucucen.

Frater Lãfrancus Bergomen.

Peregrin. de Epiſcop. Bergomen. c. 46.

Ibid. c. 42.

Fr. Raymundus Arien.

Fr. Jacobus Miloporamen.

Fr. Guillelmus Kiſſauren.

Fr. Raphael Archadien.

Ec

Anno Christi	Clementis VI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 142.
1349.	anno 7. & 8.	anno 2.	

Eccleſiarum omnium curam. VIII. Idus Julii. Peculiaris debuit eſſe Cretenſium erga Minoritas affectus, vel gravis aliqua cauſa ſubeſſe Pontifici, ut eodem tempore ſimul quatuor unius Metropolitani crearet ſuffraganeos. Ad Abien. ſub Patriarcha Conſtantinop. frater Joannes de Monteſono, per translationem Adami ad Cataren. *Inter cetera*. VIII. Idus Julii. Ad ſanctæ Juſtæ in Inſula Sardiniæ, ſub Archiepiſcopo Arboren. per obitum Jacobi frater Palaczinus de ſancto Petro: *Regimini univerſalis Eccleſiæ*. IV. Nonas Septembris. Sub hoc anno alium recenſet Rodulphus ſui Inſtituti Epiſcopum Venetiarum fratrem Joannem Barbum, cujus etiam ſub eodem anno meminit Leander Albertus, licet non exprimat Inſtitutum.

Fr. Joannes Abien.

Fr. Palaczinus S. Juſtæ.

Fr. Joannes Venetus.

Rodul. fol. 271. Leander. in deſcript. Venetiæ.

XIII. Miracula aliquot & viſiones hujus temporis ad ſancti Franciſci commendationem, & aliorum inſtructionem, hic non pigebit breviter referre. Quidam mercator, & civis Aſſiſias in fœdam & horribilem incidit lepram, qua ne alios inficeret, extra Civitatem factus eſt. Habuerat ille duos cariſſimos amicos, unum Fulginii, alterum Peruſii; utrumque convenit, ut e domo propria a ſuis concivibus ejectum pro antiqua neceſſitudine ſub tecto reciperet. Omnia ſe miniſtraturos lepræ curandæ dixerunt, & vitæ commode tranſigendæ: id dumtaxat ſibi haud integrum ſub domum recipere, ne civibus diſpliceret, aut domeſticos offenderet. Hac deſperatus repulſa, Aſſiſium rediit ſub noctis crepuſculo; ſed dum pontem, qui magno Minoritarum ſubeſt Cœnobio, tranſiret, offendit agricolam ſtramenti faſciculum in urbem deportantem. Interrogavit an illo ſe onere levare, & ſtramen ac funem vendere placeret? Ille, pacta pecunia, utrumque dedit, hic vero, abjecto ſtramine, tranſiliens muros Fratrum, ex denſa quercu, injecto ad collum fune ſe ſuſpendit. Adfuit tamen miſello Dei miſericordia, apparente ei ſancto Franciſco, qui, rupto fune, blande in terram deduxit, & increpavit, quod deſperaverit, quod locum ſibi ſacrum infanda nece voluerit temerare. Ducta deinde per univerſum corpus ſalutari manu, hominem a lepra mundavit, & ad ſancte vivendum interioribus motibus excitavit. Ad hæc ſummo mane Civitatem ingreſſus, omnium ſtupore coram Magiſtratu apparuit nitidus & ſanus, quem paulo antea tamquam leproſum & contagioſum a ſe expulerunt: auditoque prodigioſo eventu, eum comitati ſunt urbis optimates ad ſancti Franciſci baſilicam, tantum miraculum celebraturi. Ille vero deinceps totum ſe addixit ſancti Patriarchæ obſequio, neque amplius receſſit e Monaſterio, aſſumpta in ſe cura ſacræ ſupellectilis, & quæ ad cultum ſpectabant divinum.

Chron. antiqua Marian. lib. 4. c. 11.

S. Franc. quemdam e ſuſpendio liberat.

XIV. In Conventu Maſſilienſi ſub hoc tempore deceſſerunt uno eodemque anno Cuſtos, & Lector Cœnobii, quorum uterque magnos habebat cumulos librorum. Acceſſit ex alia Provincia quidam pius Frater ſancti Ludovici corpus ibidem requieſcens, inviſurus. Dum noctu oraret in Eccleſia, vidit ſolemniſſimum erigi tribunal, in quo Chriſtus præſidebat; aſſidebant vero cœlites ſuis ordinibus diſtincti. Ducti ſunt ad judicium prædicti Cuſtos, & Lector, manibus poſt tergum ligatis, præcedentibus mulis duobus libris onuſtis. Interrogati cujus fuerint Inſtituti? reſponderunt, Franciſcani. Deinde Chriſtus Franciſco, *Tui*, inquit, *fuerunt: tibi remittimus judicandos*. At ille reverenter in ſe cauſa ſuſcepta, quæſivit, *quid ſibi vellent tot libri? Noſtro* inquiunt, *inſerviebant uſui*. Quibus ille ſecundo: *feciſtis quod hi docebant codices?* trementes reſponderunt, *Non*. Tulit Franciſcus ſententiam. *Quia ad pompam & vanitatem libros aggregaſtis contra ſanctam paupertatem, nec quod Dominus, in cujus ſtatis conſpectu, præcepit, aut hortatus eſt in his libris, feciſtis, & degeneres vos probaſtis filios*,

Ibidem. Condemnantur ocinſi librorum cumulatores.

filios, vos, veſtrique libri æternis deputantur carceribus. Quibus prolatis, magno hiatu aperta eſt terra, & deglutivit homines, atque jumenta; diſſolutoque judicio, evanuerunt cœlites ab oculis devoti Fratris, ex angulo cum timore, & ſtupore cuncta conſpicientis.

Ibidem. Pœna mulieris vanæ, & negligentium Parochorum.

XV. Vidit alter in provincia Siciliæ ſummo mane ad Eccleſiam accedentem mulierem nudam, Hetruſcis ſandaliis, ſive crepidis variegatis incedentem, duoſque lupos vultibus demiſſis eamdem comitantes. Oratione præmiſſa, recedentem interrogavit Frater, quænam eſſet? quare ita incederet? quid collaterales lupi myſterii protendebant? Reſpondit illa ſuſpirans: *mulier fui nobilis, ſed vana, tota luxui, choreis, & ſolatiis dedita: ſub mortem contrita reſipui, rite peccata confeſſa veniam a Domino impetravi, hac dumtaxat injuncta pœnitentia, ut quæ byſſinis, & auratis induebar veſtibus, nunc nuda erubeſcam, neque alia patior tormenta, datis mihi contra incendium, quod pati delebam, his crepidis, quas olim neglectas, & ſub lecto projectas pietate commota, & caritatis æſtu ſuccenſa cuidam pauperi mea manu porrexi. Ferales, quos vides, ſocios, erant duo parochi, qui, dum paſtorum, ac canum fungi deberent officio, & clamare ac latrare, ut lupos diabolos animabus inſidiantes, arcerent, complacebant mihi & aliis, & ne nos contriſtarent, potius vitiis noſtris, & vanitati applaudebant, quam contraibant. Propterea hanc tulerunt ſententiam, ut luporum ſpeciem ferant, qui luporum magis, quam paſtorum præ ſe vitam ferebant.* His dictis ſtatim evanuit.

Ibidem. Vana ornamenta Diaboli ſunt inſtrumenta.

XVI. Huic ſimilis altera in vanitatibus, ſed diſſimilis in pœnitentia. Pariſiis confitebatur cuidam Minoritæ quædam egregiæ formæ, margaritis intertexta capillos, & pompaticis veſtibus induta. Sæpius admonita ut vana illa ornamenta deponeret, & ſecurius Deo ſub honeſto habitu deſerviret, noluit acquieſcere. At Confeſſarius opportune importune monere non deſtitit, ut ſibi a laqueis illis caveret, adjecitque minas & terrores ignis æterni, quo hujuſmodi conflagrantur vanitates: atque inter cetera cum fervore dixit, ornamenta illa laqueos eſſe diaboli, quibus animas ſolet irretire, & arma, quibus Chriſto, & ejus miniſtris bellum conſueſcit inferre. Percuſſa illa divini timoris ſpiculo, & ſacro æſtu agitata reſpondit: *Ego, Reverende Pater, corde compuncta verum eſſe perſpiciens quod mihi denuncias, Deum Optimum humiliter rogo, ut quod ſuper me eſt contra ſuam voluntatem, quoquomodo ad Diabolum ſpectans, auferatur a me, & Diabolus tollat quod ſuum, ne coinquinetur, quod Dei eſt.* Ut dixit, obumbrata eſt denſa caligine, apparuitque manus ſingula tollens vana ornamenta, & vox audita eſt dicentis; *hæc ſunt vexilla mea.* Diſparuitque caligo, & caliginoſus prædo, ſua ſecum auferens ſpolia, & mulier deinceps in honeſto habitu piis ſe dedicavit obſequiis.

Ibidem. Preces efficaces fœminæ peccatricis.

XVII. Mirabilis eſt hæc alterius fœminæ diſſolutæ converſio. Quidam Minorita ſolebat ſe omnium orationibus commendare. Obviam habuit in porta Civitatis mulierem peccatricem, atque hanc oravit, ut pro ſe precaretur, cui illa: *quid tibi, bone Pater, proficient orationes fœminæ, quam probe noſti indignam, quæ a Domino exaudiatur? Nihilominus*, inquit Frater, *ora pro me talis, qualis es, ſacratiſſimam Virginem Mariam; fortaſſis preces tuæ, & tibi, & mihi proficient.* Diſcedente Fratre, conſpexit illa ſuper januam imaginem Dei Genitricis ulnis infantulum Jeſum geſtantis, & genuflexa recitavit pro Viro religioſo ſalutationem Angelicam. Statim viſus eſt vultus imaginis Virgineæ ad filium ſe convertere, & deprecari, ut miſellam pro Religioſo deprecantem exaudiret; Filius vero ita Matri reſpon-

Anno Christi	Clementis VI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 242.
1349.	anno 7. & 8.	anno 2.	

ſpondere : *quomodo inimicam exaudiam pro amico* ? Cui Mater , *Fili* , *fac de inimica amicam amore amici* , *& ſic rogantem inimicam exaudias pro amico* . His auditis mulier in ſe reverſa , ſurrexit contrita , ipſique mox Fratri ſua peccata integre confeſſa , egit pœnitentiam vitæ male tranſactæ .

XVIII. Hoc anno extructum Cœnobium ſancti Nicolai in Civitate Stanni , quæ triginta milliaribus diſtat a Raguſio , per quoſdam Minoritas Boſnenſes , qui urbem , & regionem adjacentem plurimis ſchiſmaticis , & hæreticis Patarenis expurgarunt : Qua de cauſa hic locus plurimis annis ſuberat Patribus Conventualibus Vicariæ Boſnæ Argentinæ , quamvis nunc ſpectet ad Provinciam Raguſinam , & Patres Obſervantes , licebatque incolis ex Summorum Pontificum conceſſione , Sacramenta omnia fidelibus miniſtrare . Objerunt hic pii viri Andreas a Sardinia , & Joannes ab Anglia , quorum uterque cum linguam neſciret Illyricam , Illyrice tamen divino ſpiritu dictante , concionabatur . Miracula edidiſſe feruntur , præſertim nobilem quemdam lumine oculorum ex infirmitate captum , admotis ex eorum ſepulcris ad oculos pulveribus , viſum recepiſſe . *Conv. in Prov. Raguſ. Cap. 2.* *Conv. Stanni.*

XIX. Cremæ diœceſis Placentinæ , nobilis Caſtri , Cœnobium ante paucos annos extructum ſub Fortanerio Vaſſallo , dum Patres Prædicatores hoc anno dirui vellent , allegantes non diſtare a ſuo Conventu tot cannanarum menſura , quot decreta præſcribunt Pontificia , litigantes compeſcuit Pontifex ſtabile volens ædificium : *Laudabilis veſtra Religio* , II. Kalendas Maii . Hujus loci meminerunt Piſanus , & Rodulphus in Provincia Mediolanen. & Cuſtodia Brixienſi . In eo floruiſſe aliquos Magiſtros , Viros eruditos & graves , ſcribit Rodulphus : atque inter hos Maximianum Beniaminum Paduæ hæreticæ pravitatis Inquiſitorem , quem Sixtus V. Eccleſiæ Clodienſi præfecit . „ Sub annum MCCCXLIV. Rogerius Caccia Epiſcopus „ Placentinus Fratres in Caſtrum introduxit , & ſub annum MCCCLXIX. „ Urbanus V. conceſſit Eccleſiam Parochialem ſancti Michaelis , conſentien- „ tibus Dominis de Benzona , ad quos ſpectabat Jus-patronatus , *Conv. Cremæ.* ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

XX. Diximus alias nobilem mulierem Mariam de ſancto Paulo Comitiſſam Pembrochii , Ademari de Valentia Comitis relictam , ædificaſſe Clariſſis Monaſterium , in caſtro de Waterbeck Elien. diœceſ. , & poſtea tranſtuliſſe Sanctimoniales ad aliud a ſe conſtructum in manerio ſuo de Deneyo . Primum itaque poſt aliquas Monialium ſuperatas controverſias , hoc anno Fratribus adjudicavit : *Ad fructus uberes* , III. Nonas Februarii . Aliud eiſdem fabricaſſe in loco Lippen. Cenadien. diœceſis Eliſabetham Hungariæ Reginam diximus alias , quod Bonfinius tribuerat marito Carolo Regi . At vero Reginæ potius tribuendum probat diploma Pontificium hujus anni , quo prædicti Cœnobii Eccleſiam viſitantibus aliquæ conceduntur Indulgentiæ : *Splendor paternæ gloriæ* . XI. Kalend. Aprilis . Ad Lutram oppidum Wormatienſis diœceſis , præextitiſſe Fratrum Cœnobium probat diploma aliud , quo Pontifex concedit ut Fratres iidem litigantes cum Præmonſtraſtenſibus circa jus ſepulturæ , compromittant in Gerlatum Archiepiſcopum Moguntinum : *Exhibita nobis* . XII. Kalend. Februarii . Ante hoc tempus poſſediſſe Clariſſas Monaſterium in Ruthenis Zunermen. diœceſis , probat diploma Pontificium , quo ratam vult electionem factam de Beatrice de Magnipolo in Abbatiſſam ejuſdem Monaſterii , non obſtante , quod ad trigeſimum ætatis annum non pervenerit : *Apoſtolicæ Sedis benignitas* VI. Idus Junii . *An. 1342. n. 63.* *Conv. Waterb.* *Conv. Lippen.* *An. 1327. n. 17.* *Conv. Lutr.* *Monaſt. Ruthenen.*

SUP-

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Liter. Pontif.

I. JOannæ de Bellovifo Moniali non tantum indulſit Pontifex altare portatile: *Devotionis ſinceræ &c.* II. Nonas Februarii; ſed etiam per aliud Breve: *Devotionis tuæ &c.* ejuſdem temporis, pro ſuis neceſſitudinibus mulierem. Guillelmo vero Mauracocchio Minoritæ Epiſcopo Chiſſimenſi ſuffraganeo Archiepiſcopi Cretenſis, quem una cum Gaſperto ex Ordine Prædicatorum Epiſcopo Cenetenſe ad Imperatorem Græcorum Joannem Paleologum legabat, præter ſalvum conductum, Idibus Februarii expeditis diplomatibus: *Cum venerabilem &c. Cum vos &c.* plura conceſſit, ut interpretes ſeligere, reconciliare Apoſtatas a fide, & alia. Fratri Lanfranco Epiſcopo, quem ab Eccleſia Anconitana ad Bergomenſem tranſtulerat, facultatem teſtandi: *Quia præſentis &c.* IV. Idus Aprilis. Et Miniſtro Generali Ordinis recipiendi quatuor locæ licentiam dedit: *Gerentes ad vos &c.* VI. Idus Junii, cum nonnullis aliis favoribus impertitis.

Wadd. ad hunc annum n. 1.

Alexander ex Tertio Ordine Epiſcop. floret.

II. Andreas Bonſanti commemorat quemdam Alexandrum Epiſcopum, ac tertii Ordinis ſancti Patris Franciſci alumnum, virum ſollicitudine paſtorali, pietatis, ac ſanctitatis operibus clarum hoc anno obiiſſe; & Buadeſcam Lucenſem Tertii Ordinis; & illum meritis, & virtutibus cumulatum in Tuſcia migraſſe ad Dominum XVI. Kalend. Februarii MCCCXLIX. Sed Cornelius Florentinus in ſua tabula, Joannam Græcorum Reginam Viduam, ac Tertii Ordinis alumnam, generis nobilitate, perfectione, ac vitæ ſanctitate laudatam, debitum naturæ ſolviſſe pariter hoc anno enarrat. Fuit hæc Heroina Græcorum Imperatrix, Amedei IV. Comitis Sabaudiæ, ex Maria Antonii Brabantiæ Ducis filia, tertia uxore ſexto progenita loco; hæc enim Sabaudo ſex filias dedit, Bonnam, Beatricem, Mariam, Catarinam, Blancam, & Joannam, de qua loquimur: quæ Græcis Anna nuncupata, & Andronico Paleologo Conſtantinopolitano Imperatori nupta, eidem Joannem, & Manuelem filios peperit. Quantæ virtutis chriſtianæ fuerit hæc Heroina, id facile probat, evidenterque oſtendit, quod inter aulicas illecebras, & in ſupremo imperii orientalis faſtigio collocata, nil numquam vanitatum fumi contraxerit, qno ejus fidei candor, vel optimorum avita morum puritas, & ſplendor obumbrari poſſent: ſuis temporibus, ut etiam, peccatis exigentibus, nunc Græci ab Eccleſia Romana turpiter diviſi, huc illuc, falſarum opinionum, errorumque turbine agitati impellebantur: ipſa vero honorem Dei, & Chriſti Jeſu Eccleſiæ unitatem zelans, Andronicum Imperatorem duxit, ut Romani Pontificis primatum conteretur, & unitatem utriuſque Eccleſiæ deſideraret. Quamobrem fratrem Gratiam a Gerardo Miniſtro Generali cum aliis miſſum, ſed Conſtantinopoli in obſequio Imperatricis detentum, cujus etiam opera eam veritatem didicerat, ad Pontificem Joannem XXII. miſit, rogans per eum ut virum gravem remitteret, qui unionem & amicitiam Græcorum conciliaret, miniſtroſque adhiberet, qui veræ doctrinæ ſemitam edocerent. Negotium iſtud grave nimis, & non facile abſolvendum plurimum temporis terebat; ipſa vero Imperatrix maxime ſollicita, cujus cordi nil hac unione gravius hærebat, Fratrem Manentem Vicarium Orientis Minoritam, ſibi familiarem, virum gravem, & prudentem in Occidentem legavit, ut de unione cum Pontifice ſerio tractaret: is vero audito pientiſſimæ Im-

Baiard. ex Andr. Conſtant. in Tab. SS. Tertiar.

Joanna Regina Græcorum.

Amedei IV. Sabaudi filia.

Wadd. ad ann. 1333. n. 19.

Wadd. ad ann. 1347.

pe-

„ peratricis Nuntio, decreverat eo deſtinare fratrem Fortanerium tunc „ Vicarium Generalem Ordinis Minorum, cum aliquot Magiſtris, & viris „ doctis ejuſdem Inſtituti: at dum inſtarent Comitia generalia Ordinis, „ & opportunum videretur ipſum Conſtantinopolis Patriarcham amandare, „ mutato conſilio, Henricum ablegavit. Scripſit nihilominus Guardiano, „ & Fratribus de Pera, e regione Conſtantinopolis commorantibus, ut Le- „ gato, & perſonis a ſe illuc deſtinandis, in hoc peragendo graviſſimo „ negotio, diligenter aſſiſterent. Ex his Joannæ Imperatricis zelus Catholi- „ cæ religionis, & animarum ſalutis apparet. Pingonius refert eam obiiſſe „ Conſtantinopoli anno MCCCXLV. ibique ſepultam: verum cum in rela- „ tione Legatorum Clementis VI. ad Joannem Cantacuzenum, & alterum „ Joannem Paleologum Imperatores, quam Waddingus exhibet hoc an- „ no MCCCXLIX. num. 12. legam quod ipſi primum cum bonis omnibus „ gratias agerent, juniorem Imperatorem Paleologum, ejuſque matrem ex „ domo Sabaudiæ Cantacuzeno curæ eſſent: reliquum eſt aſſerere, etiam „ ad hunc annum Joannam ſuos protraxiſſe dies.

„ III. De Monaſteriis duobus, primo de Waterbech a Dionyſia „ Eduardi Regis conſanguinea fundato, & ſecundo de Deneyo a Maria de „ ſancto Paulo Comitiſſa pro iiſdem Clariſſis conſtructo, ſupra dicebamus: „ nunc reſtat ad pleniorem intelligentiam ex diplomate Apoſtolico: *Ad* „ *fructus uberes &c.* a Waddingo relato, horum duorum finem aperire, „ ut promiſimus. Non longe a primo ſuum de Deneyo Maria Comitiſſa a „ ſancto Paulo canonice fundaverat, ſufficienter dotaverat, & Abbatiſſæ, „ nec non Monialibus, ut ſe, priore relicto, transferrent ad iſtud, in „ eoque perpetuo remanerent, donaverat. Sequuta translatione Abbatiſ- „ ſæ, & majoris partis Monialium, in Monaſterio de Waterbech, reliquæ „ de voluntate Abbatiſſæ, & aliarum ſe transferentium, accedente pariter „ conſenſu Generalis, & Provincialis Miniſtrorum, pro cuſtodia ne ad „ manus deveniret Laicorum, remanſerunt; quæ poſtea mutata voluntate, „ ad Monaſterium de Deneyo non tantum recuſarunt ſe transferre, ſed „ etiam de facto ibi in Waterbech Abbatiſſam elegerunt, aliaſque de novo „ Moniales receperunt; & inde lites, brigæ, & ſcandala ſuborta ſunt: „ quibus auditis Pontifex, Epiſcopo Elienſi commiſit, ut cognita veritate „ quod res ita eſſet, eidem Abbatiſſæ in Waterbech executionem, & ad- „ miniſtrationem Abbatialis regiminis interdiceret, & eam cum aliis So- „ roribus ad Monaſterium de Deneyo transferret, cui etiam bona ſtabilia, „ & mobilia quæcumque primo de Waterbech applicaret; deputaret nihi- „ lominus Cuſtodem loci presbyterum, qui ibidem ſacra celebraret. Sed „ Abbatiſſa cum reliquis ædem præfatam Fratribus dare intendebant, & „ accedente Pontificis auctoritate, paratæ erant eam intentionem execu- „ tioni mandare: quamobrem ex parte Fratrum ſupplicatum eſt Pontifici, „ qui Monialium & Fratrum votis clementer aſſenſit: ſicque Monaſterium „ Pietatis beatæ Mariæ Virginis in Waterbech tranſiit ad Fratres, tran- „ ſlatis Monialibus ad alterum de Deneyo, ſub titulo Miſericordiæ beatæ „ Mariæ Virginis.

Supr. ad annum 1148. num. 1.

AR-

ARGUMENTUM.

Jubentur Epiſcopi alias ad Armenos miſſi, ad Cantacuzenum Imperatorem Græcorum deflectere. Alii ex Prædicatoribus & Minoribus deſtinantur pacificatores in Aragoniam & Cataloniam. Minoritas aliquot deputat Pontifex domeſticis obſequiis. Cardinalem creat fratrem Paſiorem Archiepiſcopum Ebredunenſem, & alios aſſumit ad infulas Pontificias. Jubilæum indicitur univerſale, & corpus transfertur ſancti Antonii. Moritur beatus Franciſcus Cicus miraculis clarus. Guillelmus item Malaſpina. Philippus Galliæ, & Alphonſus Caſtellæ Reges. Florent viri docti. Extruuntur Cœnobia.

An. 1349. n. 6.

I. DIXTMUS anno ſuperiori, Antonium Cajetanorum & Joannem Coronenſium Epiſcopos alias ad Armenos miſſos, etiam ad Joannem Cantacuzenum Græcorum Imperatorem amandatos, vel ex præcipua ſua illa ad Armenos legatione deflectere juſſos, ut agerent cum Imperatore de quibuſdam negotiis Pontifici explicatis per Leonardum Bartholomæi Anconitanum, civem Conſtantinopolitanum; & ſpopondimus ipſas tabulas Pontificias nos producturos, ex quibus convincerentur errores, quos anno præcedenti inſinuavimus; quas hic exhibemus.

Legati Armenorum jubentur ire Conſtantinopolim.

Joanni Cantacuzeno Imperatori Græcorum illuſtri, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

Ex ſecr. an. 5. fol. 39.

II. *VEnientem ad nos dilectum filium Leonardum Bartholomæi de Ancona civem Conſtantinopolitan. nuncium tuum, familiarem noſtrum exhibitorem præſentium, & litteras tuas nobis exhibitas per eumdem, contemplatione tua benigne recepimus, & quæ ipſe pro parte magnitudinis tuæ nobis expoſuit viva voce audivimus & intelleximus diligenter. Super quibus eidem magnitudini reſpondemus, quod nos jam dudum Venerabiles Fratres noſtros Joannem Coronen. & Antonium Gajetan Epiſcopos Apoſtolicæ Sedis Nuncios, ſuper hujuſmodi nobis per litteras & Leonardum prædictos, ſicut præmittitur, intimatis, ad te duximus deſtinandos, quibus tuum ſecure aperire animum, & per quos taam ſignificare nobis fiducialiter poteris voluntatem. Datam Avenione* tv. *Kalend. Julii anno* tx.

III. Deinde ſimili tenore verborum ſcripſit Pontifex ad Matthæum Cantacuzenum primogenitum prædicti Imperatoris; & ad nobiles viros Andronicum Aſſagnum, & Joannem, ac Manuelem ejus filios milites Conſtantinopolitanos, quibus denunciat, ſe jam miſiſſe pro dictis negotiis præfatos Epiſcopos. Miſſi etiam hoc anno pro pacificandis rebus Aragoniæ & Cataloniæ, rebuſque aliis cum Petro Rege tractandis Pariſius .... Ordinis Prædicatorum Provincialis regionis Provinciæ, & Rogerius de Palheriis, Ordinis Minorum, ſacræ Theologiæ Magiſtri. Extant de hac legatione Pontificis litteræ datæ ad univerſos illarum partium Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, & reliquos Prælatos, ut eis de ſufficienti commeatu, & ſalvo conductu provideant.

Mittuntur pacificatores in Aragoniam.

Ibid. fol. 109.

IV. In Provinciis Aquilejenſi & Gradenſi Raymundus Abbas, Apoſtolicæ Sedis Nuncius, auctoritate Pontificia ſibi in hac parte ſpecialiter commiſſa, amoto Petrino Ordinis Minorum ab officio Inquiſitoris contra hæreti-

Fr. Michael Inquiſitor Aquilejen.

ticam pravitatem, ſubrogavit Michaelem Piſanum ejuſdem Inſtituti virum, quod ſpeciali diplomate, auctoritate Apoſtolica Pontifex voluit confirmatum: *Honeſtis petitionibus*. Kalend. Octobris. Inſtituti Cappellani Pontificii hoc anno frater Andreas de ſancto Severino, Joannæ Reginæ Siciliæ fidelis & familiaris, uti monumentum habet Vaticanum; frater Seguiranus de Janua; frater Robertus Boyſelli, cui etiam commiſſa viſitatio & correctio Monaſterii de Moncello Ordinis ſanctæ Claræ Beluacen. diœceſis; frater Hugo de Scura, & frater Antonius de Pectorano. Admiſſus ad magiſterium Pariſienſe ex Pontificis decreto, frater Robertus Foret, vir doctus: creatus etiam Pœnitentiarius Apoſtolicus frater Joannes de Canali Mutinenſis, quem in ſuis litteris Pontifex plurimum commendat. Recepi nuper ex Pœnitentiaria Lateranenſi noſtrorum Conſodalium vetuſtum volumen pergamenum, in quo collecta erant regulæ, conſtitutiones, privilegia, & jura antiqua eorum, qui Pœnitentiarii Apoſtolici deputabantur in Urbe. Aſsumpti indiſcriminatim ex omnibus Ordinibus, & aliquando ex clero ſeculari, unum conficiebant collegium, in quo multis eminebant titulis & privilegiis, neque admittebantur abſque prævio examine, & gravibus præmiſſis cæremoniis.

Saccllani & Pœnitentiarii Apoſtolici.

V. Fecit hoc anno menſe Decembri ordinationem Cardinalium Clemens Pontifex, inter quos creavit fratrem Paſtorem de Serra Scuderio, ex Epiſcopo Aſſiſiate, uti alias diximus, Archiepiſcopum Ebredunenſem. Hunc de Albernaco cognominant Rodulphus, & alii; ſed ex Monaſterio in quo educatus eſt, hoc cognomen ſortitum fuiſſe, indicat Ciaconus; errat tamen in titulo ſanctorum Silveſtri & Martini in montibus tit. Equitii, dum Pontifex paucis a creatione diebus. x. Kalend. Januar. datis ad eum litteris, ex titulo ſanctorum Marcellini & Petri eumdem appellat. Litterarum iſtud initium.

Fr. Paſtor, creatur Cardinalis.

Ann. 1139. n. 2. Rodul. fol. 221. Ciacon. in Clement. 6.

Dilecto filio Paſtori tituli ſanctorum Marcellini & Petri Presbytero Cardinali.

VI. *NUper propter clara virtutum tuarum inſignia, & grandium tuorum excellentiam meriterum, & alia dona quibus te Dominus inſignivit, ad ſupportandum nobiſcum, & cum Fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, univerſalis Eccleſiæ onera, te olim Archiepiſcopum Ebredunen. a vinculo, quo Ebredunen. Eccleſiæ, cui tunc præeras, tenebaris, de dictorum Fratrum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſolventes, in ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyterum Cardinalem, auctoritate Apoſtolica, duximus aſſumendum. Cum igitur, prout hujuſmodi Cardinalatus tui ſtatus exigit, ſufficientem & condecentem proventuum non habeas facultatem, & propterea congruum exiſtimantes fore tuis opportunitatibus providendum &c.* Hoc diplomate aliiſque multis ad eum directis, conſeruntur ei facultates magnæ, canonicatus & pinguia beneficia, per quæ juxta dignitatis ſuæ gradum competenti vivat decore. Fuit vir doctus & compoſitæ eloquentiæ, ſcripſitque in ſacros & prophanos libros plurima commentaria. Deceſſit anno MCCCLIV. Avenione v. Nonas Julii.

Ex 2. par. lib. 1. ann. 9. epiſt. 311.

VII. Aſſumpti ad Eccleſias regendas hi, qui ſequuntur. Ad Archiepiſcopalem Capuanam frater Veſianus Ronlandus, ex Epiſcopo, uti alias diximus, Eugubino, per obitum Richardi: *Romani Pontificis*. XVIII. Kalend. Julii. Anno ſequenti inſtitutus eſt Rector Campaniæ & Maritimæ, uti tunc amplius referemus; ejuſque opera in gravibus negotiis uſi ſunt, Ludovicus & Joan-

Fr. Veſian. Archiep. Capuanus.

Vide Mich. Monach. in Zillnar. Capuan.

& Joanna Reges Siciliæ, quorum familiaris nuncupatur in eodem Regeſto.

Fr. Franc. Epiſcop. Valven. Ad Valvenſem Epiſcopalem in regno Neapolitano frater Franciſcus, per obitum Landulphi: *Quam ſit onuſta:* XVI. Kalend. Februar.

Fr. Roger. Waterfordcn. Ad Waterforden. in urbe noſtra nativa in Hibernia, ſub Archiepiſcopo Caſſelen. frater Rogerius Cradok, per mortem Richardi: *Quam ſit onuſta.* VI. Kalendas

Fr. Jacob. Sueſſanus. Martii. Ad Sueſſanam in Campania ſub Archiepiſcopo Capuano, frater Jacobus Petrucii, per mortem Alexandri: *Suſcepti cura regiminis.* IX. Kalendas Junii.

Frater Franciſcus Giraclen. Ad Giraclen. olim in inſula Sardiniæ, ſub Archiepiſcopo Turritano, frater Franciſcus, per obitum Joannis: *Apoſtolatus officium.* VI. Kalend. Decemb.

Fr. Joan. Gravinen. Ad Gravinen. in regno Neapolitano, per obitum Berardi frater Joannes de Gallinaro: *Dum ad univerſas.* IX. Kalendas Junii.

Fr. Joan. Eugubin. Ad Eugubinam Romano Pontifici immediate ſubjectam, frater Joannes, per translationem fratris Veſiani ſupra nominati ad Capuanam: *Romani Pontificis.* XIII. Kalend. Decembr.

Annus Jubilæi. VIII. Hoc anno concurrerunt in urbem plurimi Fratres Indulgentias lucraturi magni Jubilæi, quod in centeſimum quemque annum celebrandum inſtituit Bonifacius VIII. & Clemens VI. inſtanter efflagitantibus Romanis, hoc ipſo anno ad quinquageſimum reduxit, miſſo prius in Urbem Annibaldo Ceccano Romano Cardinale Tuſculano, qui quod antea ſtatuerat, publicaret, & confluentium populorum immenſæ multitudini abundanter provideret. Eidem adfuit, & ſuam operam tunc in Urbe adjunxit, Guido de Monteſorti Lemovicenſis Gallus tituli ſanctæ Cæciliæ, poſtea Portuen. non

Tom 4. vide anno 1263. n. 10. Bononien. Epiſcopus, ut ex manifeſto errore aliquando irrepſit, Legatus miſſus in Lombardiam, Regnum Neapolitanum, & Hungaricum, & alias partes, qui dum inſigne beneficium vitæ in manifeſto mortis diſcrimine a ſancto Antonio mirabiliter conſervatæ profiteri vellet, Patavium ſe contulit.

Transfertur corpus ſancti Antonii. Illic hoc anno XV. Februar. ſecundam fieri curavit translationem corporis ejuſdem Divi ad arcam argenteam, & magnæ capitis partis ad pretioſiſſimam thecam, ſuis ſumptibus affabre elaboratas.

Marian. in append. libr. Vita MSS. B Franciſc. Cichi virtutes. IX. Hoc anno deceſſit prope civitatem Piſauri, in Monte ſanctæ Mariæ Granarii, in ſenectute bona vir Dei beatus Franciſcus, vulgo *Cichus*, tertii Inſtituti ſancti Franciſci. Natus in prædicta urbe, Dei præventus gratia, ab adoleſcentia cœpit Deum timere & revereri, mortuiſque parentibus, bona ſua pauperibus diſtribuere, ac ſerio cogitare, quo vitæ genere, ſecurius poſſit ſuam operari ſalutem.

Fit tertii Ordin. ſancti Franciſci. Adoleſcentioris factus ætatis anno MCCC. decrevit ſeculi laqueos evitare, & ſub Pœnitentum Ordine a ſancto Franciſco inſtituto, vitam agere ſolitariam extra civitatem, in locis ab hominum conſortio remotis.

Tres Eccleſias ædificat. Mox ad exemplum ſui Inſtitutoris tres Eccleſiunculas erexit, primam prope flumen ad P. M. extra urbem Fanenſem, ſanctæ Mariæ de Almetero nuncupatam, adjuncto etiam parvo Xenodochio, cujus per plurimos annos Fratres Obſervantes erant curatores, ſed ob adverſam aeris temperiem decedentibus, ſucceſſerunt Patres Conventuales. Secundam, adlaborante ſocio fratre Petro, conſtruxit prope Piſaurum, ea via, qua Fanum tenditur, ſub titulo ſanctæ Mariæ Montis Granarii, ubi diem clauſit extremum, & poſtea inhabitarunt Fratres Servitæ. Tertiam prope eamdem civitatem in monte ſancti Bartholomæi, ad quam frequenter oraturus accedebat. Hic divinis contemplationibus diebus multis intentus, magno ſuæ

Struit ei diabolus inſidias. pietatis ardore concitavit erga ſe diaboli invidiam, qua ita hoſtis crudeliter exarſit, ut Eremitorium & Eremitam ſimul peſſundare cogitarit. Præruptam ex vertice montis ingentem rupis molem in ſubjectam domunculam, horribili præcipitio contorſit, credens ita ædiculam ſedibus convellere, &

la-

latitantem Eremitam ruinis opprimere. Sed Dei gratia aliter factum est; nam tota illa moles suo pondere substitit prope muros Eremitorii, neque fragore aut collisione irruentis rupis potuit Eremitam ab oratione removere.

X. Hic in sanctis exercitiis perseverantem multi secuti sunt magistrum, quibus monita dabat salutis, & vitæ spiritualis exponebat rudimenta, teneros adhuc in schola virtutis gravioribus solidabat disciplinis, & in Eremo retinebat ab hominum consortio remotos. Ibat ipse per Castella & vicos eleemosynas & necessaria collecturus, reportabatque abundanter vitæ pœnitentis alimenta, certatim offerentibus piis hominibus, illius tractus colonis, qui magnam de eo conceperant opinionem, & beatos se reputabant si vel fimbriam vestimenti liceret contingere. Excrescentibus postea oblationibus, non solum suis providere, verum & puellas nubiles decenter collocare, in vinculis constitutos redimere, & sacras ædes vetustate labentes pie cogitavit restaurare. His misericordiæ addictus operibus, & si plurimum insudaret, multosque subiret labores in superandis, quæ offerebantur, difficultatibus, pœnitentiæ rigorem nullatenus remisit, perpetuo usus pro induso lorica, aut aspero cilicio. Semel Pisauri accedens ad pii viri sibi familiaris ædes quidquam in hæc pietatis opera mendicaturus, vidit mensæ inferri porculum lactantem, ejusque intuitu & olfactu excitatus concupivit & gustum. Jussus invitatis assidere renuit, sed partem hujus ferculi asportandam admisit. Domum egressus considerans, quam facile carnis concupiscentiæ consenserit, se vehementer increpavit, & ad tuguriolum reversus, portionem illam, quam accepit, arculæ inclusit, donec vermibus tota scateret. Post aliquot dies dum fœteret, atque oculis naribusque displiceret, inquit: *En, gluto, comede nunc, quod immoderate concupieras; nunc suave est pulpamentum, & tenera buccella; jam si placet manduca;* fricatisque oculis, naribus, & ore, carne fœtenti, ita gulæ vicit in se vitium, ut deinceps non sit ausus eum hostis ad simile certamen provocare.

Dicat se pietatis operibus.

Punit in se gulæ irritamentum.

XI. Ivit cum sociis Assisium Indulgentias diei Portiunculæ lucraturus: sed dum reverteretur, Perusini cives ejus fruendi desiderio, vel invitum detinuerunt. Doluerunt discipuli se magistri privari comitatu & disciplina, tristesque abeuntes ille consolatus est, promittens se illos præcessurum & reperturum Pisauri. Ita factum est; nam ad illam accedentes urbem hilares invenerunt, quem Perusii dolentes reliquerunt. Nobilis quidam Ariminensis ex domo Philippi Malatestæ, misit viro Dei anguillas duas prægrandes, salitas & insumatas. Sed infidelis nuncius unam sibi retinere decrevit, transiensque per silvam, tuguriolo Francisci proximam, eam appendit ad proceræ quercus truncum, donec rediret; oblata altera Viro Dei, dum sibi servatam vellet resumere, vidit pro anguilla horrendum anguem per arborem serpentem. Hac mira metamorphosi corde compunctus rediit ad pium Eremitam, peccatumque confessus, veniam reportavit intentæ fraudis, & dono accepit, quam abscondit, anguillam. Reversus ad furti locum invenit ea specie & modo, quo appendit, piscem, obstupuitque ad duplex miraculum, reveritus divinam in pio Viro virtutem.

Longum iter cōficit mirabiliter.

Duplici miraculo compungit sibi illudentem.

XII. Ægrotantem dum vellent meliori cibo reficere, occiderunt socii gallum gallinaceum, qui non solum nocte media, sed ad singulas ferme horas eum suo cantu excitabat ad laudes divinas. Admiratus ille, quod toto die non audiverit canentem, interrogavit quid suo acciderit monitori? Occisum & implumem, ut sibi coqueretur, referentibus dixit: *Afferte mihi, quem injuste occidistis: non ita erant solvendæ diurnæ & nocturnæ hujus volucris hortationes; lingua mei me monebat officii, & vos elingaem fecistis.*

Gallum occisum revocat ad vitā.

Deinde manibus acceptum: *indigne*, inquit, *Frater galle tecum actum eſt, tu me e ſomno mortis imagine, vocabas ad vitam, ego communem noſtrum deprecor auctorem, ut tibi nunc vicißitudinem reddat, & vitam refundat inhumaniter ereptam*. His dictis, plumis ſubito renatis, vivus evolavit, & cantum ſolitum reaſſumpſit. Recuperata valetudine, dum a Piſaurenſibus pro ſupradictis miſericordiæ operibus, eleemoſynas peteret, duo petulantes viri ei improbe inſultarunt, dicentes, ad uſus proprios, & occultum lucrum eum importune collegiſſe tot ſtipendia caritatis, atque ex eis multas theſaurizaſſe pecunias. Non permiſit Deus innocentiam ſui famuli maculari, ſed ſtatim utrumque gravi affecit ſupplicio; unus toto corpore exaruit, alter in perpetuum penitus obmutuit.

Puniuntur miraculoſe et obloquentes.

XIII. Tamdem poſtquam annis quinquaginta fideliter & indefeſſe ſuo ſervierat Creatori, ultima correptus infirmitate, in loco ſupradicto Montis Granarii, perpeſſis patienter doloribus, & pie receptis Sacramentis, placide obdormivit in Domino. Ejus corpus in urbem Piſauri delatum eſt, & in Eccleſia Cathedrali, ſub altare Dei Genitricis Mariæ honorifice ſepultum eſt, Deo ejus ſanctitatem multis illuſtrante miraculis. Illud præ ceteris inſigne, quod Eliſabetham heroinam Domini Malateſtæ de Malateſtis uxorem, diutino & gravi tibiæ dolore laborantem, emiſſo voto de ejus honorando ſepulcro, repente curarit. At illa voti oblita, & accepti beneficii immemor, quantumvis multi elaberentur dies, neque Deo, neque Dei famulo laudem dedit, neque quod promiſerat, adimplevit. Tormentis extorta ingratæ fœminæ confeſſio, & vi oportuit, quod ſponte noluit, fateri ſuæ ſalutis mediatorem Franciſcum, immiſſis iterum priſtinis, ſed vehementioribus dolorum aculeis. Magnis clamoribus & lacrymis ſuam deteſtata ingratitudinem, veniam popoſcit, votum reiteravit, & reddidit, ac Dei miſericordia perfectam conſecuta eſt ſanitatem. Singulis annis dum vixit, in memoriam bis acceptæ ſalutis, in die anniverſario obitus ejuſdem ſui benefactoris, magna ſolemnitate ejus tranſitum coli curavit, convocatis omnibus totius urbis Clericis & religioſis.

Moritur & ſepelitur Piſauri.

Claret miraculis.

XIV. Obiit hoc tempore Parmæ frater Guillelmus, filius Marchionis Malaſpinæ, cujus initiatio inter Minores a magno ſancti Franciſci miraculo ſumpſit exordium. Irruperunt hoſtes in Caſtrum paternum, Marchionem & Fratres crudeliter occiderunt, & ne quidquam ejus ſupereſſet poſteritatis, Guillelmum hunc infantulum quinquennem per feneſtram excelſæ turris, matre conſpiciente, projecerunt. Illa vero carum ſui uteri pignus magnis vocibus ſancto Franciſco commendavit. Diſcedentibus inimicis poſt illatam cladem, noctu ad arcis januam clamavit infantulus petens ſibi aperiri. Ad filii vocem accurrit mœſta mater, & illæſum contuita, lætitia exultans interrogavit; quomodo in tam alto præcipitio non ſit contritus? *Ad tuas*, inquit, *clamoroſas preces accurrit quidam habitu Minoritico indutus, quem ex vultu & plagatis manibus omnino ſuſpicor fuiſſe ipſum Minorum inſtitutorem Franciſcum, & in manibus portavit me, ne forte offenderem ad lapidem, aut læſionem ullam reciperem, donec ſuaviter, tamquam ſi in culcitra dimitterer, me in terra conſtituit*. Protinus illa; *huic ergo tuæ vitæ conſervatori, ego reliquam conſecro, & quantum in me eſt, ego te illius devoveo Inſtituto*. Grandior effectus, matris votum & deſiderium implevit, in civitate Parmenſi, ſed parum ſupervixit magna illa peſtilentia ſublatus. Obierunt etiam hoc anno Reges duo Ordini Minorum addictiſſimi, Philippus Valeſius Galliæ Rex hujus nominis ſextus, ſancti Ludovici nepos, anno ſui regni XXII. cui Joannes filius ſucceſſit, excelſo generoſoque vir animo, mi-

Frat. Guillelmus Malaſpina miraculoſe initiatur. *Marian. lib. 4. c. 13.*

Moritur Philippus Galliæ Rex.

ni-

nime omnium ſimulator; & Alphonſus Caſtellæ Rex eo nomine undecimus, die Martii XXVI. dum Heracleam Maurorum oppidum obſideret, anno ætatis XXXVIII. reliquias Mahumetanorum in Hiſpania exciſurus ſi vita longior contigiſſet. Hujus ſceptrum Petrus filius excepit, corpus vero Hiſpalim delatum, in ſacello Regum conditum, & Minorum habitu contectum, uti ipſe vivens decrevit, ob ſummum erga eorumdem Inſtitutorem affectum „ Hoc „ etiam anno vir inſignis Annibaldus de Ceccano Campanus Henricus „ S. R. E. Cardinalis Tuſculanus, Archiepiſcopus Neapolitanus, multis „ legationibus ad Reges, & Urbis præfectura perfunctus, moritur in Cam- „ pania, & Romam, unde exierat Neapolim profecturus, relatus ſepelitur „ in habitu Minorum, ſicut ipſe ſtatuerat in Baſilica Vaticana.

Et Alphonſus Caſtellæ.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

XV. Sub hoc tempore multi ex diſcipulis Joannis de Vallibus, de quo ſuperius egimus, adhæſerunt fratri Gentili de Spoleto laico, ſeu, ut vocant, converſo, & ſummo conatu aſpirantes ad perfectam Regulæ Obſervantiam & Ordinis reformationem, interceſſione quorumdam nobilium virorum, cauſaſque exponente fratre Gentile, obtinuerunt quatuor Cœnobiola ſibi concedi, in quibus libere abſque Miniſtri Generalis aut aliorum ſuperiorum contradictione, liceret Pontificia auctoritate & protectione vivere ſimpliciter ſecundum Regulæ præſcriptum. Generavit tamen poſtea privilegium hoc turbas & diſcordias in Ordine, quas ſuis annis referemus. Ipſum conceſſionis diploma, ad majorem poſtea enarrandarum rerum notitiam, hic ſubjicio.

An. 1334. *n.* 24. Frater Gentilis Spoletano & Sociis conceduntur quatuor Cœnobia.

Dilectis filiis, Carceris, & Montisluci, necnon Eremitæ, ac Jani locorum Guardianis ſeu Vicariis, & Conventibus Ordinis Fratrum Minorum Aſſiſinat. & Spoletan. Diœceſis.

XVI. *Bonorum operum, quæ beati Franciſci Confeſſoris, patroni veſtri pia ſtudia imitantes jugiter exercetis, fructus uberes, quos velut rami fructuoſæ arboris inceſſanter producitis, attendentes, dignum ducimus, ut illa vos prærogativa favoris & gratiæ proſequamur, per quam ab omni perturbatione ac inquietudine liberi & immunes eo quietius & devotius creatori omnium obſequium impendatis. Cum itaque, ſicut dilectus filius Gentilis de Spoleto, Ordinis Fratrum Minorum pro parte veſtra nobis expoſuit, vos cœleſtium deſiderio afflati, ejuſdem Confeſſoris regulam, in ea puritate & ſimplicitate primæva, in qua ipſe illam ſcripſit, & edidit, inviolabiliter & illibate ſervetis, & ſervare impoſterum proponatis. Nos laudabile veſtrum in hac parte propoſitum commendantes in Domino, illudque favore Apoſtolico proſequentes, veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis, & ſucceſſoribus veſtris, Guardianis, ſeu Vicariis, & Fratribus locorum ipſorum in perpetuum indulgemus, ut vos, & ipſi poſſitis libere, ac licite hujuſmodi regulam, ſimpliciter in primæva puritate hujuſmodi inconcuſſe ſervare, nec aliquis Superior vel Prælatus dicti Ordinis, in hujuſmodi obſervatione vos impetere, perturbare, aut moleſtare præſumat, & quod ſingulis eiſdem locis, ſinguli duodecim Fratres dicti Ordinis aſſumendi de Ordine ipſo, vel recipiendi de ſeculo, ac deputandi in locis eiſdem, & eorum quilibet, ſicut quotiens fuerit opportunum, per Miniſtrum ſeu Vicarium dicti Ordinis Provinciæ ſancti Franciſci, qui erunt pro tempore, vel eis impeditis, aut ſuper hoc requiſitis, tamen recuſantibus vel nolentibus, aut contemnentibus, ſeu differentibus exequi per Guardianum ſeu Vicarium dicti loci Carceris, qui tunc erit, ſub hujuſmodi Obſervantia Regulæ poſſint perpetuo commo-*

Ex 2. *par. lib.* 1. *ann.* 9. *epiſt.* 939.

morari; quodque Miniſter idem de ſingulis idoneis Guardianis ac Fratribus eorumdem locorum eiſdem dictorum ſingulorum locorum Fratribus providere, quotiens caſus opportunitatis exegerit, teneatur. Non obſtantibus conſtitutionibus, indulgentiis, & privilegiis, aut declarationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus ejuſdem Ordinis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, contrariis quibuſcumque, etiamſi de illis & eorum totis tenoribus ſpecialis & expreſſa, ac de verbo ad verbum eſſet in præſentibus mentio facienda. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. Datum Avenione Idibus Decembris anno IX.

Florent in Anglia. Fr. Joann. Guentus. *Piſ. de ſcriptor.* Fr. Robert. Leiceſtrius.

XVII. Floruerunt hoc tempore in Anglia frater Joannes Guentus, in Cambria Britannorum ſanguine natus, Oxonienſis in Theologia Doctor, & ibidem inter ſuos conſodales Profeſſor, mox Miniſter Provincialis; Robertus Leiceſtrius in omni genere concertationis ſcholaſticæ apud Oxonienſes exercitatiſſimus. Inter ſuos aliquot annis publice docuit magna cum laude, & majore per univerſam Angliam prædicavit, quo nomine illum mire regni optimates venerabantur; Joannes Rodingtonus, Patria Lincolnienſis, quem immerito aliqui faciunt Monachum Benedictinum, cum vere Franciſcanum induerit habitum in Cœnobio Stanfordienſi. Oxoniæ Philoſophiam & Theologiam didicit, Pariſiis plene abſolvit. In patriam reverſus per alia ſui Ordinis officia tamdem ad totius Provinciæ regimen pervenit. Radulphus Radiptorius Oxonienſis Doctor, a ſermonis elegantia & linguæ promptitudine vulgo nuncupatus, *Facundus Apollo*, varios in utriuſque teſtamenti libros ſcripſit commentarios. Hunc ſuperioris ſeculi initio conſtituiſſe Marianum, ſed verius hoc tempore recenſendum alias, admonuimus. In Germania illuxernnt frater Joannes de Saxonia, vir Juris canonici & Theologiæ moralis peritiſſimus, ac Joannes Erfordius patria Thuringus, vir in utroque jure clariſſimus.

Fr. Joann. Rodington. Major de geſtis Scotorum.

Fr. Radul. Radiptorius.

Tom. 2. an. 1234. n. 14. Fr. Joann. Saxo & frater Joannes Erfordius.

Conv. Bajonæ. *Gonz. in Prov. Aquitan. antiqu. Con. 13.*

XVIII. In urbe Bajonæ, alias Aquæ Auguſtæ nuncupata, Aquitaniæ munitiſſima, ad Garumnam fluvium, circa hunc annum Gallorum Rex, ſive Philippus Pater, ſive Joannes filius, Minoribus Cœnobium conſtrui curavit. Paruit Patribus Conventualibus uſque ad annum MDXXII. quo ſub Franciſco I. Rege ita petente, & Leone X. ita præcipiente, tranſivit ad Patres Obſervantes. Ex hoc Conventu prodiit vir doctiſſimus Bertrandus ſive ſtrabo de Bajona, cujus alias mentionem egimus, vir in divinis & humanis litteris apprime verſatus. Conceſſit hoc anno licentiam Pontifex Miniſtro Generali recipiendi Conventum, juxta caſtrum de Montagnana Patavinæ diœceſis; cujus meminerunt Piſanus & Rodulphus, in Provincia ſancti Antonii, & Cuſtodia Paduana: *Sacræ Religionis*, II. Kalend. Novembris.

Ann. 1256. n. 31.

Conven. Montagnanæ.

Conv. de Inish. *Monum. MSS. Prov. Hibern.*

XIX. Ex quibuſdam Indulgentiis hoc anno conceſſis viſitantibus Eccleſiam Fratrum Minorum de Inish-Cluainramada Provinciæ Hiberniæ in diebus SS. Franciſci & Antonii, conſtat aliquanto hoc tempore eſſe antiquiorem. Situs eſt hic Conventus in Tuomonia Comitatu Clarenſi, Provincia Caſſelenſi, & diœceſi Laonenſi, ad ripam fluminis vulgo, *Fergus* nuncupati, dictus a loco fundationis de Inish, a caſtro adjacenti Principis familiæ Obrien. de Cluainramada. Inter primarias Provinciæ ædes a ſtructura, amplitudine, frequentia Fratrum, & ſitus commoditate numerabatur. Integra adhuc & ſine mutatione formæ aut ſtructuræ conſervatur liberalitate Comitum Tuomoniæ, ejus familiæ Principum & hæredum, qui hanc majorum memoriam etiam poſt Monaſteriorum ſuppreſſionem, intactam eſſe voluerunt. Fundatores fuerunt illius familiæ Principes inter regni primarios notiſſimi, rerum geſtarum gloria, generis nobilitate, & pietate maxime in re-

religionem Franciſcanam, clariſſimi. Ex Conventus antiquitate conjiciunt aliqui, primum auctorem ſuiſſe Donatum vulgo dictum *Caribreach*, qui fundaſſe fertur Conventum ſancti Dominici Limiricen. & plura alia ſuæ pietatis monumenta reliquit. Hic fuerit, vel alius, trium annorum vectigalia quædam ſua in Tuomonia ædificando huic Monaſterio applicuit, quo temporis ſpatio extructum perhibetur. In Templo ſepeliuntur integræ nobiles familiæ Mac-giollariobhaid, Clanceorum, Nellanorum, & aliorum. In ſacello ſancti Michaelis conſurgit mauſolæum Comitum prædictorum ex marmore polito ſubtus concameratum. In choro, quem primum extruxit nobilis fœmina Morina filia Principis familiæ, uxor autem Mac-mathganna, conſpiciuntur ejuſdem gentis & Baronum de Inſicuin ſepulcra: Morinæ vero maritus Terentius, aliud ſibi, & toti ſuæ familiæ poſuit in Conventu Minorum Aſcetin. & tertium in Eccleſia Parochiali beatæ Mariæ de Cluanderala; utriuſque autem conjugis pietatem commendat duodecim Eccleſiarum parochialium fundatio & dotatio, ut conſtat ex MSS. veteri codice aſſervato in caſtro prædicto, de Cluanderala ſuæ ditionis, pagina liminari.

XX. In hoc Conventu floruit circa annum MCCCXL. frater Fergallus O Treain dictus a contracta ſtatura parvus, vir probatæ vitæ, de quo illud tam pium, quam mirabile refertur, quod Principi Cornelio, a Naſo cognominato, ob vulnus in prælio receptum morienti, propter diſſolutam vitam, & gravia commiſſa peccata deſperanti, nec ſacramentaliter confiteri volenti, hac ratione pœnitentiam, & in Dei miſericordia fiduciam ingeſſerit. Præmiſſa longa oratione, ſic hominem adorſus eſt: *Ut quid, vir chriſtiane, ultro te hoſti tradis? quid in diſperationis barathrum temet ipſe præcipitas? Quid dubitas? plura opera bona pro te clamant ad Dominum; ſanctus Franciſcus cui plurima in filios contuliſti beneficia, intercedit gentilitius patronus; Catholice crede majorem Dei eſſe miſericordiam tua iniquitate: atque ut ampliorem aſſumas veniæ ſpem, ego ultra addo, quæcumque bona in vita mea unquam egerim, tibi renuncio, ut cum eis compareas coram patre miſericordiarum liberali retributore; quæcumque autem peccata tua in me ipſum recipio ſolvenda, reſponſurus pro illis coram judice, & animam meam oppignoraturus pro tua, ſpondens inſuper ex parte divinæ clementiæ hoc ratum & validum fore, quod adſtipulavi. Nihil dubites, animoſe & alacriter conſentias in pactum.* Ad hæc moribundus quaſi ex lethargo ſibi reſtitutus conſenſit, animum, Dei peculiari gratia, reſumpſit, peccata faſſus multa exhibuit ſigna contritionis, & pie inter pſallentium Fratrum choros animam exhalavit.

Fr. Fergallus O Treain deſperato pie ingerit fiduciam.

XXI. Statim Vir devotus ſe in cellam recepit, & per integras viginti quatuor horas janua clauſa, hæſit in continuis precibus & lacrymis rogans Deum, ut defuncti miſereretur. Orationis virtutem & efficaciam eadem ipſa horaDeus revelavit cuidamAnachoretæ quinquaginta ferme milliaribus in civitate Liſmorenſi diſtanti. Cum enim is in ſacro, cui Comes Deſmoniæ interfuit, perveniſſet ad memoriam defunctorum, paululum cunctabundus in modeſtum riſum effuſus eſt, quod admirationi fuit omnibus circumſtantibus & Comiti potiſſimum. Perſoluto ergo myſterio, riſus cauſam interrogavit; cui anachoreta ſuſpirans: *Væ*, inquit, *anguſtiæ cordis noſtri, quam liberalis & extenſa ad benefaciendum Dei manus; in donis ſuis arctatur, cum parciores ſimus in petendo, quam ille in largiendo. Heri circa illam ipſam horam mortuus eſt Princeps Obrien Cornelius, pro cujus anima ſalvanda, quidam frater Franciſcanus in Monaſterio de Inishra mortis hora uſque ad hanc continuo & enixe oravit tanta virtute, ut ſi aliis etiam pluribus*

bus animabus ſuffragia applicuiſſet, procul dubio omnes a Purgatorii pœnis liberaſſet. Voluit Comes experiri an hæc vera eſſent, & expedito nuncio comperit ita eſſe, ſicut Anachoreta narravit.

XXII. At ſi forte quiſpiam reprehendat factum illius religioſi viri, quaſi nimis temere, aut æquo confidentius egerit, attendat manum Domini non eſſe abbreviatam, & pluribus viis noſſe miſereri. Ex ipſius inſtinctu, ſervi ſui ad ſalutem aliorum plura & dicunt & faciunt, quandoque præter curſum ordinarium, quibus peccatores excitant ad pœnitentiam. Nec deſunt exempla: Chronicis Ordinis Ciſtercien. refertur quomodo deſperantem Fratrem confirmaverit ſponſio ſimilis ſui Abbatis, qui ſe fideijuſſorem pro ejus ſtatuit ſalute. Abraham Abbas, lapſam neptem reduxit ad pœnitentiam, ſpondens ſe pro peccatis ejus ſatisfacturum. Cujuſdam Eremitæ pactum noſtro caſui ſimillimum, ſi non idem, refert auctor ſpeculi exemplorum, quo omnia bona ſua per cambium Eremita cuidam peccatori lubrico & deſperato renunciavit, atque ex adverſo omnia ejus peccata in ſe ipſum aſſumpſit; quibus in confeſſione revelatis & abſolutis, e vita peccator abiit, ac poſt mortem Eremitæ oranti apparuit, gratias agens, & aſſerens, ſe in loco eſſe ſalutis: *Et quid*, inquit Eremita, *de meis operibus conſtitutum? Tibi*, inquit, *manent ad coronam duplicata ob magnam, quam in me exercuiſti caritatem.* In his ergo & ſimilibus operibus Domino cantemus, *quoniam longanimis & multum miſericors eſt, & miſericordia ejus ſuper omnia opera ejus.*

Chron. ſive exor. Ciſter. cap. 10.

Vita Patr. in vita B. Abrahami.

Specul. exemplorum exemp. 11.

Pſal. 102. 8. Pſal. 144. 9.

XXIII. In hoc Conventu de Inish fuit ultimum ſacræ Theologiæ ſtudium in Provincia Hiberniæ, & alterum in Cœnobio Cnocferargus, ante ſuppreſſionem ſacrarum ædium per hæreticos, quorum aliquot alumni ſuperſtiſtes vixerunt, donec ex Hiſpania, Gallia, & Collegio Lovanienſi ſuppetias receperunt. Ex hoc loco primum expulſi ſunt Fratres, per gubernatorem Conaciæ Richardum Bengam Anglum hæreticum, & gravem fidei Catholicæ perſecutorem, qui Conventum deſtinavit publicis judiciis exercendis, protracta in refectorio fornice circa medium, ſub qua incarcerati tenebantur, & deſuper erecto tribunali, in quo judices & aſſeſſores conveniebant. Circa annum MDL. illuc introducta eſt reformatio regularis Obſervantiæ.

XXIV. Ab hoc Conventu diſtat quatuor milliaribus alius de Coinhe nominatus, fabricatus ignoto nobis tempore * ab illuſtri familia de Cloinmicna Marra, quæ primum in prædicto Conventu de Inish ſepulturam habebat. Extructus eſt totus ex marmore polito, in Cloincolen. ditione prædictæ familiæ, loco amœno ad ripam præterlabentis rivuli. In eo eſt ſepultura Dynaſtæ, & aliorum, tam familiæ nobilium, quam aliorum illius diſtrictus. Expulſi ſunt inde Fratres per præſidium militare Anglorum, quod Conventum ſtationis & munitionis loco occupavit, ſed quidam nobilis dictus Donatus Obrien armata manu tam præſidiarios quam ipſum Conventum incendio deſtruxit, ita ut nihil præter muros extaret, qui firmitate operis incendii vim ſuperarunt, ſed ante aliquot annos liberalitate fundatorum, & aliorum nobilium reſtauratus eſt, in eoque Fratres habitare cœperunt, donec edicti Regii hoc anno quo ſcribo, publicati contra Religioſos rigore, ſunt diſperſi. Horum locorum meminit Joannes Clin Provinciæ Hiberniæ alumnus in deſcriptione Conventuum. In hunc ipſum annum produxit, ſua Chronica a Chriſti Nativitate, ſed multis poſt annis ſupervixit; refertur enim in monumentis Hibernicis ad me miſſis inter Provinciales Miniſtros Hiberniæ, ſub anno MCCCCV. niſi fortaſſis error in notis irrepſerit.

Conv. Coinhe.

** Tempus fundationis hujus Cœnobii Auctor ad ann. 1433. n. 21. recenſet.*

Monum. citata.

Fr. Joann. Clin.

Vide ann. 1336. num. 37.

XXV. Hoc anno, obtenta a Clemente facultate, quam Innocentius VI. con-

confirmavit, Alphonſus Gaufredus a Thenoiro Hiſpanicæ claſſis præfectus, & Elvira Alvarez conjux, Clariſſis commodum Monaſterium, intra mœnia oppidi Moguer in provincia Bethica extruxerunt, & annuis redditibus inſtruxerunt. Hujus Parthenonis diſciplina & incolarum virtus adeo per illas regiones diffuſa eſt, ut certatim contendant nobiliſſimæ virgines in contubernium admitti. Quamobrem ne creſcente numero locus ultra modum gravaretur, a pluribus ſummis Pontificibus cautum eſt, ne ultra quinquaginta Sororum collegium accreſcat. Decedente itaque una, ſtatim non deficit, quæ ſubſtituatur, contendentibus e veſtigio multis nobiliſſimis virginibus ut hanc gratiam ſortiantur. *Gonza. in Prov. Bethica Monaſt. 5. Monaſt. Moguetil.*

Varia Indulta.

XXVI. Frequentibus & largis Indulgentiis conceſſis, hoc anno Pontifex fideles invitavit, ut Eccleſiam Monaſterii Clariſſarum veteris Budæ, Veſprimien. diœceſ. ab Eliſabetha Regina, uti alias diximus, conſtructi inviſerent: *Splendor paternæ gloriæ*. VI. Idus Aprilis, Monaſterio beatæ Mariæ Angelorum de Caſſeriis, diœceſis ſancti Papuli univit hoc anno Pontifex Eccleſias parochiales de Caſſeriis, & de Belloſtatu invicem canonice annexas: *Et ſi ex injuncto nobis*. II. Kalend. Junii. *Ann. 1334. n. 36.*

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Litera Pontif. *Indic. ex Vatic.*

» I. Quam magnificaret Pontifex fratrem Paſtorem de Serraſcuderio, ex Epiſcopo Aſſiſiate Archiepiſcopum Ebredunenſem, creatum Presbyterum Cardinalem tituli SS. Marcellini, & Petri » menſe Decembri, plurium & pinguium beneficiorum collatio demonſtrat: » non enim tantum ſuis comenſalibus recipere quotidianas diſtributiones » indulſit: *Digne agere &c.* X. Kalend. Martii; at etiam ipſimet duos » Prioratus Vivarienſem, & ſancti Petri de Romulis, cum tertio Monaſterii Montis Exulis conceſſit, contulitque Canonicatus plures, nempe in » Eccleſiis Lugdunenſi, Aquenſi, Carpenctoracenſi, cum aliis beneficiis » in diœceſibus Svetonen. Aquen. Lugdunen. Andegavenſi, addita etiam » facultate teſtandi, pluribus diplomatibus expeditis, & a Petro de Alva, » & Aſtorga indicatis. Provinciæ vero ſancti Franciſci Miniſtro executoriali quadam commiſſa: *Dudum adverſus &c.* V. Kalend. Martii; Mariæ » Comitiſſæ de Flandria ingreſſum Monaſterii de Moncello: *Eximiæ tuæ &c.* V. Nonas Octobris indulſit.

Fr. Alphonſus a Soto Majore floret.

» II. Interea in Hiſpania frater Alphonſus a Soto Majore, vir ſanctitate inſignis, qui diſciplinis cruentis corpus in ſervitutem redigebat, plurimumque orationi vacabat, oculis in omnium hoc anno florebat, ut » Ludovicus Pizzamiglius notavit. Hoc etiam tempore claruit frater Otto Dalmatinus plurimis conſpicuus miraculis: etenim quemdam nomine » Petrum habentem apoſtema in gutture, invocatus apparens, ab eo morbo liberavit. Joannem Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Priorem habentem brachium deſiccatum, & manum contractam ad ſanitatem perduxit. Puellam » nobilem de Pola habentem crus contractum, nec ambulare valentem integritati naturæ reſtituit. Alioctum pedes retortum complanavit. Martinum ab umbilico infra paralyticum, & contractum ſoſpitati dedit. Pueri » os retortum ad aurem uſque, in locum & formam condecentem reduxit. » Mariæ oculorum lumine privatæ viſum reſtituit; & cœcum puerum illuminavit. Mulieri cuidam mutæ loquelam præſtitit; plures etiam alios a » diverſis infirmitatibus eripuit. Jacet in Conventu Polæ in Iſtria.

Fr. Otto Dalmatin. miraculis corruſcat & enarrantur.

ARGUMENTUM.

Examinantur reſponſa Armenorum circa articulos fidei ſibi propoſitos. Amandatur frater Fortanerius Vaſſallus ex Minorita Archiepiſcopus Ravennas, & Patriarcha Gradenſis, ad pacificandos Venetos, & Genuenſes. Fratri Antonio Archiepiſcopa Dyrrachino demandatur cura procedendi contra hæreticos Albaniæ, Sclavoniæ, aliarumque partium. Frater Veſianus Archiepiſcopus Capuanus inſtituitur Rector Campaniæ, & Maritimæ. Celebrantur Comitia Generalia. Sopitur controverſia contra Minores in Boemia exorta, referturque alia Barcinonenſis, circa Sanguinem Chriſti. Moritur beatus Conradus Placentinus, cujus geſta referuntur. Creantur Epiſcopi. Committitur examen vitæ, & miraculorum ſancti Elzearii quibuſdam Prælatis. Extruuntur Cœnobia.

I. ANTE decem annos curam ſuſcepiſſe Benedictum Pontificem, è finibus Armenorum errores plurimos, quibus involvebantur, arcendi, eamque minime intermiſiſſe ejus ſucceſſorem Clementem, haud uno diximus loco etiam tomi præcedentis; & demum amandatos in Armeniam Antonium ex Minorita Epiſcopum Cajetanum, ac Joannem Electum Coronen. Sedis Apoſtolicæ Legatos, qui univerſæ Gentis doctrinam examinarent, & veritatis Evangelicæ cribro repurgarent. Legatione perfuncti dum redeunt, & copioſam fidei profeſſionem a Patriarcha, ſeu Catholicon Armenorum, *Conſolatore* appellato, tabulis publicis conteſtatam reportant, moritur Antonius in ipſo itinere, & Joannes in ſuſcepti, ac completi laboris præmium ad Archiepiſcopatum evehitur Piſanum. Hoc ipſo anno Avenione ſuæ legationis rationem reddit, & tabulas exſpandit. Pontifex vero ne in re tanti momenti, quanta eſt ſalus integræ nationis, quæ veræ fidei puritate fovetur, ſubdolum aliquid eſſet, aut falſum, quas miſit Armenus tabulas dedit revidendas S. R. E. Cardinalibus, nonnullis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliis Prælatis, ſacræ Theologiæ Magiſtris, & decretorum Doctoribus. Ex varia tot ſcrutatorum ſententia viſum eſt non ſatis expreſſiſſe Catholicon. quid circa aliquos ſentiret articulos, in aliis ſuboſcure, in multis diminute locutum. Minutim itaque circa ſingula denuo interrogandum voluit Pontifex, miſſa prolixa inſtructione ad Patriarcham Hieroſolymitanum, Archiepiſcopum Nicoſien. ad Epiſcopos Paphen. & Nimotien. ſcriptis etiam epiſtolis ad eoſdem, & Conſtantinum Regem Armenorum, quas hic exhibeo. Interrogatorii formulam longam nimis omitto, quam aliunde, ſi libet, licet excipere.

Examinantur reſponſa Armenorum.

Non probantur.

Vide Exco. hoc anno num. 25.

Conſtantino Regi Armeniæ illuſtri gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

Ex lib. ſecr. an. 10. fol. 81.

II. *SIcut, ut credimus, memoria tua tenet, jam dudum percepta, quod Catholicon. & Eccleſia Armenorum in fide Catholica, quam tenet, docet, & prædicat ſancta Romana mater Eccleſia, extra quam nulli eſt gratia, nulli ſalus, aliqualiter vacillabant; nos illius, cujus, licet immeriti vices in terris gerimus, & qui ſalutem omnium quærens, neminem perire vult, exemplo commoniti, cupientes quod ipſi Catholicon. & Armeni in eadem vera fide ſolidius roborati, antiqui hoſtis, qui primum ſchiſma ſuſcitavit in cœlo, confutatis fraudibus, & tentationibus ſuperatis, verum lumen Ca-*

Anno Christi	Clementis VI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 144.
1351.	anno 9. & 10.	anno 4.	

Catholicæ veritatis agnoſcerent, & unitati Romanæ Eccleſiæ aggregati, fierent hæreditatis dominicæ cohæredes, Venerabilem fratrem noſtrum Joannem Archiepiſcopum Piſanum, tunc electum Coronen. & bon. memor. Antonium Epiſcopum Gajetan. viros utique, ſicut experientia didiciſti, multarum virtutum meritis plenos, timentes Deum, & in lege ejus plenius eruditos, commiſſo eis per nos plenæ legationis officio, ad partes ipſas ſub ſpe & fiducia ejus, qui concordiam in ſublimibus ſuis parat, & parietem utrumque connexuit, duximus deſtinandos, ut corda in fide ipſa debilia ſalutaris doctrinæ pabulo refoverent, ſolidarent vacillantia, & ſolidata fortius roborarent. Qui calcatis maris & terræ periculis, ac laboribus ſpretis, poſtquam ad partes ipſas, duce Domino, pervenerunt, ſuſcepti miniſterii partes, ſicut Dei miniſtri devote ac fideliter exequentes; demum dum ipſi ſuper articulis certis, quos eidem Catholicon. per Joannem & Antonium præfatos direximus, ut ipſe, ac Armeni prædicti per illos ad veram agnitionem ipſius Catholicæ fidei veſtigio recto protraherent, quibuſdam ab eodem Catholicon reſponſionibus habitis, ad eamdem Sedem Apoſtolicam remearent; idem Antonius in ſui proſecutione itineris, jubente Deo, ſoluto naturæ debito; in domino requievit. Tamdem Joanne ad nos redeunte præfato, & ab hujuſmodi prædicti Catholicon reſponſionibus ad memoratos articulos habitis ab eodem, ipſiſque per nos una cum Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, & nonnullis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac aliis Eccleſiarum Prælatis, & viris Eccleſiaſticis, Magiſtris in ſacra pagina, & Doctoribus decretorum, diligenti, & ſana examinatione diſcuſſis, comperimus earum aliquas obſcuritatis nube velatas, quaſdam implicitas, & quaſdam ſcriptorum forſitan, aut interpretum vitio, veritati Catholicæ repugnantes. Dei ergo, cujus perfecta ſunt opera, fiducia roborati, & freti auxilio, nolentes imperfectum deſeri, quod, pro tot tantorumque ſalute, dedit divina bonitas inchoari, ad hujuſmodi reſponſiones ipſius Catholicon quaſdam interrogationes ſalubriter, & cum magna deliberatione formari fecimus, & eidem Catholicon per alias noſtras litteras deſtinavimus, ad quas ſingulis ſingulas, cum ſint in ipſius fidei veritate firmatæ, per eumdem Catholicon non ſub obſcuritatis nube, aut duplicitatis pallio, vel ſub incertitudinis, vel imperfectionis cujuſpiam detrimento, ſed nude, clare, pure, & aperte volumus reſponderi, ut zelus ſuus ad eamdem fidem non obliquus, ſed rectus appareat, & ſic ipſe inoffenſo veſtigio, & recto calle fideliter gradiens, æternæ lucis, quæ Chriſtus eſt, ſplendore luſtratus, erroris cujuslibet ſe gaudeat amiſiſſe caliginem, ac tamdem Armenorum populo parans ſalutis pabulum, & ducatum, una cum eis ad ſancta ſanctorum mentibus purificatis introeat, æternæ beatitudinis indeficientibus gaudiis perenniter potiturus. Quapropter ſerenitatem tuam monemus, requirimus, & hortamur in Domino, tuæ ſalutis obtentu attentius obſecrantes, quatenus prudenter attendens, quod Catholicorum Principum opus eſt pro augmento Chriſtianæ religionis, & fidei, labores amplecti, curas ſuſcipere, ſollicitudines non vitare, apud eumdem Catholicon, quod ſalutaribus monitis, & exhortationibus noſtris obtemperans, non in corde & corde, ſed pure & ſimpliciter, & ſecundum exigentiam Catholicæ veritatis, eiſdem interrogationibus reſpondeat, & reſponſiones ſuas juri-juranti adjectione confirmet, pro divinæ majeſtatis reverentia, noſtræ interventionis obtentu, & tua inſuper conſideratione ſalutis, efficaciter & ſolerter inſtas, ut eo cum univerſo Armenorum Clero, & populo tuo felici tempore hujuſmodi reaggregati unitati Eccleſiæ memoratæ, obſtruantur ora obloquentium plurium Catholicorum, etiam Armenorum, qui Catholicon ipſum,

& Armenos alios, non in veritatis ſimplicitate, ſed fictione quadam ipſius fidei negotium proſequi, imo quod deteſtabilius eſt, & amplius deploramus, communicatam eis per legatos ejuſdem Sedis ſalutarem doctrinam ipſius fidei, in contemptum & deriſum habuiſſe firmiter aſſeverant; tuque ſancti boni procurator & auctor, claris attollaris ubique præconiis, & ſolium regni tui in terris ſtabilius robores, & cum tempus reſolutionis advenerit, ad participium æternæ gloriæ in regno cœleſti cum ſanctis & electis Dei, ab eo per quem regni ſceptra ſuſcepiſſe ac gerere noſceris, admittaris: pro certo ſciturus, quod nos, qui ſalutem tuam, & tui ſubditi populi in hac parte proſequimur, & ſimpliciter quærimus, te regnumque tuum non ſolum ſpiritualibus gratiis, ſed etiam temporalibus favoribus, atque ſubſidiis diſponimus, præſtante Domino, multipliciter confovere. Quod ut ex nunc aliqualiter ſentias, de pecuniis Apoſtolicæ Cameræ ſex millia florenorum in regno Cypri, tibi, ſeu procuratori tuo mandavimus exhiberi. Datum apud Villam novam Avenion. diœceſis XVIII. *Kalend. Octobris anno* X.

Venerabilibus fratribus Guillelmo Patriarchæ Hieroſolymitano, & Philippo Archiepiſcopo Nicoſien. & Odoni Paphen. & Leodegario Nimotien. Epiſcopis.

Ibid. fol. 82c

III. *Sicut in litteris, quas mittimus Catholicon Armeniæ, quas vobis una cum præſentibus deſtinamus, videbitis particularius & clarius contineri. Catholicon ipſe ad quoſdam articulos, quos ei pro corroboratione, & inſtructione ſua, & Eccleſiæ Armenorum obedientium ſibi in fide Catholica, per venerabilem fratrem noſtrum Joannem Archiepiſcopum Piſanum, tunc Electum Coronen. & bon. mem. Antonium Epiſcopum Gajetan. tunc Legatos Sedis Apoſtolicæ tranſmiſimus, hactenus nobis minus ſufficienter, & minus clare, minuſque plene reſpondit. Unde nos piæ caritatis inſtinctu, cupientes ipſos æternæ damnationi ſubducere, & ad viam, favente Domino, reducere veritatis, præfatum Catholicon per eaſdem litteras exhortamur, ut ad ipſos articulos clare nobis, & non ſub involucro, aut duplicitatis pallio debeat reſpondere. Cum autem hic perſonam, quam mittamus illuc, propter magnam diſtantiam invenire facile non poſſimus; nec velimus Dei, cujus perfecta ſunt opera, feliciter inchoatum negotium, & eo præſtante, felicius conſummandum, relinquere imperfectum, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus vos, vel tres, aut duo veſtrum, aliquem, vel aliquos viros probos, zelum Dei habentes, quos ad explicationem tanti negotii ſufficientes, & idoneos eſſe noveritis, ad memoratum Catholicon mittere feſtinetis, qui ab illo, cum ea, qua decet gravitate, prudenter & provide reſponſiones exigat ad hujuſmodi articulos, non circumfuſas velamine, ſed lucidas, & apertas, ut qualis ſit ejus ad Catholicam fidem zelus, an ſcilicet obliquus, an rectus, documentis manifeſtioribus cognoſcamus. Et ubi ſicut de dignatione divina confidimus, illepater luminum Chriſtus Jeſus lucernam ponens dicti Catholicon pedibus verbum ſuum, ſic eum gratiæ ſuæ dono repleverit, quod ipſe Catholicon noſtris ſalutaribus monitis excitatus, errorum tenebras reſpuens, & videns clare mentis intuitu lumen vitæ, ad articulos ipſos reſponderit clare, aperte, & lucide, prout expedit, & ſperamus, quia non ſpirſtualibus, ſed & temporalibus quoque auxiliis Catholicon ipſum, & Armenos alios, ipſius fidei noſtræ robore confirmatos, intendimus, Deo propitio, confovere, ſu frater Epiſcope Paphen. de pecuniis Cameræ noſtræ per te collectis, & in antea colligendis, ſex millia flore-*

Pſal. 118. v. 105.

florenorum auri, de conſilio veſtrum fratres Patriarcha, & Archiepiſcope, ac Epiſcope Famaguſtan. aut duorum ex vobis, Catholicon prædicto, & Regi Armeniæ illuſtri, aut eorum procuratori, pro ipſis tradere, ac aſſignare procures. Nos enim tibi prædicte Epiſcope Paphen. pro quitatione, & abſolutione tua, de bit, quæ de hujuſmodi pecuniis, dictis Catholicon, & Regi tradideris, plene ſufficere volumus teſtimoniales litteras eorum ex vobis, prædicti Patriarcha, & Archiepiſcope, ac Epiſcope Famaguſtan. de quorum conſilio tu Epiſcope Paphen. præfata illa duxeris aſſignanda. Reſcripturi per litteras veſtras nobis quantocius quæcumque in præmiſſis, & circa ea quomodolibet egeritis particulariter & diſtincte. Datum apud Villam novam Avenion. diœceſ. x. *Kalend. Octobris anno* x.

IV. Crudele, & pluſquam hoſtile, hoc tempore, bellum tertium inchoatum eſt inter Venetos, & Genuenſes; licet enim paucos ante annos pacis, & amicitiæ fœdus ſanxierint, & ab armis, injuriiſque ceſſatum ſit, tamen animos, tot veteribus odiorum cauſis, ac perpetua æmulatione inter ſe infenſos, haud quaquam conjunxerant. Erant tum utrique nationi in Pontum Euxinum frequentia, & opulenta mercatoriæ negotiationis commercia, quorum cauſa cum magna hominum utriuſque nationis multitudo in eaſdem urbes quotidie confluereret, multæ, ut fit in contractibus & permutationibus, verborum contentiones exoriebantur, quas vetus æmulatio, atque inſita odia, tum autem ejuſdem quæſtus ſtudium, quo nihil potentius eſt ad animos hominum disjungendos, accendebant, ut res ſæpe ad jurgia, & contumelias procederet, quin etiam interdum ad rixas, & injurias veniret. Genuenſes in his audentiores, quippe domi ſuæ; urbem enim Caphan, ac multa præterea Oppida, in toto ambitu Euxini maris imperio obtinebant, in quibus fere omnia commercia exercebantur. Hinc ad ulteriora, ad depræ dationes, ad hoſtiles congreſſus, ad urbium depopulationes, & incendia deventum, inſtructiſque claſſibus ſæpius dimicatum ad Euboicum Boſphorum, inter Helleſpontum & Peram, ad Sardiniam in mari Mediterraneo, ad Sapientiæ Peloponneſo adjacentem inſulam, donec attritis viribus ex acceptis illatiſque cladibus, in pacis fœdera erat conveniendum. Petrum Aragoniæ Regem, & Imperatorem Conſtantinopolitanum Cantacuzenum in auxilium advocaverant Veneti; Joannem Vicecomitem Mediolanenſium Antiſtitem, & Regulum, Genuenſes, atque horum ſocietate, ita creverant claſſes, & bellorum apparatus, ut non inter duas Reſpublicas de mercatoriis negotiationibus, ſed inter ſummos, multoſque Principes de integris Regnis controverti videretur.

Juſtin. lib. 3. rerum Venet. Foglieta lib. 7. hiſtor. Genuens.

Rixæ. lib. 6. ejuſdem gentis.

Initia belli inter Genuen. & Venetos.

Inter eos valde ſævitum.

V. Hæc ut averteret mala, atque a Chriſtianorum, qui in Oriente vivebant, cervicibus ſervitutis jugum, a Sarracenis hac occaſione intentatum, mature declinaret Pontifex Clemens, miſit ad Venetos, & Genuenſes fratrem Fortanerium Vaſſallum, quem ex Miniſtro Generali Ordinis Minorum diximus aſſumptum fuiſſe ad Archiepiſcopatum Ravennatem (ex quo hoc anno ad Patriarchatum Gradenſem tranſlatus eſt) ſcriptis, quas ſubjungo, litteris, additiſque aliis ab Bertrandum Archiepiſcopum Genuen. Nicolaum Epiſcopum Caſtellanum, ſive Venetum, ad omnes Eccleſiarum, & Religionum Prælatos, ut in hac pace ſtabilienda ſuam opem adhiberent; & demum ad Obizonem Marchionem Eſtenſem, Fortanerii amicum, qui ejus ſumptibus occurrit, non ſolum ſolvendo quæ illi debebat ratione terræ Argentæ ad Ravennaten. Eccleſiam ſpectantis, & aliquot jurium, quæ prædicta habebat Eccleſia in civitate Ferrarien. verum etiam ex ſuo

Mittitur pacificator frater Fortanerius Minorita.

An. 1347. n. 13.

ſuo ærario ſubminiſtrando pecunias. Diu laborandum fuit Fortanerio inter utramque Rempublicam ad pacis fœdera revocandam; quare non uno hoc anno, ſed & ſequentibus harum turbarum recurret memoria.

Venerabili fratri Fortanerio Patriarchæ Graden. Apoſtolicæ Sedis Nuncio.

Ex lib. ſecret. an. 10. fol. 106.

VI. *Gravis inter dilectos filios nobiles viros Ducem Venetiarum, & Gubernatorem Januen. necnon civitatis Januen. & Venetiarum Communia, procurante pacis æmulo, ſuborta diſſenſio amaricat graviter mentem noſtram, pungit animum, & viſcera quæque conturbat; In ea namque particularia diſſidentium portium damna, diſpendiaque deflemus; in ea communia Catholicæ fidei detrimenta; in ea Chriſtiani populi maxime partium Orientis pericula deploramus. Quis enim zelator Chriſtiani nominis, & honoris non deſleat eos invicem diſſidere, ac per diſſenſionis hujaſmodi periculoſæ, ac diſpendioſæ diſcrimina debiliores effici, quos ad exaltationem & tutelam fidei, & populi prædictorum gratioſos pugiles patenter aſpexit? Quis non univerſalia detrimenta & pericula eorumdem fidei & populi deſleat; in quos pagana gens, captata binc opportunitate nocendi, velut effrenis ſævit immanius, furit licentius, & liberius debacchatur? Merito itaque ad ipſam perniciosam ſupputandam diſcordiam, & radices ipſius, ne venenoſis ex ea ſuccreſcentibus ſurculis, priora detrimenta reſtauret, funditus evellendas, & pacem propagatricem, & matrem bonorum omnium reformandam inducimur, & ab intimis præcordiis excitamur; ut diſſidentes iidem pace mutua gaudeant; & ipſa pagana gente a perſecutionis impetu refrænata, dem populus Chriſtianus ab angustiis, & preſſuris, eis per uſum veteribus, & per augmentum novis, utcumque reſpiret. Ideoque fraternitati tuæ, de qua in magnis & arduis multa experientia, & claris operum titulis approbata, plenam in Domino fiduciam gerimus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad partes illas, ſub ſpe illius, qui concordiam in ſublimibus ſuis parat, & ad cujus nutum ſiat ſpiritus procellarum, te perſonaliter conferens, ſtudeas ſalutaribus monitis, & ſalubribus inductionibus tuis, juxta datam tibi a Domino gratiam & virtutem, ſuccidere hujuſmodi peſtilentem omnino diſcordiam, ac radices illius extirpare funditus, ſtudeas diſcordes ipſos ad concordiam ſollicite revocare. Ut autem in præmiſſis, eo favorabilius & facilius, auctore Domino, cujus in hac parte negotium agitur, proſpereris, quo majori fueris per nos poteſtate munitus, tibi tractandi, & ordinandi pacem, & treguas indicendi, & treguas, & pacem hujuſmodi opportunis firmitatibus ſpiritualibus, & temporalibus roborandi; quaſcumque inſuper uniones, colligationes, confœderationes, pacta, & promiſſiones, per quoſcumque facta & inita, quatenus executioni præmiſſorum, aut aliquorum, vel alicujus ex eis, directe, vel indirecte derogare poſſent, etiamſi juramentorum interpoſitionibus, & pœnarum adjectionibus vallata ſint, diſſolvendi & irritandi, ac juramenta, & pœnas hujuſmodi relaxandi. Turbatores quoque, & impeditores, & violatores pacis, & treguarum hujuſmodi; necnon contradictores quoslibet, & rebelles, cujuſcumque ſtatus, ordinis, gradus, & præeminentiæ fuerint, etiamſi Pontificali, ſeu Imperiali, vel Regia, aut quavis alia præfulgeant dignitate, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſpoſita, compeſcendi: non obſtant. ſi aliquibus communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & ex-*

expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, plenam concedimus, tenore præſentium, facultatem. Sic igitur in præmiſſis omnibus te exhibeas, ſicut de virtutum tuarum meritis plene confidimus ſtudioſum, ſicque diligentem etiam te impendas, quod ex operum tuorum ſeminibus fructus gratos & utiles colligamus, tuque tanti boni promotor, & actor, claris attolli famæ præconiis, & æternæ gloriæ conſequi præmia mereariſ. Datum apud Villam novam Avenionenſis diœceſis IX. *Kalendas Novembris anno* X.

Dilecto filio nobili viro Andreæ Dandulo Duci, & Communi Venetorum.

VII. *Amara nobis eſt merito diſcordia gravis, quam inter vos, & dilectos filios nobilem virum Joannem de Valente Gubernatorem, & Commune civitatis Januen. pacis æmulus ſuſcitavit. In ea namque particularia noſtra, & illorum incommoda, & damna deflemus, in ea communia fidei Chriſtianæ diſpendia & pericula, quæ non tam veriſimiliter, quam palpabiliter imminere ſentimus, proh dolor! deploramus. Quibus more patris amantis, quem non prætereunt filiorum incommoda, obviare ſalubriter cupientes, apud vos & illos, pro hujuſmodi, præſtante Deo, ſupputanda diſcordia, & concordia reformanda deſudavimus; ſicut memoria, ut non ambigimus, veſtra tenet, iteratis ſæpe vicibus, accerſitis etiam utriuſque partis coram nobis propterea nunciis, nunc verbo, nunc literis, nunc etiam adhibitis nunciis diligenter. Et quamvis eodem pacis æmulo ſatagente, inſtantia noſtra in proſecutione tam ſalubris & utilis negotii obtinere nequiverit deſiderii noſtri votum; ſperantes tamen de noſtri gratia Redemptoris, quod ipſe potentiæ ſuæ virtute, machinamenta, & dolos hominis inimici prorſus annihilans, artemque fallens, & tam gravibus ejuſdem fidei obvians detrimentis in hujuſmodi ſupputatione diſcordiæ, ac pacis ſibi gratæ, ut credimus, & mundo perutilis, ſicut ſcimus, communibus noſtris & fidelium Chriſti votis miſericors condeſcendet, venerabilem fratrem noſtrum Fortancrium Patriarcham Graden.* Honorabile Eccleſiæ Dei membrum, virum utique magnæ virtutis, eminentis ſcientiæ, probitatis expertæ, induſtriæ ſingularis, pacis amicum, & concordiæ zelatorem, quamquam grata nobis, & utili præſentia ejus careamus inviti, *ad vos, & dictos Gubernatorem & Commune, deliberatione conſulta, providimus deſtinandum. Quocirca univerſitatem veſtram monemus, requirimus, & hortamur attente, rogantes ac per viſcera miſericordiæ Dei affectuoſius obſecrantes, quatenus hæc & alia, quæ conſideratio veſtra, ſicut prudentum virorum, indiſcuſſa non præterit, attenta meditatione penſantes, ipſius Patriarchæ, ſeu noſtra potius per eumdem, ſalutaria circa hæc monita devote ſuſcipere, & eis, ſicut de bonitate veſtra confidimus, ſic prompte, ſicque liberaliter, & effectualiter acquieſcere ſtudeatis, quod eo qui pacis, & ſalutis actor & auctor eſt, annuente, imminentibus finis imponatur omnino malis atque periculis, & futuris, quæ Deus avertat, ſalubriter obvietur; ſicque vos, & dicti Gubernator & Commune optatæ quietis & pacis dulcedine perfrui valeatis; & ex unitate & concordia veſtra Chriſtianus populus partium Orientis, quem ex veſtra, & dictorum Gubernatoris & Communis diſſenſione, opportunitate captata, immanius perſequitur, & affligit durius furor Paganicæ feritatis, lætati reſpirent, & in eorum opportunitatibus ac neceſſitatibus multis præſidia veſtra ſolita feuticntes, perſequentium dolos & machinamenta confutent, ac nomen ve-*

Ibid. fol. 105.

Laudatur Fortancrius.

veſtrum, fama celebre, minorationis detrimenta non ſentiat, ſed felicibus ſucceſſibus ſemper adauctum ſit, eidem dictarum partium Orientis puſillo atque populo gloria, & tutela ſit, & perſequentibus illos terror. Datum apud Villam novam Avenion. Diœceſis. IX. Kalendas Novembris anno X. In eumdem modum, mutatis mutandis: dilecto filio nobili viro Joanni de Valente Gubernatori & Communi civitatis Januen.

Hæretici Sclavoniæ & Albaniæ. *Regeſt. Vatican. lib. 2. ann. epiſt. 30. 2. Kalend. Septemb.*

VIII. Erant hoc tempore plurimi Hæretici, & Schiſmatici in nonnullis Raſciæ, Albaniæ, Sclavoniæ, aliiſque adjacentibus partibus, qui inconſutilem Chriſti tunicam dividere & lacerare conantes, ac pernicioſa ſchiſmata ſuſcitantes, novas inducebant ſectas, varioſque ſeminare moliebantur errores, præſertim circa proceſſionem Spiritus ſancti, quem a ſolo Patre dicebant ſpiratum, circa Sacramentum Euchariſtiæ, quod non in azymo, ſed in fermentato conficiendum ita pertinaciter docebant, ut azymi panem conſecratum blaſphemiis inſequi, & manibus deturpare, pedibuſque conculcare inſane non vererentur. Præter hæc dicebant, formas Baptiſmatis & Confirmationis juxta ritum, quem Romana obſervat Eccleſia, falſas eſſe & ſacrilegas, eamdemque aſſerebant Eccleſiam in aliis multis turpiter aberrare. Hos itaque mali ſeminis & lolii ſatores juſſit Pontifex a finibus Chriſtianorum arceri, ſcriptis litteris ad Antonium ex Minorita primum Hierapolitanum, deinde Duracen. Archiepiſcopum, ad Eliam Raguſinum Antiſtitem, & Bartholomæum Tragurienſem Epiſcopum.

Jubetur frater Antonius Minorita & alii eos profligare. *Vide ann. 1349. n. 11. Anno 1350. n. 7.*

IX. Inſtitutus eſt hoc anno frater Veſianus Ronlandus, quem diximus ex Minorita ad Eccleſiam Eugubinam, & Archiepiſcopatum Capuanum evectum, Rector Campaniæ & Maritimæ, cum plena poteſtate diſcordias, lites, bella componendi, abuſus tollendi, delicta puniendi, & ſingulas boni regiminis cauſas obeundi. Multa hujus ſibi commiſſæ auctoritatis exſcripſimus inſtrumenta, quorum præcipua dabimus in regeſto. Pœnitentiarius Apoſtolicus creatur in Urbe frater Jacobus Joannis Joli de Civitella. Sacellani Pontificii Guillelmus de Viveriis, & Joannes Galletus Hiſpalenſis. Frater Petrus Patricelli Fanenſis, quem alias diximus obtinuiſſe licentiam colligendi & ducendi milites contra Sarracenos, hoc anno transfretaturus commendatur Andreæ Dandulo Duci Venetorum, Raymundo Epiſcopo Morinen. Apoſtolicæ Sedis Legato, & Magiſtro Hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitani.

Fr. Vesianus Rector Campaniæ.

Fr. Jacob. Joan. Joli. Fr. Guillelmus de Viveriis. Fr. Joannes Galletus. *Ann. 1347. n. 12.* Frater Petrus Fanenſis.

X. Celebrata hoc anno comitia generalia Ordinis Minorum per Guillelmum Farinerii religionis primicerium in civitate Lugdunen. in quibus decretum eſt, ut die XV. Februarii ritu duplici fieret officium divinum de translatione ſancti Antonii nuper peracta, necnon de beato Ivone ſub ritu ſemiduplici die XXVII. Octobris quo translatum eſt ejus corpus ad locum nobiliorem, uti alias relatum eſt. Ad comitiorum Patres dedit Pontifex more ſuorum prædeceſſorum, quas hic addo litteras, in quibus paterna pietate ſuadet electoribus meliora.

Capitulum Generale 51. Lugduni. Officiū translationis ſancti Antonii & B. Ivonis. *Ann. 1350. n. 8. Tom. 6. an. 1103. n. 13. & ann. 1347. n. 14.*

Dilectis filiis Generali, & aliis Provincialibus Miniſtris, ceteriſque Fratribus Ordinis Minorum, Lugduni in generali eorum Capitulo convenientibus.

Ex lib. ſecret. anno V. epiſt. 178. Scribit Pontifex capitularibus, ut Ordinis profectui conſulant.

XI. *Militantem Eccleſiam, cui, quamquam inſufficientibus meritis, auctore Domino, præſidemus, ut in agone certaminis mundi hujus, in quo militantis experitur anguſtias, & adverſus antiqui hoſtis molimina*

na labore ineſſabili fatigatur, invicta perſiſteret, & hoſtis machinamenta ſuperaret ipſius, Salvator noſter, qui ſolus fundavit eamdem, & ſupra petram fidei mox naſcentis erexit, quique portas inferi adverſus eam prævalere non finit, velut caſtrorum inexpugnabilibus & terribilibus aciebus diverſorum Ordinum, inter quos veſter dignæ laudis præconia meruit, firma ſtabilitate vallavit. Ipſius namque veſtri Ordinis profeſſores doctrina clari, religione conſpicui, ſanctitate venerabiles, & inſignes gratia meritorum, contra doloſas hoſtis ejuſdem inſidias, & ad ipſius artes omnimode confutandas orationum ſtudio jugiter decertantes, quod ad fidelium ſalutem proficiunt amplius, & adjiciunt potius ad meritum eorumdem; neſque ad augmentum honoris, & ſtatus ipſius Ordinis quodam debito provocant, & inducunt. Quapropter devotionem veſtram requirimus, & hortamur in Domino, vobis nihilominus injungentes, quatenus in hoc congregationis veſtræ ſanctæ Capitulo, iis detis concorditer operam, iis unanimiter & ſalubriter intendatis, per quæ unius moris in domo Domini habitantes, ſaluti animarum veſtrarum ſalubrius, & integritati famæ ſincerius conſulatis. Ut autem paternam, quam erga vos gerimus cognoſcatis in ſpiritualium largitione munerum, utrimque utilem caritatem, omnibus vobis in Capitulo ipſo præſentibus, & iis etiam qui venientes ad illud legitimo impedimento detenti, illuc pervenire minime potuerint, vere pœnitentibus & confeſſis ſeptem annos, & ſeptem quadragenas, de injunctis vobis, & eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Ceterum licet credamus indubie, quod vos affectionem noſtram ad vos, filiali viciſſitudine compenſantes, imbecillitatem noſtram orationum veſtrarum opitulatione juvetis; tamen attendentes ea nos tanto nunc indigere peramplius, quanto hoſtis idem, permittente Deo, in pelago mundi hujus licentius debacchatur, illum, ſuſcitatis fere ubique gravibus commotionum turbinibus, ac fluctibus agitando, quantoque adverſus eamdem Eccleſiam, & jura illius, per infidelia membra, & miniſtros ejus, tyrannos ſcilicet, nequius malitiæ ſuæ venena diffundit; exhortationibus noſtris adjicimus, attentius obſecrantes, ut apud eumdem Salvatorem noſtrum pro peccatorum noſtrorum multitudine dormientem, devotis precibus inſiſtatis, ut ipſe per interceſſionum veſtrarum merita excitatus, intumeſcentes fluctus hujuſmodi, dexteræ ſuæ potentia, comprimat, & ſatagentis adverſus eamdem Eccleſiam eliſa ſuperbia, ſic nos Eccleſiam ipſam ad honorem ſuum, & ſalutem commiſſi vobis populi regere, pro ſua pietate concedat, quod cum tempus reſolutionis advenerit, una cum eodem populo ad ſancta ſanctorum purificatis introire mentibus mereamur. Datum apud Villam novam Avenion. Diœc. VIII. Idus Maii anno IX.

XII. Hoc tempore Plebani, ac Rectores Eccleſiarum, eorumque loca tenentes in Boemia, variis modis Minoritas divexabant circa adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ, reaſſumentes eaſdem aſſertiones, quas in hac cauſa alias condemnaverat Joannes XXII. in Joanne de Poliaco, edita extravagante: *Vas electionis*, quæ habetur in corpore Juris *tit. de hæreticis in extr. communibus*. Hanc ergo conſtitutionem ſuis litteris inſertam revalidavit Clemens, ejuſque executionem commendavit Archiepiſcopo Pragen. & Cracovien. ac Olomucen. Epiſcopis. In controverſia fratris Richardi Epiſcopi Oſſorien. cum Alexandro Archiepiſcopo Dublinen. ſuo metropolitano aliqua fuiſſe decreta, diximus alias; exemptumque Richardum ab Alexandri juriſdictione. Sed cum hoc anno ſubſtitutus ſit Joannes Alexandro paulo antea defuncto, in priſtinum ſtatum reſtituta ſunt omnia, & com-

Decreta libera confeſſio Minoritis.

Fr. Richardus Epiſcopus Oſſorien. reſtituitur juriſdictioni Metropolitæ. *Tom. 6. an. 1335. n. 5.*

miſſum Joanni, ut inquireret in hæreticos ex Diœceſi Oſſorienſi transfugas, qui ad Dublinen. ſe receperant.

Direct. Inquiſ. par. 2. q. 10. n. 1. Diagus de Prov. Aragon. Ordin. Prædicat. l. 1. c. 22.

Cóntroverſia de ſanguine Chriſti orta.

XIII. Gravior fuit alia controverſia, quæ Barchinone hoc anno exorta eſt inter Patres Prædicatores & Minores. Dum enim aliqui in prædicta civitate aſſererent, & publice prædicarent, ſanguinem Chriſti in paſſione effuſum, a divinitate fuiſſe ſeparatum, & proinde non eſſe in triduo mortis adorandum cultu latriæ, atque id ipſum ex roſtris in ſuo Monaſterio doceret frater Franciſcus Bajuli, Minoritarum Guardianus, feria ſexta Paraſceves die XVII. Aprilis; Nicolaus Roſſelli tunc in Regno Aragoniæ Inquiſitor per ſuas litteras monuit Joannem Morlandinum Vaſconem Lemovicenſem, ex Magiſtro Generali Ordinis Prædicatorum, a ſuo avunculo Clemente VI. anno proxime elapſo, ſimul cum Paſtore Ordinis Minorum, ad Cardinalatum & ſanctæ Sabinæ titulum aſſumptum. Hic reſcripſit ſe vivæ vocis oraculo accepiſſe in mandatis a Pontifice, die XX. Julii, ut ad palinodiam cogerentur, qui ita prædicaverant, judicatumque fuiſſe omnino hanc opinionem pro hæretica cenſendam. Compacto proceſſu, Nicolaus Inquiſitor ſolis litteris Joannis Cardinalis innixus, ſevere contra Guardianum egit, atque ut revocaret quæ circa quæſtionem hanc prædicaverat, in Curia & præſentia Epiſcopi Barcinonenſis effecit.

XIV. Ita tunc abſque magno ſtrepitu & tumultu peractum, concluſumque negotium, revixit tamen poſt centum & tredecim annos, eamdem apud Brixienſes anno MCCCCLXII. prædicante opinionem beato Jacobo Piceno, a Marchia communiter nuncupato, eamdemque a Clemente VI. condemnatam tamquam hæreticam, acriter contendente Jacobo Brixienſi Ordinis Prædicatorum in Lombardia Inquiſitore. Ventum eſt ad aſperas lites, & publicas coram Pio II. diſputationes, de quibus ſuo tempore fuſius agemus; neque quidquam ſolidius potuit produci, ut condemnata diceretur illa ſententia, quam Cardinalis epiſtola & Roſſelli proceſſus. At hæc ipſa tot paſſa ſunt exceptiones; ut poſt longam & moleſtam diſceptationem, & ſeverum omnium qui in Curia aderant, Doctorum Virorum examen, a turpi hæreſis nota, quam adverſarii impingebant, Pius Pontifex graviſſimo diplomate beatum Virum optime de Eccleſia, & fide Catholica meritum, liberaverit; deinde utrique parti ſilentium indixerit; & demum Anconiæ, anno MCCCCLXIV. Kalend. Auguſti, octiduo ante mortem emiſſo altero, quod Laertius Cherubinus tranſcripſit, auctoritate Apoſtolica ſtatuerit & ordinarit, quod *nulli Ordinum Minorum, aut Prædicatorum deinceps liceat de ſupradicta dubietate diſputare, prædicare, vel publice, aut private verbum facere, ſeu aliis ſuadere, quod videlicet hæreticum, vel peccatum ſit tenere, vel credere, ſanguinem ipſum ſacratiſſimum, ut præmittitur, triduo paſſionis ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti ab ipſa divinitate quomodolibet fuiſſe, vel non fuiſſe diviſum vel ſeparatum, donec ſuper dubietatis hujuſmodi deciſione, quid tenendum ſit, fuerit per Sedem Apoſtolicam definitum.* Mandavit *propterea univerſis, & ſingulis eorumdem, & aliorum quorumcumque Ordinum, per totum orbem conſtitutis Fratribus, cujuſcumque ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtant, præſentibus & futuris, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, quam ipſo facto incurrent, & a qua niſi in mortis articulo conſtituti, non niſi per Pontificem Romanum abſolvi poſſint, ne contra ſtatutum, & ordinationem prædictam venire, aut facere, vel tentare quoquomodo præſumant*; injungitque ſuperioribus Ordinum, ut diligentiſſima cura hæc obſervari procurent.

Nihil eſt in ea definitum.

Suar. in 3. par. tom. 1. diſp. 15. ſect. 6. Vaſ. ibid. diſp. 16. c. 4.

XV. Ad tam apertam Pontificis ſententiam miror, aliquos recentiores adhuc

adhuc contendere, Clementem controverſiam hanc definiiſſe, eamque doctrinam condemnaſſe, quæ aſſerebat ſanguinem in triduo mortis a divinitate ſejunctum fuiſſe, cum nihil proferre poſſint huic ſuæ averſioni ſtabiliendæ, præter unicas illas Joannis Cardinalis Dominicani litteras, quibus plura opponit Franciſcus de Ruvere Cardinalis Franciſcanus, qui & poſtea Sixtus IV. & libellum, ſive proceſſum compactum ab Inquiſitore item Dominicano, quem perperam Gabriel Vaſques dicit ex mandato Clementis per litteras Apoſtolicas efformatum; cum ejus exemplaria extent, neque ulla ibi conſpiciantur brevia aut bullæ, ſive diplomata Pontificia, præter unam illam Cardinalis epiſtolam; atque hanc ſolam allegavit pro definitionis fundamento Inquiſitor ſupradictus Brixienſis, dum vehementer cauſam urgeret contra beatum Jacobum Picenum. Adde, Dominicum de Dominicis ferme illius ætatis virum doctum in libro, quem de Sanguine Chriſti ſcripſit, aſſerere decretum Clementis authenticum non eſſe, neque ex probatis teſtimoniis conſtare; & certe libellus ſive proceſſus a Roſſello efformatus nulla alia fide, quam Roſſelli conſtat, neque Notarii ſyngraphia, neque publici alicujus miniſtri teſtimonio roboratur. Unde non mirari non poſſum, Silveſtrum Prieratem affirmare, ſine dubio ullo Clementem prædictam propoſitionem damnaſſe, & quod magis mirum eſt, condemnationem, & retractationem Barcinone factam per Inquiſitorem prædictum, approbatam fuiſſe a Pio II. expreſſis enim verbis id ipſe negat Pius in litteris ſeu brevi ad beatum Jacobum ſupradictum tranſmiſſo. Quia, dum hic conqueretur ad preces adverſæ partis ex commiſſione Pontificia, Barcinone Prælatum quemdam proceſſum illum ſua auctoritate roboraſſe, & propterea a quibuſdam judicatum, ſententiam ſuam jam eſſe condemnatam, ipſumque a multis haberi & prædicari pro hæretico; ita Pius reſpondit.

Ruver. tract. de Sanguine Chriſti

Vaſ. cit. n. 14.

Silveſt. in roſa aurea tract. 3. q. 31.

Pius Epiſcopus &c. Dilecto filio fratri Jacobo de Marchia &c. Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

XVI. *Scripſiſti te valde anxiari propter materiam illam Sanguinis effuſi Domini, & Salvatoris noſtri, quæ in nonnullis locis vulgari dicitur tamquam deciſa, & determinata a nobis contra tuam ſententiam & prædicationes. Miramur de hoc, nec ſcimus unde talis fama ſurrexerit. Nos enim materiam ipſam huc uſque non determinavimus, nec propter varias occupationes determinare potuimus, ſed, Deo dante, id facere intendimus, cum primo opportunior aderit occaſio, nec tot occupationibus erimus diſtenti. Ne autem exiſtimes, nos honorem tuum, & famam negligere, quandoquidem ſcribis, a Mediolano uſque Veronam publice prædicatum, te eſſe Hæreticum: volumus ut venerabili fratri noſtro Epiſcopo Veronenſi ſcribas, cui nos etiam præſentes mandamus, ut quæ in hac materia prædicata ſunt, in ſcriptis redigat, ac in forma authentica ad nos tranſmittat. Nam ſi prædicatores minus honeſte in prædicatione ſe habuerint, & aliquid de te dixerint, quod dicendum non eſſet, oſtendemus eis id nobis diſplicuiſſe, nec eorum trangreſſio erit impunita. Quod autem attinet ad authenticationem illius ſententiæ ſeu proceſſus Barcinone celebrati, factam per Prælatum illum, cui ea res a nobis commiſſa fuit, ſcias eam non ideo factam, ut per ipſam fides aut auctoritas adiiceretur hujuſmodi ſententiæ, ſeu proceſſui: ſed ut teſtimonium quoddam eſſet rei geſtæ, hoc eſt, ut non deperiret ejus facti, qualecumque eſſet, notitia; nec enim fuit intentionis noſtræ propter commiſſionem confirmare, aut approbare ſententiam, aut proceſſum. Cum enim*

Ex ipſo autographo.

pro parte Fratrum Prædicatorum nobis ſupplicatum fuiſſet, ut eos authenticari facere vellemus, negare non potuimus, quin cauſam committeremus. Commiſſarius vero judicavit, quemadmodum jam vidiſti. Proinde non turbetur cor tuum, neque formidet, ſis animo quieto, nec ſcandalizetur ex hoc mens tua; nam ſinceram caritatem tuam novimus, nec ignotus eſt nobis zelus tuus. Perſevera in fide optima, quam Deus ſcrutator cordium bene novit, nec te moveant vulgi rumores, aut voces calumniantium. Satis eſt Deo conſcientia tua, poteſque contentari, quod nos paternam de te opinionem concepimus, & conceptam retinemus. Ad Capitulum tui Ordinis proxime celebrandum, contenti ſumus ut accedas, & ea agas, quæ Deo placita ſunt, & honori Ordinis, ac ſaluti animæ tuæ conducant. De acceſſu autem ad Ducem Venetiarum contentamur, & hortamur ut accedat. Scimus enim eſſe Principem bonum, & Dei timoratum. Putamus non niſi ex bona, & honeſta cauſa te alloqui, & videre velle, tuumque ad illum acceſſum utilem fore exiſtimamus. Datum Macorati Senen. Diœc. ſub annulo Piſcatoris, die XXVIII. *Aprilis anno* MCCCCLXIV. *Pontificatus noſtri anno* VI.

XVII. Viden ergo ex his ipſis Pii Pontificis verbis, & ex litteris octiduo ante mortem datis, nihil in hac re definitum, atque adhuc obſervari præceptum Apoſtolicum circa ſilentium utrique parti impoſitum, ita ut tribus elapſis ſeculis nemo utriuſque partis audeat obſtrepere, neque adverſæ ſententiæ tutoribus liceat hæreſim iſtius opinionis defenſoribus objicere? Adde, doctorum virorum fuiſſe, & adhuc eſſe doctrinam hanc, nempe, ſanguinem in paſſione effuſum non fuiſſe hypoſtatice unitum in triduo, neque adorandum latria. Ita Durand. Franciſcus Mayronis, Richardus, Gabriel, Abulen. & multi graves auctores, qui eam totis viribus defenderunt, dum ſub Pio II. hæc agitaretur controverſia. Deinde quod magis urget, vel illi ipſi qui condemnatam hanc contendunt ſententiam, laborant in aſſignando fundamento, cui inniti poſſit Pontifex, ut eam condemnaret. Verum enim vero facile non eſt aſſignare firmum aliquod fundamentum, quo nixus Pontifex prædictam veritatem definierit; nam ut aliquid tamquam certum fidei dogma declararetur, oportebat aut ratione, aut auctoritate ſcripturæ, aut traditione aliqua niti; difficile autem eſt aliquid horum oſtendere, ex quo talis definitio depromi potuerit. Quod vero aliqui ad rationes confugiant Philoſophicas, ideoque aſſerant, ſanguinem unitum fuiſſe hypoſtatice verbo Dei, quia vivit, vel quia pars eſſentialis eſt corporis, inane ſibi ſtatuerunt definitionis fundamentum. Ita enim hæc controverſia, & incerta ſunt inter Philoſophos, & medicos, atque ipſos Theologos, ut hæc ipſa magis incerta ſint, quam unionis hypoſtaticæ concluſio, quam ex illis velint inferri. Et certe ſanctus Thomas cum optimis ſuæ ſchola magiſtris, Bonaventura, Alenſis, & alii ſanguinem vivere negant expreſſe. Cum igitur hoc in controverſiam vertatur, & longe probabilius judicetur, ſanguinem non vivere, non potuit Pontifex labili & inſtabili huic fundamento gravem definitionis Catholicæ molem ſuperextruere.

Sententiam negativam, defendût celebres Doctores. *Durand. in 4. d. 10. q. 1. Mayron. d. 43. & ferm. qui incipit: memoriam fecit. Rich. in 3. d. 1. art. 3. q. 1. Gabriel. in Can. lib. 53. & in 4. d. 44. q. 1. Abul. parad. 2. cap. 2. 40. & ſeq. Valq. cit. cap. 5. n. 18.*

Affirmativæ definiendæ nullum eſt fundamentum.

Thom. 3. p. quæſt. ult. art. 1. ad 3. Bonav. in 4. d. 44. art. 2. q. 2. ad 2. Alen. 2. par. q. 92. memb. 7.

XVIII. Illa etiam ratio, vulgaris axiomatis ex Damaſceno deſumpti: *Quod ſemel aſſumpſit, numquam dimiſit*: multas admittit explicationes & ſolutiones. Nonne & caro præputii, de qua docte Toletus, in terra dimiſſa eſt, & ſub ſummorum Pontificum oculis & Romanæ Curiæ conſpectu reverenter cuſtoditur, & digne celebratur? Nonne quotannis in Reverendiſſimorum Cardinalium conſpectu in feriis Paſchalibus oſtenditur, in Baſilica Lateranenſi, & Latino atque Italico præconio ex alto ſuggeſto populo pro-

Tolet. in cap. 2. Luc.

proponitur adorandus ſanguis & aqua, qui ex Chriſti morientis latere effluxerunt? Nonne ex eodem ſanguine partes aliquas aſervari in Mantuana, Brugenſi ſancti Baſilii, & aliis Eccleſiis multi, iique graves tradunt hiſtorici? Et quod amplius eſt, ita ipſi fatentur ſancti Thomæ diſcipuli, præſertim Cajetanus, qui in hunc finem ſanguinem diſcriminat naturalem, & nutrimentalem, & Silveſter, qui ſæpe dicti Pii II. bullam refert ad Abbatem Monaſterii ſanctæ Mariæ Xantonen. dioeceſ. in qua ita habetur: *Petitio exhibita continebat, quod licet tanto tempore cujus memoria non exiſtit, in Eccleſia dictæ domus, ut pie creditur, quædam portiuncula pretioſi ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti in ligno Crucis pro redemptione humani generis ſalubriter effuſi* &c. Et infra: *Nos igitur, qui de prædictis certam notitiam habemus, attendentes quod veritati fidei nullatenus repugnat affirmare, Redemptorem noſtrum de ſanguine præfato, ob ipſius paſſionis memoriam, aliquam partem in terris reliquiſſe* &c.

Cajetan. in 3. p. q. 54. art. 2. Silveſt. cit.

XIX. Quod vero alii adducant plurima loca, tum ex ſacra Scriptura, tum ex SS. Patribus, in quibus ſanguini Chriſti effuſo, noſtrorum remiſſio peccatorum, & reliqua ſubſequentia beneficia tribuuntur, parum urget, quia omnia iſta ſanguini appropriantur, non quod per ſolam ſanguinis effuſionem, ſalvati & liberati ſimus; cum & alia fuerint in Chriſto opera meritoria noſtræ ſalutis, atquè per ſudorem & lacrymas, ſicut & per ſanguinem nos ultimate ſalvare potuiſſet, ſi vellet; ſed quia omnia ejus merita terminata, & conſummata ſunt in morte & paſſione. Unde ad mortem Chriſti principaliter hæc referuntur; ad ſanguinis vero effuſionem, tamquam ad medium, per quod mors ſubſecuta eſt, ſicut & Cruci hæc ipſa beneficia, tamquam inſtrumento tribuuntur. Quod ſi etiam de ipſo ſanguine hæc principaliter dici contendatur, non exinde hæc unio hypoſtatica poſt effuſionem concludetur. Certum enim eſt, hæc omnia ei competere, & Chriſtum virtutem hanc omnem ei communicaſſe in ratione meriti, dum libens & lubens adhuc vivens ſponte effundebat ſuum ſanguinem, & ipſe animam ſuam pro nobis ponebat. Tunc vero ei unitum hypoſtatice admittent, qui Chriſtum ſanguinem immediate aſſumpſiſſe concedunt; negabunt tamen hanc unionem, aut meriti rationem remanſiſſe in ſanguine effuſo, quando jam completa erat totius meriti ratio, & ſanguis ille jam ſparſus non potuerit nobis prædicta beneficia & dona conciliare. Sufficit enim quod ante effuſionem actualem unitus fuerit divinæ perſonæ, ut effuſio ejus deificata, & tot beneficiorum largitrix eſſe dicatur. Ita expreſſit Auguſtinus: *Tunc enim*, inquit, *ſanguis ille, quoniam ejus erat, qui nullum habuit omnino peccatum, ad remiſſionem noſtrorum effuſus eſt peccatorum* &c. Ubi valorem meriti non ex re oblata, ſed ex dignitate offerentis deſumi docuit, *quia*, ſcilicet, *tunc ſanguis ejus erat, qui nullum habuit omnino peccatum*, & ei unitus erat, dum effundebatur.

Auguſtin. 13. de Trinit. cap. 15.

XX. Atque ipſi adverſæ ſententiæ tutelares ita infirma hæc loca eſſe agnoverunt, ut ad alia excogitanda recurrerint, præſertim Gabriel Vaſques, qui firmum hujus definitionis fundamentum a nonnullis ex ſuis approbatum, ſe collegiſſe gloriatur ex 6. ſynodo, act. 16. ubi damnatur hæreticus quidam Conſtantinus, quod dixerit ſanguinem fuiſſe in morte a Chriſto dimiſſum, & ex eadem ſynodo act. 8. ubi probatur confeſſio Macharii Antiocheni Antiſtitis, licet Monothelitæ, in eo quod dixerit, Chriſtum aſſumpſiſſe carnem & ſanguinem: & ex Concilii Alexandrini epiſtola, quæ eſt 10. apud Cyrillum recitata, & approbata in Concilio Epheſino, & Chalcedonenſi, anathematiſmo 5. ubi dicitur, Verbum divinum particeps factum carnis, & ſan-

Vaſq. q. citat. c. 6. n. 28.

ſanguinis. Atque alias ſimiles locutiones affert ex eodem Cyrillo, Nazianzeno, & quibuſdam locis ſacræ Scripturæ, quæ omnia veriſſima ſunt, & ab omnibus concedenda, quia Chriſtus non ſolum carnem aſſumpſit, ſed & ea quæ ad integritatem carnis, & corporis ſpectabant, inter quæ ſanguis, tamquam pars præcipua, computandus eſt. Ultra hæc, omnes has locutiones in rigoroſo ſenſu, quem Vaſques intendit, admittent facile, qui Chriſtum immediate ſanguinem aſsumpſiſse, & ſibi hypoſtatice uniſse fatentur; attamen facile conſequentiæ vim effugient redeundo ad principale aſsertum, negantes hanc unionem in triduo permanſiſse in illa parte ſanguinis effuſi, & iiſdem rationibus argumentum elident, quibus repellere ſolent commune illud ſupra relatum axioma Damaſceni, quo contenditur, Chriſtum nihil dimiſiſſe ex iis, quæ ad unionem hypoſtaticam aſsumpſit. Quod vero attinet ad Conſtantini condemnationem, ea merito proclamata eſt, ut ipſe Vaſques admittit, quia non ſolum ſanguinem, verum & carnem, & voluntatem humanam Chriſtum exuiſse palam confeſsus eſt in Concilio. Unde partim damnatus eſt tamquam Manichæus, qui videbatur in Chriſto veram negaſse carnem, partim tamquam Monothelitarum (contra quos præcipue illa ſynodus coacta eſt) aſsecla, qui unam tantum in Chriſto confitebatur voluntatem. Non itaque in eo ſenſu condemnatus eſt, quod peculiariter dixerit, ſanguinem in morte effuſum, ab hypoſtaſi ſeparatum fuiſse, ſed quod omnino ſanguinem univerſum ſimul cum carne eumdem exuiſse dixerit, ut conſequenter præcipuum ſuum errorem, de quo examinabatur, verosimilius inferret, nimirum, unam tantum in Chriſto remanſiſse voluntatem.

XXI. Patet ergo, nihil hucuſque in hac controverſia aperte definitum eſse, quod largius hic præmonere & probare voluimus, tum ut Guardiani Barcinonenſis honori nunc conſulatur, tum ut iterum eamdem reaſsumere provinciam non cogamur, cum de hac ipſa controverſia, vehementi animorum commotione ſub Pio II. agitata, diffuſior ſermo in gratiam, & tutelam beati Jacobi a Marchia ſit inſtituendus. Bzovius ſectariorum, ſive hæreticorum nomine infectatur eos, qui hoc tempore quæſtionem hanc in Aragonia, ſive Catalonia primum moverunt, eorumque errorem doctiſſimis argumentis confutaſſe Roſſellum Inquiſitorem affirmat. Sed mirum eſt, cur hæc doctiſſima ejus confutatio non apparuerit in ejus de hac ipſa re libello, ſive proceſſu in medium producto, & Barcinone Avenionem uſque ducto; aut ſi apparuit, quomodo tali innixus confutatione Pius non condemnaverit a Roſſello doctiſſime confutatam, & a Clemente condemnatam opinionem? Demum in eo erravit, quod non hoc anno, ſed ſequenti hos ſectarios in Aragonia detectos eſſe recenſeat, cum hoc ipſo & prædicatio, & quam prætendit confutatio, & condemnatio contigerint.

Bzov. ann. 1352. n. 19.

XXII. Hoc anno ex humanis abiit beatus Conradus Confalonerius Placentinus, de qno multa congeſſimus eo anno, quo Tertium ſancti Franciſci ſubiit Inſtitutum; reliqua hic adjiciemus, quibus magis viri ſanctitas eluceſcet. Futuros eventus cœlitus prævidiſſe hæc argumenta monſtrabunt. Miſerat ei quondam Bartholus amicus duo vini vaſcula, famulus unum dedit, alterum ſibi abſcondit: fraudis haud ignarus Conradus infidum nuntium corripit, monetque amice parati ſibi periculi, in ipſo illo vaſe, quod ſibi retinuerat. Accedit ille ad locum ubi furtum abſconderat, & detecto vaſe, ex orificio anguis proſiliit; non nocuit tamen, dum hic a ſervo Dei prænonitus periculum declinavit. Viſum veniebat ex civitate Conradum quidam amicus, & ſerenum pacatumque cœlum repente nubibus cœpit obduci, tem-

Campus in vita B. Conradi cap. 8. & ſeqq. legenda duæ MSS. Tom. 6. an. 1315. n. 10.

B. Conradus Placentinus moritur. Futura prædixit.

tempeſtate turbari, tonitruis mugire, & fulguribus paſſim minitari; vir totus pavidus in vicini montis antrum ſe recepit, ubi dum aliquanto tempore ſubſtitit, itineris labore, & curis feſſus obdormit. Revelatum hoc Conrado, & hominem fulmine periturum, ſi longam ibi trahat moram. At ille in genua provolutus, veniam amico exoravit, feſtinanſque ad locum acceſſit; expergefactum periculi admonuit, pœnitentiam commiſſi cujuſdam errati perſuaſit, atque incolumem domum remiſit; ſed mox ut receſſit, fulmen in eum locum emiſſum periculum probavit. Laurentius Cardus per filium quædam ei mittebat legumina, cui humani generis inimicus viam ad Eremitæ ſpeluncam neſcienti, ſe offert ductorem; ſimpliciter, & puerili candore ſequentem, ſuper præruptam rupem, unde certum imminebat præcipitium, conſtituit, & ſtatim evanuit. Ita derelictus puerulus flere, ejulare, cœleſte invocare cœpit auxilium, & protinus periculum Conrado oranti divinitus fuit revelatum, qui ex antro accurrens, adoleſcentulum ex oppoſita profundiſſimæ vallis parte conſolatus, mox ab horrendo liberat præcipitio. Miſerat ei integrum caſeum Nicolaus Valſallus per Conradum filiolum (ita omnium primum inter Netinos appellatum, quia e Baptiſmatis fonte eum beatus Conradus elevavit) ſed reluctabatur uxor, dimidiatum Eremitæ ſufficere, & ſe reliqua parte domi indigere cauſata. Piam mariti voluntatem, & uxoris contradictionem in oratione Conradus edoctus, diſſecto caſeo, medium in pauperum uſum ſervavit, medium matrifamilias remiſit. Ab alio amico invitatus ad prandium ire recuſavit, dicens, Dei ſervos a conviviis procul eſſe debere, & prædicens, quos ille ſibi paraverat piſces, a fele eſſe comeſos. Regreſſus homo domum, ut Vir ſanctus prædixerat, eveniſſe conſpexit.

XXIII. Facilius ſane fuit Conrado iſta perpetrare, & alios a periculis, quam ſe ab ejuſdem occulti hoſtis moleſtiis liberare: modo etenim Veneris flammas ſuojiciebat, modo gulæ irritamenta objiciebat, & ſæpiſſime mundi oblectamenta adjiciebat, ut ab illa perpetuæ abſtinentiæ, & continuæ orationis, quam ſibi conſtituit, norma, ad molliora reduceret. Omnes tamen tentationes Conradus Dei gratia ſuperavit, & in frequenti certamine ſemper victoriam reportavit. Ingeſſit ei dæmon carnis ſyllæ, nunc gallinæ, tertio dulcis placentæ deſiderium; omnia hæc ab amicis accepit, ſed timens hæc gulæ irritamenta, & ab hoſte ſuggeſta, in antro ſuſpendit, donec vermibus ſcaterent; tunc naſum & os admovebat, ut nauſeam & horrorem incuterent, quæ prius appetitum provocabant. In hortulo cavernæ contiguo plantaverat ficum, quæ poſt biennium fructus produxit: decerpſit ille ficum unam, ut labores manuum ſuarum manducaret, ſed non bene ſibi erat; nam ſenſit ſtatim gulæ pruritum, & hoſtis tentationes, ut rigidam, quam ſectabatur abſtinentiam, mitigaret, & abſque delectu vel ſcrupulo quæ miniſtrabat hortulus, in cibum admitteret. Inſidias hoſtis ut declinaret, exuta protinus ſegmentitia & rudi tunica, tamdiu nudos artus in vepribus, & rubetis volutavit, donec cruentato, & lacero corpore deſiderium ficuum, & cogitatio omnis relaxandæ abſtinentiæ procul abſceſſit. Hoc inexpectato facinore Dæmon confuſus, ei viſibiliter apparuit, & conviciis opprobriiſque cruentatum affecit; quæ dum ille patienter orans, & pſallens contemnit, amplius confuſus tentator evanuit.

Varie tentatur, & ſemper vincit.

XXIV. His virtutibus, & conſtanti vitæ genere, ejus fama longe lateque divulgabatur, cujus veritatem ut præſens ipſe exploraret, Jacobus Epiſcopus Syracuſanus Netum venit, ad antrum perrexit. Aberat tunc Conradus, expectabat Antiſtes donec rediret, antrumque perluſtrabat, ut ex

Inviſit eum Epiſcopus Syracuſanus.

In-

habitaculo, incolæ vitam & mores, ſecreto quodam examinis genere, perſcrutaretur. Angulos omnes, & antri latibula ſcrutatus, ſupellectilis nihil, cibi nihil, potus nihil, præter aquam cœnoſam in curcurbita ſervatam invenit; ſpeluncam nudam abſque arte, aut opificio præparatam, ſine lecto, aut ſcamno, omnibus patulam, & apertam conſpexit. Antro egreſſus Conradum revertentem ut vidit, concito gradu obviam perrexit, ille vero genuflexus Epiſcopum reverenter excepit, & benedictione impetrata, cum eo de rebus divinis gratum protraxit alloquium. Prandii jam advenerat tempus, juſſitque Epiſcopus famulos, ut menſam ſternerent, & quos portaverant cibos apponerent, cupiens Conradum hac ratione adſiſcere convivam. Dum vero aſſidere vellent, ſubridens Epiſcopus: *Nihil*, inquit, *frater Conrade tu habes in cella, quod hoc noſtro inferas convivio: ego venio in domum tuam te viſurus, & nihil tuis exhibes hoſpitibus?* Alacri animo & hilari facie protinus exurgens Conradus reſpondit: *expecta parumper domine, videbo an aliquid hic intus lateat in noſtro architriclinio: & ſtatim regreſſus quatuor candidas calentesque placentas, guſtui gratiſſimas, reportavit.* Ad hæc obſtupefactus Epiſcopus, in genua provolutus, panem tamquam de cœlo miſſum reverenter accepit, guſtavit, & vidit, quam ſuavis eſt Dominus, & beatus hic vir, qui confidit in eo.

Mirabiles ei porrigit panes.

XXV. Miraculum hoc dum ubique divulgaret pius Antiſtes, & ſanctimoniæ excellentiam deprædicaret, quidam, ut fit, irridebant, alii detrahebant ejus virtuti, alii ſubdubitabant. Irriſores ut periculum facerent; vel Eremitam ſupplantarent, moleſta prece & importuno conatu obtinuerunt ſub ſpecie pietatis ut ſecum die veneris pranderet. Nihil obſonii præter carnes appoſitum, quas ut Conradus manducaret, qui invitarunt verbis & exemplo ſuadebant. Irridentes Deus irriſit, & ſervum ſuum magnificavit; quidquid enim illi manducandum proponebant, occulte convertebatur in piſcem, atque ita abſque ſcrupulo alacriter illis conveſcebatur. Expleto epulo, nebulones ſuo inſultabant convivæ, virtuti detrahebant, & pietatem irridebant, utpote qui guloſe carnes feria ſexta, abſtinentiæ ſacra, manducaverit. Ille ut impietatem malignantium confunderet, ſublata mappa, ſpinas & ſquammas a ſe repoſitas detexit, & illorum prava conſilia fraterne redarguit. Ad antrum regreſſus incidit in venatores quoſdam petulantes, qui ultro malis verbis & multis verberibus innocuum affecerunt. Ut beneficium pro injuria redderet, & vinceret in bono malum, miſericordia prius a Domino pro malefactoribus implorata, eſurientibus panes attulit, ſibi Angelorum miniſterio delatos, & unicuique integrum donavit, monuitque ut ſtatim illo abſcederent loco, ne ab iis, qui ſibi illatas injurias noverant, damnum ullum reciperent. Hominis caritatem & humilitatem admirati ſtatim abierunt; ſed prævenit fama inſolentis injuriæ, quam ut ulciſceretur urbis Magiſtratus, in vincula omnes conjecit, acceſſitumque Conradum interrogavit, an illi eſſent, qui verbis & factis offenderunt? At ille nolens injuriam reddere, quam antea remiſit, neque etiam ſuam lædere mendacio conſcientiam, dixit intus & foris hos alios eſſe ab iis, qui in ſe irruerunt; intelligens alium eſſe a venatorio, quem tunc gerebant, habitum externum, & mentem omnino jam eſſe mutatam. Sed quibus homo pepercit, Deus non ignovit, paulo poſt ultus ſui ſervi injurias miſero omnium interitu.

Irriſores mitaculoſe confundit.

Pro injuriis rependit beneficia.

XXVI. Paulo ante mortem Syracuſas profectus, ut vitam omnem & conſcientiam Antiſtiti aperiret, & benedictionem reportaret, prope palatium plurimis aviculis ejus adventui gratulantibus circumdatur, ſpectantibus Epiſcopi miniſtris. Re ad Pontificem delata, gaudens & exultans in occurſum

Aves ei applaudunt.

Anno Christi 1351.	Clementis VI. anno 9. & 10.	Caroli IV. Imp. anno 4.	Religionis Minorum anno 144.

ſum ejus deſcendit, amice & reverenter excepit; ſi quos habebat reatus præſentis, & tranſactæ vitæ culpas confitentem audivit, caritative refecit, libenter benedixit, ſed ægre dimiſit. Ad eremum regredientem, non procul ab Hiblæa iterum volucres circumeunt, & tamquam ad ſe revertenti alis applaudunt, & modulamine congaudent. Videt hæc, qui tranſibat viator, & Hiblænſibus narrat, quibus novum non erat multa de Conradi virtutibus audire. Non minus celebre erat apud eos Viri nomen, quam apud Netinos, neque minus ad ſe aliquoties divertentem venerabantur; imo eouſque in utroque populo crevit opinio de homine concepta, ut turmatim ſequerentur, amplexarentur, veſtem oſcularentur, & in reliquias diſſecarent, ut amplius non ei liceret interdiu ſed noctu venire in ædem beati Petri Apoſtoli Netinam, ubi Confeſſarius habitabat. In antro extruendæ aræ Chriſto crucifixo ſaxum ingens excidi curaverat, quod dum extrahere advocati agricolæ non poſſent, admota ille manu, nullo labore in campum eduxit; ne vero abſque præmio abirent, ex frigido antro calidos panes aſportavit, & ſuis auxiliatoribus diſtribuit. Ad duplex miraculum obſtupefacti Deum laudarunt, & unus ſe ejus credidit diſciplinæ. Per biennium bene currebat, & Magiſtri ſectabatur veſtigia; ſed ſubmittente faces libidinis, *qui prunas facit ardere*, poſt aliqualem luctam ſuccubuit, uxorem ducere decrevit, & Conrado conſilium aperuit. Immiſſum a diabolo monet Magiſter, & in eremicolatu conatur obfirmare: ſed dum fruſtra laborat, tria imminere monet pericula; vix priora evaſurum, ſed tertio adverſæ haſtæ caſurum. Singula prout Vir Dei prædixit, evenerunt, & lethali accepto vulnere, ſero reſipuit, pœnituitque ſanctum præceptoris conſilium non admiſiſſe.

Saxū ingens nullo labore movet.

Panem divinitus miniſtrat.

Diſcipulo retrocedenti malum exitum prædicit.

XXVII. Siciliam alioqui fertiliſſimam, frugum parentem, & locuples Italiæ horreum, miſeranda annonæ penuria invaſit; ubique pallentes facies, fame labeſcentes homines, ſqualida rura, rerum omnium penuria conſpiciebatur. Nonnulli ad Conradi antrum confugiunt, illius precibus & meritis divinam imploraturi elementiam; inedia confectis vir pius compaſſus oravit, ut pereuntis populi Deus vellet miſereri, nolletque in ira ſua continere miſericordias ſuas, & præſentibus, qui fame peribant, præſens etiam adhiberet remedium. Angelorum miniſterio ex cœlo dimiſſos panes conſpicit, quos indigentibus diſtribuit, & ſuccedentibus his aliis, atque aliis avide, ut fit, ad ſuæ egeſtatis remedium concurrentibus, indefeſſus exhibuit, ita ut antrum inexhauſtum promptuarium, vel in manibus multiplicari aut naſci panes, videretur. Inter eos quos pavit adoleſcens quidam mortali gravabatur reatu, cœlituſque edoctus Conradus videt ei mortis imminere periculum. Ad parentes in agro laborantes accedit Vir Dei, monetque ut filii caveant periculo, atque agant, ut conſcientiam ſacramentali expiet confeſſione. Ita factum, regreſſoque adoleſcente, repentina exorta eſt tempeſtas, & e cœlo ejaculatum fulmen terram concuſſit prope pedes ejus: cujus metu pene mortuus in terram cecidit adoleſcens. In ſe reverſo, parentes cum filio gratias Deo reddiderunt; agnoveruntque hoc illud periculum eſſe, quod Conradus prædixit, cujus etiam meritis tribuerunt ipſam mortem evaſiſſe.

In magna penuria ſubvenit indigentibus.

Juvenem a peccato & mortis periculo liberat.

XXVIII. Inſtabat jam exoptata dies, qua poſt tot certamina, & reportatos ex hoſte triumphos, repoſitam coronam juſtitiæ juſtus Judex erat redditurus, vel ſua dona remuneraturus. Ab Angelo prænonitus temporis & horæ, Netum ad Confeſſarium abiit, expiata conſcientia, cœleſte pabulum ſumpſit, rogavitque pium Sacerdotem, ut perendie in eremum ad ſe veniret.

Prædicit ſuum obitum.

Anno Christi 1351.	Clemantis VI. anno 9. & 10.	Caroli IV. Imp. anno 4.	Religionis Minorum anno 144.

Et futuram circa funus cõtroverſiam.

ret. Ita facienti Vir ſanctus imminentem ſui tranſitus horam revelavit, aperuitque funeris conſilium: prædicens ita fore ut Hyblæi ac Netini, intra quorum fines commorabatur, de cadavere contenderent, atque armis vellent controverſiam dirimere: *Sed per Dei gratiam*, inquit, *nullius ſanguis effundetur, tuaque prudentia arma deponent, & ſaniori conſilio contentionem abſolvent*. Se vero velle in ſancti Nicolai Eccleſia Netina ſepeliri declaravit. Ad hæc ſacerdos totus in lacrymas abiit, ſummopere dolens ad ſancti Viri receſſum, ſtatuitque ab eo non recedere donec corpus in urbem

Sancte moritur.

deferret. Conradus horam imminere præſentiens, levicula febre correptus, coram Chriſti crucifixi imagine genua nuda curvavit, ſe ſuoſque Netinos Domino obnixe commendavit, ac paulo poſt abſque mortis anguſtiis, mirabili ſplendore locum illuſtrante, animam reddidit Creatori, die Dominica XIX. Februarii, hoc ipſo anno, ætatis ſexageſimo primo, a ſuſcepto pio Inſtituto trigeſimo ſexto. Fulgore perterritus ſacerdos, ad ſanctum Virum acceſſit, genuflexum, reliquo corpore erectum, ad orantis modum conſpexit, &

Miracula poſt obitum.

vita functo lacrymis & luctu parentavit. Non prius obierat, quam Hiblææ & Netinæ campanæ nullo trahente, ſonuerint, & certiſſimo hoc argumento perſuaſerit ſibi uterque populus Conradum ex hac vita in cœlum emigraſſe. Concurrerunt omnes ad antrum corpus veneraturi: genuflexum & recto corpore conſpiciunt, exortaque controverſia circa ſepulturæ locum, contendentibus utrimque ſibi hoc pignus deberi; ventum eſt ad arma, atque ulterius ad pugnam; ſed Conrado protegente, nullus occiſus aut læſus eſt, imo mirabiliter, quas emittebant eminus ſagittas, in pharetra reconditas inveniebant. Interim Confeſſarius in arca cadaver decenter collocatum, in medium producit, monetque fruſtra pugnari circa tollendum corpus ejus, qui pugnas ipſas prævidit, & controverſias, palam explicata ſua voluntate, moriens decidit: *Mittite*, inquit, *arma quæ fruſtra vibratis, ecce corpus in medio poſitum, quo ferri velit, ipſum oſtendet; probent primo Hyblæenſes; deinde Netini, an efferre poſſint, vel efferri ſe ipſum permittat, & certe videbitis quid ipſe ſtatuerit, atque paulo ante mortem mihi declaravit*. Placuit propoſitio, ut illi ſepeliendum acciperent, qnibus loculus cederet, ſed Hyblænſibus adeo gravis fuit, ut omnem operam perdiderint, nec loco quidem dimovere potuerint, & Netinis adeo leve, ut ſtatim in humeros extulerint, atque in urbem alacres exportarint.

Sepelitur apud Netinos in urbe ſancti Nicolai.

XXIX. Voluerunt aliqui ut ſepeliretur in templo ſanctæ Mariæ a Caſtro, quod nunc a Crucifixo nuncupatur, ſed illuc deferre nequibant, ardenterque conantibus Confeſſarius dixit, in vanum eos laborare, dum ipſe Vir Dei manifeſtavit, in Eccleſia ſancti Nicolai, ſe velle ſepeliri. Elevantes itaque duo viri loculum nullo labore & leviſſimo pondere tulerunt in prædictam Eccleſiam, funus deducentibus, & curantibus totius populi ordinibus. Illic reconditum in adyto ſeu ſacrario, multis cœpit clarere miraculis; nam hernioſi multi, cœci, claudi, ſurdi, muti, aliiſque morborum generibus oppreſſi, priſtinæ ſanitati ſunt reſtituti. His commoti Siculi, undique convolabant ſanctum corpus veneraturi, & ſuis malis remedia imploraturi. Tot Vir ſanctus devote invocantibus exhibuit, ut æquum ducerent Netini præficere viros quatuor miraculis conſcribendis, ne tantorum & tam frequentium memoria deperiret. Compactus libellus a viris prudentibus & piis, Conrado familiaribus, appoſitus eſt ad ipſum ejus corpus, & diligenter cuſtoditum in ſacrario. Deinde ob crebra quæ patrabat miracula, ſub annum

Ejus dies feſtivus.

MCCCCXXV. publico decreto conſtituerunt Netini, in die anniverſarii ejuſdem ab opere feriari, & reliquias venerari: deinde miſſo fratre Bernardino

Bri-

Anno Christi	Clementis VI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 144.
1351.	anno 9. & 10.	anno 4.	

Brixienſi oriundo gente Placentina, Ordinis Prædicatorum, obtinuerunt a Leone X. ut ſolemni cultu celebrari, & coli poſſent ejus reliquiæ. At dum lætus rediret ad Netinos Bernardinus, & manticam aperiret prope civitatem, ut veſtes aliquas inde extraheret, vidit deeſſe, & ſe perdidiſſe Pontificis diploma. Anxius & mœſtus ad inopinatam jacturam litterarum Apoſtolicarum, pro quibus miſſus eſt, dubius hæret, an in urbem verecundè pergat, an iterum regrediatur, vel ut perditum diploma requirat, aut Romæ reficiat. Ita cogitanti & mœrenti apparuit Eremita venerandus, tertii Inſtituti ſancti Franciſci habitu contectus, mœſtumque conſolatus, non procul humi poſitum litterarum oſtendit faſciculum. Hunc ille lætanter attollens, invenit incluſum quod perdiderat breve Apoſtolicum, evaneſcente ſtatim ex oculis Eremita: ipſum diploma ſubjicio.

Officio divino coli concedit Leo X.

LEO PAPA X.

Venerabili Fratri Epiſcopo Syracuſano, vel ejus Vicario in ſpiritualibus generali.

XXX. *Venerabilis Frater, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii univerſi incolæ & habitatores terræ Neti Siracuſan. Diœceſis, quod jam centum ſexaginta annis & ultra elapſis, bon. mem. Conradus Placentinus de nobili genere procreatus, ad dictam terram accedens, in quodam eremitorio in certa ſilva prope dictam terram conſiſtente, uſque ad ultimum vitæ ſuæ eremitarium & laudabilem vitam duxit, ac ejus interceſſione, tam ante, quam poſt ejus obitum, plura & diverſa miracula Dominus noſter Jeſus Chriſtus in ibi operatus eſt, ac operatur de præſenti, prout in diverſis inſtrumentis ſeu ſcripturis publicis deſuper de tuo, ſeu tunc Epiſcopi Syracuſani mandato confectis, plenius dicitur contineri. Propterea incolæ & habitatores prædicti, ob multa miracula perpetrata ab eo tempore citra, eumdem Conradum pro Beato venerati ſunt, & venerantur de præſenti, ac ejuſdem Conradi obitus vel certum alium diem ut feſtum obſervant, ac impoſſibile quodammodo foret, eos a veneratione & obſervatione hujuſmodi revocare. Cum autem nulli liceat quemquam pro Beato, abſque auctoritate Sedis Apoſtolicæ venerari, & propterea dubitant excommunicationis, & alias ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas incurriſſe, ſupplicari fecerunt nobis humiliter dicti incolæ & habitatores, ut ſuper his opportune provideremus, de benignitate Apoſtolica, dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per præſentes committimus & mandamus, ut de præmiſſis nobis expoſitis te diligenter informes, & ſi, ſervatis ſervandis, præmiſſa vera fore repereris, eoſdem incolas ac habitatores, ac eorum ſingulos ab hujuſmodi exceſſibus abſolvas in forma Eccleſiæ conſueta, eiſque, necnon aliis quibuſvis Chriſti fidelibus, ut eumdem Conradum prout alios Beatos nondum canonizatos venerari, illiuſque feſtum die per te deputanda celebrare, ac omnia & ſingula alia in præmiſſis, & circa illa neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna facere libere & licitè poſſint & valeant, licentiam & facultatem perpetuo concedas, non obſtantibus Apoſtolicis, ac in provincialibus & ſynodalibus conciliis editis ſpecialibus vel generalibus conſtitutionibus & ordinationibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die* XII. *Julii anno* MDXV. *Pontificatus noſtri anno* III.

Anno Christi 1351.	Clementis VI. anno 9. & 10.	Caroli IV. Imp. anno 4.	Religionis Minorum anno 144.

XXXI. Harum litterarum auctoritate, Jacobus Humanus Epiſcopus Scutarenſis, ſive Scodranenſis apud Illyricos ſub Turcarum dominio, Syracuſani Vicarius, ſingula juxta litterarum Apoſtolicarum tenorem examinavit, & comperta veritate veterum ac recentium miraculorum, amplam fecit poteſtatem ejus feſtum colendi die obitus XIX. Februarii, ac reliquias quas ipſe recognovit, & integrum corpus, quod vidit, per urbem circumducendi. Ejus litteras patentes exhibeo.

Guillelmus Raymundus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Syracuſanus: Jacobus Humanus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Scutarenſis, Abbas ſancti Spiritus prope Calathanizettam, & ejuſdem Domini Epiſcopi Syracuſani Vicarius generalis, & ad infraſcripta, virtute infraſcripti Apoſtolici Reſcripti, delegatus Apoſtolicus, omnibus, univerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus utriuſque ſexus in hoc regno Siciliæ, præſertim totius diœceſis Syracuſanæ, & ſignanter ingenioſæ Civitatis Neti Vicariis, Vicevicariis, Decanis, Archidiaconis, Cantoribus, Rectoribus, Præbendatis, Plebanis, & quibuſcumque aliqua dignitate Eccleſiaſtica fungentibus, in hoc prædicto regno Siciliæ conſtitutis ad quos, ſeu ad quem præſentes quomodolibet pervenerint ſeu præſentatæ fuerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Dudum per Oeconomum & procuratorem univerſitatis ingenioſæ civitatis prædictæ Neti fuit nobis præſentatum quoddam Apoſtolicum reſcriptum, omni qua decet, ſolemnitate expeditum, tenoris ſequentis. Leo Papa X. &c. hic inſerit Breve ſupraſcriptum. Deinde ſubjungit. *Poſt cujus Reſcripti præſentationem, & ea, qua decet, reverentia receptionem, fuimus per eumdem Oeconomum & procuratorem univerſitatis prædictæ ingenioſæ civitatis inſtanter requiſiti, quatenus ad executionem ipſius proceedere dignaremur. Nos igitur Jacobus Apoſtolicus delegatus qui ſupra, volentes, mandatis Apoſtolicis, pront tenemur, humiliter obedire, pro executione prædicti reſcripti Apoſtolici, præſentatos nobis nonnullos teſtes, de mandato Dalmatii tunc Epiſcopi Syracuſani ſimiliter, & fideliter receptos numero ſupra quinquaginta ab annis triginta ſupra diligenter inſpeximus, & recognoſcere volentes reperimus, ipſos fide digniſſimos depoſuiſſe de vitæ ſanctitate præfati Conradi, & de innumeris miraculis, eiſque diverſis, quæ per ejus merita & interceſſiones dignatus eſt Salvator noſter Jeſus Chriſtus operari, ab annis tunc numeratis, ut plurimum ſexaginta, nunc vero nonaginta: addimus etiam quod præfatos teſtes pro majori parte tunc in ſenectute, nos vero in pueritia conſtituti recte cognovimus, Chriſtianos ſcilicet, & Deum timentes, qui nullo pacto, nullaque ratione vel cauſa, teſtimonia ſua niſi vera & certiſſima perhibuiſſent: attamen ut rem omnem exploratiſſimam haberemus, nec aliqua forte dubietatis ſuſpicio quacumque ex parte oriretur, mandavimus ut aliquot alii denuo teſtes reciperentur, qui deponerent de miraculis recentioribus in hoc tempore ſanctitatem ipſius Conradi approbantibus, ut quemadmodum ab antiquis & ſupra trigeſimum annum, ita & a modernis hominibus, eiſque viventibus miracula, vitam, & ſanctitatem ipſius Conradi declarantia experiremur. Oblati ſunt nobis multi teſtes & quaſi innumerabiles, ex quibus ſeptem tantum delegimus, qui teſtimonia in ſcriptis perhibuerunt, quod miracula evidentiſſima, intercedente in dictum devotione, in ſuis propriis perſonis experti ſint, qui magnam & mirabilem diverſarum ægritudinum ſanitatem a Redemptore noſtro Jeſu Chriſto, mediantibus dicti Conradi meritis & interceſſionibus, receperunt: hæc omnia agnoſcentes nolnimus in hac re diutius immorari, voluimus tamen veritati eique manifeſtiſſimæ obviare, ne calumniatores potius quam veritatis Inquiſitores videremur; cognovimus, vidimus,*

Anno Christi	Clementis VI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 144.
1351.	anno 9. & 10.	anno 4.	

mus, & ipſa experientia proſpeximus vitæ ſanctimoniam, virtutem & prærogativam tanti Viri: unde mandata Apoſtolica proſequi volentes, ac non minus voluimus, quæ debemus, civet, incolat, & habitatores hujus ingenioſæ civitatis Neti in majori Eccleſia ſancti Nicolai congregatos, ac eorum ſingulos utriuſque ſexus, qui ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ corpus ejuſdem Conradi, licet Beati, venerantes in cenſuras Eccleſiaſticas incidiſſent, ab omnibus hujuſmodi exceſſibus, auctoritate Apoſtolica, qua in hac parte fungimur, in forma Eccleſiæ conſueta abſolvimus. Exinde cum Clero & populo proceſſionaliter ad capſam, in qua corpus ipſius Conradi ſupra centeſimum & ſexageſimum annum repoſitum fuerat accedentes, capſam ipſam aperiri juſſimus, qua reſerata, tanta odoris fragantia per totum Templum illud diffuſa eſt, ut omnium aromatum odoramenta ibi recondita viderentur, vidimus & manibus noſtris contrectavimus, caput & brachium unum dumtaxat a corpore ſeparatum, quod quidem brachium theca argentea coopertum, in ejus honorem populo oſtendi religioſe conſueverat, reliquum vero corpus cum ceteris membris ſuis integris ad invicem cohærentibus, & annexis carne veſtitum a die depoſitionis & obitus ipſius Conradi ſupra centeſimum & ſexageſimum annum, ut ſuperius dictum eſt. Has itaque beatas reliquias, in eadem capſa iterum reconditas, cum Clero & omni populo proceſſionaliter efferri juſſimus, & honorifice conduci ad Templum ſacratiſſimi Crucifixi, ubi Salvator noſter Jeſus Chriſtus miracula evidentiſſima oſtendere dignatus eſt; nam nonnulli, qui fracturas, & viſcerum diſſolutiones in inguine patiebantur, ſub capſa reliquiarum devote orantes, ſtatim ſanitatum beneficia receperunt. Nos itaque, Apoſtolica auctoritate, qua in hac parte fungimur, tam ipſis habitatoribus prælibatæ civitatis Neti, quam omnibus quibuſcumque aliis Chriſti fidelibus utriuſque ſexus, ut eumdem beatum Conradum, prout ceterot beatos Confeſſores nondum canonizatos, venerari, illiuſque feſtum die XIX. *menſis Februarii, in quo die hinc migravit ad Dominum, per nos deputatum celebrare, & omnia & ſingula alia in præmiſſis, & circa præmiſſa neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna, facere libere & licite poſſint & valeant, licentiam & facultatem perpetuo conceſſimus; ac etiam quod dictum beatum corpus efferri, & proceſſionaliter per civitatem ipſam Neti conduci poſſit quandocumque & quotieſcumque neceſſarium ſeu opportunum Vicario cum Clero, & Magiſtratui cum populo civitatis ipſius pro tempore videbitur: non obſtantibus Apoſtolicis ac in Provincialibus & Synodalibus conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Unde ad futuram rei memoriam, & in præmiſſorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium, has noſtras patentes executoriales ſeu declaratorias litteras fieri juſſimus, noſtræ manus ſubſcriptione munitas, & Pontificalis ſigilli appendentis impreſſione roboratas. Datum in civitate ingenioſa Neti, in domo noſtræ ſolitæ habitationis* XXVIII. *die menſis Auguſti* III. *Indictione* MDXV.

Jacobus Hnmanus *Epiſcopus Scutarenſis & Legatus Apoſtolicus, qui ſupra.*

Reverendiſſimus Dominus Epiſcopus mandavit mihi Don. Franciſco de Anrifice Secretario,

XXXII. Propter has litteras anno ſequenti, die prædicto menſis Februarii, ſolemnitas beati Conradi peracta eſt, ſummo omnium applauſu, & de-

debita magnificentia. Circumductæ etiam per universam urbem sacræ ejus reliquiæ, occurrentibus ubique infirmis, vel male affectis. In Ecclesia sanctæ Claræ surdam ut audiret, effecit; in Templo sancti Michaelis paralyticam sanavit: prope ædem sancti Petri martyris virum Hyblænsem semimortuum, membrorum usu destitutum sanitati restituit; in ipsa æde corruente ob populi multitudinem pariete, & sepultis sub rudere plurimis, nullus læsus est. In sancti Francisci Ecclesia muto loquelam reddidit, & mulieri dysenteria laboranti, salutem. Ad Christi Crucifixi fanum, detecto devoto Crucis simulacro, omnes qui aderant hernioſi, paralytici, muti, surdi, aliisque morbis affecti, convaluerunt, ingenti omnium stupore. Illud peculiare & mirum, quod dum e Templo sancti Petri Novi, ad sancti Petri martyris sacrum corpus efferretur, præ foribus cujusdam vetulæ ita ingravescebat pondus, ut deponi oportuerit, nec illinc dimoveri potuerit, donec stupescentibus omnibus ad rei novitatem, exiliit in medium muliercula, & Episcopo tradidit baculum dicens: *Forte hoc suum pignus beatus Conradus reposcit. Hic illius baculus erat, obtinuit, nescio qua sorte, meus atavus; ejus filius, genitorque meus, magni semper fecerunt; infirmis apponebant, qui statim bene habebant; me quidem nunc judicat indignum, quæ tantam apud me rem habeam, vobis itaque cum corpore custodiendam consigno.* Non sefellit eam opinio, appositoque baculo ad loculum, ita levitare cœpit, qui antea gravitabat, ut facile potuerit efferri. Hoc prodigio commoti, sive potius territi, qui fasciolas vel sphærulas precarias beati Viri habebant, ad Episcopum detulerunt, quæ in eadem Ecclesia religiose servantur. Tamdem reductum corpus in Templum sancti Nicolai, pulchro & magnifico sacello in sui honorem extructo, conditum est in sepulcro deaurato & capsa argentea.

Varia Viri sancti miracula.

Baculum suum repetit.

XXXIII. Crescente in dies erga eum totius populi Siculi devotione, visum est Magistratui Netino mittere ad Paulum III. Legatum, qui peteret, ut ubique extra civitatem Netinam, & diœcesim Syracusanam, ad quos ejus cultus diplomate Leonis videbatur restringi, liceret ei honores beati Confessoris indicere. Id obtinuit Legatus prævio miraculo; nam cum suam legationem & desiderium exponeret cuidam Comiti, Pontificis familiari, isque audiret beati Viri virtutem in herniosis curandis, impense commendavit ei filium suum eodem malo laborantem, admotisque reliquiis vestis Conradi puerulo, sanum extemplo recepit. Juvit hic, egitque causam apud Pontificem, relato miraculo, qui libenter ejus cultum ad reliquos Siculos his litteris extendit.

Ejus festum extendit Paul III. ad omnes Siculos.

PAULUS PAPA III.

Dilecto filio Vicario Venerabilis fratris Episcopi Syracusani, in spiritualibus generali salutem.

Ex Bulla originaria.

XXXIV. *Dilectus filius Sanctorius de Monacho, Abbas Monasterii beatæ Mariæ della Venia Ordinis sancti Benedicti; Messanæ diœcesis, in oppido seu civitate Noto Syracusanæ diœcesis commorans, proponi fecit nuper coram nobis, quod cum dudum postquam fel. rec. Leoni Papæ X. prædecessori nostro pro parte universitatis, hominumque dicti oppidi fuerit expositum, quod bonæ memoriæ Conradus Placentinus ad dictum oppidum accedens, ac volens vitam eremiticam ducere, quoddam eremitorium, sive Oratorium in quadam silva prope dictum oppidum sita, in quo Altissimo, quoad vi-*

veret, famulari valeret, elegerat; ibidemque eamdem vitam eremiticam, & laudabilem ducendo, uſque ad extremum ſuæ vitæ diem permanſerat, per illumque Altiſſimus, tam in vita, quam tempore obitus ſui, & poſt dictum obitum, multa notabilia miracula inter Chriſti fideles operatus fuerat: idemque Leo prædeceſſor piis precibus incolarum oppidi prædicti inclinatus, tunc Epiſcopo Syracuſano, ut de præmiſſis omnibus ſibi, ut præfertur, expoſitis diligenter ſe informaret; & ſi per informationem ipſam reperiret rem ipſam ita eſſe, ut ſibi propoſitum fuerat, ſervatis ſuper iis, quæ de jure & conſuetudine ſervari ſolita ſunt, eiſdem oppidi hujuſmodi incolis, ac quibuſvis aliis Chriſti fidelibus, ut eumdem Conradum, prout alios beatos Confeſſores nondum canonizatos venerari, ac illius feſtum in die per ipſum tunc Epiſcopum, vel ejus Vicarium in ſpiritualibus generalem deputanda celebrare, omniaque alia & ſingula in præmiſſis & circa ea neceſſaria, ſeu alias quomodolibet opportuna facere & exercere libere & licite poſſet, auctoritate Apoſtolica, licentiam & facultatem perpetuo concederet, inter alia mandaverat: idemque tunc Epiſcopus, mandati hujuſmodi vigore, facta per eum ſuper iis, pluribus etiam antiquis fide dignis teſtibus examinatis, & aliis legitimis documentis præmiſſa atteſtantibus, viſis diligenter, inquiſitione, prædictum Conradum ejus meritis & interceſſionibus, multis & diverſis notabilibus miraculis inter eoſdem Chriſti fideles operantibus, tam in eiſdem vita & morte ſuis, quam poſt illius obitum prædictum multipliciter illuſtratum fuiſſe reperiſſet, omnibus & ſingulis ejus oppidi incolis ac quibuſcumque aliis utriuſque ſexus Chriſti fidelibus, ut eumdem Conradum ad inſtar aliorum beatorum Confeſſorum nondum canonizatorum venerari, ac XIX. die menſis Februarii, qua idem Conradus ad Dominum migravit, annis ſingulis celebrare, ipſiuſque Conradi cadaver per dictum oppidum, intervenientibus Vicario, in ſpiritualibus generali Epiſcopi Syracuſani pro tempore exiſtente, ac Clero & populo ejuſdem oppidi, proceſſionaliter deferri libere & licite valeret, licentiam & facultatem etiam conceſſerat, prout in eiſdem Leonis prædeceſſoris & tunc Epiſcopi Syracuſani, inde ſucceſſive confectis litteris dicitur plenius contineri. Quare pro parte ipſius Sanctorii Abbatis aſſerentis, ob magnum devotionis fervorem, quem ad dictum Conradum gerit, illum ab omnibus Chriſti fidelibus, etiam in aliis oppidis, civitatibus, & locis, etiam extra civitatem Syracuſarum, & illius diœceſis prædictis commorantibus venerari, ac illius feſtum celebrari, ſe non modicum deſiderare. Sed quia præfatus Conradus ab aliis Chriſti fidelibus prædictis hactenus veneratus, & illius feſtum celebratum forſan non extiterit, in hujuſmodi ſuo deſiderio ab aliquibus nimium ſcrupuloſis, & juris ignaris, minus debite impediri, ſeu fruſtrari ſe poſſe tempore procedente formidat: Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ad hujuſmodi hæſitandi materiam ſubmovendam, ſuæ, & dictorum aliorum Chriſti fidelium piæ devotioni conſulere, eiſque in præmiſſis de opportuno juris remedio providere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi inquiſita per te ſuper his diligentius veritate, rem ipſam ita eſſe repereris, prout ſuperius eſt narratum, Sanctorium Abbatem, & alios utriuſque ſexus Chriſti fideles etiam extra dictum oppidum, ac civitatem & diœceſim Syracuſanam, hujuſmodi in quibuſvis civitatibus, oppidis & terris & locis commorantibus, eumdem Conradum de cetero venerari, illiuſque feſtum celebrari, ubi & quando eis placuerit, juxta formam litterarum eorumdem Leonis prædeceſſoris, & tunc Epiſcopi Syracuſani deſuper, ut præmittitur, editam, libere & licite nunties & declares, prout juxta caſus hujuſmodi ſucceſſus fuerit de jure faciendum. Datum Romæ apud

ſan-

ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDXLIV. III. *Kalend. Novembris, Pontificatus noſtri anno* X.

Quam celebris ejus cultus?

XXXV. Permiſſo ubique in Sicilia ejus cultu, aræ multæ, ſacella, & integra Templa in ejus honorem erecta ſunt, celebreque per omnes civitates & oppida ejus nomen evaſit. In Apuliæ etiam urbe Malfetta magnifice colitur tutelaris & protectoris nomine; neque indigne hoc titulo gaudet, dum ſemel civitatem mirabiliter ab hoſtium Gallorum irruptione ſuper muros apparens liberavit, & ſæpe aquæ penuria laborantibus copioſam pluviam emiſit. Illuc furto allatum ſacrum caput magna in veneratione habetur. Neti in ejus honorem per dies octo publicæ nundinæ aperiuntur, & bis in anno ei ſolemnitatem indicunt, die obitus, & XXVIII. Auguſti in memoriam obtentæ primæ facultatis a Leone, quo apud Netinos fuit publicata. Tandem hac noſtra ætate crebreſcentibus adhuc miraculis, & intercedentibus Miniſtro Generali & religioſis Patribus Capucinis, Urbanus VIII. omnibus ſancti Franciſci ſectatoribus, ubique exiſtentibus facultatem tribuit officium & miſſam in ejus honorem recitandi. Litterarum exhibeo exemplar.

Ampliorem indicit Urb. VIII.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

XXXVI. *Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui ſervos ſuos æternæ gloriæ præmio donat in cœlis, vices, quamquam immeriti, gerentes, ex injuncto nobis paſtoralis officii debito, procurare tenemur, ut eorumdem ſervorum Chriſti debita veneratio in dies magis promoveatur, & laudetur Dominus in Sanctis ſuis: quamobrem fidelium quorumlibet, præſertim vero ſub ſuavi religionis jugo Altiſſimo famulantium, votis, quæ peculiarem Sanctorum hujuſmodi cultum reſpiciunt, libenter annuimus, prout conſpicieimus in Domino ſalubriter expedire. Sane nomine dilectorum filiorum Miniſtri Generalis, ac Fratrum Ordinis Minorum ſancti Franciſci Capucinorum nuncupatorum, nobis fuit nuper expoſitum, quod ipſi ex peculiari, quem erga S. Conradum Tertii Ordinis ejuſdem S. Franciſci, dum vixit, profeſſorem, gerunt devotionis affectu, & ut alios Chriſti fideles ad ejuſdem devotionis ſtudium accendant, Officium de eodem ſancto Conrado die ejus feſto ſub ritu ſemiduplici, recitare poſſe ſummopere deſiderant: Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut de opportuna in præmiſſis licentia providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur Miniſtri Generalis, & Fratrum prædictorum laudabile ejuſmodi deſiderium plurimum in Domino commendantes, illoſque ſpecialibus favoribus & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſacris Ritibus præpoſitorum conſilio, ut de eodem ſancto Conrado, die ejus feſto, ab omnibus & ſingulis Ordinis Minorum ſancti Franciſci religioſis ubique exiſtentibus, Officium ſub ritu ſemiduplici, de communi unius Confeſſoris non Pontificis, juxta Rubricas Breviarii Romani, recitari libere & licite poſſit & valeat, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium licentiam & facultatem perpetuo concedimus, & indulgemus: non obſtan. Conſtitutionibus &c. contrariis quibuſ-*

quibuſcumque. Volumus autem quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus &c. ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XII. *Septemb.* MDCXXV. *Pontificatus noſtri anno* III.

Ejus ſtatura.

XXXVII. Fuit Conradus ſtatura procerus, forma elegantiſſimus, aſpectu magnanimus, ſermone gravis & facundus. Scripſerunt ejus vitam tres auctores Netini; Antonius Venutus proſa Italica, Hieronymus Apulus verſu Italico, Vincentius Littarus Latine, ſub finem hiſtoriæ, quam concinnavit de rebus Netinis, qui etiam ſecundo ejus geſta deſcripſit carmine heroico, eleganti poemate in decem libros diviſo, appoſito titulo *Corradiadas*. Poſtremo diffuſe & candide ſcripſit Petrus Maria Campus Canonicus Placentinus amicus noſter, qui Romæ canonizationem optimi & omni laude digniſſimi Pontificis, beati Gregorii X. ſummo conatu urget, nomine Sereniſſimi Principis Ducis Parmenſis, & urbis Placentinæ. Paſſim hujus beati Viri mentionem agunt plurimi hiſtorici, præſertim qui de rebus Siculis ſcribunt; atque inter hos præcipui Fazelius, & Maurolicus, quorum elogiis univerſam claudimus hiſtoriam: *Præcipue vero* (inquit ille) *Urbs hæc* (Netina) *hodie beati Conradi Placentini miraculis, circa eos præſertim, qui herniam patiuntur, quotidie clari, ſepulcro nobilitatur. Anno* MCCCL. (ſcribit hic) *Conradus Netenſis eremita & peregrinus, pietate inſignis in pretio fuit.*

Vitæ ſcriptores.

Fazel. decade 2. l. 4. c. 2.

Maurol. hiſtor. Sican. lib. 1.

XXXVIII. Aquenſis, & Arelatenſis Archiepiſcopi, aliquot ſuffraganei Eccleſiarum Prælati, Religioſi & nobiles, Provinciæ, ac Forcalquerii Comitatuum, miſſis Oratoribus ad Pontificem, ſupplicarunt, ut Elzeario Comiti Arianenſi, ante aliquot annos pie defuncto, honores ſolemnes Beatis debitos decerneret. Ille vitæ, ac miraculorum inquiſitionem commiſit Epiſcopis Carpentoraten. & Uticen. atque Abbati ſancti Rufi, his datis literis, quas ſubjungo.

Venerabilibus fratribus Carpentoraten. & Uticen. Epiſcopis, ac dilecto filio Abbati Monaſterii ſancti Rufi prope Valentiam.

Reg. Vatic. lib. 3. par. 2. ep. 167.

Committitur inquiſitio miraculorum B. Elzearii.

XXXIX. *Grandis nobis adeſt lætitia, miraque noſtra præcordia gaudiorum ſuavitate replentur, & a nobis magna gratiarum actionum, ac laudum Deo debentur impendia, dum cœleſtis Rex ipſe, ſub cujus ditione cuncta ſubſiſtunt, Sanctos ſuos per exemplaris vitæ doctrinam, & ſanctitatis merita venerandos, de præſentis vitæ carcere, ad æternam beatitudinem evocatos, erebris coruſcare facit miraculis, per quæ ſuos fideles, & in fidei conſtantia perſeverantes efficiat, & ad Sanctorum ipſorum ſectanda veſtigia, lucidaſque ſemitas incedendas, invitet apertius, quos de multitudine miſerationum ſuarum, ad eorum vult conſortium pervenire. Sane pro parte venerabilium fratrum noſtrorum Aquen. & Arelaten. Archiepiſcoporum, & nonnullorum Epiſcoporum Aquen. & Arelaten. Provinciarum, & dilectorum filiorum Prælatorum Eccleſiarum, Religioſorumque, & Baronum, & nobilium, ac Univerſitatum earumdem Provinciarum, & Provinciæ, ac Forqualquerii Comitatuum, pridem in Conſiſtorio propoſitum extitit coram nobis, quod recolendæ memoriæ Elzearius de Sabrano, Comes Ariani, ac Baroniæ Anſoiſii Dominus, de dicta Provincia Provinciæ oriundus, generis nobilitate præclarus, adeo in exemplari vita, & caſtitate perfecta, in hujuſmodi peregrinatione ſeculi, ejus abjectis voluptatibus, carniſque illecebris*

procul pulſis, per caſtos mores, virtutumque placitos actus, Domino gratum famulatum impendere, ejuſdem vitæ merito ſibi ipſi, & aliis proficere ſtuduit per exemplum, quod Omnipotens ipſe Dominus virtutis ſuæ in eodem Elzeario opera manifeſtans, per ſancta ſua merita, in civitate Apten. in loco Fratrum Minorum, ubi corpus requieſcit ejuſdem, & alibi plures ſuſcitavit mortuos, cæcos illuminavit, mundavit leprosos; ſurdis auditum, mutis loquelam, & paralyticis, ac contractis reſtituit ſanitatem, honorans in terris, quem, ut pie creditur, coronavit in cælis. Quare nobis fuit pro parte prædictorum humiliter ſupplicatum, ut cum de prædictis, quæ in dictis Provinciis, & Comitatibus quaſi notoria, & manifeſta fore dicuntur, poſſet fieri per fide dignos & ſolemnes Viros, ac factorum evidentia plena fides, ſuper eis per aliquos probos viros mandaremus inquiri, ut veritate comperta, & certitudine habita præmiſſorum, cum non deceat eum apud homines ſine veneratione relinqui, quem merita & miracula ſanctum monſtrant, ipſum dignaremur Sanctorum catalogo aggregare. Nos igitur, quos in certis feſtinos, & lentos convenit in dubiis inveniri, de prædictis notitiam non habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ, de quorum circumſpectione plenam in Domino fiduciam obtinemus, de Fratrum noſtrorum conſilio, per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus vos, vel duo veſtrum de vita, & meritis dicti Elzearii, ac ejus miraculis, & ceteris circumſtantiis, circa interrogatoria, quæ ſub Bulla noſtra tranſmittimus intercluſa, veritatem diligentius inquiratis, & nobis quæ ſuper his inveneritis, ſcripta fideliter ſub veſtris ſigillis, cum veſtrarum litterarum, harum ſeriem continentium, teſtimonio intimare curetis. Datum Avenione Kal. Septembris anno x. Harum litterarum auctoritate compactus eſt proceſſus, cujus ſummarium in Bibliotheca Vaticana num. 4018. perlegi.

Tom. 7. an. 1334. n. 14. Aſchian. lib. 4. cap. 1. Petobill. de Sanctis Fulginat.

Moritur B Joan. de Vallibus.

XL. Mortuus eſt hoc anno, uti alias diximus, die IV. Aprilis beatus Joannes de Vallibus, ab oppidulo nativo ditionis Camerinæ, prope Collem Floridum ad radices montis Brulliani, ita cognominatus. A Minoribus Fulginatibus initiatus anno MCCCXXV. magna cura invigilavit ſuæ regulæ obſervandæ. Ad majorem perfectionem aſpirans, aſſentiente Gerardo Odonis anno MCCCXXXIV. ſeceſſit in ſolitudinem prædicti montis, conſtituti olim ſub dominio Trinciorum Fulginatum, nunc autem ab anno MCCCCLXXI. ex ſententia Bernardi Cardinalis ſanctæ Sabinæ Judicis Apoſtolici, ſub juriſdictione Camertum. Hic, cooperantibus incolis Collis Floridi, erecto paupere tuguriolo, cum quatuor Fratribus ſuæ vitæ æmulatoribus vixit annos ſeptemdecim in ſumma paupertate, abſtinentia, & corporis maceratione. Dum hic quadam die contemplaretur virtutem & ſanctitatem eorum, qui Deo veraciter inſerviunt, ſenſit mirabiliter ſuaviſſimum odorem manantem ex corpore beati Ægidii Reggini viri optimi, XXVIII. M. P. diſſiti Tuderti jacentis. Sepultus eſt ibidem honorifico, prout loci fert humilitas, ſepulcro, relicto diſcipulis regularis obſervantiæ zelatoribus magno ſui deſiderio.

R. Rubeus in hiſtor. Ravenn. lib. 6. an. 1351. An. 1347. n. 13. Fortaner. Vaſſallus Patriarcha Graden.

XLI. Fortanerium Vaſſallum, quem alias ad Archiepiſcopatum Ravennæ ex Miniſterio Generali Ordinis, diximus evectum, Clemens in Aula Pontificia hoc anno degentem, eo ſolutum nexu, quo prædictæ Eccleſiæ erat obligatus, ad Gradenſem tranſtulit Patriarchatum, per obitum Andreæ; & quia ad retinendum pro dignitate ſtatum, Patriarchatus Gradenſis bona, haud ſatis eſſe probe noverat, cum ex Eccleſiæ ſint vicinæ, Ravennatem quoque illi commendavit, ejuſque omnem adminiſtrationem commiſit: *Romani Pontificis*, XIII. Kal. Junii. Et *Regimini univerſalis*, eodem die.

Frater Hugo de Scuria, Archiep. Colocen.

Paulo poſt frater Hugo de Scuria aſſumptus eſt ad Archiepiſcopatum Colocen.

cen. in Pannonia per mortem Gregorii: *Summi diſpoſitione Rectoris*, XII. Kalend. Julii. Et ad Panormitanum in Sicilia, per mortem Theobaldi, frater Rogerius de Palheriis ſacræ Theologiæ Magiſter, quem alias miſſum diximus Nuntium & pacificatorem ad Aragonios: *Inter cetera*, XV. Kal. Decembris. Rogerium de Pulleris corrupte hunc appellat, & XXIII. hujus ſedis Antiſtitem enumerat, ſed cujus fuerit Inſtituti ignoraſſe viſus eſt, Rochus Pyrrus in notitia, quam nuper emiſit Eccleſiæ Panormitanæ. Fr. Rogerius Panormitan. An. 1350. n. 3.

XLII. Creantur hoc anno, qui ſequuntur Epiſcopi; in Leſinen. ſub Archiepiſcopo Beneventano in Regno Neapolitano, per mortem Alberti, frater Andreas de Calvanico: *Eccleſiarum omnium*, XV. Kalen. Martii. In Scithien. ſub Archiep. Cretenſi, per obitum Andreæ, frater Joannes de Clavaxio: *Paſtoralis officii*, X. Kal. Aprilis: In Reſinen. ſub Archiep. Raguſino, per obitum Nicolai, frater Duynus Spalatenſis, qui anno ſequenti translatus eſt ad Eccleſiam Catharenſem: *Summi diſpoſitione Rectoris*, V. Kal. Aprilis. In Coronen. ſub Archiep. Patracen. per translationem Philippi ad Eccleſiam Hidruntinam, frater Joannes Raolcecus: *Paſtoralis officii debitum*, XIII. Kal. Junii. In Forolivien. ſub Archiep. Ravennat. per translationem Americi ad Boſanam, frater Bartholomæus de Sanceto: *In ſupremæ dignitatis*, eodem die. In Ajacen. in Corſica, ſub Archiepiſc. Piſano, per obitum Philippi, frater Vincentius de Saſſaro: *Paſtoralis officii debitum*, eodem die. In Agien. ſub Archiepiſcopo Creten. poſt obitum Antonii, frater Raymundinus: *Æterni Regis*, VIII. Kal. Junii. In Balazen. ſub Archiep. Antibaren. per mortem Gervici etiam Minoritæ, frater Andreas Citer: *Summi diſpoſitione Paſtoris*, Kal. Junii. In Scopiar. per mortem Joannis, frater Fridericus de Retersberck: *Regimini univerſalis*, VI. Idus Junii. In Vodien. ſub Archiepiſcopo Verien. per obitum Petri, frater Bonifacius Cepti Barcigraſſi de Urbeveteri: *Inter cetera*, XV. Kal. Julii. In Laquedonen. ſub Archiep. Comſano in regno Neapolitano, per obitum Franciſci, frater Paulus de Interamne: *Inter ſollicitudines varias*, eodem die. In Salpen. in eodem regno ſub Archiep. Baren. per obitum Donati, frater Nicolaus: *Paſtoralis officii*, V. Kal. Julii. In Avellina in eodem regno, ſub Archiep. Beneventano, per obitum Nicolai, frater Raymundus: *Ad univerſalis Eccleſiæ*, eodem die. Fuiſſe hoc anno Epiſcopum Reatinum fratrem Blaſium, quippe anno MCCCXLIX. huc translatum ab Eccleſia Vicentina, in qua ſedit annis ſex, teſtantur quædam monumenta illinc mihi tranſmiſſa.

Fr. Andreas Epiſcopus Leſinen. F. Joan. Scithien. Fr. Duynus Reſinen. Fr. Joan. Coronen. Fr. Bartholom. Forolivien. F. Vincent. Ajacen. Fr. Raymundin. Agien. Fr. Andreas Balazen. Fr. Fridericus Scopien. Fr. Bonifacius Vodien. Fr. Paulus Laquedonen. Frater Nicolaus Salpen. Fr. Raymundus Avellin. Fr. Blaſius Vicentinus, poſtea Reatinus.

XLIII. Hoc anno extructus Conventus Minorum Zemenichius in Provincia Hungariæ ſanctæ Mariæ; cum enim pia quædam matrona ex ultimis mariti tabulis teneretur palatium quoddam in prophanos uſus fabricare; illa habito aſſenſu Pontificio, commutavit mariti voluntatem in ſaniorem, & domum ſecularem in ſacram, quam ſuis numeris abſolvit, & ſupellectile donavit. Ante hunc annum conſtructus Conventus de Ware in Provincia Angliæ a nobili viro Thoma Wake, Domino de Lidell, milite Londonienſe, quem ut reciperent, & inhabitarent Fratres, Pontifex hoc anno conceſſit: *Sacræ veſtræ Religionis*, XII. Kal. Aprilis. *Gonzag. in Prov. Hungar. S. Mariæ Conv. 1.* Conv. Zemenichius. Conv. Waren.

XLIV. In oppido Aquen. Leodien. Diœc. propoſuit nobilis vir Gerardus de Pomerio Monaſterium conſtruere Clariſſarum, quod ut citius & diligentius abſolveret, vovit ſe in primis cubiculis recludere, & ab illis non recedere, donec fundationem & dotationem perficeret. Diſſentiebant vero ab hoc ejus propoſito conjux & liberi, oportuitque opus parumper retardare, & a voto per biennium abſolvi, quod Pontifex hoc anno indulſit: *Benigno ſunt*, VI. Kal. Junii. Monumenta Colonienſis Provinciæ referunt, Monaſt. Aquen. Laod.

hoc in loco pie Moniales vivere ſub prima Regula ſanctæ Claræ; an Gerardus opus abſolverit, non plane conſtat. Invenio hoc anno mentionem alterius Monaſterii Clariſſarum de Lourtinis, prope Pariſios in quodam diplomate Pontificio, quo conceditur Joannæ uxori Joannis Taillefer civis Pariſienſis facultas ingrediendi clauſuram: *Devotionis tuæ*, III. Kal. Aprilis. Mon. Lourtinen.

Necnon tertii in Civitate Arboren. Inſulæ Sardiniæ in altero diplomate, quo conceduntur indulgentiæ viſitantibus Eccleſiam ſtatutis diebus: *Splendor paternæ gloriæ*, IV. Idus Julii. Mon. Arboren.

XLV. Monaſterio ſanctæ Claræ Veronenſi de Campo Martio univit hoc anno Pontifex Monaſterium alterum ſanctæ Mariæ Magdalenæ, Ordinis ſancti Benedicti, in redditibus diminutum, & in diſciplina relaxatum, ſeu potius confirmavit unionem, jam pridem a Joanne Epiſcopo Veronenſi factam: *Paſtoralis officii*, XV. Kal. Julii. Clariſſis de Graneyraco Ruthenen. Diœc. indulſit, ne decimas, aut alias ſolverent collectas: *Sacra Religio*, XVI. Kal. Aprilis. Clariſſarum Valentiæ Abbatiſſis poteſtatem fecit, ut baculo paſtorali uti poſſent, dum divina Officia ſolemniter celebrarentur: *Expoſcit veſtræ devotionis*, Idibus Maii. Mon. Veronen.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

» CUm fatis ceſſiſſet Philippus Valeſius, in Franciæ Regem ejus filius
» Joannes aſſumptus eſt; & Carolus Imperator, quod Ludovico
» Brandeburgenſi, filio Ludovici IV. Imperatoris ſuppetias tuliſſet, obti-
» nuit ab eo lanceam, clavos, partem crucis, aliaque inſignia Imperialia,
» quæ ſe penes a Patre habebat; quo tempore Guillelmus Farinerius Lug-
» duni in Gallia Comitia generalia celebrabat; ac interea Pontifex fratri
» Raynaldo Locâ ſancta viſitandi licentiam conceſſit: *Tuæ devotionis &c.*
» XIV. Kal. Martii: & ſcriptis litteris pro fratre Petro de Montibus Inqui-
» ſitore: *Sicut expedit &c.* Nonis Martii, duos Fratres in obſequium ſpi-
» rituale Mariæ de Villalobos, permiſit: *Devotionis tuæ &c.* XV. Kalend.
» Junii; & Jacobæ de Columna Monaſterii ingreſſum: *Devotionis tuæ &c.*
» XIX. Kal. Julii; ſicut & poſtea Reginæ Hungariæ V. Idus Julii, & Joan-
» næ de Barro X. Kal. Decembris idem privilegium conceſſit. Comitia gener. Lugd. Pontif. conceſſiones.

ARGUMENTUM.

Frater Fortanerius Vaſſallus Patriarcha Gradenſis pacem urget inter Venetos & Genuenſes. Profligantur ex Provincia Ebredunenſi hæretici. Inſtituuntur aliquot Magiſtri & Epiſcopi. Mortuo Clementi Pontifici ſuccedit Innocentius VI. Propagatur multiplicatis domiciliis Inſtitutum.

I. EGIT hoc anno frater Fortanerius Vaſſallus Patriarcha Gradenſis quantum potuit, ut Veneti & Genuenſes, quorum diſſidia anno proximè elapſo narravimus, invicem pacificarentur. Veneti vero gravius læſi, eam proferebant cauſam, ne ab armis recederent, aut pacis fœdus inirent, quod Petrum Aragonum Regem in auxilium contra Genuenſes evocarint, neque integrum eſſet ſibi arma deponere, aut quidquam componere abſque ejus aſſenſu; ſcripſit itaque Fortanerius Pontifici agendum omnino eſſe cum prædicto Rege, ut in concordiam utriuſque gentis conſentiret: ab eo enim præcipuum belli pondus, aut pacis commodum dependebat. Miſit Frater Fortanerius pacificare conatur Venetos, & Genuenſes.

proin-

proinde Pontifex ad Petrum Regem Raterium Rogerii ſuum familiarem, ut non ſolum in pacem conſentiret, verum etiam eamdem ſolerter promoveret. Dedit inſuper litteras ad Petrum Comitem Montanarum de Pratis Jacobi II. Regis filium, mox Minoritam ſanctiſſimum, ut Petrum Regem ad pacem ineundam inclinaret. Subjunxit alias ad Genuenſes & Venetos, ut ſuos Nuntios ad ſe mitterent, cum plena poteſtate res componendi, aut inducias indicendi, ad quos Joannes Gallorum Rex nobilem virum Joannem de Millonio deſtinavit, ut ſubortam periculoſam diſcordiam pacis interventu ſuccideret. Epiſtolarum do exemplaria.

Venerabili fratri Fortanerio Patriarchæ Graden. Apoſtolicæ Sedis Nuntio.

II. *Litterit tuis paterna benignitate receptis, & quæ continebantur in eis pleno intellectu collectis, diligentiæ tuæ ſtudium in commiſſis tibi negotiis admodum commendamus, ad quas tibi ſub compendio reſpondentes, ſcire te volumus, quod licet timeamus probabiliter, cariſſimum in Chriſto filium noſtrum, Petrum Regem Aragonum illuſtrem, eum requiretur per nos, ut paci & concordiæ dilectorum filiorum Januenſium, & Venetorum aſſentiat, reſponſurum nobis, quod eiſdem Venetis, cum ab eis ſuper hoc requiſitus fuerit, reſpondebit, & iidem Veneti præfatum Regem ſuper hoc nec requiſierint, nec requirant; tamen quia hujuſmodi concordia, cogitantes anxie pericula, non ſolum partibus, ſed toti populo Chriſtiano, præſertim Orientalium partium, imminentia ex eadem, ſumme cordi nobis eſt, apud eumdem Regem, per litteras & Nuntios inſiſtimus & damus operam efficacem, ut non ſolum hujuſmodi concordiæ aſſenſum præbeat, imo illius ſe conſtituat promotorem; & utinam Deus, in cujus manu ſunt corda Regum, prædicti Regis animum ad concordiæ bonum habilitet, & diſponat. Ceterum quia dicunt nobis aliqui, utile fore quod nos treguas, auctoritate Apoſtolica indicamus, & præcipiamus ſub pœnis ſpiritualibus obſervari, ſententias per honeſtos modos & vias, juxta datam tibi virtutem a Domino, ſi hoc eiſdem Venetis gratum eſſet, & nos ab aliis proponimus hoc idem indagare, & quidquid inde nos reperire contigerit, tibi, ut ſuperiit, quæ agenda fuerint inſtruaris, ſignificabimus indilate. Datum apud Villam novam Avenion. Diæc. x. Kalend. April. anno x.* Ex ſecret. an. 10. fol. 205.

Cariſſimo In Chriſto filio Petro Regi Aragonum Illuſtri.

III. *Cum apud dilectos filios Januenſium & Venetorum Communia inſtaremus pro reformatione pacis, quam inter eos, peccatis exigentibus, non ſine gravibus periculis Chriſti fidelium, præſertim Orientalium partium, pacis æmulus vulneravit, utramque partem ſatis invenimus ad beneplacita noſtra promptam, ſed dicti Commune Venetiarum aſſerentes, ſe tibi ſpecialis unionis fœdere junctos eſſe, reſponderunt, ſine te ſuper hujuſmodi negotio aliquid deliberare non poſſe, propter quod idem negotium, quod dolenter referimus, & ferimus diſplicenter, remanſit, & remanet in ſuſpenſo; ſed nos in tam utili & neceſſario fidelibus ipſis negotio ſperantes te velut Regem pacificum, promptum, & conformem noſtris deſideriis invenire, Serenitatem tuam attente rogamus per viſcera miſericordiæ Dei, ac aſperſionem ipſius pretioſi ſanguinis attentius obſecrantes, quatenus quantum eiſdem fidelibus ipſarum, præcipue Orientalium partium, favor decreſceret,* Ibidem.

ret, quantumque adverſus eos, & fidem Catholicam fervor accenderetur hoſtilis, ſi, quod avertat Dominus, ipſis invicem congredientibus partibus, contingeret alteram ſuccumbere alteri, intra pietatis tuæ eiauſtra revolvens, tantis malis, quanta ex ipſa naſcitura timentur, amara diſcordia, pro divinæ majeſtatis reverentia, tuæ conſideratione ſalutis, ac noſtræ interventionis obtentu, ſtudioſus occurras, & tanto bono, quantum ex concordia ipſa proveniet, quod ex te ſolum dependere noſcitur, non ſolum conſentiens faveas, quinimo ut ad ipſius tuæ ſalutis adjicias meritum, & ut famæ clarioris titulis attollaris, illius te conſtituas promotorem, ſuper quo nobis per dilectum filium Ratersium Rogerii ſervientem armorum, & familiarem noſtrum, latorem præſentium, quem ad te ſignanter propterea mittimus, voluntatem tuam quam cum noſtra ſperamus & tenemus indubie affectione concurrere, velit tua reſcribere ceiſitudo. Datum apud Villam novam Avenion. Diæc. XII. Kalend. April. anno X.

Dilecto filio nobili viro Petro nato, clar. mem. Jacobi Regis Aragonum, Comiti Montanarum de Pratis.

Ibid. fol. 217.

IV. *Quantum nobis cordi ſit, nocivam diſcordiam, periculis multis plenam, quam peccatis exigentibus, inter dilectos filios Venetorum & Januenſium Communia pacis æmulus ſuſcitavit, omnino ſuecidere, cum adhuc eſſes apud Sedem Apoſtolicam conſtitutus, ſatis ex verbis, quæ teeum ſuper hoc habuiſſe recolimus, perpendere potuiſti. Et ideo cum nos cariſſimo in Chriſto filio noſtro Petro Regi Aragonum illuſtri, a quo ipſius negotii dependet effectus, ſcribamus juxta formam ſchedulæ intercluſæ præſentibus annotatam, nobilitatem tuam, cujus, ſicut fama referente percepimus, idem Rex libenter ſanis conſiliis acquieſcit, attente rogamus, per viſcera miſericordiæ Dei affectuoſius obſecrantes, quatenus apud memoratum Regem, quod noſtris in hac parte precibus annuat, pro divinæ majeſtatis reverentia, tuæ conſideratione ſalutis, publicæ utilitatis intuitu, & noſtræ interventionis obtentu, des operam efficacem. Datum Avenione Nonis Aprilis anno X.*

Venerabili fratri Bertrando Archiepiſcopo Januenſi.

Ibid. fol. 206.

V. *Cupientes amaræ diſcordiæ, quam, peccatis exigentibus, inter dilectos filios Januenſium & Venetorum Communia pacis æmulus ſuſcitavit, finem imponere, ac periculis gravibus, quæ non ſolum eiſdem Communibus, ſed univerſo Chriſtiano populo, præſertim Orientalium partium, comminatur ipſa diſcordia, obviare, apud dictos Communia per litteras & nuntios noſtros frequenter inſtitimus, & ultimo venerabilem fratrem noſtrum Fortanerium Patriarcham Graden. tranſmiſimus ad eoſdem, pro diſcordia hujuſmodi ſupputanda. Sed quamquam utramque partium ad pacis bonum ſatis, eodem Patriarcha referente, percepimus inclinari; quia tamen dicti Commune Venetiarum ſine conſultatione cariſſimi in Chriſto filii noſtri Petri Regis Aragonum illuſtris, cui, ut aſſerunt, ſpecialis unionis fœdere juncti ſunt, non poſſe in pacis negotio finem recipere ſe dixerunt, hujuſmodi negotium adhuc remanet onuſtum multis gravibuſque periculis, indeciſum. Unde nos publicæ utilitatis intuitu, & ex ſpeciali caritate, quam ad eaſdem partes, ſicut ſpeciales noſtros & Eccleſiæ Romanæ devotos & filios, gerimus, affectionem noſtram circa hoc favorabiliter proſequentes, ad eoſdem Regem, & Commune Venetiarum, litteras & Nuntios noſtros diriginus, inſtantes efficea-*

ficaciter apud eos, ut ipſi tantis ejuſdem populi Chriſtiani periculis & diſpendiis in debitam conſiderationem adductis, ad concordiæ bonum præparent animos, affectus erigant, & dirigant voluntates, & ſperamus in eo, qui concordiam in ſublimibus ſuis parat, quod ipſe dictorum Regis & Communis Venetiarum animos benignitatis ſuæ rore perfundens, noſtræ in hoc expectationi anxiæ pie, ac miſericorditer condeſcendet. Et ideo fraternitatem tuam requirimus, & hortamur attente rogantes, tibique tuæ ſalutis obtentu expreſſius injungentes, quatenus apud dilectum filium nobilem Virum Gubernatorem, cui ſaper hoc, juxta formam annotatam ſchedulæ interclusæ præſentis, ſcribimus, & dictos Commune Januen. des operam efficacem, ut ipſi nuncios ſuos ad nos cum ſufficienti & pleno mandato ad tractandum, & faciendum pacem, & treguas ineundum inter eos & Commune Venetiarum, eoſdem ad pacem & treguas hujuſmodi ſpiritualibus & temporalibus pœnis ac firmitatibus aliis roborandum, ad nos mittere non poſtponant. Et ut de iis, quæ inveneris, idem Patriarcha notitiam plenam habeat, prout utilitati negotii credimus expedire; volumus & mandamus ut ea, quæ fient, memorato Patriarchæ, cui ſimiliter ſcribimus, ut etiam quæ egerit tibi ſcribat, ſignifices ſerioſe, ut habita hinc inde agendorum notitia, poſſint ſibi eadem partes de iis, quæ ordinanda fuerint, opportune ac certitudinaliter providere. Super his omnibus affectionem noſtram dilectus filius Guillelmus de Langnillima ſerviens armorum & familiaris noſter, lator præſentium, quem ad te dictoſque Gubernatorem & Commune Januen. providimus deſtinandum, exponet plenius viva voce. Mittimus etiam tibi noſtris litteris interciuſam copiam litterarum, quas Gubernatori tranſmittimus antefato. Datum Avenione, XIV. Kalend. April. anno X.

EIDEM.

VI. *CAriſſimus in Chriſto filius noſter Joannes Rex Franciæ illuſtris, ſicut Princeps pacificus, deſiderans inter dilectos filios Januenſium & Venetorum Communia ſubortam diſcordiam, interventu pacis amabilis, omnino ſuccidi, ad dictos Communia nobilem Virum Joannem de Millonio, militem, Conſiliarium & familiarem ſuum, latorem præſentium tranſmittit ad præſens, cujus nos laudabile laudandumque propoſitum favore Apoſtolico proſequentes, fraternitatem tuam attente rogamus, tibi tuæ ſalutis obtentu expreſſius injungentes, quatenus eumdem militem pro divina & noſtra, ac Apoſtolicæ Sedis reverentia, ipſius Regis intuitu, ac publicæ utilitatis obtentu, in executione tam ſalutaris, tamque utilis & Deo grati negotii ſic informes & dirigas, ſicque ſibi auxiliis efficacibus faveas & aſſiſtas, quod per auxilium divinæ gratiæ, tuoque cooperante miniſterio fructuoſo, idem negotium ad optatum exitum perducatur. Datum Avenione II. Kalend. Aprilis anno X.* Ibid. fol. 216.

In eumdem modum Venerabili fratri Fortanerio Patriarchæ Graden. Apoſtolicæ Sedis Nuntio.

Dilecto filio nobili Viro Andreæ Dandulo Duci Venetiarum.

VII. *CUpientes irreparabilibus damnis, & jacturis gravibus, quæ orta inter te, & dilectos filios, tuum, ac Januenſium Communia gravis & amara diſcordia non ſolum partibus illis, ſed univerſaliter toti Chriſtiano populo comminatur, remediabiliter obviare; ac ſperantes quod tu vatis noſtris ſicut filius benedictionis & gratiæ, in omnibus te conformans, in* Ibid. fol. 296.

tua

ena & eorumdem Communium concordia, tanto ſcilicet bono fidei Chriſtianæ, a noſtris non debeas beneplacitis diſcrepare, nobilitatem tuam attente rogamus, per viſcera miſericordiæ Dei affectuoſius obſecrantes; quatenus animum tuum ad pacem habilitans, aliquem Nuntium tuum ad cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Petrum Regem Aragonum illuſtrem, cum quo fœdus diceris iniviſſe, tranſmittas, ut ipſe tanto bono, quantum ex hujuſmodi concordia ſperatur, auctore Domino, naſciturum, velit pietatis intuitu conſentire, & nos etiam mittendo per te Nuntios noſtros, auctore Domino, adjungemus, ut eo præſtante, damnis & jacturis hujuſmodi occurratur, & ſperamus in eo, in cujus ſunt manibus corda Regum, quod ipſe præfati Regis animum ſic diſponet, quod in hac parte noſtris & communibus fidelium Chriſti votis per deſideratam concordiam ſatisfiet, ſuper quo dilectus filius nobilis Vir Guillelmus Caracii familiaris noſter lator præſentium, cui locuti ſumus, tibi noſtram aperiet plenius voluntatem. Datum Avenione IV. *Kalend. Martii anno* X.

VIII. Dum hæc ita Avenione pacifice tractarentur, in Oriente inter partes communi damno ſævitum eſt. Veneti enim inſtructi triremibus quadraginta, acceptiſque ab Aragonio triginta, Conſtantinopolim velitabant, ut reliquam claſſem ab Imperatore Cantacuzeno præparatam aggregarent. Sed in medio curſu, fœda tempeſtate orta, tota fere claſſis huc atque illuc diſjecta eſt, atque una ex triremibus undis abſorpta periit; ac pleræque aliæ male habitæ proximis littoribus impactæ ſunt. Remittente demum tempeſtate, claſſe recollecta circa Boſphorum inter Conſtantinopolim & Chalcedonem, quanquam Cantacuzeni tertia claſſis ſe illis adjunxiſſet, infeliciter pugnarunt; cum pugna per totam noctem inter armorum, & incurrentium in ſe navium, ac decidentis imbris ſtrepitum, pugnantium clamores, cadentium gemitus uſque ad lucem protracta eſset; quæ exorta fœdam & horridam rei faciem aperuit, mari ſanguine rubente, ac ſcutis, telis, thoracibus, remis, malis, antennis, navium fragmentis, humanis capitibus, brachiis, cruribus, corporibus detruncatis, conſtrato. Victoria penes Genuenſes fuit, triginta & octo triremibus captis, ac nonnullis depreſſis, quatuorque millibus hoſtium cæſis; in quibus fuerunt Pontius Aragonicæ claſſis præfectus; ex Venetis Pancratius Juſtinianus, & multi viri Patritii.

Cruenta pugna inter Genuenſes & Venetos.

IX. Neque Genuenſibus incruentum prælium, aut ſincerum gaudium fuit, ſeptingentis ipſorum cæſis, in quibus non exiguus numerus nobilium deſideratus eſt, cujus damni major prope Genuæ, quam tantæ partæ victoriæ ſenſus fuit. Accepto itaque hujus miſerrimæ cladis, & utriuſque partis ingentis jacturæ nuntio, Pontifex in pacis conciliandæ ſtudium diligentius incubuit, omnemque excogitavit modum, ut majora quæ imminebant damna propelleret. Aragonio, Venetis, & Genuenſibus dieni indixit Nativitatis beatæ Mariæ, quo convenire deberent eorumdem Nuncii coram ipſo, ut pacis leges dicerent, & approbarent. At neque hoc anno belli incendium extinctum, neque ſemel poſtea pugnatum; ſed tandem cruentiſſimis bellis defatigati, & alternis ſatiati ruinis, unanimi voluntate pacis formulas, ac leges utrimque pepigerunt, eas curante & ſtabiliente Fortanerio Patriarcha ſub Innocentio VI. qui pacificandis exulceratis animis omnem operam adhibuit. Clementis ſub hoc anno datas litteras iſthic exhibeo.

X. *Ve-*

Venerabili fratri Fortanerio Patriarchæ Gradcn.

X. *Recepimus nuper a cariſſimo in Chriſto filio noſtro Petro Rege Aragonum illuſtri, ſuper negotio pacis, quod tuæ promotioni commiſimus, litteras quaſdam, quarum copiam mittimus tibi præſentibus interclusam, & nos ad eas reſcribimus, ſicut in interclusa noſtris litteris ſchedula videbis clarius contineri. Quocirca fraternitatem tuam monemus, requirimus, & hortamur attente, per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus apud dilectum filium nobilem Virum Ducem Venetiarum, cui ſimiliter ſcribimus, juxta formam interclusæ præſentis noſtris litteris ſchedulæ annotatam, des operam efficacem, quod ipſe Nuncios ſuos cum pleno & ſufficienti mandato ad tractandum, faciendum, & roborandum hujuſmodi concordiam huc tranſmittat. Itaque in feſto Nativitatis B. Mariæ Virginis futuro proximo infallibiliter interſint, ac eis, & dicti Regis, ac dilectorum filiorum Communis civitatis Januen. Nunciis, quos ad eos etiam vocamus, convenientibus invicem, in tam utili & Deo grato negotio conſequamur deſiderii noſtri votum. Datum Avenione Idibus Julii anno* XI. Ex ſecr. ann. 11. fol. 32.

Cariſſimo in Chriſto filio Petro Regi Aragonum illuſtri.

XI. *Occurrunt frequenter noſtræ conſiderationis obtutibus amara diſpendia & pericula gravia, quibus propter diſcordiam tuam, & dilectorum filiorum civitatis Januen. & Venetiarum, Caſtellan. diœceſis Communia ſubjacet populus Chriſtianus; occurrit qualiter, peccatis exigentibus, partibus congredientibus invicem, multa Chriſtianorum millia in detrimentum fidei & fidelium, præſertim partium Romaniæ, fuerint nuper cæſa: quod nos eo pungit acerbius, eo fauciat gravius mentem noſtram, quo tua, & Januen. ac Venetorum præfatorum potentia infidelium frænare ſuperbiam, & audaciam compeſcere conſuevit. Unde cum cariſſimus in Chriſto filius noſter Joannes Rex Franciæ illuſtris anxie hujuſmodi pericula & diſpendia cogitans, & ſicut Princeps Chriſtianiſſimus, eis cupiens obviare, apud te pro hujuſmodi ſuccidenda, Deo favente, diſcordia, & concordia reformanda, dilectum filium nobilem Virum Joannem Milonis militem exhibitorem præſentium, ad excellentiam tuam mittat: nos ipſius Regis laudabile in hac parte propoſitum ac ſtudium multipliciter in Domino commendantes, illudque Apoſtolicis cupientes interceſſionibus adjuvare, fraternitatem tuam inſtanter & affectuoſe precamur, inſtantius obſecrantes, quatenus eumdem militem pro reverentia Dei, noſtræ interventionis obtentu, & conſideratione Regis ipſius, benigne recipere, ac in concordiæ præfatæ negotio, noſtris, & præfati Regis votis annuere ſerenitas ipſa velit. In hoc nimirum gratum Deo præſtabis obſequium, & nos, eumdemque Regem ad tua ſemper conſilium beneplacita promptiores. Datum Avenione, Idibus Julii anno* XI. Ibidem.

Eidem Regi.

XII. *Dilectus filius Raterius Rogerii ſervicns armorum, & familiaris noſter, lator præſentium, quem ad magnificentiam tuam pro negotio pacis inter te & dilectos filios Commune civitatis Januen. auctore Domino, reformandæ pridie miſimus, litteras tuas nobis ſuper hujuſmodi negotio, quas paterna benignitate recepimus, attulit, & quam benigne ipſum* re- Ibidem.

receperis, honoranterque tractaveris, ſerioſe & prudenter expreſſit; ſuper quo ſinceræ devotionis affectum, qua nos, & Romanam Eccleſiam matrem tuam filialibus ſtudiis revereris, & quæ in his, ſicut & aliis clares, indiciis claruit, dignis proſequimur actionibus gratiarum. Ceterum quia hujuſmodi negotium, damna, diſpendia, & pericula gravia, quibus, occaſione diſcordiæ tuæ ac civium præfatorum, ſubjacet populus Chriſtianus, & præcipue Orientalium partium, attendentes, & memores quam graviter populum ipſum in congreſſu partium Dominus, peccatis exigentibus, diebus proxime præteritis flagellavit, gerimus ſumme cordi, apud pietatem tuam, & dilectum filium nobilem Virum Ducem Venetiarum, ipſoſque Cives Januen. pro hujuſmodi reformatione concordiæ providimus denuo inſiſtendum, ſperantes quod ille Rex pacificus, per quem Regio ſedet in ſolio, quique mari & ventis imperat, & ceſſare facit ſpiritum tempeſtatis, tuum, & Ducis, ac Civium prædictorum corda gratiæ ſuæ liquore mollificans, diſponet ad pacem, & ad concordiam preparabit. Et ideo ſerenitatem tuam monemus, requirimus, & hortamur attente rogantes, ac per viſcera miſericordiæ Dei, & aſperſionem ipſius pretioſi ſanguinis attentius obſecrantes, quatenus ea, quæ compendioſe præmiſimus, ex quibus plurima circumſpectio Regia poteſt elicere, juxta pectoris tui clauſtra revolvens, & conſiderans quam gratum obſequium præſtabis in hujuſmodi concordia Deo tuo; & quam graviter ipſam offenderes, ſi, quod abſit, bonum pacis, quam a te multi dependere aſſerunt, occaſione tui contingeret impediri; aliquos viros probos, zelum Dei ejuſque timorem habentes, cum pleno & ſufficienti mandato ad tractandum & ordinandum, & opportunis firmitatibus roborandum hujuſmodi concordiam ſuper omnibus, quæ occaſionem diſcordiæ præſtiterunt, ad nos mittere ſublimitas tua velit. Itaque in feſto Nativitatis beatæ Mariæ Virginis futuro proximo infallibiliter ſic interſint, ut ipſis tuis, ac dictorum Ducis & civium Nunciis, quos ad idem feſtum ad nos per ſpeciales litteras & Nuncios etiam evocamus, convenientibus invicem coram nobis, hujuſmodi negotium, præſtante Domino pacis auctore, fœliciter terminetur. Super quo nobis per eumdem Raterium, quem ad te propterea remittendum duximus, nobis quidquid agendum duxeris, reſcribere ſerenitas ipſa velit, ſuper negotio denique &c. Datum Avenione ut ſupra.

Joanni de Valente Gubernatori, & Conſilio civitatis Januen.

Ibidem. XIII. *Dilectus filius Guillelmus de Langullia ſerviens armorum & familiaris noſter, lator præſentium, quem ad magnitudinem tuam, pro negotio pacis inter vos, & cariſſimam in Chriſto filium noſtrum Petrum Regem Aragonum illuſtrem, ac dilectum filium nobilem Virum Ducem Venetiarum, auctore Domino, reformandæ, pridie miſimus, litteras veſtras nobis ſuper hujuſmodi negotio, quas paterna benignitate recepimus, attulit, & quam benigne ipſum receperitis, & tractaveritis honoranter, ſerioſe ac prudenter expreſſit. Super quo &c. (ut in præcedenti) feliciter terminetur. Ceterum quia memoratus Rex Aragonum, non ſolum occaſione unionis & confœderationis factæ cum eodem Duce, ſed occaſione occupationis factæ per vos, ut aſſerit, de regno Corſicæ, & certis locis regni Sardiniæ; ac alias, contra vos querelam deducit, velitis Nuntiis veſtris eiſdem ſuper his omnibus concordandi cum præfato Rege dare ſimilem poteſtatem, ut nulla ſuperſit occaſio, quæ bonum pacis valeat impedire. Datum Avenione III. Idus Julii anno XI.*

XIV. In

Anno Christi	Clementis VI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 145.
1352.	anno 10. & 11.	anno 5.	

XIV. In provincia & dioeceſi Ebredunenſi hoc tempore hæreticæ pravitatis peſtis ſe occulte diffundebat, quare Clemens peculiari mandato præcepit Guillelmo electo Ebredunenſi, cujus haud meminit Claudius Roberti in ſua Gallia Chriſtiana; & fratri Petro de Montibus Ordinis Minorum in prædicta, nec non Viennen. Aquen. & Arelaten. Provinciis Inquiſitori, ut illas partes ſedulo hac labe purgarent; ſcripſitque omnibus Prælatis & locorum Rectoribus, ut eis in hoc miniſterio ſuas operas adhiberent. Jubet Pontifex eliminari a Provincia Ebredun. hæreticos.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis Electis, Abbatibus, Prioribus, & aliis Eccleſiarum & Monaſteriorum Prælatis, & Clericis Eccleſiaſticisque perſonis, Secularibus & Regularibus, & Eccleſiarum & Monaſteriorum ipſorum Capitulis, & Conventibus, ac nobilibus Viris Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, ceterisque Dominis temporalibus, nec non Seneſchallis, Ballivis, Juſtitiariis, & aliis Officialibus, Univerſitatibus quoque & Communitatibus Civitatum, Caſtrorum, & aliorum quorumcumque locorum, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

XV. *Sicut expedit ad æternam promerendam ſalutem, fidei Catholicæ puritatem firmiter & inviolabiliter ſervare, ſic profecto hæreticorum, qui pernicioſis adinventionibus in eam ſatagunt inducere maculam, oportet audaciam refrænare, ut eis a ſuis temerariis auſibus Catholicorum favore cohibitis, nullus in eamdem fidem labia detractionis aperiat, nullus adverſus eam virus evomat hæreticæ pravitatis, quæ tanto pernicioſius offeit, quanto ſub mellis dulcedine mortis pocula fidelium puritati ſimplicium ſubminiſtrat. Cum itaque, ſicut diſplicenter accepimus, in quibuſdam partibus diœceſis & provinciæ Ebredunenſis, hujuſmodi pravitas ſic abundet, ſicque hæreticorum multitudo exereverit in eiſdem, quod fidelibus circumpoſitæ patriæ peſtilens eorum vicinitas, quæ ſerpit ut cancer, & inficit ut venenum, gravia pericula comminatur, noſque hujuſmodi obviare periculis, & eiſdem fidelibus ſalutaria ſuper his providere remedia, prout ex debito urgemur officii, cupientes, dilectis filiis Guillelmo Electo Ebredunen. & Petro de Montibus Ordinis Fratrum Minorum in prædicta, nec non Viennen. Aquen. & Arelaten. Provinciis Inquiſitori hujuſmodi pravitatis, auctoritate Apoſtolica deputato, dedimus in mandatis, ut per ſe, ac alios ſic eaſdem partes hujuſmodi peſtifera labe purgent, quod, pravitatis ejuſdem radice qualibet inde prorſus avulſa, fides clarius ibidem reniteat, & fideles iidem infectionis periculum non formident, Univerſitatem veſtram monemus, requirimus, & hortamur, attente rogantes, ac vobis in virtute obedientiæ, ac ſub excommunicationis pœna diſtricte præcipiendo mandantes, quatenus eiſdem Electo & Inquiſitori, ac Officialibus, & miniſtris eorum, negotium ipſius fidei proſequentibus, ſic aſſiſtatis conſiliis, auxiliis, & favoribus opportunis, ſicque ipſis Guidagium & ſecurum conductum etiam veſtris ſumptibus, eum expedierit, & ſuper hoc requiſiti fueritis, providere curetis, quod a Redemptore noſtro, qui ejuſdem auctor eſt fidei, mercedis præmium, & noſtræ plenitudinem gratiæ uberius conſequi valeatis. Datum Avenione Nonis Martii anno x.* Ex ſecr. ann. 10. fol. 198.

In eumdem modum dilectis filiis Seneſchallo, & aliis Officialibus Provinciæ pro cariſſimis in Chriſto filiis noſtris Rege & Regina Siciliæ illuſtribus.

In eumdem modum dilectis filiis univerſis Officialibus Dalphinatus Viennen. pro dilecto filio nobili Viro Dalphino Viennen.

Fr. Joannes de Buco magiſter inſtituitur.

XVI. Inſtitutus eſt hoc anno Magiſter in ſacra Theologia in Univerſitate Toloſana, in qua, nec non in aliis Academiis publice eamdem facultatem profeſſus eſt, frater Joannes de Buco mox Ordinis Miniſter Generalis, ita præcipiente Pontifice fratri Rodulpho de Cornaco, Provinciæ Aquitaniæ Miniſtro, ſacræ Theologiæ Magiſtro: *Sicut debetur bene meritis* IV. Nonas Februarii. Similiter ſcriptum eſt ad Cancellarium Pariſienſem, ut ad eumdem gradum promoveret fratrem Auſtenſium de ſancta Columba, qui libros ſententiarum tunc legebat Pariſiis, & paulo poſt aſſumptus eſt ad Epiſcopatum Sarlaten. in Gallia: *Sicut debetur* II. Kalend. Aprilis. Ad Eccleſiam Catharenſem in Dalmatia, ſed Archiepiſcopo Baren. in Apulia Suffraganeam, translatus eſt hoc anno frater Duynus a Reſinen. ad quam promotum diximus anno præcedenti: *Quam ſit onuſta*. VIII. Kalendas Novembris.

Et Fr. Auſtenſius de S. Columba. *Vide ann.* 1367.

Fr. Duynus Epiſcopus Catharen.

Moritur Clemens VI.

XVII. Clemens Pontifex hoc anno VIII. Idus Decembris, die ſancti Nicolai continua febri correptus, obiit Avenione, poſtquam Eccleſiam annis decem, menſibus ſeptem, placide gubernaſſet, & dominium auxiſſet, empto Comitatu Venuſino a Joanna Siciliæ Regina. Ab admirabili memoria & multiplici doctrina hominem commendat Petrarcha; alii ab affectu nimio in conſanguineos, & parvo delectu in creandis Cardinalibus vituperant. Noſtri haud parum ei debent, ex quibus Cardinales duos, Archiepiſcopos, & Epiſcopos plurimos creavit. Vacavit ſedes dies dumtaxat undecim; magnis enim itineribus Avenionem contendente Joanne Francorum Rege, ut ſuæ factionis Pontificem fieri curaret, Cardinales ne libertati Eccleſiaſticæ Rex officeret, Comitia maturarunt; & XV. Kalendas Januarii, Pontificem deſignarunt Stephanum Alberti filium, Lemovicis in Aquitania, optimæ honeſtiſſimæque vitæ, mediocri genere ortum, ſed non mediocris eruditionis fama conſpicuum, prius in Romana Curia procuratorem, deinde Juriſconſultum & Judicem, mox Epiſcopum Noviodunenſem, poſtea Claromontanum, demum Cardinalem SS. Joannis & Pauli, poſtremo Majorem Pœnitentiarium, & ſacri Collegii Decanum, Epiſcopum Oſtien. ac Veliternum. Innocentii deinceps nomen aſſumpſiſſe, quidam interpretantur, quod nemini nocere, ſed omnibus prodeſſe ſecum conſtituiſſet.

Petrar. lib. 1. rer. memor. & 8. familiar.

Creatur Innocentius VI.

Conv. Taurinen.

XVIII. Auguſtæ Taurinorum ſacra Syndone illuſtris, in regione Pedemontana, conſtruere decrevit hoc anno Fratribus domicilium Amadeus Comes Sabaudiæ, quod ut admitterent licentiam impertivit hoc anno Clemens Pontifex Miniſtro Generali: *Inter ceteros Ordines* XI. Kalendas Novembris. Ædem hanc vetuſtate collabentem nuper refecit Magiſter Ludovicus Paveſius de Pinarolo. Pertinet ad Patres Conventuales provinciæ Genuæ, & cuſtodiæ Pedemontanæ.

Tom. 7. an. 1327. num. 18. & ann. 1345. n. 15. Monaſt. Gentiani.

XIX. Alias diximus, Monaſterium Clariſſarum ædificatum ad caſtrum Gentiani, Acheruntinæ diœceſis a nobili heroina Aquilina de Montecolicola, & dotatum a Roberto de ſancto Severino Comite Coriliani; ſed cum timerent oppidani irruptionem inimicorum, ingruente bello inter Siciliæ, & Trinacriæ Reges, prædictus Robertus Monaſterium deſtruxit, ne hoſtibus deſerviret in fortalitium. Rebus compoſitis hoc anno, petiit a Clemente Pontifice abſolutionem delicti, & licentiam ut aliud Monialibus in loco tutiori intra ipſum caſtrum ædificatet & obtinuit: *Petitio pro parte* III. Idus Februarii. Idem Pontifex indulſit Clariſſis ſancti Marcelli de Pogeto, prope caſtrum novum de Vallibus Caturcen. diœceſis, ut juxta conceſſionem eis factam ad preces olim Cardinalis Bertrandi ſui fundatoris, quaſdam decimas a laicis redimerent: *Devotæ religionis* X. Kalendas Maii. Clariſſis beatæ Mariæ Angelorum de Caſſeriis confirmavit unionem & incor-

po-

porationem duarum Eccleſiarum parochialium, alias eiſdem a ſe conceſsam, non obſtante quod pertinebant ad præſentationem Præpoſiti Eccleſiæ Toloſanæ, Ordinis ſancti Auguſtini: *Expoſcit veſtræ devotionis* IX. Kalendas Auguſti. Earumdem Eccleſiam viſitantibus in die Aſsumptionis beatæ Virginis indulgentias conceſsit: *Dum præcelſa meritorum* VI. Kalendas Auguſti.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. CLemens hoc anno præter alia, quæ in Annalibus referuntur, Jo- Clemens VI. moritur.
„ annæ Moniali facta licentia tranſeundi ad Ordinem Ciſtercien-
„ ſem: *Religionis zelus &c.* VIII. Idus Decembris, vivere deſiit; ob admira- *Wadd. ad hunc annum n. 16.*
„ bilem memoriam, multiplicemque doctrinam a Petrarcha commendatus;
„ ſed ab aliis ob nimium affectum in conſanguineos, & parvum delectum
„ in creandis Cardinalibus vituperatus. Noſtri autem haud parum Clemen-
„ ti debent, quod ex illis Cardinales duos, Archiepiſcopos, & Epiſcopos
„ quamplures creaverit: vacavit Sedes dies dumtaxat XI. magnis enim iti-
„ neribus Avenionem contendebat Joannes Franciæ Rex, ut ſuæ factionis
„ Pontificem fieri curaret; quamobrem re cognita, & ſubodorata Regis
„ intentione, ne libertati Eccleſiaſticæ detraheretur, Comitia maturarunt,
„ & XV. Kalend. Januarii Stephanum Alberti filium, Lemovicis in Aqui- Stephanus Lemovic. creatur Pontifex.
„ tania natum, mediocri genere, ſed non mediocris eruditionis conſpi- *Indic. ex Vatic.*
„ cuum, Pontificem deſignarunt, & Innocentium VI. Chriſti Vicarium
„ ſalutarunt: qui paucis poſt diebus F. Thomæ Minoritæ Epiſcopo Darenſi
„ pro certis negotiis reſcripſit: *Decens reputamus &c.* II. Kalend. Janua-
„ rii.

„ II. Occurrit hoc anno Agnes nobiliſsima Virgo ex Bavarica domo
„ oriunda, cui non minus quam Agneti Romanæ laudator Ambroſius
„ conveniret. Habuit Ludovicum patrem Imperatorem, qui quadriennem
„ Domino conſecravit in Monaſterio Anger. & eam commemorans noſter *Wadd. ad ann. 1319. n. 3.*
„ Waddingus ait, conſocias & comites novem habuiſse Virgines, quæ illud
„ ipſum Inſtitutum ſubierint; vixiſse in Ordine annis LII. obiiſseque
„ anno MCCCXCII. in Choro ſepulta. Sed aliter habent Matthæus Raderus
„ in Bavariæ ſanctæ volumine ſecundo, & Bavaricæ gentis Annales: libeat
„ ergo huc adducere, quæ pro commendatione Monaſterii Angeriani fami-
„ lia a Radero reſeruntur his verbis: *Agnes Ludovico IV. Imperatore Bojo,*
„ *& Margarita Auguſta nata, poſt Chriſtum anno* MCCCXLV. *biennio ante*
„ *mortem Patris: alteroque poſt mortem ejuſdem anno, quadrimula in ſinum*
„ *Chriſti delata eſt, apud religioſas Virgines divæ Claræ Monachii initia-*
„ *ta, ipſo Natali beatæ Virginis, ut in Sacrario innocentiæ inter ſacras*
„ *Virgines adoleſceret. Ægre hoc habuerunt provinciæ proceres, cupiebant-*
„ *que, etiam abnuente Principe, Regiam Virginem ad diſciplinam politicam;*
„ *qui mos eſt, bodieque non paucorum cum cernunt eos, quos fortuna, vel*
„ *claris naturæ ornamentis coluit, vel forma rara donavit, opibuſque ma-*
„ *gnis auxit, vel Majorum imaginibus illuſtravit, vel ingeniis felicioribus*
„ *nobilitavit, ad Religionis portum ex hujus pelagi tempeſtatibus appellere,*
„ *eos ut omni ope, & opera præpediant: lippos, claudos, ſurdos, bardos,*
„ *aliaque monſtra hominum, Clauſtris Monachorum includenda; quod ex-*
„ *cellit Reipublicæ (hoc nomen improbæ menti ſuæ prætexerunt) reſervan-*
„ *dum.*

„ III. *Virgo cum aliis novem Cœnobium ingreſſa, cum id agi videret,*
„ *uti per vim Sacrario extra heretur, Aris ſe admoveri juſſit; ubi complexa*

utro-

„ *utroque brachio ſacrum Chriſti Tabernaculum, in quo ſanctiſſimum ipſius*
„ *in Euchariſtia corpus cuſtodiebatur, Chriſte ſancte (inquit) noli permit-*
„ *tere, ut unquam abs te avellar. Audit piam ſupplicantis vocem Deus; &*
„ *ne ſibi eripi poſſet, illam e vita mortali eripuit, eum repente peſtilentiæ*
„ *ſigna quinque in Virginis corpuſculo apparuerint, quæ eamdem intra pau-*
Chron. Provinc. Bavar. „ *cos dies extinxerunt, ut in omnem æternitatem apud Sponſum in cœleſti*
„ *thalamo, veluti accenſum inter aſtra ſydus, reluceret. Cives non ante*
„ *fidem rei adjunxerunt, quam mortua renuntiaretur. Deceſſit Idi. Mart.*
Ad annum 1257. „ *poſt Virginis partum* MCCCLII. *lilium e ſpinis intactum, Chriſto obla-*
„ *tum* hactenus Raderus. Verum circa annum, quo Agnes a Radero
„ dicitur quadrimula in ſinum Chriſti delata, tabulæ manuſcriptæ ipſius Cœ-
Ad annum 1401. „ nobii concordantes, ajunt quadrimulam Deo dedicatam ann. MCCCXLIX.
„ tres annos inter Moniales conſummaſſe, ſeptennemque deceſſiſſe hoc
„ anno MCCCLII. licet nonnulli eam in Monaſterio quatuordecim annos
„ egiſſe velint, & Waddingus quinquaginta duos.

„ IV. Waddingus ad huc annum refert Auguſtæ Taurinorum ſacra Sy-
„ node illuſtris in regione Pedemontana conſtruere decreviſſe hoc anno
„ Fratribus domicilium, Comitem Sabaudiæ Amadum; quod ut admitte-
„ rent, Miniſtro Generali Pontifex hoc anno licentiam impertiverit: *Inter*
Wadd. ad ann. 1352. „ *ceteros Ordines &c.* XI. Kalendas Novembris. Nos autem prænonuimus
„ alibi, Waddingum illius brevis Apoſtolici lectione allucinatum fuiſſe, ac
„ ideo pro Auguſta Prætoria Taurinorum Auguſtam perperam intellexiſſe:
„ & quidem licet litteræ illæ Apoſtolicæ: *Inter ceteros &c.* habeant hæc ver-
„ ba: *Sane petitio pro parte veſtra, ac dilecti filii nobilis viri, Amedei Co-*
„ *mitis Sabaudiæ, nuper nobis exhibita continebat, quod idem Comes de*
„ *ſalute propria cogitans, & pie deſiderans tranſitoria in æterna felici com-*
„ *mercio commutare, ad divini cultus augmentum, pro ſua ſuorumque pro-*
„ *genitorum animarum ſalute in ſua Civitate Auguſten. in qua nulla domus*
„ *Ordinum Mendicantium extitit hactenus, nec exiſtit, unum locum cum*
„ *Oratorio ac Cœmeterio, ac aliis neceſſariis officinis, in quo Fratres Ordinis*
„ *veſtri devote commorari perpetuo valeant, de bonis ſuis propriis conſtrui*
„ *facere de novo propon t. Nos itaque &c.* licet inquam non ſpecificent hæc
„ verba, nec diſtinguant Auguſtam Taurinorum ab Auguſta prætoria, ni-
„ hilominus cum ſupplicatio facta Pontifici nihil mendacii continere debeat,
„ dum aſſerit nec hoc anno MCCCLII. exiſtere in Auguſtenſi urbe domum
„ aliquam Ordinum Mendicantium; & longe ante hunc annum, ut proba-
„ vimus, Auguſtæ Taurinorum tum Noſtri, cum etiam Prædicatores Fra-
„ tres manſiones fixiſſent, quod non ita de Auguſta Prætoria probatur, nec
„ probari poteſt, reliquum eſt ut de iſta, & non de illa Apoſtolicæ litteræ
„ intelligantur. Miniſtro ergo Generali & Fratribus fuit facultas eo brevi,
„ ut in Civitate Auguſta, in qua nulla adhuc erat Mendicantium domus,
„ eam, quam Amadeus conſtrueret, reciperent; cujuſmodi utrumque fa-
Top. Fer. „ ctum fuit. Eſt autem Auguſta Prætoria vulgo *Aoſta* Civitas Epiſcopalis,
„ antiqua Salaſſorum Metropolis ad Duriam flumen, intra Alpium Grajarum
„ & Penninarum, verius intra Alpium Grajarum, & Cotiarum anguſtias,
„ quibus in Centrones iter eſt & Gallias, inter Eporediarum & Taranta-
„ ſiam: ab Eporedia in circium ad XXX. M. P. a Taurinorum Auguſta Me-
„ tropoli duplo remotior: inter urbes Principatus Pedemontii non ignobi-
„ lis; eſt enim commune emporium finitimarum gentium: fulget amplius,
„ quod Auguſtani ducatus caput ſit ab antiquis dictum.

AR-

Anno Christi	Innocentii VI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 146.
1353.	anno 1.	anno 6.	

ARGUMENTUM.

Frater Joannes Florentinus legatione fungitur pro magno Chamo Tartarorum Imperatore. Frater Petrus Fanenſis inſtituitur Vicarius urbis Smyrnarum. Aſſumuntur aliquot ad inſulas Pontificias. Mulieres illuſtriſſimæ fiunt Clariſſæ. Multiplicantur Cœnobia.

I. SUB hujus anni finem venit ex Tartaria frater Joannes de Florentia, de quo alias egimus, miſſus a magno Chamo, ad Pontificem Romanum datis litteris, obſequio & reverentia plenis. In iis aperte profitebatur bonam eſſe fidem Chriſtianorum; omneſque hujus vitæ viros & mulieres ſui dominii pleno ſubjiciebat Pontificis imperio, atque ut hujus doctrinæ magiſtros plures amandaret, rogabat. His auditis, plurimum exultavit Pontifex, ſcripſitque ad Patres in capitulo ſequenti anno congregatos, ut religioſos aliquot pios & doctos in hoc miniſterium ſegregarent, ex quibus aliquot Epiſcopos creare deſtinavit. Exortis tamen quibuſdam turbis in Tartaria, legatio hæc & miſſio prorſus evanuit. *Marian. lib. 4. c. 11. Tom. 7. an. 1348. n. 11. Fr. Joann. Florétin. legatus Imperat. Tartarorum.*

II. Chriſtianorum rebus juvandis, & potentiæ confirmandæ in partibus ultramarinis non parum conduxit Civitas Smyrnarum in Aſia, quam multo effuſo ſanguine, & magnis impenſis de Turcarum manibus eripuerant. Negligentia vero Rectorum periclitari cœpit, & nutare, quod cum Innocentius percepiſſet, ei Vicarium præfecit fratrem Petrum de Fano Minoritam, armis, & bello in eiſdem regionibus, ante religioſum ſuſceptum Inſtitutum, aſſuetum, & a Clemente VI. item armis reſtitutum, militibuſque in Orientem ducendis præfectum, uti ſuperius narravimus, deinde ipſam Civitatem & Petrum Vicarium (cui in hoc munere ſucceſſit Urſus Archiepiſcopus Cretenſis) Hugoni Regi Cypri, Andreæ Dandulo Venetiarum Duci, & Magiſtro Hoſpitalis ſancti Joannis, his litteris commendavit. *Fr. Petrus Fanen. Vicarius Smyrnæ.* *Ann. 1347. n. 12. Vide ann. 1359.*

Dilecto filio Petro de Fano Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, Vicario in Civitate Smyrnarum, ſalutem.

III. *LAudabilia tuæ devotionis ſtudia, quæ pro fide Catholica in transmarinis partibus, ſicut accepimus, exercuiſti jugiter hactenus, & exerces, necnon & aliarum tuarum virtutum merita, ſuper quibus fide dignorum commendaris teſtimonio, nos inducunt ut perſonam tuam congruis favoribus proſequamur. Hinc eſt, quod nos Vicariatus officium, quod in Civitate Smyrnarum olim geſſiſſe dignoſceris, tibi cum juriſdictione & auctoritate, emolumentis, & grangiis, quas, & quæ, tu & prædeceſſores tui in dicta Civitate Vicarii, qui fuerunt pro tempore, exercere, & habere conſueviſtis, & eum oneribus conſuetis uſque ad noſtrum beneplacitum exercendum committimus, & te ad illud etiam deputamus. Nulli ergo noſtræ conceſſionis & deputationis infringere &c. Datum Avenione* XI. *Idus Decembris anno* 1. *Ex lib. 3. ann. 1. fol. 196.*

Dilecto filio nobili viro Andreæ Dandalo Duci Venetiarum.

IV. *QUia ſicut veriſimiliter credimus, dilectus filius Petrus de Fano Ordinis Fratrum Minorum, quem nuper Vicarium Civitatis Smyrnarum duximus deputandum, pro negotiis emergentibus, fre-* *Ex lib. ſecr. fol. 246.*

frequenter ad te recurſum habebit, & in acceſſu & reditu ejus, auxilio tuo neceſſario indigebit, nobilitatem tuam attente rogamus, quatenus eidem Petro pro divinæ Majeſtatis reverentia, tuæ conſideratione ſalutis, & noſtræ intercentionis obtentu, de navigio, in quo vehi poſſit, facias provideri. Datum Avenione IV. Kalend. Januarii, anno I.

In eundem modum, mutatis mutandis, dilecto filio ..... Magiſtro Hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitani.

Carissimo in Chriſto filio Hugoni Regi Cypri illuſtri.

Ibidem fol. 233.

V. *Multorum venientium de partibus tranſmarinis nobis infeſta, moleſtaque relatio ad noſtrum frequenter perduxit auditum, quod Civitas Smyrnarum, pro qua de infidelium Turcarum ſævis eripienda manibus, tantum Chriſtiani ſanguinis fuit effuſum, ob ipſius neglectam cuſtodiam, & defectum rerum, quæ neceſſario requiruntur ad illam, gravibus periculis ſubjacet, & niſi opportuna diligentia remedia neceſſariæ proviſionis acceleret, non tam veriſimiliter quam probabiliter eſt verendum, ne in opprobrium nominis Chriſtiani, & Chriſti fidelium, maxime regni tui, & partium prædictarum grave præjudicium, ſubjiciatur denno eorumdem infidelium tyrannicæ poteſtati. Quod nos anxie cogitantes, & attendentes quod ſicut noſtra intereſt utilitatibus publicis providere, ſic procul dubio nobis incumbit ex debito periculis eorumdem fidelium, per opportuna remedia obviare: ac deſiderantes, attento tanto imminenti populo Chriſtiano diſcrimine occurrere, Deo favente, ſalubriter, tantumque ab eo tollere opprobrium cupientes, Sereniratem tuam, cujus etiam in hac parte verſatur ſpecialiter intereſſe, monemus, requirimus, & hortamur in Domino, illam attente rogantes, ac per viſcera miſericordiæ Dei obſecrantes attentius, & ſub interminatione divini judicii obteſtantes, quatenus ea, quæ breviter & compendioſe præmiſimus, & alia plura, quæ conſideratio provida indiſcuſſa non præterit, & ipſa infidelium prædictorum vicinitas, ac audaciæ furentis inſania te ignorare non ſinit, diligenter attendens, & præcipue intuens, quantas infidelibus eiſdem ex occupatione Civitatis prædictæ, ſi (quod abſit) contingeret, favor accreſceret, & quantus ex illa fidelcs concuteret ipſos pavor, quantaque illis mala ſpiritualiter & temporaliter evenirent, ad hujuſmodi prædictæ Civitatis cuſtodiam potentiæ tuæ dexteram benignus extendas, & in tribus millibus florenorum auri, qui juxta conventiones dudum inter matrem tuam Romanam Eccleſiam, & te, ac dilectos filios .... Magiſtrum Hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitani, & nobilem virum .... Ducem Venetiarum habitas in unione, quæ inter dictam Eccleſiam, & te, ac memoratos Magiſtrum & Ducem pro tuitione fidelium, ac repreſſione conatuum infidelium prædictorum hactenus facta fuit, ſicut memoria tua tenet, ut non ambigimus, annis ſingulis te contingunt, ſic tempus ſolutionis anticipes, ut ſperamus, quod nullum propterea circa hujuſmodi cuſtodiam poſſit imminere periculum, & ob defectum illius fideles ipſi diſcrimen aliquod non incurrant. Nos enim ex nunc tria millia florenorum, quæ pro uno anno, ſecundum conventiones eaſdem contingunt ipſam Eccleſiam, præfato Magiſtro Hoſpitalis exhiberi mandamus, & parati ſumus reliqua exhibere temporibus debitis, dictoſque Magiſtrum & Ducem ad exhibendum ſimiliter alia ſex millia florenorum eos contingentia, etiam per alias noſtras litteras efficaciter exhortamur, intendentes quod Civitas ipſa per Capitaneum fidelem ac providum ad curam illius deputandum, nomine hujuſmodi unionis debeat ſicut ſol-*

Anno Christi	Innocentii VI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 146.
1353	anno 1.	anno 6.	

foliitum eſt, cum diligentia cuſtodiri, alioquin cum propter multiplicium, & inevitabilium ſumptuum onera, quibus importabiliter quodam modo eadem Eccleſia præmitur, & ipſius diminutionem, ac extenuationem reddituum, quam malitia temporis, exigentibus peccatis, induxit, ad onus hujuſmodi cuſtodiæ ſubeundum per nos dumtaxat ſufficere commode non poſſimus, de ipſo apud Deum ſpectatorem omnium excuſamus. Nos tibi nude ac aperte dicimus, quod ſoli non intendimus ſupportare illud, quod grave nobis quantumlibet, ut præmittitur, diviſum in partes nos libenter offerimus ſubituros. Datum Avenione tertio Nonas Novembris, anno 1.

VI. Aſſumpti hoc anno ad Epiſcopatus, qui ſequuntur Minoritæ: ad Maranen. in Corſica ſub Archiepiſcopatu Januen. frater Joannes de Caſtello, per obitum Raymundi: *Summi diſpoſitione Rectoris*, VII. Idus Januarii. Ad Adrien. in Lombardia Tranſpadana, ſub Archiep. Ravennate, per translationem Aldebrandini ad Mutinen. frater Joannes: *Et ſi cunctis*, XV. Kalendas Februarii. Ad Cithonen. ſub Archiepiſcopatu Athenienſi, per obitum Philippi, frater Antonius de Fario: *Summi diſpoſitione Rectoris*, II. Nonas Aprilis. Ad Nizerien. in Rhodiorum inſula, per obitum Joannis, frater Guillelmus Alboni: *Paſtoralis officii debitum*, XIV. Kalendas Auguſti. Ad Civitaten. in Sardinia, per translationem Thomæ etiam Minoritæ ad Callien. frater Gerardus: *Summi diſpoſitione Rectoris*, V. Idus Novembris. Obiit hoc anno frater Lucas Epiſcopus Laudenſis, quem anno MCCCXLIII. creatum diximus. Primus in illo Epiſcopatu inſignitus eſt titulo Comitis.

Fr. Joan. Epiſc. Maranen.

Fr. Joan. Adrien.

Fr. Anton. Cithonen.

Fr. Guillelmus Nizerien.

Fr. Gerardus Civitaten.

Frater Thomas Callien.

VII. Fuiſſe etiam alium præter hos, Epiſcopum Minoritam in Germania, ſuffraganeum Archiepiſcopi Moguntini, habeo ex quibuſdam monumentis Germanicis. Is fuit frater Albertus Bickling ex illuſtri & vetuſto ſtemmate Comitum Bicklingenſium, qui comitatus ab Erfodio quatuor ferme diſſidet milliaribus, & mortuo in ipſo die Pentecoſtes, anno MCCCCLXVII. Bartholomæo ultimo Comite de Bicklingen. in arce Geleſen. tranſivit ad Dominos de Werteren. Porro Albertus in Monaſterio Minorum Erforden. diligenter in litteris & virtute inſtructus eam adeptus eſt apud Archiep. Moguntinum opinionem, ut illum ſibi elegerit iis in partibus Vicarium & Suffraganeum. Conſecratus Epiſcopus Iypriſenſis, interfuit hoc ipſo anno conſecrationi templi beatæ Mariæ Erfordenſis quam celebravit Theodoricus Epiſcopus Nevemburgenſis. Aliud quidpiam ejus factum, & cujus Archiepiſcopi fuerit Suffraganeus, conſtant ex hoc ejus diplomate: *Frater Albertus de Bickling Dei gratia Epiſcopus Iypriſenſis Eccleſiæ, Vicarius in Pontificalibus reverendiſſimi D. Gerlaci Archiep. Moguntini, univerſis ad quos præſentes pervenerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Dedicationem capellæ omnium Sanctorum in Monte ſancti Petri Erford. in die ſancti Albani martyris annuatim & hactenus celebratam, in Dominicam proximam ante vincula ſancti Petri tranſponimus in antea perpetuis temporibus celebrandam, eamque tranſpoſitam auctorizamus in nomine Domini per præſentes. Datum anno* MCCCLVIII. *tertia feria ante diem ſancti Albani*. Reperiuntur aliquot ab eo geſta etiam ſub anno MCCCLXVII. Quo autem certo anno obierit non comperimus.

Fr. Albert. Iypriſen.

VIII. Sub hoc tempus multæ nobiles Heroinæ ſanctæ Claræ nomen dederunt, atque inter has non paucæ ex nobiliſſima & primaria familia Romana Columnenſium, in Monaſterio ſancti Silveſtri de Urbe, quod ab ipſis exordiis, quibus Clariſſis traditum eſt, & corpore beatæ Margaritæ Columnenſis decoratum, perpetuum fuit Seminarium nobilium Virginum hu-

Multæ nobiles Columnenſes Clariſſæ.

huius Illuſtriſſimæ gentis. Anno proxime elapſo dedit Clemens facultatem Jacobæ de Columna nobili Heroinæ, quondam Bertoldi de Urſinis nobiliſſimi Principis relictæ Viduæ, intercedente Nicolao tituli ſancti Vitalis Cardinale, cujus Jacoba erat neptis, ut ſemel quolibet menſe prædictum Monaſterium ingredi liceret, ſororem ſuam, aliaſque conſanguineas viſura. In Vienna Auſtriæ Clariſſam induit etiam ſub hoc tempus, vel paulo poſt, Catarina Auſtriaca, de qua ita ſcribit Cuſpinianus: *Albertus ſecundus, cognomine ſapiens, Alberti I. Romanorum Regis filius, Comes ab Habſpurg, Dux Auſtriæ, mira gravitate, & prudentia excellens, Chriſtianæ pietatis amator ſingularis, Claudus ab aliis cognominatus, ſive contractus. Præter maſculos filios, genuit duas, Catarinam ſcilicet, quæ contemptis mundi illecebris, cœlibatus ſtudioſa, Monialis effecta eſt, & apud ſanctam Claram Viennæ Abbatiſſa, ſecunda fundatrix effecta eſt.*

Ex 2. p. lib. 4. Ann. 10. ep. 758.

Cuſpinian. in Auſtria pag. 642.

Catar. Auſtriaca Clariſſa. Vide infra ann. 1363.

IX. Hujus temporis partus eſt Conventus urbis Ambianenſis, in Picardia munitiſſimæ, ad Parochiam ſancti Remigii extructus, ſub titulo ſanctorum Apoſtolorum Andreæ, & Joannis. Chorum ſive odæum conſtruxit generoſus vir Joannes Villanus; alii pulchra addiderunt ſacella, præſertim illud, quod beatæ Mariæ de gratia conſecratum eſt, in quo inſignis ejuſdem Virginis imago conſervatur, multis maximi valoris gemmis & margaritis ornata, & reliquiis decenter conditis locupletata. Maſorem clauſtri partem ædificavit Magiſter Adrianus de Hennencourt, Eccleſiæ Ambianenſis Decanus. Ad chori dexteram jacet frater Nicolaus Sutor, ex Minorita Eboracenſis Epiſcopus, ſacræ Theologiæ Doctor, hujus Cœnobii alumnus & benefactor, vita functus anno MCCXVII. Multi viri docti ex hoc loco prodierunt, atque inter hos Bernardinus Pollet, ſacræ Theologiæ profeſſor apud Pariſienſes, Franciæ provinciæ bis Miniſter, qui diem clauſit extremum, dum Sveſſionenſi præeſſet Cœnobio.

Gen. in Provin. Franc. Conv. 30.

Conv. Ambianen.

Fr. Nicol. Sutor Eboracen. Epiſcopus.

Fr. Bernardin. Pollet.

X. Monaſterii ſanctæ Claræ, oppidi Carrionis Comitum in Caſtella, & Palentina diœceſi antiquior eſt origo, a quibuſdam diſcipulis ſanctæ Claræ (uti vulgaris fert traditio) deducta. Extructum prius ajunt in loco quodam ſolitario, procul ab hominum frequentia ad ædiculam vetuſtam beatæ Mariæ de Paramo. Dilabente tempore, & creſcente Sororum numero, cum pauperie gravarentur, aliiſque afficerentur incommodis, ad interiora prædicti oppidi ſedem tranſtulerunt. Templum erat exiguum, & incultum, donec religioſiſſima Soror Ludovica ab Aſcenſione Abbatiſſæ fungens officio, Regis Philippi III. aliorumque Heroum ſibi ſumme addictorum ſubſidiis, aliud pulchrum a fundamentis erexit, & ſub ſanctæ Claræ nomine Deo conſecrari curavit, anno MDCXIX. Admirabilem in univerſa Hiſpania, in exteris regionibus, & ultimis Indorum finibus, hæc religioſa fœmina nacta opinionem, omnium ſibi corda conciliavit, & animos pio nexu devinxit, ita ut maximi Principes, & Reges tamquam ad cœleſte oraculum confluant, ejuſque inviſendæ gratia aſſidue ad hoc Monaſterium accedant. De illius virtutibus, & mirandis operibus quidam multa ſcribunt, alii plurima referunt, alii conſultius dum vixerit, celanda putant, & orandum *ut integer ſpiritus, & anima, & corpus ſine querela in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti ſervetur, & tota firma ſit in via Domini, & in veritate ſenſus ſui, & ſcientia, & proſequatur eam verbum pacis, & juſtitiæ*; eſt etenim *perſeverantia finis virtutum, earumque conſummatio, totius bonæ repoſitorium, & virtus, ſine qua nemo videbit Deum*. Floruerunt hoc in loco religioſiſſimæ Sorores Maria a ſancta Clara, Eliſabetha de Caſtanneda, Margarita de Prato, aliæque multæ, quarum ſuis temporibus memoria opportunius recurret.

Monaſt. Carrionis.

Ludovica ab Aſcenſione.

1. Theſſal. 5. 23. Eccli. 1. 12. Bern. ep. 56.

XI. To-

XI. Toloſæ extra muros urbis pulchrum erat Monaſterium Clariſſarum; ſed cum in illis partibus hoſtilis timeretur invaſio, magna ex parte dirutum eſt a civibus, ne hoſtibus cederet in ſortalitium, reliquerat Bernardus Epiſcopus Portuenſis pecunias & domos, ut novum conſtrueretur Monaſterium. Dum vero commodiorem naſtæ locum intra urbis mœnia ad parochiam Eccleſiæ beatæ Mariæ dealbatæ, inter carreriam Toloſanorum, & flumen Garonæ, illic ſibi ſedem conſtituere vellent, Pontifex hoc anno conſenſit: *Prudentum Virginum* XV. Kalendas Februarii. Albenacii etiam in Gallia, & diœceſi Vivarienſi aliud præxtltiſſe Clariſſarum Monaſterium mihi conſtat ex controverſia orta inter Lombardam de Clavalhelis in Abbatiſſam electam, & Montelimium Miniſtrum Provinciæ, qui electionem irritam eſſe contendebat, duravitque hæc controverſia uſque ad ann. MCCCLXII. quo iterum conqueritur apud Urbanum V. prædictus Miniſter, præfatam Lombardam in Pontificia curia, & alibi divagari ſub colore proſequendi ſui juris contra Moniales, & Miniſtrum adverſarium. Clariſſis Monaſterii veteris Budæ in Hungaria, ad preces Ludovici Regis, & Eliſabethæ Reginæ fundatorum, confirmavit omnia bona temporalia a Regibus, & ſpiritualia privilegiorum; ſive indulgentiarum a Pontificibus conceſſa. *Sancta veſtra Religio*, & *Religionis veſtræ* II. Kalendas Septembris.

Monaſt. Toloſanum.

Monaſt. Albenacii.

Ex lib. 3. an. 1. fol. 19. & lib. 1. an. 1. Urbani V. ep. 62.

Monaſt. Vet. Budæ.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Litt. Post.

Iudic. ex Vatic.

» I. Præter eos, quos recenſuit Annaliſta, ad Epiſcopales infulas aſſumptos ex noſtris a Petro de Alva, & Aſtorga indicantur alii duo, unus Frater N. creatus Epiſcopus Immolacenſis: *Dum ad univerſas &c.* III. Idus Januarii; alter vero Guillelmus ad Eccleſiam Conerenſem aſſumptus: *Apoſtolatus officium &c.* VIII. Idus Julii. Plura vero indulſit Pontifex Iſabellæ Moniali Clariſſæ in Monaſterio ſancti Joannis Baptiſtæ Moncelli in Belgio, & diœceſi Belluacenſi, inter quæ ſunt, ut poſſit cameram ſpecialem habere: *Ut eo Sedi &c.* ſicut etiam Altare portatile: *Sinceræ devotionis &c.* & ſibi eligere Confeſſorem: *Devotionis tuæ &c.* nec non mulierem ſecularem ſecum habere: *Ut eo Sedi &c.* non poſſit vero ad Abbatialem dignitatem compelli; nec ad obſervantiam conſtitutionum Ordinis, datis brevibus ſub III. Idus Februarii. Blancæ pariter Moniali nonnullas ſervas indulſit: *Eximiæ tuæ &c.* Kalendis Junii: Monialibus vero Toletanis conceſſa Indulgentia: *Quoniam ut ait &c.* IV. Kalendas Martii. Monialibus etiam Corporis Chriſti Neapolis quaſdam gratias fecit: *Devotionis veſtræ &c.* III. Nonas Auguſti. Sed Monaſteriorum ingreſſum permiſit Mathildi, & Eleonoræ: *Devotionis tuæ &c.* at primæ III. Nonas Januarii, ſecundæ vero nonis Maii. Duas executoriales expedivit etiam, unam ad Cuſtodem Provinciæ Burgenſis: *Benigno ſunt &c.* Nonis Aprilis; alteram ad Guardianum Majoricenſem: *Venerabili &c.* Idibus præfati menſis. Habetur etiam expeditum Breve: *Devotionis tuæ &c.* Nonis Aprilis, pro fundatione & ingreſſu Monaſterii Palatini, de quo Waddingus paulo poſt agit. Ceterum ad Patriarcham fratrem Fortanerium pro quibuſdam negotiis dato Brevi: *Exhibita nobis &c.* IV. Kalendas Novembris. Eodem tempore ad Ægidium Cardinalem contra Fratricellos ſcripſit: *Romanus Pontifex &c.* ac etiam contra eoſdem ad Epiſcopum Caphenſem: *Multa &c.* XII. Kalendas Januarii.

Wadd. ad ann. 1114.

Vatic.

» II. In Hiſpania Mariam de Ortagno virginem, Tertii Ordinis

Maria de Ortagno Virg. tertii Ordinis flore t.

„ ſancti Patris Franciſci alumnam virtutibus, præſertim humilitate, oratio-
„ ne, & contemplatione fulgentem, hoc anno bonis operibus cumula-
„ tam, labilis vitæ curſum glorioſe conſummaſſe, ſcripſit Andreas Bon-
„ fanti.

ARGUMENTUM.

Promovetur doctrina Romana in regno Raſſiæ. Animadvertitur per Inquiſitores Minoritas in ſectam Fratricellorum. Aſſumuntur ad Epiſcopatus Minoritæ. Celebrantur generalia Comitia. Multiplicantur Monaſteria.

Promovetur in Raſſia doctrina Romana.

I. STEPHANUS Raſſiæ Rex ſub hoc tempus plurimum laboravit pro reducendis ſibi ſubditis ad unionem Eccleſiæ Latinæ, & concordiam doctrinæ Catholicæ. Feliciter factum eſt, ut in Monaſteriis Abbates, & Superiores, in Eccleſiis Epiſcopi, & Rectores inſtituerentur, qui Romanum ritum profitebantur, & fovebant. Supervenerunt tamen ex finibus vicinis Græcorum, a Patriarcha Conſtantinopolitano ſubmiſſi, qui Romanæ fidei, & doctrinæ Antiſtites amoverunt, Monaſteriorum prælatos deſtituerunt, ad ſacramenta Baptiſmi, & Confirmationis rite a Latinis ſuſcepta reiteranda coegerunt, & alia multa in odium Romani nominis perpetrarunt. Adhibuit quod potuit remedium Rex, laboravitque, ut in priſtinum ſtatum res Eccleſiaſticæ reducerentur, & miſit Apocriſarios ad Pontificem, qui peterent ſibi mitti viros doctos & pios, ut opus bene inchoatum diligenter promoverent, deinde alia in augmentum nominis Chriſtiani ſubjunxit, quæ ex ipſis litteris conſtabunt. Pontifex gratulabundus Apocriſarios excepit, remiſitque ad Regem fratrem Bartholomæum Tragurienſem Epiſcopum Ordinis Minorum, alias apud eum Nuncii functum officio, ſociumque adhibuit fratrem Petrum Thomaſium Ordinis Carmelitarum, Epiſcopum Pactenſem, Petri Theutonici Minoritæ, uti alias diximus, ſucceſſorem, qui auctoritate Apoſtolica omnia in ordinem redigerent. Litteras addidit ad Regem, ad Helenam Reginam, & Oroſium filium, Regis etiam nomine insignitum, ad Joannichum Patriarcham, & alios illius Regni Optimates, partim dilabente altero anno, partim ineunte iſto exaratas. Omnes hìc exhibeo.

Fr. Barthol. Epiſcop. Tragurien. Fr. Petrus Epiſcop. Pactens: *Ann.* 1346. *Tom.* 7. *n.* 25.

Stephano Regi Raſſiæ Illuſtri, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

Ex lib. ſecr. fol. 222.

II. *PEr dilectos filios nobiles viros Boſſidarium Judicem generalem, & Neſtegium Cephaliam Geren. ac Damianum de Catara civem Catharen. Apocriſarios, & Procuratores magnitudinis tuæ ad Nos, & Sedem Apoſtolicam diebus non longe præteritis deſtinatos, & præſentatas nobis per Apocriſarios ipſos litteras regias, aurea tua bulla munitas, noſtro Apoſtolatui intimaſti, quod audito quod quidam Eccleſiarum, & Monaſteriorum Prælati regni tui, fideles ejuſdem Eccleſiæ, erant Eccleſiis, & Monaſteriis, in quibus canonice inſtituti fuerant, per quoſdam abominationis filios, contra juſtitiam deſtituti, & quod alii quidam eiſdem, ac aliis fidelibus S. R. E. Catholicæ & Apoſtolicæ in eodem Regno morantibus, injurias, & contumelias irrogarunt, & quoſdam ex fidelibus ipſis ad reiterandum Baptiſmatis, & Con-*

& Confirmationis, per eos rite ſuſcepta irreiterabilia Sacramenta, invitos coegerant, non ſine gravi offenſa Dei, & læſione fidei Chriſtianæ; tu veiat ſincerus ipſius fidei zelator, & cultor id moleſte ferens, uc gerens, prout debueras, admodum diſplicenter, & cupiens pro reverentia Redemptoris tui, qui ejuſdem auctor eſt fidei, & pro ſalutis tuæ merito tantis malis proviſionis tuæ ſtudio ſalubriter obviare, ſub indignationis tuæ pœna diſtricte præcepperas, Prælatos deſtitutos eoſdem ad Eccleſias, & Monaſteria ipſa, quibus fuerunt, ſicut præmittitur, deſtituti, reſtitui cum effectu, ſex Monaſteriis tunc expreſſis dumtaxat exceptis, quibus de propriis Abbatibus ad evitanda ſcandala, & pericula imminentia tunc reſtitutio non poterat fieri, & ad quæ poſtmodum temporis opportunitate captata, illos reſtitui procuraſti, quodque publice, ac patenter, & ſub formidabilibus pœnis edixeras, quod nulla Eccleſiaſtica, ſeculariſve perſona Latinos, vel alios fideles ejuſdem Eccleſiæ ſecundum verum & catholicum ritum ejus Babptizatos, & Confirmatos, rebaptizare, ſeu reconfirmare, aut eiſdem fidelibus injuriam ſeu violentiam irrogare, ſive ipſos perſequi, vel moleſtare præſumeret quoquo modo; & quod omnes Epiſcopi Abbates, & alii Eccleſiarum, & Monaſteriorum Prælati, Presbyteri, & Clerici ſeculares, & regulares fideles ipſius Eccleſiæ ubicumque, & quomodocumqae in Regno detenti prædicto, reſtituerentur debitæ libertati, & ad Eccleſias, Monaſteria, & Eccleſiaſtica beneficia ſua quælibet libere, ac ſine impedimento redirent, divina in eis celebrarentur officia, & prout alias ad eas pertineret, miniſtrarent eiſdem, ac aliis Chriſti fidelibus, juxta Eccleſiæ præfatæ conſuetudinem rectam, & obſervantiam ſalutarem, Eccleſiaſtica ſacramenta, & quod licitum eſſet omnibus in dicto Regno morantibus fidem, quam ipſa Eccleſia tenet, docet, & prædicat, tenere libere, ac prout eis competeret, illam docere voce libera, & publice prædicare; & quod ut ſinceriorem te probares verioribus argumentis ipſius Catholicæ fidei amatorem, eos, qui ſecundum hujuſmodi vitam & formam Eccleſiæ prædictæ Baptiſmatis, & Confirmationis ſuſceperant ſacramenta, & vel vi, metuve coacti, ſicut prædicitur, vel forſan errore devii, hujuſmodi Sacramenta, juxta uſum, imo abuſum veriut, & abominationem aliam damnabiliter iterarant, arbitrio eorum libertatique relinquens, ipſis ab hujuſmodi reatu beneficium abſolutionis impendi, eoſque reaggregari unitati ejuſdem Eccleſiæ devota mente petieras, ac pio ſtudio procuraras, ac tamdem Eccleſiam ipſam Dominam, & Magiſtram Chriſtianorum omnium, ac Romanum Pontificem univerſalem Chriſtianorum ipſorum Patrem, & verum ipſius Chriſti Vicarium, ac beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſorem firmiter aſſerens, ſimpliciter confitens, & humiliter recognoſcens, devota inſtantia ſupplicaſti, ut tibi Apoſtolicæ benedictionis munus, per Apoſtolicas litteras mittere, & nihilominus deſtinare ad regnum ipſum aliquos viros probos, timentes Deum, & in lege ipſius plenius eruditos, qui venerabilis fratris noſtri Bartholomæi Epiſcopi Tragurienſ. dudum in partibus illis Apoſtolicæ Sedis Nuncii feliciter, favente Deo, inchoatis operibus proſecutionis adjicerent ſtudium, per quod ad optatum perducerentur exitum, dignaremur, idemque Tragurien. Epiſcopus, cujus relatibus adhiberi fidem per eaſdem litteras petiiſti, nobis expoſuit, quod tu populo Chriſtiano partium Orientis, ſuper afflictionibus, & perſecutionibus duris, quibus eos Turcarum furor immanis indefinenter angariat, viſcera pietatis regiæ ad compaſſionem aperiens, & ad opprobria exprobrantium nomini Chriſtiano tollenda, & auferendam perfidam gentem tredentium de finibus, attendens animi tui zelum, & excitans potentiam regiæ dignitatis, deſiderabas ab eadem Eccleſia matre tua contra Turcas ipſos

Ca-

Capitaneus ordinari, ut ipſius Eccleſiæ ſpirituali adjutus auxilio, & directus conſilio, in virtute Altiſſimi, qui piis favet libenter operibus, gregem Domini, ipſum videlicet populum de iuporum eorumdem ſcilicet Turcarum faucibus potenter erueres, & ſubactam jugo miſerabilis ſervitutis Chriſtianam abſolveres libertatem. Quibus omnibus intellectis, exultavit cor noſtrum in Domino, lætatus eſt ſpiritus, & mens ipſa in jubilum gaudii potioris erupit, ac eadem Eccleſia mater tua et, qui ubi vult, ſpirat, & corda regum in manu ſuæ continet poteſtatis, quique hunc tibi formavit animum, & infudit affectum, ſuppliciter agens humiles gratias, & laudationum debita vota perſolvens, ipſum oravit, & orat aſſidue, ut te in hac zeli rectitudine, in hoc fervore ſpiritus, in hac puritate fidei, in hac devotionis ſinceritate conſervet, dieſque tuos, & longævos faciat, & poſt bella domini, ad quæ robur tuæ potentiæ animoſe & ſtrenue obtuliſti, feliciter conſummata, in ſua pace diſponat, ſicque tibi te, ac ſubditas tibi nationes regere, & gubernare concedat, quod poſt hujus labilis peregrinationis excurſum, una cum eis ad Sanctæ Sanctorum puris introire mentibus merearis. Porro, fili cariſſime, poſt dictorum Apocriſiariorum tuorum ad te reditum, affectionis, quam ad tanti boni felicem exitum nimiam gerimus, nos continua ſollicitavit inſtantia, & eo nobis ſtudium diligentiæ potioris indixit attentius, quo in rebus avide concupitis, ſicuti frequenter experientia didiciſſe te credimus, ipſa quoque celeritas ſæpe tarditas reputatur. Tamdem cogitantes & perquirentes cum omni ſollertia viros, quos tanti miniſterii promotioni utili utiliter deputare poſſemus, inter ceteros, quos indagationi noſtræ idoneos ad hujuſmodi miniſterium conſideratio multiplex obtulit, idem Epiſcopus Tragurienſ. occurrit. Etenim ipſe, cum ſit tibi familiariter notus, & ſicut eædem litteræ teſtabantur, pro meritis ſuis acceptus & carus, poterit efficacior promotor eſſe negotii, & pro eo quod tanto bono, bonum, Deo favente, dedit initium, ut illud ad finem, ipſo dirigente ac promovente, perducat, inſtantius laborabit, cum ex more opifex quilibet conſummationem ſui officiatur ad operis, & ad conſervationem ejus ſollicitus inducatur. Cui etiam venerabilem fratrem noſtrum Petrum Epiſcopum Paſſen. Magiſtrum in ſacra Pagina, virum utique religioſum, vita & moribus, converſatione laudabilem, & plenum timore Domini dedimus ſocium, ac ſimul ambos ad te, ipſumque Regnum tuum ſub fiducia ejus, qui concordiam in ſublimibus ſuis parat, qui que parietem utrumque connexuit, præſentialiter deſtinamus, ut ex ſparſo in eodem Regno per Epiſcopum Tragurien. eumdem ſemine verbi Dominici, vitalem ſegetem pullulantem doctrinæ ſalutaris aqua irrigent, ſuccidant renaſcentium ſpinas errorum, evellant ſchiſmatum ſuccreſcentium tribulos, & ſeminatorum eradicent zizaniam ſcandalorum, ſicque ex ejus ſegete diligentibus purgata cultoribus, dante illi domino incrementum, manipulorum multitudo, fidelium ſcilicet numerus copioſus meſſis in tempore colligatur, & fides ipſa, quam mediator Dei, & hominum Chriſtus ſupra firmam Petri Petram, id eſt ipſam Romanam, Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam, cujus ipſe Chriſtus caput, fundator, & rector eſt, ſic firmiter ſtabilivit, ſicque illam eidem Eccleſiæ inſeparabiliter copulavit, quod licet multos ab ipſius Eccleſiæ corpore, ſallente Diabolo, vel contagioſus hæreſis morbus abiecerit, vel ſciſſura damnati ſchismatis ſeparavit, ipſius tamen fidei immaculata ſinceritas apud eamdem Eccleſiam permanens, velut tritici granum in area, quod per paleæ purgatur abſceſſum, & lux fulgentis ſideris, quæ irradiat per excuſſionem offuſcantium nebularum ſplendidius, clarior eluceſcit, palmites ſuos ubique dilatans, figenſque radices emicet purior, & fructus, quibus eadem mater Eccleſia, quaſi

quaſi renaſcentis prolis numeroſitate fœcunda, uultori ſuo jucunditatis, & lætitiæ cantica replicet, in ubertate perducat. Quapropter ſerenitatem tuam monemus, requirimus, & hortamur in Domino, illam ettente rogantes, tibique in remiſſionem tuorum peccaminum ſuadentes, quatenus eoſdem Epiſcopos pro noſtra, & Apoſtolicæ Sedis reverentia, benigne recipias, & favorubiliter proſequaris, ipſorumque ſalutaribus monitis, & doctrinæ devotius acquieſcas, ac intuens, quod Dei noſtri perfecta ſunt opera, & quod juxta Evangelicam veritatem, non qui inceperit, ſed qui perſeveraverit, ſalvus erit, ipſius Redemptoris tui actiones pro viribus imiteris, ac in bono conſtanter opere perſeverans, ad ipſius feliciter inchoati negotii votivam conſummationem ſic velut diligens operator, ſolerter intendas, quod in eo, præſtante Domino, & tuo cooperante miniſterio ſtudioſo, noſtris & communibus fidelium Chriſti votis, & expectationibus ſatisfiat, ipſeque retributor omnium bonorum Deus, cujus eſt idem negotium proprium, & cui numquam ſine remuneratione ſervitur, ejuſdem Regni tui terminos ampliet, dilatet fines, thronum corroboret, & ſceptra confirmet, ac tamdem te, ſubjectoſque tibi populos cœleſtis Regni faciat coheredes. Noſque non ſolum in hujuſmodi Capitaneatus officio, ſed in quibuſcumque aliis honeſtis, & licitis vota tua, quantum cum Deo poterimus, Apoſtolicis favoribus proſequemur. Datum Avenione IX. Kalendas Januarii anno II.

In eumdem ferme modum paucis mutatis, Helenæ Reginæ Raſſiæ Illuſtri, & Orotio Regi Raſſiæ.

Joannichi Patriarchæ Serviæ, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

III. *MEdiator Dei, & hominum Chriſtus Jeſus in Petri petra, Romana videlicet, & Catholica, ut Apoſtolica Eccleſia omnium fidelium Chriſti Matre, quam ſolus ipſe fundavit, & rexit, ac regit, & quæ ſuper cunctas alias orbis Eccleſias obtinet, divina diſpoſitione, primatum fidei, cujus idem ipſe Chriſtus auctor eſt, ſic ſolide fundatam creavit, ſicque illam inſolubili vinculo, & inſeparabili unione copulavit eidem, quod licet multos ab ipſius Eccleſiæ corpore, fallente Diabolo, vel contagioſus hæreſis morbus abjecerit, vel ſciſſura damnati ſchiſmatis ſeparavit, ipſius tamen fidei immaculata ſinceritas apud eamdem Eccleſiam inſeparabiliter permanens, velut granum tritici, quod per abſceſſum palee purgatius remanet, & lux fulgentis ſyderis, quæ apparet clarior per excuſſionem offuſcantium nebularum ſemper purior cluceſcit. Hæc ſane cariſſimus in Chriſto filius noſter Stephanus Rex Raſſiæ Illuſtris prudenter conſiderans, & dolens multos ex nationibus ſibi ſubditis, ab eadem Eccleſia per ſciſſuram invcterati ſchiſmatis, procurante ſeminatore ſcandali, patre doli, fuiſſe diviſos, ac ſaluti multitudinis, quæ ignara itineris veritatis, per abrupta gradiens in præcipitium ruit, & quaſi navis in mediis fluctibus ſine remigio mergitur, deſiderans providere, apud nos per litteras, & Nuncios ſuos ſuppliciter inſtitit, ut ad partes ipſas viros aliquos timentes Deum, & in lege ejus plenius eruditos tranſmittere dignaremur, qui errorum inde tribulis extirpatis, & evulſis ſpinis quorumlibet ſcandalorum, in eis ſererent ſemen vitæ. Nos autem præfuti Regis hujuſmodi pium deſiderium, & laudabile propoſitum oppertunius in Domino favoribus proſequentes, & ſperantes in illo, qui verum eſt lumen de lumine, omnem hominem venientem in hunc mundum illuminans, quique lapis eſt angularis miſſus, ipſius Eccleſiæ fundamentum, parietem utrumque connectens, quod ipſe de cordibus errantium quorumcumque ignorantiæ tenebras, virtutis ſuæ*

Bib. fol. 225.

Anno Christi	Innocentii VI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Mino-
1354.	anno 2.	anno 7.	rum anno 147.

ſuæ potentia, effugabit, & illuminabit claritatis ſuæ luce oculos mentium eorumdem, ut greſſus eorum ab invio retrahant, & dirigant in ſalutem, ac ad eamdem Eccleſiam univerſalem, omnium fidelium Chriſti matrem converſi incipiant Chriſto vivere, qui viventes mundo, ipſi Chriſto mortui comprobantur, venerabiles fratres noſtros Bartholomæum Tragurien. & Petrum Paclen. Epiſcopos, Apoſtolicæ Sedis Nuncios, viros utique probitatis expertæ, profundæ ſcientiæ, probatæ virtutis, ac zelum divinæ legis habentes, ad Serviæ, Raſſiæ, & Albaniæ Regna, & terras præfati Regis ſubjectas dominio providimus deſtinandos. Ideoque diſcretionem tuam monemus, requirimus, & hortamur in Domino, illam attentius deprecantes, tibique in remiſſionem tuorum peccaminum injungentes, quatenus prudenter conſiderans quod, ſicut fides, quæ nomiſi una eſt, & in nullo poteſt eſſe ſui diſſimilis, apud eamdem Eccleſiam inſeparabiliter (ſicut præmittitur) permanet, ſic qui extra ipſius Eccleſiæ communionem fuerit, eſt proculdubio extra fidem, & qui extra fidem manſerit, divinæ gratiæ particeps eſſe non poterit, nec adoptionem recipiet filiorum, ac intuens, quod ſpecialiter tibi, qui in grege Domini, ipſa videlicet multitudine, paſtoris geris officium, quamquam illicite, cum non per oſtium, ideſt per ipſam Eccleſiam, in ovile ovium, ſed aliunde intraveris, incumbit ex debito, ut prius viam veritatis intelligas, & cuſtodias intellectam, & ſic per illam ineedens puris ac rectis greſſibus, eidem gregi, vita, moribus, & doctrina ducatum præbeas ad ſalutem, ſicque illum ad æternæ vitæ paſcua introducas, dictos Epiſcopos tamquam Dei Miniſtros, pro divinæ Majeſtatis, ac noſtra & Apoſtolicæ Sedis reverentia benigne recipias, honorifice tractes, ac favorabiliter proſequaris, & eorum ſalutaribus monitis, & doctrinæ devotius aequieſcas, ipſiſque in proſecutione tam ſalutaris, & Deo accepti negotii aſſiſtas conſiliis, & auxiliis opportunis. Itaque negotium ipſum, præſtante Deo, cujus eſt proprie proprium, & tuo cooperante miniſterio ſtudioſo, votivum perducatur ad exitum, & eamdem Eccleſiam renaſcentis prolis multitudo lætificet, tuque a retributore bonorum omnium, cui numquam ſine remuneratione ſervitur, mercedis præmium, æternæ vitæ gloriam percipere merearis. Datum Avenione IX. *Idus Januarii anno* 11.

In eumdem modum quibuſdam mutatis, nobili viro Decano Sava Scotratore Serviæ; nobili viro Gayco magno Logothetæ; nobili viro Oliverio Deſpoto Serviæ; magnifico viro Prælubo Cæſari Serviæ; nobili Viro Guilhe de Catara, Comiti Camerario Serviæ; nobili Viro Palmanio Theutonico, Capitaneo gentis Armigeræ, & univerſis Principibus, Comitibus, & Baronibus Serviæ &c.

Venerabilibus Fratribus Bartholomæo Tragurien. & Petro Paclen. Epiſcopis, Apoſtolicæ Sedis Nuncciis.

Ibid. fol. 227. IV. *Inter cetera, quæ Apoſtolatus officio, cui quamquam immeriti, diſponente Domino, præſidemus, imminent peragenda, illud potiſſime humeris noſtris incumbit, ut ſchiſmaticorum & hæreticorum venena peſtifera, quibus Catholicæ fidei puritatem conantur inficere, per nos & alios, prout locorum & temporum qualitas exigit, partes Apoſtolicæ ſollicitudinis apponamus. Nuper ſiquidem rumor infeſtus ad noſtrum, non ſine gravi mentis turbatione, perduxit auditum, quod nonnulli iniquitatis filii, ſolo nomine ſe Chriſtianos profitentes, fidei tamen Chriſtianæ prorſus adverſi in Regna Raſſiæ & Albaniæ, & Sclavoniæ, ac aliis circumadjacentibus partibus ineonſutilem*

tilem tunicam Domini noſtri dividere & lacerare conantes, ac pernicioſa ſchiſmata ſuſcitantes, novas inducunt ſectas, varioſque ſeminare moliuntur errores, ex quibus ut aliquos recitemus, falſo, & pertinaciter aſſerunt, Spiritum ſanctum non a Filio, ſed a ſolo Patre procedere; non attendentes, quod ſicut ſacroſancta Romana Catholica & Apoſtolica Eccleſia mater fidelium omnium, & magiſtra tenet & docet, ac Orthodoxorum Patrum, atque Doctorum Latinorum pariter & Græcorum habet incommutabilis & vera ſententia, ſacrique Concilii declarat auctoritas, idem Spiritus ſanctus æternaliter ex Patre & Filio tamquam ex uno principio, unica inſpiratione procedit. Item mendaciter aſſerunt contra ea, quæ præfata Romana tenet, & docet Eccleſia, corpus Chriſti non in azymo, ſed in fermentato pane confici debere, & quod in azymo confectum eſt, eſſe denegant corpus Chriſti, illudque in ſuæ damnationis cumulum blaſphemiis inclamare, deturpare manibus, & quod ſceleratius eſt, conculcare pedibus non verentur. Dicunt etiam, formam Baptiſmatis & Confirmationis juxta ritum, quem prædicta ſervat Eccleſia, falſam eſſe, ac juxta formam hujuſmodi baptizatos & confirmatos Baptiſmati & Confirmationi ſic ſuſceptis damnabiliter renunciare, & rebaptizari & reconfirmari compellunt. Præterea damnabili deteſtatione dicuntur aſſerere, eamdem Eccleſiam, cui univerſi Chriſtianæ fidei profeſſores ſubeſſe noſcuntur, ejuſque tenentur inſtitata ſervare, in pleriſque aliis, quæ præſentibus exprimere non curamus, a veræ fidei tramite deviare. Intelleximus etiam, quod nonnulli Archiepiſcopi, & Epiſcopi partium earamdem ſacros Ordines indecenter & contra ſacrorum Canonum inſtituta conferunt, & ſuper matrimoniis contrahendis in gradibus prohibitis diſpenſare, contra inſtituta prædicta, propria temeritate præſumunt. Quodque religioſi quamplares mendicantium Ordinum commiſſum ſibi fore ab Apoſtolica Sede in eiſdem partibus legationis officium, minus veraciter aſſerunt, eoque prætextu nonnulla temere attentare præſumunt, in ſuarum & aliarum animarum periculum, & ſcandalum plurimorum. Cupientes igitur hujuſmodi ejuſdem orthodoxæ fidei, & animarum periculis, prout ex debito præmiſſi tenemur officii, opportunis & efficacibus ſtudiis obviare, ac de veſtræ circumſpectionis induſtria gerentes in iis, & aliis fiduciam in domino ſpecialem, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus vos vel alter veſtrum ad loca dictarum partium, de quibus vobis magis expedire videbitur, vos perſonaliter conferentes, & contra errantes, præſumptores, & attentatores hujuſmodi pro Eccleſia ſancta Dei vos defenſionis murum viriliter opponentes, præmiſſa ſchiſmata diſſipare, ſectas diſſolvere, errores evellere, exceſſus corrigere, deformata reformare, & errantes ipſos ad veram ipſius Catholicæ fidei unitatem, & Eccleſiæ prædictæ ritus & mores reducere, quantum vobis inſpirabit Altiſſimus, auctoritate noſtra, fideliter ſtudeatis, invocato ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachii ſecularis. Contradictores quoslibet & rebelles, cujuſcumque præeminentiæ, ſtatus, ordinis, vel conditionis exiſtant, auctoritate noſtra, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Quæcumque vero in præmiſſis duxeritis facienda, & quæ vobis alias circa hæc videantur agenda, nobis fideliter & ſolerter intimare curetis, ut ſuper ipſis providere ſalubriter, auctore Domino, valeamus. Datum Avenione VI. *Kalendas Januarii anno* 11.

Univerſis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, per Raſſiæ, Serviæ, & Albaniæ regna conſtitutis, gratiam in præſentι, quæ perducat ad gloriam in futuro.

Ex lib. 3. epiſt. 11.

V. *Mediator Dei & hominum Chriſtus Jeſus in Petri petra, Romana videlicet & Catholica ac Apoſtolica Eccleſia &c. ut ſupra num. 3. uſque ad* ideoque *univerſitatem veſtram monemus, requirimus, & hortamur in Domino, vobiſque in remiſſionem veſtrorum peccaminum injungentes, quatenus prudenter conſiderantes, quod ad vos & alios Prælatos, ac viros Eccleſiaſticos, qui in grege Domini, populo ſcilicet Chriſtiano, paſtoris vice fungimini, ex debito ſpecialiter incumbit officii eidem gregi linguæ miniſterio ducatum ſalutis oſtendere, ſibique paſcua æternæ vitæ, directionis virga monſtrare, eoſdem Nuncios pro reverentia divinæ majeſtatis & noſtræ, veſtræque ſalutis obtentu benigne recipiatis, & favorabiliter tractetis, ac ipſorum ſalutaribus monitis, & doctrinæ devotius acquieſcatis, ſibique in proſecutione tam ſalutaris negotii, conſiliis & opportunis auxiliis aſſiſtatis, ita quod hujuſmodi negotium, veſtro cooperante miniſterio ſtudioſo, votivum perducatur ad effectum, voſque in præſenti famæ gloriam, & in futuro æternæ beatitudinis præmia conſequi valeatis. Datum Avenione* IX. *Kalend. Januarii anno* II.

Temeritas Fraticellorum.

VI. Creſcebat continue in Italia inter Principum commotiones, & populorum diſſidia, temeritas & numerus Fratricellorum; diſciplinæ namque Eccleſiaſticæ rigor, & Epiſcoporum zelus languebat, abſente in Gallia ſumnto Pontifice, ac digladiantibus inter ſe hoc tempore omnibus Italiæ Provinciis. Multiplicavit in Provinciis Minoritarum curæ deputatis, Farinerius GeneralisMiniſter contra nebulones hos ex ſui Inſtituti viris Inquiſitores, nec tamen ſufficiebant ad comprimendam perverſorum hominum inſolentiam. Reprimitur ab Inquiſitoribus. Sui itaque muneris duxit Pontifex ſupplere per Miniſtros, quod ipſe non poterat, & exterminare malam hanc ſobolem, toties a ſuis prædeceſſoribus proſcriptam. Dedit litteras ad Archiepiſcopum Capuanum paulo antea ex Minoribus aſſumptum, ad Piſanum, ad Neapolitanum, ad Ægidium Cardinalem Albornozium Sedis Apoſtolicæ in Italia Legatum, ad Epiſcopum Caphenſem in Cherſoneſo ad mare Euxinum; nam & illuc peſtis iſta penetravit. Exemplar Epiſtolæ ad omnes ſcriptæ hoc unum eſt, paucis mutatis.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Capuano.

Ex lib. 4. epiſt. 3.

VII. *Multa, nec immerito, mentem noſtram amaritudo perfundit, cum audimus eſſe in populo Domini perditionis filios, & iniquitatis alumnos, qui a Chriſtianæ religionis obſervantia deviantes, & volentes potius errore perire, quam in veritate proficere, in tenebris ambulant, & obcæcati lumine rationis, alios ſecum in ruinam trahere moliuntur. Sane rumor infeſtus noſtrum noviter turbavit auditum, quod in tuis civitate, & diœceſi, atque Provincia nonnulli ſuperſtitioſi viri, Fratricelli vulgariter nuncupati, & etiam alii per planam viam veritatis, & juſtitiæ neſcientes dirigere greſſus ſuos, nec inſtituta Canonica obſervare curantes, ſed lupinam rapacitatem ferentes interius, ut alios per indirecta, & invia in damnationis præcipitium ſecum trahant, veniunt in ovium veſtimentis, temeritate propria officium ſibi prædicationis uſurpant, & contra ipſius Catholicæ fidei de-*

veritatem novas inducunt ſectas, majoreſque errores damnabiliter ſeminant, edocent, & obſervant, per quod multos ſimplices ſimulatæ humilitatis habitu, fictiſque ſermonibus decipiunt & ſeducunt, aliaque plura animarum pericula parientia, ſub quodam velamine ſanctitatis, faciunt & committunt in divinæ majeſtatis offenſam, præfatæ fidei, & Apoſtolicæ Sedis contemptum, & ſcandalum plurimorum. Hi ſunt ſiquidem pſeudofratres, a quibus veritas ipſa præcipit attendendum. Hi ſunt quos Doctor gentium tantopere vitandos admonuit, dicens: Nemo vos ſeducat inanibus verbis. *Hi ſunt qui juxta Pſalmiſtæ vaticinium* neſcierunt, neque intellexerunt, & ambulantes in tenebris erraverunt. *Nos itaque, prout ex debito teneamur paſtoralis officii, huic morbo peſtifero, ne ſectatores Chriſtianæ religionis inficiat, ſalubribus occurrì remediis cupientes, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad hujuſmodi peſtilentem nequitiam, quæ ſerpit ut coluber, de dictis civitate, diœceſi, ac Provincia penitus extirpandam, in caritate Dei diligenter exurgens, contra ipſos viros nefarios noſtra etiam auctoritate ſuffultus, ſecundum indulgentias & privilegia officio inquiſitionis hæreticæ pravitatis conceſſa, ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura judicii inquiras efficaciter & procedas, eoſque corrigas & punias, juxta Canonicas Sanctiones, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtante ſi aliquibus communiter vel diviſim ab Apoſtolica Sede ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem. Per hoc autem Suffraganeis tuis, ac Inquiſitoribus ipſis hæreticæ pravitatis, in ipſis civitate & diœceſi ac Provincia, auctoritate Apoſtolica deputatis, quominus ipſi inquiſitionis officium, ſuper labe prædicta contra præfatos, & alios, prout eædem volunt canonicæ ſanctiones, valeant exercere, nullum volumus præjudicium generari. Datum Avenione* IV. *Kalendas Novembris anno* II.

Matth.24. 5. Epheſ. 5. 6. Pſal. 81. 3.

VIII. Præter fratrem Petrum de Fano, quem diximus anno proxime elapſo inſtitutum Vicarium Smyrnarum, conceſſa eſt facultas fratri Pontio Sautolli, ejuſdem Inſtituti viro, ut in prædicta Civitate commorari, duoſque ſocios Religioſos, totidemque famulos in urbis cuſtodiam habere poſſet, ob præſtitum plurimum obſequium rei Catholicæ, in ejuſdem urbis tutela: *Ingens devotionis zelus*, quarto Kalendas Octobris. Aſſumpti ſunt hoc anno ad regendas Eccleſias aliquot Minoritæ; ad Archiepiſcopalem Calaritanam in Sardinia, per obitum Joannis, frater Joannes de Aragonia alias præclaris functus muneribus, uti narravimus: *Militanti Eccleſiæ*, ſecundo Idus Februarii. Ad Biſinianenſem in regno Neapolitano, & citeriori Calabria, Pontifici Romano immediate ſubjectam, per obitum Chriſtophori, frater Joannes: *Militanti Eccleſiæ*, quarto Idus Maii. Ad Guardien. in eodem Regno, ſub Archiepiſcopo Beneventano, per obitum Benedicti, frater Petrus: *Paſtoralis officii debitum*. Eodem die, frater Demetrius de Scutaro promotus ad Eccleſiam in ultramarinis partibus exiſtentem, Clero & populo Chriſtiano carentem, quod ille ignorabat, & conſecratus remanſit in ſua Provincia Sclavoniæ inter Fratres, cui raro exemplo Pontifex indulſit, ut ſuæ religionis munera poſſet obire: *Religionis zelus*, quarto Kalendas Octobris.

Fr. Joan. Archi. Calaritan. *Tom. 7. an. 1328. num. 11. & anno 1340. n. 10.*
Fr. Joan. Epiſc. Biſinian.
Fr. Petrus Guardien.
Fr. Demetrius.

IX. Celebratum eſt hoc anno Capitulum Generale quinquageſimum ſecundum in Civitate Aſſiſii, in quo decretum eſt, ut obſervarentur conſti-

Capitulum Generale LII. Aſſiſii.

tutiones ſancti Bonaventuræ in duodecim capita diſtinctæ, additis quibuſdam, aliis remotis in multis Comitiis, uti nos alias monuimus. Diligenter eas publicari curavit Generalis Miniſter, Guillelmus Farinerius, earumque invigilavit obſervantiæ, quamvis nihil ſuum illis immiſcuerit, qua de cauſa conſtitutiones Farineriæ ſunt appellatæ. Statutum inſuper, ut a quibuſdam peccatis (quorum numerus, & reſervatio ab hoc tempore fuit ſemper ſolemnis in Ordine) nullus præter Miniſtros Provinciales, vel qui ab eis poteſtatem acciperet, poſſet abſolvere. In his connumeratur contumax inobedientia, quam tunc incurrere religioſum dixerunt, quando, monitione trina præmiſſa, adhibitis congruis intervallis per diem naturalem, obedire detrectat. Præmiſit autem ad Patres in Comitiis congregatos Pontifex iſtud diploma.

Tom. 4. an. 1260. n. 11.

Conſtitutiones Farineriæ.

Dilectis filiis Generali, & aliis Miniſtris, ac Fratribus Ordinis Minorum Aſſiſii, in generali Capitulo eorum ibidem celebrando proxime convenientibus.

Ex lib. ſecr. fol. 76.

X. *Amabiles fructus, quos ſacer Ordo veſter, velut pomerium quoddam divina manu conſitum in agro militantis Eccleſiæ, in ubertate produxit baccenus & producit, in conſiderationem debitam adducentes, & ſuavitatis odorem ex operationibus veſtris bonis, ac laudandis actionibus aſcendentem, quo Eccleſia ipſa repletur, & recreatur aſſidue, odorati, de ipſius Ordinis ſtatu proſpere conſervando ſollicitamur aſſidue, & ut ſublatis impedimentis quibuslibet, ſemper felicibus ſucceſſibus augeatur, ingenti deſiderio affectamus. Proinde univerſitatem veſtram monemus, requirimus, & hortamur, illam attente rogantes, ac vobis in remiſſionem peccaminum injungentes, quatenus in hoc congregationis veſtræ ſanctæ capitulo, habentes Deum præ oculis, & humilis ac igniti ardore caritatis Patris, & Patroni veſtri beati Franciſci doctrinam & veſtigia ſalutaria imitantes, iis vacetis ſollicite, ad ea ſtudioſe operam impendatis, per quæ vobis maneat caritatis ſpiritus, dilectionis affectio vigeat, ſtet unitatis vinculum, robur pacis abundet, & bonum concordiæ perſeveret, ſicque pia ſtudia veſtra in præſenti conquiſitæ famæ teſtimonio clara cuſtodiant, & in futuro ab eo (cujus obtentu mundo renunciantes immundo, ac ſecularia deſideria abnegantes, ſub jugo regularis obſervantiæ, quæ licet arcta, ſuavis & dulcis eſt, ſobrie, pie, ac juſte vivitis) æternæ gloriæ præmia mercantur. Sane quia in pelago mundi hujus reptilium numerus, peccatis exigentibus, ſic excrevit, ſic a regione deſerti venientibus ventis, eodem concuſſo pelago, undæ ſuperbiunt, laſciviunt fluctus, & procellæ turbinum intumeſcunt, quod nullum pene orbis angulum ſeditionum calamitas, guerrarum fremitus, & bellorum ærumna reliquerunt expertem, nos, qui meritis imparcs, & juribus inæquales, Petri navem gubernandam in eo, ex diſpenſatione divina dignanter, potius quam digne ſuſcepimus, horum conſiderationc ſtupentes, in vobis, qui ad pedes Domini ſtatis aſſiduc cum Maria, & qui amici ejus per vitæ meritum facti eſtis, ſpei anchoram jacimus, & fiduciæ ſpiritum elevamus, precibus noſtris hujuſmodi adjungentes, ut cum, qui Draconem illum reptilium caput, & principem captivavit, quique mari & ventis imperat, & ceſſare facit ſpiritum tempeſtatis, veſtris, quas velut juſtorum multum apud ipſum profuturas credimus, precibus & orationibus excitetis, ut ipſe miſericordiæ ſuæ memor, venena fuget nequitiæ, mitiget ventos, complanet undas, fluctus comprimat, & turbinum placet, ineffabilis potentiæ ſuæ virtute, procellas,*

las, ſicque det propitius pacem, & paret benignius concordiam, quod populus Chriſtianus factus unanimis, optatæ quietis opulentia gaudeat, & tranquillitatis plenitudine perfruatur. Noſque ſic ipſi Eccleſiæ ſuæ utiliter præeſſe concedat, quod creditorum nobis copioſum numerum talentorum reddentes, cum adjectione fœnoris pinguioris, ab eorum creditore inter fideles ſervos ad gaudia ſua recipi mereamur. Ceterum affectum caritatis, quem ad vos gerimus, cupientes aliquali ſpiritualium exhibitione munerum exhibere, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in capitulo ipſo præſentes fueritis, & iis etiam ex confratribus veſtris, qui venientes ad illud impedimento præpediti legitimo, in eo intereſſe nequiverint, de ipſius Omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, ſeptem annos & ſeptem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis relaxamus. Datum Avenione XV. *Kalendas Maii, anno* 11.

XI. Ante hunc annum extructum ad Petricagii in Corſica oppidum, domicilium Fratrum Minorum, conſtat aperte ex ſepulto ibidem hoc ipſo anno quodam Minorita Anonymo, ab hæreticis peſtiferæ ſectæ quæ dicebatur Juvenalis, occiſo. Prius ſubſtitit in loco humili, & inſaluberrimo, mox ad alium eminentiorem, & meliorem oppido viciniorem, cui nomen Alexianum, translatum eſt. Magno miraculo quadam nocte auditæ ſunt in aere voces duæ, altera his verbis: *Claude, dele, & diſſipa*; altera ita reſpondens: *non poſſum, duobus Fratribus diſcalceatis mihi validiſſime reſiſtentibus*; (vacabant forte tunc temporis duo Fratres Laici orationi, miſeræ oppidanorum diſcordiæ, qua furebant condolentes, & pacem deprecantes) qua de cauſa crevit erga Fratres populi devotio, ut nihil non libenter eiſdem impertiant. Illic jacet frater Stephanus a Reynoſo Laicus, virtute & miraculis illuſtris.

Gonz. in prov. Corſica Con. 10. Conv. Petricagii.

Fr. Stephanus a Reynoſo.

XII. Petiit & impetravit hoc anno Maria de Padilla, quondam Joannis Garſiæ militis Palentini filia (quæ tot excitavit in Hiſpania turbas, dum ejus amore Petrus Caſtellæ & Legionis Rex obcœcatus, Blancam Galliæ Regis filiam ſibi deſponſatam prius odio habuit, quam vidit) licentiam ædificandi Monaſterium Clariſſarum infra limites diœceſis Palentinæ, vel alibi infra regnum Caſtellæ ſeu Legionis; atque evocandi ex aliis Monaſteriis primas Magiſtras: *Pia vota fidelium*, Nonis Aprilis: *Devotionis tuæ ſinceritas*, eodem die. Anno inſequenti inchoatum opus ad oppidum Aſtudilii, leucis quinque a Palentiæ urbe diſſitum, Amaſiæ Rege ſumptus præbente, & evocatis e Monaſterio Caſtri-Cæſaris primis fundatricibus, data ad hoc commiſſione cuſtodi Burgenſi: *Honeſtis ſupplicum votis*, eodem die. Addidit etiam Pontifex alias litteras ad ipſum Regem, ut pellice repudiata, & in illo Monaſterio incluſa, quo reliquam vitam in pœnitentiæ, & virtutis operibus trauſigeret; tum Blancam uxorem bene haberet, tum Joannem Alphonſi Albuquerquium, & ceteros nobiles regni ſui, quos dire infectabatur, benigne proſequeretur. Floruit ſemper hoc Monaſterium arctiori, quam ſolet inter Urbaniſtas Sorores, obſervantia, & plurima Sororum pietate; atque ex eo miſſæ primæ fundatrices ad Monaſterium Calabazani. Porro eum prædictum Caſtri Cæſareani Cœnobium a primo rigore, & diſciplina deflexiſſet, hinc miſſæ reformatrices, quæ vices acceptæ primæ doctrinæ, & virtutis cum fœnore redderent. Inter miſſas emicuit Catarina de Mendoza, quæ in Abbatiſſam præfecta, Sorores omnes ad religioſum vitæ Inſtitutum & arctiorem regulæ obſervantiam, anno MDLXXX. revocavit, & tandem ad Aſtudilianum ſuum Monaſterium reverſa, ſancto fine quievit. Reli-

Monaſt. Aſtudilii.

Monum. MSS. Provinc. Cocepc.

Soror Catharina Mendozia.

ligiosa & pia est hic memoria Sororum Elisabethæ Salazariæ, & Annæ Abulensis, quarum suo tempore virtutes enarrabuntur.

Monast. Nolæ.

XIII. Præextitisse multis ante hunc annis Monasterium Clarissarum in urbe Nolana, Campaniæ felicis mediterranea, sub titulo sanctæ Mariæ Jacobi, constat ex facultate hoc anno concessa nobili viro Nicolao de filiis Ursi Nolano, & Palentino Comiti, ruinosum & quodammodo collapsum reædificandi: *Devotionis tuæ sinceritat*, XI. Kalendas Septembris. Cœpit condere hoc tempore Sophia Philippi de Archangelis mulier Florentina Hospitale seu Xenodochium, de quo alias præfati sumus, Hierosolymis in Monte Sion, prope Monasterium Fratrum Minorum, cujus regimen, ipsa decedente, voluit esse penes Guardianum. Varia obtinuit pro pio hoc opere promovendo privilegia, quæ in regestum hujus voluminis congeremus, necnon alia complura diplomata edita in favorem Monasteriorum Clarissarum Moguerii in Provincia Bethica, & Metymnæ Pomerii in Burgensi, & Neapolitani Corporis Christi, de quibus suis locis differuimus, & quæ de antiquitate Metymnensis Cœnobii diximus, his Pontificiis litteris confirmantur.

Hospitale Hierosolymitanum. *Tom. 7. an. 1342. n. 39.*

Tom. 6. an. 1318. n. 47.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

» I. ARuerni, Gallis *Clermont*, Civitas est Episcopalis sub Archiepiscopo Bituricensi, veteribus Augustonemetum Arvernorum » nuncupata, ad Cemenorum montium radices in colle præcelso, ad præterfluentem fluviolum Tiretenum in Elaverim illabentem, Arverniæ Ducatus Metropolis & caput, elegans & nobilis, cujus ager collibus amænis » & fructiferis ornatur, a Biturgibus Metropolitana urbe in austrum ad » XLII. M. P. gall. quasi tridui itinere recedens, a Lugduno in Occidentem » bidui itinere distat. Hanc urbem ab anno MCCLXXIII. Conventum pro » Minoritis a Guidone de Turre, Bolonienſium Duce constructum admisisse enarrat Waddingus: at nihilominus hoc anno, XVI. Kalendas Septembris pro ædificatione Conventus ibidem breve expeditum fuit: *Pia vota fidelium &c.* forte ob aliquam rationabilem causam de uno in alium » locum transferendus erat. Concessa Monasterio Tolosano indulgentia: » *Ecclesiarum Monasteriorum &c.* Idibus Octobris, fratri Bartholomæo » transitum ad Benedictinos Pontifex indulsit: *Religionis favor &c.* V. Idus » Decembris.

Wadding. ad ann. 1327.

» II. A Calagurio, *Calahorra* Hispanis, urbe Tarraconensi ad citeriorem Iberi fluminis ripam, frater Jacobus eximiæ sanctitatis vir, qui ob » miracula patrata in maxima reverentia & veneratione in Provincia Mediolanensi habetur, hoc anno debitum naturæ solvit, ut scripsit Julius » Magnanus. Memorabimus (decet enim Reginarum nostri Ordinis patronarum pietatem memorare) Constantiam Emanuelem, Joannis Emanuelis, Regis Ferdinandi cognomento Sancti filiam, quæ Petro cognomento » Justo, filio Alphonsi IV. Portugalliæ Regis, & suo nepoti nupserat anno MCCCXXXIII. nuper defunctam, sepulturam nactam fuisse in Conventu sancti Patris Francisci de Santaren, & Petrum Regem ad secunda vota transiisse.

Frater Jacobus a Calagur. miracul. el. *Ber. Tust. in hist. Hispan. l. 3. fol. 222.*

Anno Christi	Innocentii VI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 148.
1355.	anno 3.	anno 8.	

ARGUMENTUM.

Congregatio Gentilis Spoletani penitus diſſipatur & deletur. Florent multi pietate celebres. Creantur Epiſcopi, & alii viri inſignes recenſentur.

I. Ægre ferebant hoc tempore Ordinis Prælati intentatam ab Gentili Spoletano religionis ſciſſuram, & peculiarem, quam meditabatur congregationem in quatuor illis humilibus domiciliis, quæ auſterioris vitæ & ſtrictioris Obſervantiæ Profeſſoribus ſub illius diſciplina victuris, peculiari diplomate conceſſiſſe diximus Clementem. Timebant, his acceſſuros alios, & multiplicato numero, negotium faceſſuros univerſo Sodalitio, atque ex hac parva ſcintilla magnum oriturum diſcordiæ incendium, illo majus, quod alias ſub Clemente V. & Joanne XXII. fuerat extinctum. Auxit indignationem, quod hi habitus viles in qualitate & forma ab aliorum veſte diſformes, per omnia ſimiles ei, quam præferebant reformationis Narbonenſis auctores, aſſumpſerint; quod nihil ſibi commune cum reliquis voluerint; quod omnem ferme Miniſtri Generalis auctoritatem excuſſerint. Collato itaque conſilio in Comitiis generalibus anni præcedentis, volebant aliqui ut nomine totius religionis periculum futuri in Ordine ſchiſmatis exponeretur in pleno conſiſtorio Cardinalium, iiſdemque modis ageretur contra hos, quibus alias actum eſt contra Narbonenſes. Reſtitit tamen Farinerius Miniſter Generalis, prudenter conſiderans querelas has & publicas coram Principibus diſceptationes parere externorum admirationem, & diuturniorem atque acriorem domeſticorum commotionem. Obtinuit itaque ſua inter omnes auctoritate, atque officii eminentia, ut tranquillius in hac re ageretur, & ſibi committeretur univerſa cura colligatos diſſipandi, & exorientem congregationem ſupplantandi.

Patribus diſplicet congregatio Gentilis Spoletani.

Diſſipatur.

Ann. 1350. n. 15.

II. Ut celerius faceret, & majori urgeret conatu, imprudenti & irreverenti facto cauſam miniſtravit Gentilis; dum enim Farinerius quiddam præciperet uni ex illius Conſodalibus, atque hinc ſuæ circa exemptos auctoritati detrahi, Generalis vero poteſtati addi timeret Gentilis, arrepto Fratre & amoto a Farinerii præſentia dixit; nihil illi ſupereſſe in hos juriſdictionis, præſertim quoad incolatum humilium Monaſteriorum, de quo tunc agebatur. Indignati, qui aderant, ad hujuſmodi ſupremæ poteſtatis contemptum ſtimulos addebant, ut hominis tumor ſupprimeretur, & ficta, ut dicebant, revelaretur religio. Irato denique multa ſuggeſſerunt ab his patrari in manifeſtam Inſtituti ruinam, eos qui ſuperiorum declinabant diſciplinam, ad hos tranſire, ſpiritum libertatis inter eos dominari, & promiſcue bonos ac malos, ſanæ & corruptæ doctrinæ homines ab eiſdem admitti. Cavendum proinde, & occurrendum ſuadebant in debili principio, ne multiplicato numero, malum invaleſceret. Mature in his agere, & abſque publico ſcandalo Ordinis obviare ſciſſuræ volens Farinerius, exploravit ſecreto eorumdem vitas & geſta, quid domi agerent, quid foris tractarent, quos ad ſuum contubernium admitterent. Comperit eos receptaſſe aliquos hæreticos, vel in fide ſuſpectos, ſub ſpe tamen, ut illi aſſerebant, eos convertendi, ſed in erroribus pertinaces vere abegiſſe, peccaſſe tamen, quod cum eis communicaverint in domo, menſa, lecto, & minime correctos, aut correptos dimiſerint, neque ut oportebat, denunciaverint Inquiſitoribus. Hoc tamquam fundamento reliquis malis ſubſtrato, expoſuit Innocentio Pontifici pericula futuræ in Ordine ſciſſuræ, & gravioris ſecuturæ diſcordiæ, quam

quam ſub Clemente V. præceſſerit, & facile obtinuit, ut Clementis VI. privilegium revocaretur, ac diſſipata congregatione, ad Generalis Miniſtri, reliquorumque Superiorum obedientiam Fratres reducerentur. Deinde egit cum Ægidio Cardinale, in Italia Sedis Apoſtolicæ Legato, ut Gentilis caperetur, & cum duobus Fratribus, quos ſecum Romam ducebat, carceri manciparetur in Conventu urbis veteris, Provinciæ Romanæ. Ita in cuſtodiam ducto præceptore & anteſignano, ac anno ſequenti mortuo coadjutore fratre Martino laico Fulginate, viro optimo, qui poſt mortem ſignis claruit, facile fuit reliquos reducere, & ſocietatem diſſolvere. Perſeveravit tamen in aliquibus deſiderium ſtrictioris vitæ, & regularis obſervantiæ, quod inter reliquos pie, & abſque querela conſervarunt, donec alium obtinuerunt Ducem Paulutium a Trincis Fulginatem, qui majori modeſtia & prudentia ad felicem exitum, quod fruſtra & imprudenter tentarunt alii, tamdem perduxit. Exhibeo hic Pontificis diploma, quo prædeceſſoris irritum voluit privilegium.

Dilecto filio Miniſtro Generali, & Fratribus Ordinis Minorum.

Ex 1. p. lib. 2. epiſt. 154.

III. *Sedes Apoſtolica, pia mater, quietem & pacem deſiderans filiorum, quæcumque inter eos litem generare poſſunt & ſcandala, libenter removet, & ſubducit. Olim ſiquidem felicis recordationis Clemens Papa VI. prædeceſſor noſter volens dilectos filios Carceris, & Montis Lucii, necnon Eremitæ, & Jani Guardianos, ſeu Vicarios, & Conventus Ordinis Fratrum Minorum Aſſiſinat. & Spoletan. diœceſis Apoſtolico favore proſequi, per ſuas certi tenoris litteras eis noſcitur inter cetera conceſſiſſe, quod in ſingulis locis præfatis ſinguli duodecim Fratres dicti Ordinis aſſumendi de Ordine ipſo, vel recipiendi de ſeculo, ac deputandi in locis eiſdem, & eorum quolibet, ſicut, & quotiens exiſteret opportunum per Miniſtrum, ſeu Vicarium Fratrum dicti Ordinis Provinciæ ſancti Franciſci, qui eſſet pro tempore, vel iis impeditis, aut ſuper hoc requiſitis, tamen recuſantibus, vel nolentibus, aut contemnentibus, ſeu differentibus exequi per Guardianum, ſeu Vicarium dicti loci Carceris, qui tunc eſſet ſub obſervantia Regulæ beati Franciſci, poſſent perpetuo commorari, quodque Miniſter idem de ſingulis idoneis Guardianis, & Fratribus eorumdem locorum eiſdem dictorum ſingulorum locorum Fratribus providere, quoties caſus opportunitatis exigeret, teneretur. Cum autem, ſicut exhibita nobis pro parte veſtra petitio continebat, eorumdem locorum Guardiani, & Fratres prædicti, prætextu conceſſionis hujuſmodi, a tua obedientia fili Miniſter Generalis, & Miniſtri Provinciæ ſupradictæ in plerisque ſe ſubtrahere moliantur, & nonnulla in recipiendis hujuſmodi Fratribus in locis eiſdem commiſerint, & committant, ex quibus magna ſcandala, turbationem dicti Ordinis, & animarum pericula parientia, ſunt ſecuta, & majora etiam timentur, niſi de opportuno provideatur remedio, eventura: Nos cupientes quod facer Ordo præfatus, quem affectuoſe proſequimur, in viſceribus caritatis, in Religionis integritate, unitateque ſervetur, ceſſentque in eo ſeditiones, & ſcandala, quæ dudum diſſidiorum ſator humani generis inimicus in illo (prob dolor!) ſeminavit, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati volumus, & auctoritate Apoſtolica decernimus, quod non obſtante conceſſione præmiſſa, quatuor loca prædicta, in omnibus & per omnia, ſint, & eſſe debeant in poteſtate, & ſub obedientia Generalis, & dictæ ſancti Franciſci, ſecundum morem dicti Ordinis Provinciæ Miniſtrorum, qui pro tempore fuerint, ſicut ſunt alia loca Ordinis antedicti; ita quod nullus in dictis*

Eſis quatuor locis, vel aliquo eorum pro Fratre de dicto Ordine, vel de ſeculo, per alium, quam per ipſos Miniſtros, ſeu alterum eorum recipi poſſit; & quod Guardiani, & Fratres, qui in locis eiſdem pro tempore fuerint, in omnibus ſint, & eſſe debeant ſubjecti dictis Miniſtris, ac eorum, & aliorum Prælatorum dicti Ordinis judicio & ordinationi, tam quoad habitum, tunicas, mantellos, & eorum quantitatem, formam, pretium, valorem, & alia concernentia ipſum habitum, juxta felicis recordationis Clementis V. Joannis XXII. & Benedicti XII. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum ſuper his editis deferendum, quam in quibuſcumque aliis ſtare, & obedire omni modo teneantur, & nihilominus per eoſdem Miniſtros, vel eorum alterum, prout quando eis expedire videbitur, de ipſis locis libere valeant amoveri. Nulli ergo noſtræ voluntatis & conſtitutionis &c. Datum apud Villam novam Avenion. diœceſis XV. *Kalendas Septembris anno* III.

IV. Floruiſſe in variis Ordinis Provinciis viros aliquos virtute & pietate inſignes, ex Piſano ſcribit ſub hoc tempus Marianus, licet annos ætateſve, quibus illi vixerint aut obierint, non apponat. In Provincia Siciliæ, & Conventu Meſſanenſi requieſcit, inquiunt, frater Simon Aymonis in vita, & poſt mortem miraculis inſignis, & frater Electus nobilis viri Andreæ filius, cui Chriſtus in columbæ ſpecie apparuit, atque ut ſecum pranderet, invitavit. Hic etiam non pauca patravit miracula. Panormi prope beatum Gerardum, cujus vitam diffuſe ſcripſimus, jacet frater Joannes Bura prodigiis cœleſtibus clarus; & Calatagirone frater Richardus, qui multos a variis infirmitatibus liberavit. In Provincia terræ laboris in Conventu Cajetæ frater Gerardus laicus, cui Chriſtus in ſpecie infantili eadem magnitudine, & decoro aſpectu, quibus in brachiis ferebatur maternis, apparuit, & propriis manibus ſacratiſſimam ſui corporis tradidit communionem, uti alias diffuſius narravimus. Ibi etiam requieſcit ejus ſocius frater Simon, quorum reliquiæ, dum transferrentur ab Eccleſia ſuperiori, ſancto Franciſco ſacra, ubi ſacram mirabiliter receperunt Synaxim, ad inferiorem ſancti Ludovici, cœleſti lumine per noctes multas ſuper templum coruſcante, oſtenderunt ſibi diſplicuiſſe translationem factam, donec in priſtinam ſedem ſunt reſtitutæ. In eadem Provincia, loco tamen incerto, jacet frater Joannes pia converſatione & virtutibus inſignis.

Viri pietate illuſtres.

Marian. lib. 4. cap. 12.

Fr. Simon Aymonis, & frater Electus.

Tom. 7. an. 1343. n. 19.

Fr. Joan. Bura, Frater Richardus

Fr. Gerardus.

Tom. 2. an. 1222. n. 9.

Fr. Simon.

Fr. Joannes.

V. In provincia Dalmatiæ, & Conventu Briberii Cuſtodiæ Jaderenſis, frater Andreas Albanenſis, qui poſt mortem in ipſo meridie nullo ex cuſtodibus videnti, apparuit duobus captivis, qui illum invocarunt, eoſque a vinculis & carcere, januis & compedibus illæſis, liberavit. Tragurii in præfata Cuſtodia frater Joannes de Buccho Albanus, vir magnæ auſteritatis & virtutis, qui mortis ſuæ tempus & horam prædixit. Aqua, qua corpus ejus lotum eſt, multos ab infirmitatibus ſanavit. Ejus ſocius frater Michael Albanus virtutibus, & pietate clarus requieſcit in Conventu Chorſii Cuſtodiæ Albanenſis. In Provincia ſancti Franciſci, & Conventu Bevanii Cuſtodiæ Spoletanæ, frater Nicolaus de Pater-noſter, ita nuncupatus ob frequentem hujus orationis Dominicæ repetitionem, quam etiam obviis quibuſque inculcabat, floruit etiam pietate, & cœleſtibus prodigiis. In Provincia, & Conventu Bononiæ circa hoc tempus obiit frater Matthæus Faventinus, ſocius Michaelis Cæſenatis ante fugam Avenionenſem; multa edidit vivens, & mortuus miracula.

Fr. Andreas Albanenſis.

Fr. Joan. de Buccho.

Fr. Michael Albanus.

Fr. Nicolaus.

Fr. Matthæus Faventinus.

VI. Fratrem Petrum Fanenſem, de quo ſæpius locuti ſumus, ob res bene geſtas, & adminiſtratam urbem Smyrnenſem in Aſia, Pontifex hoc

An. 1153.

anno inter ſuos familiares connumeravit, & privilegiis affecit: *Virtutibus clarens* x. Kalendas Julii. Capellanum inſtituit fratrem Petrum de Martigniaco: *Virtutibus clarens* VIII. Kalendas Julii; & Epiſcopum in Eccleſia Dolien. in Inſula Sardiniæ ſub Archiepiſcopo Calaritano, per obitum Saladini, fratrem Joannem de Bardaxino: *Inter cetera* VII. Kalendas Novembris. Ad preces fratris Rogerii Cradok Epiſcopi, uti diximus, Waterfordienſis, litteras exhibuit Joannis XXII. quibus unitas voluit Waterfordienſis & Liſmorenſ. Eccleſias: *Proviſionis noſtræ* v. Kalendas Aprilis. Combuſſit hic duos impios de Clanballan, propter contumeliam prolatam in Virginem Mariam anno MCCCLIII. qua de cauſa orta eſt inter ipſum, & Archiep. Caſſellen. magna diſcordia. Fratri Petro Salaminæ contulit Eccleſiam Catacenſem in ulteriori Calabria, in qua ſedit annis duodecim. Invenio in quibuſdam hujus Eccleſiæ monumentis, præter hunc Petrum & Venutum, de quo alias egi, in eadem ſediſſe fratrem Joannem Jacobi, electum an. MCCCXV. & obiiſſe anno MCCCXVIII. Fratri Rogerio de Convenay, vel, ut aliis placet, de Chonnoe cuſtodiæ Wigornienſis in Provincia Angliæ alumno, facultatem dedit commorandi in Cuſtodia, & Conventu Londinenſi: *Illa tibi benigno favore* IV. Idus Februarii. Hic ille eſt, qui poſt aliquot annos diſputavit cum Richardo Armachano Antiſtite, pro ſtatu mendicantium Ordinum, uti commodius ſuo loco enarrabimus. Quidam noſtrates Hybernum aſſerunt, ſed Anglum fuiſſe aperte conſtat ex hoc diplomate, & commiſſo ſibi poſtea Anglicanæ Provinciæ miniſteriatu.

Fr. Joann. Epiſcop. Dolien.

Ann. 1350. n. 7. Unio Eccleſiæ Waterfordienſis & Liſmoren.

Fr. Petrus Epiſcopus Catacen.

Tom. 6. an. 1309. n. 14 & an. 1325. n. 21.

Fr. Richardus Chonnoe.

An. 1357.

VII. Hoc anno beatus Paulus Trincius Fulginas, in Cœſienſi deſerto, & Provincia ſancti Franciſci, in aſpero monte, pœnitentiæ exercendæ opportuno, & propterea ſancto Inſtitutori Franciſco familiari, in commodum & devotum cœnobiolum reduxit tuguriolum ex arborum ramis ab eodem ſancto Patriarcha conſtructum, ſacravitque Deo ſub titulo Annunciationis beatæ Virginis, ut ibi Tirones pie educarentur, & ſanctæ paupertatis ſpiritum ex pauperrimi domicilii incolatu attraherent. Illic adhuc viſere licet ſpeluncam, quam ſibi orationis, meditationiſque gratia beatus Pater Franciſcus delegerat, & bina oratoria, unum beati Bernardini Senenſis, alterum beati Franciſci Papienſis, qui longo illic tempore vixit, & præter alia mirabilia opera quæ ibidem patravit, Angelum humanam indutum formam in admirandæ ſuæ caritatis teſtimonium pavit, & lupo ſibi familiariſſimo aſellum in Fratrum uſum quædam portantem domum reducendum commiſit. In Eccleſia reverenter colitur devotiſſima beatæ Virginis imago, quæ a pio Tirone ſalutata, ſalutationem rependit. In ſacrario ſervantur cingulum beati Bernardini Senenſis, ac beati Jacobi Piceni pileolus & bacillus.

Conv. Cæſineu.

Gon. in Prov. S. Fran. Con. 38. Rodul. fol. 303.

VIII. Orta hoc anno gravi controverſia inter Abbatiſſam, & Clariſſas Toloſates, ac Rectorem Eccleſiæ ſanctæ Mariæ dealbatæ, circa erectionem Monaſterii intra limites prædictæ Eccleſiæ, quam Moniales, uti ſuperius dixi, urgebant; tamdem quibuſdam pactis conditionibus, inter ſe convenerunt; conventiones, & compoſitiones Pontifex confirmavit: *Iis, quæ pro Monaſteriorum, Idibus Julii.*

Monaſt. Toloſan

Ann. 1353. n. 11.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. REformationis initæ negotium Spoletani fratris Gentilis imprudentia perdidit, ut Annaliſta refert. Interea cum vero audiſſet Innocentius quemdam Franciſcum Baroncellum Roma, abactis Senatoribus, Nicolai Rentii regiminis formam reaſſumpſiſſe ſub nomine Tribuni, & Conſulis

„ ſulis Romani, nil cunctatus Nicolaum Rentium, quem captivum habe- *Dogl. p. 4. fol. 402.*
„ bat, vinculis ſolutum, in Baroncellum expedivit. Itaque Nicolaus No-
„ bilium ope, & partis plebis fretus, Baroncellum facile expulit; ſed ite-
„ rum ſemet Conſulem, ac Tribunum aſſeruit; verum Nobilibus & aliis
„ moleſtus, ab omnibus quærebatur ad necem; & cum neque Capitolium
„ tutum ſibi præberet aſylum, mutata veſte, fugiens in manus inimicorum
„ incidit, qui eum in fruſta diſcerpſere. Igitur mortuo Nicolao, Pontificis
„ juſſu Senator annuus creatus eſt Guido Gordanus: quo tempore Farine-
„ rius Miniſter Generalis Ordinis, cum Ægidio Carillia Hiſpano Cardinale
„ in Italia Sedis Apoſtolicæ Legato egit, ut frater Gentilis caperetur, & cum duobus Fratribus, quos ſecum Romam ducebat, carceri
„ manciparetur in Conventu Urbis veteris provinciæ Romanæ.
„ II. Fratrem Nicolaum Umbrem, virum religioſiſſimum, & miracu- Fr. Nicol. Umber ſturet.
„ lis clariſſimum, hoc anno in Patria ſua deceſſiſſe, Thomas de Mantua in
„ ſuo catalogo commemorat.

ARGUMENTUM.

Ablegantur Nuncii Conſtantinopolim, ut Joannem Palæologum Imperatorem ad Eccleſiæ unionem admittant, prius acturi cum Ludovico Rege Hungariæ circa converſionem Raſſianorum. Frater Michael Inquiſitor Venetus ſtrenue officium exercet. Frater Fortanerius Patriarcha Gradenſis fortiter agit contra Sedis Apoſtolicæ inimicos. Creatur Cardinalis frater Guillelmus Farinerius, Ordinis Primicerius. Moritur beatus Martinus Fulginas miraculis clarus. Vita & geſta beatæ Michaelinæ Piſaurienſis recenſentur. Claret Guillelmus Bretonus; & progatur Inſtitutum.

I. JOANNES Palæologus Græcorum Imperator, pulſo armis Joanne Cantacuzeno, Imperii occupatore, ſive vera ſive ficta fide, ſive ſponte ad Eccleſiæ gremium currens, ſive Turcarum potentiam ſibi minitantem timens, ſolemni præſtito juramento de obedientia præſtanda Romano Pontifici, & ſubditis omnibus reducendis ad unionem Eccleſiæ Latinæ, miſit hoc anno Paulum Archiepiſcopum Smyrnenſem, & nobilem virum Nicolaum Sigeros Apocriſarios, qui hæc Pontifici referrent & confirmarent, ac ab eo ſuppetias peterent contra hoſtiles Turcarum incurſus. Nuncios benigne & honorifice ſuſcepit Innocentius, & ſcriptis Imperatori litteris, animum addidit, ut in bono propoſito perſeveraret, ac facienti, quæ promittebat, pollicitus eſt ſuum Chriſtianorumque Principum auxilia. Deinde Nuncios miſit Conſtantinopolim, fratrem Petrum Pactenſem Epiſcopum e Legatione Raſſenſi, de qua egimus paulo ſuperius, reverſum, & fratrem Guillelmum Ordinis Minorum Siſopolitanum Antiſtitem, quibus commiſit, ut eam fidei confeſſionem, quam ſcripto conceptam ad Sedem Apoſtolicam miſerat Imperator, publice coram omnibus, præſente Patriarcha, in Baſilica Sapientiana, vel alia inſigni, ore profiteretur. Quod ubi præſtitiſſet, ſcribebat Innocentius Hugoni Regi Cypriо, Ludovico Regi Hungariæ, Rogerio de Pinibus Magiſtro, & militibus Hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitani, Joanni Gradonico Duci Venetiarum, & Senatui Populoque Genuenſi, ut eum contra Turcas & rebelles armis, viris, pecuniis adjuvarent. Ad Patriarcham Græcorum, ad nobilem virum Gattelaxium Dominum Inſulæ Metellini, ad maximum Caloſeros, & Calojeros, ad præci-

Palæologus affectat unionem cū Eccleſia Latina.

Eam promoturi mittuntur Nuncii.

An. 1354. n. 1.

Fr. Guillelmus Epiſc. Siſopolitanus.

puos Dynaſtas & Imperii Miniſtros, ut graviſſimum hoc negotium in Dei gloriam, & animarum lucrum promoverent. Præſtat ex ipſis litteris rerum ſtatum percipere, do hic præcipuas.

Magnifico Principi Joanni Palæologo Imperatori Græcorum illuſtri, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

Ex ſecret. hujus ann. fol. 140.

II. *Venerabilis frater noſter Paulus Archiepiſcopus Smyrnen. & nobilis vir Nicolaus Sigeros, Megateriarchi, & Apocriſarii magnitudinis tuæ ad Sedem Apoſtolicam venientes, quaſdam clauſulas, per quas eorum adhiberi fidem relatibus petiiſti, & quaſdam alias patentes litteras tuas aurea bulla tua, & imperialis manus ſubſcriptione munitas, nobis tuo nomine obtulerunt, inter cetera continentes, quod tu, ut litterarum ipſarum verbis utamur, juraveras, tactis per te ſacroſanctis ſcripturis ad ſancta Dei Evangelia, & ſanctam Trinitatem, Patrem, & filium, & Spiritum Sanctum, unum verum Deum, & tres perſonas, & per Jeſum Chriſtum Deum & Salvatorem noſtrum, & per Virginem Dei Genitricem Mariam, ac per ſanctam, & vivificantem Crucem Chriſti, ac per Apoſtolos, aliosque Sanctos, ac eidem inſuper Archiepiſcopo, nomine ac vice noſtris recipienti promiſeras, quod abſque dolo, fraude ac defectu, toto poſſe, ac omnibus viribus tuis, & cuncto conatu eſſes fidelis, obediens, reverens & devotus nobis & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, & quod reciperes Legatos, & Nuncios noſtros, & eorum cum omni reverentia & devotione, ac faceres toto poſſe, totoque conatu tuo, quod omnes populi ſub tuo Imperio conſiſtentes & tuæ juriſdictioni ſubjecti, ſive eſſent Laici, ſive Clerici cujuſcumque conditionis & ſtatus aut dignitatis exiſterent, eſſent fideles, obedientes, reverentes & devoti nobis & ſucceſſoribus noſtris antefatis. Hæc, Princeps inclite, tuæ converſionis initia, hæc devotionis primordia, hæc firma fidei fundamenta, hujuſmodi litteræ tuæ, ut præmittitur, continebant. Hæc iidem Apocriſarii vivæ vocis miniſterio, clarius & ſpecioſius referarunt, humiliter ſupplicantes ut tibi velut de regione diſſimilitudinis venienti effunderemus benedictionis Apoſtolicæ gratiam, panderemus paternæ dulcedinis gremium, & adverſus inſultus & impugnationes hoſtiles Turcarum infidelium, ac rebellium dictorum audaciam auxilii dexteram ſalutaris extendere dignaremur. In quorum lectione melliflua & placido auditu verborum, tanto nos & Fratres noſtri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, aliique Prælati exultavimus gaudio, tanta fuimus reſperſi lætitia, tantaque jucunditate perfuſi, quanta vix intellectus capere ſufficit, vix humana poteſt lingua narrare. Exultavimus ſiquidem in tuo diu deſiderato & expectato reditu ad ipſius Eccleſiæ unitatem, exultavimus in converſione numeroſæ multitudinis, quam, præſtante Deo, & cooperante te, abſque dubitatione ſperamus. Exultavimus quod malignus hoſtis, ſuperatis fraudibus ejus, eluſis artibus & vinculis diſſolutis, ingemiſcit, & plangit plebis, quæ ſub ipſius antea tyrannide fuerat, libertatem, & animarum millia, quæ gehennæ flammis crucianda immaniter expectabat, ſentit, & videt paradiſi gaudiis inferenda. Sed licet nobis & univerſis, qui Chriſtiana profeſſione cenſentur, una lætandi communis ratio, tibi tamen principalis eſt cauſa gaudendi, tibi exultationis materia ſinguiaris, tibi jubilationis occaſio potior, tibi gloriæ principatus. Tu enim principii Princeps, tu miniſter hujus miniſterii ſalutaris, tu hujuſmodi opifex operis, tu promotor, tu populorum Dux, & director errantium, tu auriga, tu currus, tu illuminatus ab eo, qui omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, lucernam in te fidei & veritatis accenſam, ſic ſuper candelabrum altius ponere fatagis, ut*

ut non ſolum tibi, ſed habitantibus in regione umbræ mortis luceat ad ſalutem. Tu terreni regni gubernacula ſic ſtudes ſecundum beneplacita illius, a quo tibi conceſſa ſunt, moderare, ut nationes, quæ imperio tuo ſubſunt, & temporaliter juſte regens, & ſpiritualiter eas dirigens, eorum deliramenta, quibus hactenus, peccatis exigentibus, oculi eorum, ne lumen veritatis agnoſcerent, tenebantur, pio laboras abjicere ſtudio ab eiſdem. Hæc ſunt quæ regnantium ſceptra clarificant, hæc principantium culmina erigunt. Hæc imperia roborant, hæc regna confirmant. Hæc certe Catholicorum fides Principum exigit, hæc requirit, fides enim eſt, qua in Principe pulchrius nil refulget, fides eſt, quæ juſtificat impios, fides eſt, quæ de impiis efficit ſanctos, fides eſt, extra quam nulli eſt gratia, nulli ſalus, quæ cum una & indiviſibilis ſit, quiſquis ab ea diviſus eſt, abſciſſus eſt a ſalute. Age itaque & conſidera, quod ſi bonum opus in intentione fuerit, erit in perfectione, quod laudabile proſequaris, & ad finem uſque perducas optatum. Conſidera quod ſi gaudium eſt coram Dei Angelis ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, *quantis curia illa cœleſtis perſtrepet gaudiis, quantis beata illa ſupernorum civium agmina laudum præconiis exultabunt in pœnitentia & converſione tam innumerabilium populorum. Perſta, ſatage, & labora ut ille, cujus perfecta ſunt opera, perficiat benignus per te, quod per te dedit pius & miſericors inchoare; una quæque enim res denominatur ab exitu, & ſicut civilis ſapientia clamitat, nihil actum videtur exiſtere, cum ſupereſt aliquid ad agendum, ac juxta Evangelicam veritatem,* non qui incœperit, ſed qui perſeveraverit, ſalvus erit. *Ut ergo exitus acta probet, & nihil ſupereſſe penitus videatur, opere feliciter conſummato, ac uſque ad finem conſtantius perſeverans ſalutis æternæ mercedem percipere merearis,* inſta, *juxta doctrinam Apoſtoli, non ſolum* opportune, *ſi ſufficit, ſed etiam ſi expedit* importune. *Tunc enim læta tibi, & feſtiva celebritate præfata occurret Eccleſia, in adjutorium tuum intendet ſollicita ſupplicationibus apud Deum, tunc tibi ſpiritualibus auxiliis aderit, tunc Principum Chriſtianorum præſidia in tuum ſubſidium implorabit, ut eorumdem infidelium perſecutione ſublata, ac rebellium tuorum humiliata cervice, tibi & eiſdem populis tuis hic pacis & quietis arrideat plenitudo, & in futuro cum ſanctis & electis Dei gloria præfletur æterna. Ceterum, ut noſtra tibi ſuper his affectio certius & plenius pateat, & quod ſcriptura nequit compendioſa comprehendere, ſuppleat homo vivus, Venerabiles Fratres noſtros Petrum Pacten. & Guillelmum Siſopolitan. Epiſcopos, Apoſtolicæ Sedis Nuncios, latores præſentium, viros utique pauperes ſpiritu, ſed inſignes virtute, & in lege Domini plenius eruditos, ad te ac partes ipſas providimus deſtinandos; & ideo ſerenitatem tuam monemus, requirimus, & hortamur in Domino, illam attente rogantes, tibique, tuæ ſalutis intuitu, injungentes, quatenus eoſdem Nuncios, pro noſtra & dictæ Sedis reverentia, benigne recipias, & eorum, & cujuslibet eorum ſalutaribus monitis, ſicut ſperamus & credimus, aquieſcas. Datum apud Villam novam Avenion. diœceſis,* XII. *Kalendas Auguſti anno* IV.

Luc. 15. 10.

Matth. 10. 22.

2. Tim. 4. 2.

Patriarchæ Græcorum, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

III. *Agimus omnipotenti Deo grates, & gratias, quod ipſe magnifico Principi, Joanni Palæologo Imperatori Græcorum illuſtri, pietatis ſuæ dono, ſalutis ſpiritum inſpiravit, & ſic mentis ſuæ tenebras, ſuæ viſitationis gratia illuſtravit, quod Imperator idem, ſchiſmate ac erroribus, quibus antea tenebatur implicitus, abjuratis, ad ſanctæ Romanæ Catholicæ at-*

Hebr. 11. 6. *atque Apoſtolicæ, & univerſalis Eccleſiæ gremium, ac ad unam, & indiviſibilem fidem ejuſdem Eccleſiæ, extra quam, teſte Apoſtolo, nulli eſt gratia, nulli ſalus, uſus conſilio meliore, converſus, Eccleſiam ipſam in ſuam & univerſorum Chriſti fidelium dominam, & per regenerationis lavacrum matrem, firmiter, & ſimpliciter recognovit. In quo quanto exultavimus gaudio, quanta fuerimus lætitia & jucunditate perfuſi, difficile humana poſſet lingua narrare. Sed illud nobis ad lætitiæ cumulum potioris acrevit, quod te, cujus in omnibus idem Imperator, ſicut fertur, conſilio regitur, principalem ſalutaris hujuſmodi credimus operis promotorem, quamquam ſcribentibus nobis ſuper hoc multis Latinis, & Græcis ad gaudium, nulla nobis littera tua fuerit præſentata; quod vel ex ineuria nunciorum, aut ex aliquo caſu fortuito, non ex propoſito credimus contigiſſe. Ut ergo fidei & credulitati noſtræ teſtis accedat exhibitio operis & probatio veritatis, diſcretionem tuam monemus, requirimus & hortamur in Domino, illam attente rogantes, tibique tuæ ſalutis intuitu, expreſſius injungentes, quatenus prudenter conſiderans, quantis illa civium ſupernorum agmina gaudiis exultabunt in tua & ipſius Imperatoris, ac numeroſæ multitudinis Græcorum converſione, quam, Deo*

Luc. 15. 18. *propitio, conſequi credimus & ſperamus, quando* Dei Angelis ſuper uno peccatore agente pœnitentiam, majus quam ſupra nonaginta novem juſtis, qui non egent pœnitentia eſſe gaudium, *Evangelica veritas atteſtatur, hujuſmodi ſalutare opus, præſtante Deo, feliciter inchoatum, uſque ad ipſius felicem exitum, quod pius & miſericors dignetur ipſe concedere, operoſis, & efficacibus aſſiduæ ſtudiis proſequaris. Noſti enim, quod non qui incepit, ſed qui perſeveraverit, ſalvus erit, nec ignoras, quod ſi in intentione fuerit bonum opus, erit etiam in perfectione cum adjutorio Dei, cujus opera ſunt perfecta. Cujuſmodi peſectionem operis inter omnia deſiderabilia mundi hujuſmodi vehementiſſime cupientes, Venerabiles Fratres noſtros Petrum Pactien. & Guillelmum Siſopolitan. Epiſcopos, Apoſtolicæ Sedis Nuncios, latores præſentium, viros quidem pauperes ſpiritu, ſed virtutibus multis inſignes, ad te ac Imperatorem ipſum, ac partes ipſas, ſub ſpe divini auxilii & favoris, providimus deſtinandos, præcibus & exhortationibus noſtris hujuſmodi adjungentes, ut eos benigne recipias, informes conſiliis, & auxiliis foveas opportunis. Ita quod ex meſſe, quæ multa eſt, præſtante Domino meſſis, & cooperante te etiam, manipulos plurimos ad aream deferre Domini feliciter valeamus. Datum apud Villam novam Avenionen. diœceſis, XV. Kalendas Septembris, anno IV.*

Dilecto filio nobili viro Franciſco Gatteluxio, Domino Inſulæ Metellini.

Ibid. fol. 184. IV. *Per litteras tuas, quas paterna benignitate recepimus, intimaſti nobis, quod, inſpirante Deo, & cooperante te, magnificus Princeps Joannes Palæologus Imperator Græcorum Illuſtris, una cum ſubjecto ei populo abjurare ſchiſma, quo fuerunt ab unitate ſanctæ Romanæ, ac univerſalis Eccleſiæ alieni, & ad hujuſmodi unitatem redire ipſius Eccleſiæ proponebant. Super quo ingenti lætitia, & exultatione perfuſi, ad perficiendum bonum hujuſmodi, quod divina dedit inſpiratio, per tuum & aliorum Catholicorum miniſterium inchoari, Venerabiles Fratres noſtros Petrum Pactien. & Guillelmum Siſopolitan. Epiſcopos, Apoſtolicæ Sedis Nuncios, latores præſentium, viros quidem pauperes ſpiritu, ſed locupletes multis virtutibus, providimus deſtinandos; & ideo nobilitatem tuam attente rogamus, quatenus eoſdem Nuncios pro reverentia Dei, cujus gerunt negotium, & noſtræ interceſ-*

Anno Christi	Innocentii VI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 149.
1356.	anno 4.	anno 9.	

ceſſionis obtentu, ac tuæ inſuper ſalutis, ſuſcipias propenſius commendatos, ipſoſque informes conſiliis, & auxiliis atque favoribus proſequaris, ita quod tibi & aliis ædifices ad meritum & ſalutem. Datum ut ſupra.

V. Ab hac legatione Conſtantinopolitana juſſus eſt frater Petrus paulum declinare ad Ludovicum Hungariæ Regem, cui ille paulo antea conſilio fuit, ut arma moveret contra Raſſianos. Cum enim illic apud Stephanum Regem legatione ſungeretur pro Eccleſia Catholica, videretque eum plurima, quæ promiſit Pontifici non obſervaſſe, quodque unionem cum Eccleſia Latina, cujus effectum deſiderium venditabat, non ex animo cuperet, ſed ut hoc titulo bellum averteret, quod illaturum Hungariæ Regem timebat, perſuaſit Ludovico, non aliter ſchiſmaticos reducendos, quam armis, & potius vi eſſe avertendos, quam ſermone convertendos; atque hunc unicum ſupereſſe modum, ut Prælati Catholici e ſuis ſedibus deturbati, reſtituerentur. Hac excitus ſpe rei Chriſtianæ augendæ, & fidei Romanæ propagandæ, Ludovicus Rex per eumdem Petrum, & fratrem Stephanum Minoritam electum Zagabrienſem, hoc anno poſtulavit, ut ſibi liceret prædictum Raſſiæ regnum occupare, ſpondens, jurejurando interpoſito, quod illud obedientiæ Sedis Apoſtolicæ ſubjiceret, Eccleſias ſchiſmate divulſas Romanæ uniret, hæreſes extirparet, populos neque gladio, neque tributis gravaret, Principum aliorum jus in recuperatione illius non violaret, neque quemquam injuſte offenderet, ac demum in poteſtatem Eccleſiæ, & Pontificis Romani in ſpiritualibus illud contraderet. Totum hoc conſtat ex diplomate regio aſſervato in Archivo molis Adriani.

Mittuntur Legati ad Hungariæ Regem.

VI. Aſſenſit poſtulatis Pontifex, & Regem creavit Catholici exercitus Imperatorem contra ſchiſmaticos, conceſſis in ſumptuum ſubſidium decimis trium annorum, rogavitque ut eumdem duceret contra Tyrannos Italiæ, bonorum Eccleſiaſticorum uſurpatores, Franciſcum de Ordelaſis Forolivien. ac Joannem & Guillelmum de Manfredis cives Faventinos. Veneti vero, cum quibus longo tempore dimicavit Ludovicus, direptis, ereptiſque ex eorum poteſtate totis ferme Dalmatia, Iſtria, & agro Foro-Juliano, ad retundendas vires Ludovici, fœdus inierunt cum Rege Raſſiæ; quod ægre ferens Pontifex, Aquilejenſi, & fratri Fortanerio ex Minorita, Gradenſi, Patriarchis, atque Archiepiſcopo Salzeburgenſi commiſit, ut Chriſtianos omnes ſub graviſſimis cenſuris, a ſchiſmaticorum fœdere & ſocietate revocarent; deinde modis omnibus laboravit, ut pacem æquis conditionibus inter Ludovicum & Venetos, componeret. Superatis itaque multis difficultatibus, atque obtenta Pontificis facultate, ſelectum conſcripſit Ludovicus militem contra Raſſiæ Regem, arces & munitiſſima quæque loca occupavit, ipſum Regem cœpit; ſed cum poſtea in manus Ludovici, ex formula ab Innocentio præſcripta, juraſſet, inque fide & obſequentia tum Romanæ Eccleſiæ, tum Regum Hungariæ ſe futurum promiſiſſet, magnifice donatus, regno reddito dimiſſus eſt. Omnia hæc peracta ſunt, ſuadentibus & cooperantibus ſupradictis Epiſcopis, uti ex ſubjectis inſtrumentis licebit percipere.

Advocatur Ludovicus in Italiam contra tyrannos. Bonfin. dec. 2. lib. 10.

Cariſſimo in Chriſto filio Ludovico Regi Hungariæ Illuſtri.

VII. *Quanta te, fili cariſſime, gratiæ ſuæ ubertate prævenerit diſtributor ille gratiarum munificus, Dei filius Jeſus Chriſtus, qui dat omnibus ſine improperio affluenter, quamque præcordia tua*

Ex ſecret. hujus anni fol. 150.

tua ſuæ benedictionis imbre copioſe perfuderit, luculenter patuit hactenus, & nunc manifeſtius innoteſcet. Ipſe namque tibi adhuc juveniles annos agenti ſpiritum provectioris infudit ætatis, ipſe adhuc tenello corpori tuo robuſtiorem ſpiritum inſpiravit. Ipſe tuum circa beneplacita ſua direxit animum, firmavit cor, roboravit & mentem, ita ut non mollia quælibet aut levia, quibus, ut plurimum, implicari ſolet juventus illecebris multis obnoxia, complexus exſtiteris, ſed velut annis maturior, abhorrens delicias, & otia fugiens, ardua quæreres, appeteres ſtrenua, interciperes magna, & virtuoſa diligentius ſectareris, nec ſatis fuit tibi famæ tuæ claræ naſcentis auſpicia intra Regni tui ſinus latiſſimos contineri, imo ut nomen tuum longe lateque clareſceret, peregrinas perluſtrare Provincias, & adire nationes extraneas voluiſti; in quibus licet more Principum, ſtudueris ipſius famæ compendiis providere, principalis tamen ad hoc tua pia dirigebatur intentio, ut Conditoris, Redemptoriſque tui beneplacitis, ætatis & operum tuorum primitias devotus offerres. Probaſti hoc certe Lituanos, & Ruthenos infideles frequenter expugnans: hoc regni Raſſiæ ſchiſmaticos, & hæreticos perſequens demonſtraſti. Quibus laudabilibus principiis tuis laudabile cupiens, Deo propitio, adjicere medium, illaque deſiderans, ipſo præſtante, felici exitu terminari, per venerabilem fratrem noſtrum Petrum Epiſcopum Paſſen. & dilectum filium Stephanum electum Zagabrien. Nuntium tuum, & litteras regias nobis exhibitas per eumdem Nuntium, quas & eum benigne placideque recepimus, nobis noviter intimaſti, quod tu moleſte ferens injurias, contumelias & opprobria, quæ ipſi Redemptori tuo per eoſdem ſchiſmaticos & hæreticos dicti regni Raſſiæ, ac terrarum quæ Oroſii ſe Regem Raſſiæ nominantis, ſubſunt Tyrannidi, & quæ vicinantur eiſdem, jugiter inferuntur, illaque ultrici dextera tua cupiens vindicare, ac deſiderans ut ſchiſmaticorum & hæreticorum ipſorum alliſa perfidia, ac confutatis, & eradicatis erroribus eorumdem, Chriſtiana fides ubique clariore luce reſplendeat, & nomen Domini Dei tui puris & devotis Catholicorum vocibus collaudetur, eoſdem ſchiſmaticos & hæreticos, ſub ſpe divini auxilii & favoris, expugnare conſtanti propoſito decreviſti, humiliter ſupplicans, ut ad tam pii, tamque favorabilis executionem operis tibi ſpiritualis favoris præſidia aſſiſtentes, adverſus illos Crucem, in cujus ſigno per virtutem ejus, qui pependit in illa, ipſius fidei hoſtes delere confidis, cum conſuetis indulgentiis & remiſſionibus prædicari mandaremus, teque hujuſmodi negotii Chriſtiani, & populi proficiſcentis ad promotionem illius Capitaneum generalem conſtituere dignaremur. His itaque, Princeps inclite, per quæ Catholicarum Principum, ex quibus ducis originem, prioris ætatis geſta magnifica in memoriam redeunt, & eis adjicitur multæ gloriæ titulus, lætanter auditis, & lætantius intellectis, magnificavit anima noſtra Dominum, & noſter in Deo ſalutari noſtro ſpiritus exultavit, apud eum devotas preces & humiles effundentes, ut te in hoc fervore zeli, in hoc ardore ſpiritus, in hac ſinceritate fidei per tempora longiora conſervans, greſſus tuos dirigat, actiones informet, proceſſibus faveat, viribus vires adjiciat, tibi de ſolio ſancto ſuo mittat benignus auxilium, & de fede majeſtatis ejus opportunis te indeſinenter favoribus proſequatur, quatenus in brachio potentiæ tuæ, ac virtutis virga, infidelibus quibuſque converſis, & ſchiſmaticis & hæreticis, pravitatis & errorum ſuorum abjuratis tenebris, ſacroſancta Mater Eccleſia, toto terrarum orbe in Chriſti fundatoris, Rectoriſque ſui glutino adunata, una ſit fides mentium, & pietas actionum. Votis igitur & petitionibus tuis in his, de Fratrum noſtrorum conſilio, gratanter annuimus, & hujuſmodi ver-

Anno Christi 1356.	Innocentii VI. anno 4.	Caroli IV. Imp. anno 9.	Religionis Minorum anno 149.

verbum crucis in eodem regno tuo, & nonnullis partibus aliis, in conficiendis ſuper hoc litteris exprimendis ſub certis modis, formis & conditionibus, conceſſimus proponendum. Eja ergo pugil Chriſti, athleta Domini, miles fidei Chriſtianæ, accingere gladio, tolle arcum & pharetram, ſive arma in virtute illius, qui manus docet ad prælium, & digitos informat ad bellum, *in virtute, inquam, cjus, in conſpectu cujus non eſt differentia,* in multis ſalvare vel in paucis, *& qui belii victoriam fortitudinemque largitur, fidem ipſam impugnantes impugna, aufer opprobria ipſi tuo exprobrantium Redemptori. Et quamquam tencamus indubic, quod tu, qui in remotis infideles & ſchiſmaticos perſecutus es hactenus, & proponis perſequi, ut præfertur, eos in ipſo regni tui gremio pati non debeas, quoniam reprehenſibile eſſet tibi, ſuſtinere in propriis partibus, quod in aliis execrarit; ut tamen fervens in hoc propoſitum tuum noſtris exhortationibus fortius accendamus, ſerenitatem tuam monemus, requirimus, & hortamur in Domino, illam attente precantes, tibique, tui honoris ac ſalutis intuitu, paternis & ſanis conſiliis ſuadentes, quatenus prudenter attendens, quod ignis, cujus longe poſiti facile vitatur incendium, periculoſus in proximo eſt, & ſerpentis morſus, & venena propinqui timenda ſunt amplius quam remoti, ante omnia pelle de Boſnen. & aliis dicti regni tui partibus hæreticam pravitatem; morbus enim infectivus eſt hæreſis, & veluti ſerpens latenter inſerpens, facile inficit, ſimplices maxime, niſi prudentium ſtudio & peritia confutetur. Ceterum quia Dei negotia, licet diverſa ſint, ad unum & eumdem finem & exitum, mercedis videlicet æternæ præmium, diriguntur; nos attendentes ad hujuſmodi negotia Dei ferventiſſimum zelum tuum, & reputantes divinæ diſpenſationis munere procuratum, ut in Italiam in manu forti hoc deſcenderes tempore, quo in ea damnationis filii, Franciſcus de Ordelaſis Forolivien. ac Joannes & Guilleimus de Manfredis Faventin. Cives, velut hæretici ſententialiter condemnati, ac nonnulli alii adverſus Romanam Eccleſiam matrem tuam, abjecto timore Domini, & depoſito amore filiali, rebellionis calcaneum erexerunt, tibi præter onus, quod aggredi, ut præfertur, intendis, ad laudis & mercedis tuæ cumulum onus aliud, generalis videlicet Capitaneatus officium, adverſus Franciſcum, Joannem, & Guillelmum eoſdem, ac alios rebelles ipſius Eccleſiæ, qui ſunt in omnibus terris ipſius Eccleſiæ in Italia conſtitutis, de dictorum Fratrum conſilio, ſub quibuſdam modis & formis fiducialiter duximus imponendum. Ad quod præter honorem & ſalutem tuam hujuſmodi, ac ipſius utilitatem Eccleſiæ, illa etiam conſideratio nos induxit, ut omni de terris ejuſdem Eccleſiæ abjecta tyrannide, ac rebellione repulſa, in promotione aſſumpti operis majora Chriſti fidelium ſentias, juvante Domino, auxilia & favores. Et quoniam ratione oneris Capitaneatus ipſius per nos tibi adverſus Franciſcum, Joannem & Guillelmum ac rebelles eoſdem, ut præfertur, impoſiti, magna ſumptuum onera habebis de neceſſitate ſubire, nos tibi, ut illa commodius perferas, cupientes de alicujus ſubventionis auxilio providere, decimam Eccleſiaſticorum reddituum dicti regni tui, uſque ad triennium tibi duximus liberaliter concedendam. Quæſumus itaque, ac hujuſmodi precibus noſtris inſianter adjicimus, ut hujuſmodi capitaneatus officium adverſus Franciſcum, Joannem & Guillelmum ac alios rebelles eoſdem acceptes placide, ac favorabiliter proſequaris, & rebelles ipſos cum, & de quibus per nos, ſeu venerabilem fratrem noſtrum Ægidium Epiſcopum Sabinen. Apoſtolicæ Sedis Legatum, fueris requiſitus, potenter expugnes; confidimus enim in potentia Domini, & de beati Petri Apoſtolorum Principis, cujus cauſam agimus, meritis & interceſſione ſperamus,* Pſal. 143. 1. Reg. 14. 6.

mus, quod cito rebellium ipſorum contumacia ſub virtutis tuæ malleo conteretur, & elidetur omnino, & quod eis ad gratiam & ſinum ipſius Eccleſiæ revocatis, idem Princeps Apoſtolici Ordinis, tui erit comes itineris, ac pro illius directione felici, & ſalute tua efficax apud Dominum, & aſſiduus interceſſor, ſuper quibus præfati Epiſcopus, & Electus tibi pro parte noſtra loquentur plenius, quibus adhibere poteris plenam fidem. Datum apud Villam novam Avenionen. Diœceſis, tertio Idus Auguſti, anno IV.

Venerabilibus Fratribus Aquilejen. & Graden. Patriarchis, & Archiepiſcopo Salſeburgen.

Ibid. fol.152.

VIII. *Cum cariſſimus in Chriſto filius noſter Ludovicus Rex Hungariæ illuſtris, tactus dolore cordis intrinſecus ſuper injuriis, & opprobriis, quæ per ſchiſmaticos & hæreticos Regni Raſſiæ, ac eidem regno partium vicinarum Chriſtianæ fidei, quin imo Chriſto Domino, qui ejuſdem fidei caput, & actor eſt, inferuntur, ad expugnandum hæreticos & ſchiſmaticos ipſos, & delendam de ipſis regno & partibus hæreticam pravitatem, animum regium potenter erexerit, & propoſitum regia virtute firmarit. Nos hujuſmodi præfati Regis laudabile in hac parte propoſitum cupientes, Deo propitio, fructu operum adimpleri, & attendentes, quod, ſicut habet multorum aſſertio, nonnulli ſolo nomine Chriſtiani eiſdem hæreticis præſtant auxilium, conſilium & favorem, mandamus quatenus vos, & quilibet veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios in omnibus locis, de quibus videritis expedire, inhibeatis expreſſe omnibus & ſingulis, qui Chriſtiana profeſſione cenſentur, quod nullus eorum per ſe, vel alium vel alios, directe vel indirecte, publice, vel occulte ipſis hæreticis & ſchiſmaticis, recipienda ab eis ſtipendia, vel miniſtrando arma, ſeu quævis alia ſubſidia ſive alias quomodolibet per terram vel aquam, præſtent auxilium, conſilium, adjutorium, vel favorem; eos omnes, qui ſuæ ſalutis & honoris prodigi contra jura & inhibitionem hujuſmodi venire tentaverint generaliter, alios vero de quibus non legitime conſtiterit, ſpecialiter, & nominatim expreſſos, declaretis incidiſſe in pœnas & ſententias in tales, per Civiles & Canonicas ſanctiones inflictas, & nihilominus in eos, auctoritate noſtra, excommunicationis ſententiam proferatis. Datum apud Villam novam Avenion. Diœceſis,* XVI. *Kalendas Auguſti, anno* IV.

Dilecto filio nobili viro Joanni Gradonico, Duci Venetiarum.

Ibid. fol.154. Veneti revocantur e fœdere Raſſianorum.

IX. *Ad audientiam noſtram pervenit, quod tu & dilecti filii Commune Venetiarum cum Dei & fidei Catholicæ inimicis, & hoſtibus Rege, aliiſque Raſſen. ſchiſmaticis & hæreticis manifeſtis, confœderationem iniſtis & ligam, illamque juramentorum interpoſitionibus & pœnarum adjectionibus roboraſti. Quod licet, attenta ſinceritate devotionis & fidei, quam tu & dicti Commune ſemper ad Deum, qui ejuſdem fidei actor eſt & caput, habuiſtis, credere facile non poſſumus; tamen tuis & dictorum Communis ſuper hoc famæ & ſaluti conſulere, paterna ſollicitudine, cupientes, & attendentes quod hujuſmodi liga inter cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ludovicum Regem Hungariæ illuſtrem, qui Raſſen. eoſdem, ad extirpandum de partibus illis pravitatem hæreticam, favente Domino, expugnare proponit, & te invicem diſſidentes, ad quorum pacem procurandam enitimur, ſeminarium majoris diſſidii eſſe poſſet, nobilitatem tuam attente requirimus & hortamur, illam attente rogantes, tibique ſuadentes paternis con-*

conſiliis, & tuæ ſalutis intuitu expreſſius injungentes, quatenus ab omni auxilio, conſilio, favore, ac adjutorio hæreticis et ſebiſmaticis ipſis, occaſione hujuſmodi confœderationis, ſeu ligæ, aut alterius cujuslibet pactionis quocumque titulo, ſeu nomine cenſeatur, præſtando prorſus abſtineas, et ſubditos tuos omnino compeſcas. Nos enim ligam, confœderationem, et quaſcumque pactiones alias inter te ſeu prædeceſſores tuos Duces Venetiarum, et dictos Commune initas, factas, et habitas caſſamus, et irritamus, et nullius eſſe decernimus roboris, vel momenti, pœnas et juramenta hujuſmodi relaxantes. Ceterum hujuſmodi precibus noſtris adjicimus, ut ea quæ venerabilis frater noſter Petrus Epiſcopus Pactien. Apoſtolicæ Sedis Nuncius, lator præſentium tibi ſuper hoc pro parte noſtra retulerit, credas indubie, illaquo ad effectum votivæ conſummationis adducas. Datum apud Villam novam Avenion. Diœceſis, XVI. Kalendas Auguſti, anno IV.

Cariſſimo in Chriſto filio Ludovico Regi Hungariæ illuſtri.

X. *Diſcordia, quam inter te & dilectum filium nobilem Virum Ducem Venetiarum pacis æmulus, peccatis exigentibus, ſuſcitavit, eo nobis eſt, nec indigne, moleſtior, quo Dei negotiis, ad quorum promotionem, ſicut Princeps Catholicus ferventer aſpiras, contraria potius redditur, & nociva. Et ideo illam viis & modis omnibus ſuecidere cupientes, dilecto filio Stephano Electo Zagrabien. Nuncio tuo apud Sedem Apoſtolicam conſtituto, locuti fuimus ſuper illa, ipſeque nobis placide plurimum, grateque reſpondit, quod tu, ſicut pacis amicus, & confiſus de juſtitia cauſæ tuæ paratus eras omnem diſcordiæ cauſam, quam cum Duce habes eodem, in manibus noſtris libere ponere, & inſuper gentes bellicas, quas adverſus eum congregaſti, effectualiter removere. Super quo ſerenitatem tuam meritis gratiarum actionibus proſequentes, & ex oblatione uberi uberiorem conſequi indubie ſperantes effectum, memorato Duci per alias noſtras litteras ſcribimus ſuper hoc, ſicut vidimus negotio convenire. Quapropter Serenitatem eamdem inſtanter et affectuoſe precamur, fiducialiter expetentes, quatenus liberalem et gratam oblationem hujuſmodi, ſicut de tua filiatione plene confidimus, velis effectu grato et placido liberaliter adimplere. Speramus enim, quod omnipotens Dominus pacis actor, periculis, quæ ex diſcordia ipſa imminent populo Chriſtiano, interventu pacis amabilis, finem imponet optatum. Super quo, ut affectionis noſtræ plenitudinem percipias, clarius venerabili fratri noſtro Petro Epiſcopo Pactien. et eidem Electo impoſuimus aliqua tuo culmini pro parte noſtra per eos oretenus exponenda. Et ideo precibus noſtris adjicimus, ut relatibus Epiſcopi et Electi prædictorum in præmiſſis adhibeas plenam fidem. Datum apud Villam novam Avenion. Diœceſis, III. Idus Auguſti, anno IV.*

Ibid. fol. 153. Invitatur ad pacem cum Venetis ineundam.

Dilecto filio nobili viro Joanni Gradonico Duci Venetiarum.

XI. *Sicut per litteras noſtras, et venerabilem fratrem noſtrum Bonjoannem Epiſcop. Firmanum Apoſtolicæ Sedis Nuncium ſignificavimus tibi nuper, diſcordia, quam inter cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ludovicum Hungariæ Regem illuſtrem et te, pacis æmulus ſuſcitavit, moleſta nobis eſt admodum, & eo tædioſior redditur, quo Dei negotiis, præſertim partium Orientis ampliùs eſt nociva. Ad ſuccidendum itaque illam vias & modos ſollicite perquirentes, a quibuſdam Nunciis dicti Regis apud Sedem*

Ibidem.

Apoſtolicam conſtitutis, nuper audivimus, quod idem Rex paratus eſt in manibus noſtris ponere libere omnem, quæ inter cum & te vertitur, quæſtionem, & omnem, quem ſuper terras tuas tenet exercitum; removere. Quapropter nobilitatem tuam attente requirimus, & hortamur, illam attentius deprecanti, ac tibi tuæ ſalutis intuitu expreſſius injungentes, quatenus ipſius Regis in hac parte conſideranſ voluntatem, viam pacis & concordiæ non refugias; ſed acceptes; noſti enim quod guerrarum proſecutio præter ſumptuum onera, triſtes ut plurimum exitus parere conſuevit, cum nunc illum ferrum perimat, nunc gladius hunc abſumat, & nunc ſubducat alius illum caſus. Super quo, quia, ſicut diſcretio tua novit, in talibus eſt periculoſa dilatio, intentionem tuam nobis cum celeritate reſcribas, creditura his, quæ venerabilis frater noſter Petrus Epiſcopus Patten. Apoſtolicæ Sedis Nuncius, lator præſentium tibi pro parte noſtra retulerit in præmiſſis. Datum apud Villam novam Avenion. Diœc. IV. Idus Auguſti, anno IV.

XII. Clades Venetæ ſupradictæ fortaſſis a divino provenere ſupplicio; Deus enim ſeverus vindex eſt fidei orthodoxæ, quam in hoc ſaltem tunc læſerunt, quod per eos factum eſt quominus quæſitores orthodoxiæ ſuo officio fungerentur contra hæreticos. Erat tunc in illa regione; & Marchia Tarviſina Inquiſitor frater Michael Piſani, & quoſdam Neophitos ex Judaiſmo converſos; ſed in eumdem, aliaſque hæreſes relapſos in carcerem detruſit. Reſtiterunt ei quidam Miniſtri Joannis Gradonici Venetiarum Ducis, & ſub confiſto criminis colore ſancti officii familiares a ſe captos tormentis affecerunt. Scripſit Avenionem contra potentis magiſtratus violentiam remedium recepturus: Monuit Pontifex Ducem non ferendi ſceleris; mandavitque ut omne removeretur obſtaculum ſacri exercendi officii. Cunctationibus in longum trahitur remedium; oportuitque ut Avenionem ipſe abiret Inquiſitor; moritur interim Gradonicus, & ſuccedit Joannes Dalfinus; hunc efficaciter monet Innocentius, ut illatam reſarciat injuriam, ipſumque Michaelem Inquiſitorem jubet, ne timeat a facie potentum, ſed intrepide ubique ſuum exerceat officium. Cuncta his litteris explicantur.

Frater Michael Inquiſitor punit hæreticos.

Impeditur a Venetis.

Dilecto filio nobili viro Joanni Gradonico Duci Venetiarum.

Ex lib. ſecret. fol. 16. Jubet Pontifex omne removeri obſtaculum.

XIII. *AD audientiam noſtram pervenit, quod licet nonnulli hæretici, qui de Judaicæ perfidiæ tenebris ad lucem veritatis Catholicæ ſolum ſe verbo converterant, quique hujuſmodi perfidiam non deponentes, omnes diu ſub nomine & habitu Chriſtiano, pompis ſatanæ, quibus abrenunciaverant, ipſo fallente, ad contumeliam ſuſceptæ jam fidei, ſervierant & etiam ſervichant, per dilectum filium Inquiſitorem pravitatis hæreticæ capti pridie fuerint, & detineantur carceribus mancipati; tamen quidam ex ſubditis tuis tuum nomen & titulum prætendentes, ſic ſe Inquiſitori præfato pertinaciter opponere præſumpſerunt, ſicque per indirectum eiſdem patenter hæreticis faverunt; & favent; quod Inquiſitor idem in hæreticos ipſos, juxta canonicas ſanctiones animadvertere hucuſque nequierit, & quod inſuper fautores iidem familiares omnes Inquiſitoris ipſius, ſub eo colore confiſto, quod ipſi in captione dictorum hæreticorum, quædam ex bonis ipſorum ceperant, cum eiſdem per miniſtros tuos capi & quæſtionibus tormentorum ſubjici procuravarunt, non ſine gravi & enormi fidei memoratæ injuria, & Apoſtolicæ Sedis contumelia & contemptu. Attendentes igitur, quam graves pœnæ ſpirituales & temporales adverſus talia facientes per ſanctiones eaſdem promul-*

mulgatæ ſint, & iis non ſolum te, ſed quoſcumque ſubditos & Miniſtros tuos implicari directe vel indirecte, nulla ratione volentes, nobilitatem tuam attente requirimus, & affectuoſe precamur, quatenus prudenter conſiderans, quod Inquiſitori præfato, cui pro ipſius reverentia fidei, favere te convenit, in aliquo obſiſtere aut ejus officium impedire, vel quod impediatur pati, puritatem tuam non deceret; immo eo culpæ accuſaret te gravioris, quo majori potentia fultus es, & majori præeminet ratione, eidem Inquiſitori in executione hujuſmodi officii ſui nullum obſtaculum, nullumque impedimentum patiaris inferri, immo ei, ſicut tenerit, efficaciter faveas, potenter aſſiſtas; ita quod omnipotenti Deo, qui ejuſdem eſt actor fidei, gratus appareas, & in retributione juſtorum ſalutis æternæ rependia percipere mereariſ. Datum Avenion. Kalendis Maii, anno IV.

Venerabili fratri Epiſcopo Caſtellano.

XIV. *Dilecti filii Inquiſitoris hæreticæ pravitatis in ipſis partibus, auctoritate Apoſtolica, deputati grata nobis inſinuatione comperimus, quod tu ſibi in executione favorabili commiſſi ei officii ſalutaribus conſiliis, & efficacibus auxiliis adverſus quoſdam contra illud molientes aliqua, aſſiſtiſti; ſuper quo Fraternitatem tuam uberibus gratiarum actionibus proſequentes, illam attente precamur, quatenus ſic eidem Inquiſitori continuos favores, & auxilia conſueta exhibeas, quod ipſe ad laudem Dei, & honorem ipſius fidei commiſſum ſibi officium hujuſmodi utiliter exequatur. Datum Avenion. Kalendis Maii anno* IV. *Ibid. fol.* 57.

Dilecto filio Michaeli Piſani, Ordinis Fratrum Minorum Venetiis Caſtellanæ diœceſis, & in Marchia Tarviſina Inquiſitori hæreticæ pravitatis, auctoritate Apoſtolica deputato.

XV. *Placuit nobis, quod ſuper punitione, vel correctione illorum Neophitorum, quos Catholicæ fidei æmulus præcipitavit in hæreſim, & quos carcere noſtro Venetiis, Caſtellan. diœceſis tenes incluſos, ad Apoſtolicam Sedem accedens, nos conſulere ſtuduiſti. Cum autem quid ſuper hoc acturus ſis, plenius dideceris inſtructus a nobis, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad partes illas te referens, adverſus hæreticos ipſos in quocumque loco partium, in quibus es Inquiſitor pravitatis hæreticæ deputatus, vel extra illas ubicumque videris expedire, ſolum Deum habendo præ oculis, officii tui debitum exequaris. Datum Avenion.* XVI. *Kalendas Octobris anno* IV. *Ibid. fol.* 181.

EIDEM.

XVI. *Audientiam noſtram pervenit, quod Venetiis Caſtellanæ diœceſis, & in Marchia Tarviſina, ubi es Inquiſitor pravitatis hæreticæ, auctoritate Apoſtolica deputatus, ſunt nonnulli pravitatis hujuſmodi labe reſperſi, contra quos huc uſque officii tui pro eo exercere debitum diſtuliſti, quod quorumdam potentum indebitis favoribus adjuvantur. Cum autem non ſit deferendum homini contra Deum, diſcretioni tuæ, cujus nobis deſidia nocitura multum moleſta redditur vehementer, per Apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus tam contra hæreticos ipſos, quam contra fautores & receptatores eorum omnes & ſingulos tujuſcumque ordinis, conditionis, præeminentiæ, dignitatis, aut ſtatus extiterint, ſic Deum ſolum, cu-* *Ibid. fol.* 182.

cujus cauſam agis, habendo præ oculis, hujuſmodi officii tui debitum exequaris, quod nulla poſſis negligentiæ nota redargui, quin imo apud Deum, æternæ gloriæ mercedem uberem, & noſtræ plenitudinem gratiæ uberius conſequi mereariſ. Datum ut ſupra.

EIDEM.

XVII. *Ibidem.* *MOleſta quorumdam inſinuatio ad noſtrum perduxit auditum, quod in locis, & partibus, in quibus ex inquiſitor pravitatis hæreticæ, auctoritate Apoſtolica, deputatus, ſunt nonnulli Nobiles, & aliæ ſingulares perſonæ, nec non Univerſitates, & Communia Civitatum, Caſtrorum, Villarum, & aliorum locorum, quæ tuis in officio Inquiſitionis pravitatis ipſius prædeceſſoribus, & præceſſoribus, & tibi etiam obſtiterunt in executione ipſius officii, in grave fidei Chriſtianæ diſpendium, Dei contumeliam, & Apoſtolicæ Sedis opprobrium & contemptum. Cupientes igitur hujuſmodi morbo neceſſariam adhibere medelam, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Nobiles, & perſonas, ac Univerſitates, & Communia prædicta omnia & ſingula, quod ab omni impedimento præſtando tibi in ipſius executione officii, ſeu circa illam omnino deſiſtant, per cenſuram Eccleſiaſticam, & pœnas alias a jure ſtatutas, auctoritate noſtra, appellatione ceſſante, compellas. Non obſtante ſi Nobilibus perſonis, Univerſitatibus, & Communitatibus ipſis, aut quibuſvis aliis communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum ut ſupra.*

Dilecto filio Nobili viro Joanni Dalfini Duci Venetiarum.

XVIII. *QUondam Joannes Gradonico Dux Venetiarum prædeceſſor tuus, dum viveret, per ſuas litteras ſcripſit nobis, quod ipſo conſiderationem noſtri, qui ei ſuper hoc ſcripſeramus, & pro reverentia fidei Chriſtianæ, cujus dilatationem zelabat, paratus erat dilecto filio Michaeli Piſani de Venetiis, Ordinis Fratrum Minorum Inquiſitori hæreticæ pravitatis, auctoritate Apoſtolica deputato, in executione officii Inquiſitionis pravitatis ipſius, omne auxilium, omnemque favorem impendere, familiam ſuam dare, ac opportunam pecuniam pro expenſis Inquiſitoris, & officii prædictorum, juxta formam quarumdam litterarum felicis recordationis Nicolai Papæ IV. prædeceſſoris noſtri ſuper hoc, ut dicit, confectarum, integre miniſtrare. Et quia tenemur indubie, te in eis, quæ Dei ſunt, & ipſius fidei augmenta reſpiciunt, præfato Joanni non imparem, ſed majorem affectionem habere; Nobilitatem tuam attente ac fiducialiter deprecamur, quatenus ea, quæ idem prædeceſſor tuus liberaliter & fideliter obtulit, tu, qui ſicut in honore, ſic & in favore ſuccedis eidem, liberaliter & favorabiliter exequaris. In hoc enim debitum tuum ſolves, nobis admodum complacebis, & gratum ipſi tuo præſtabis obſequium Creatori. Datum Avenione* XIV. *Kalendas Octobris anno* IV.

EIDEM.

XIX. *DIlectus filius Michael Piſani Inquiſitor pravitatis hæreticæ in partibus ipſis, auctoritate Apoſtolica deputatus, retulit nobis inter alia, quod prædeceſſores tui Duces Venetiarum, & tu ſibi in executione officii ſui efficacibus ei ſemper auxiliis, & favoribus aſtitiſti, & quod eo illi,*

Anno Christi	Innocentii VI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 149.
1356.	anno 4.	anno 9.	

illi, & tu ad Deum & nos, ac Romanam Eccleſiam matrem tuam ferbuiſti, nunc ferbes affectu, quod in negotiis, quæ honorem fidei Chriſtianæ concernunt, frequenter petitiones Inquiſitoris præveniſti ipſius, & vota etiam ſuperaſti. Super quo devotionem tuam meritis laudibus, & debitis gratiarum actionibus proſequentes, illam attente rogamus, quatenus prudenter conſiderans quod ipſius negotia fidei etiam Dei ſunt, qui ejuſdem eſt fidei inſtitutor ac actor: erga Inquiſitorem, & negotia ipſa ſic favores, & auxilia inchoata continues, quod ab ipſo Deo mercedis æternæ præmium, & a nobis benedictionis, & gratiæ plenitudinem conſequaris. Datum Avenion. XV. Kalendas Octobris anno IV.

XX. In Flaminia hoc anno frater Fortanerius Patriarcha Gradenſis non inpigre partes juvit Pontificias, Ægidio cooperatus Legato; præter ingentem namque pecuniarum vim, quam in tertii Legationis anni tributum, illi primo, deinde Pontifici in belli ſumptus numeravit, continuo dum licebat; aſtitit Ægidio nulli parcens labori, quo minus Eccleſiæ jura redintegraret. Tulit horrendam in Ordelaſium, & Manfredios ſupranominatos Innocentius ſententiam, quam dum intimare non potuit Legatus, Anconæ graviſſimis impeditus negotiis, mandavit Fortanerio per litteras datas pridie Idus Februarii, ut Pontificium diploma in locis ad Aquilejenſem, Gradenſemque Patriarchatum, & ad Ravennatem Provinciam ſpectantibus, exequeretur. Quam vero de eo conceperit opinionem, in litteris expreſſit, hoc eum cohoneſtans elogio: *quem*, inquit, *Deus tamquam virum ſpecialis ſcientiæ, & virtutis, in quo viget ſenſuum plenitudo, & fidei puritas, ſuæ dedit Eccleſiæ*. Integre commiſſum ſibi onus complevit Fortanerius; rebelles & Tyrannos fidelium communione pepulit, explicato ex ſuperiore loco Arimini juſto judicio; illorum ſceleribus, & ſacrilegiis debito. Mox Malateſtam, & Malateſtam alterum filium, Hungarum cognominatum, ſexcentoſque præterea Ariminenſes viros bonos crucis ſignum in divæ Columbæ æde ſuis manibus cruce ſignavit, Ravennateſque omnes mares, ac fœminas, quartum decimum annum ſuperantes, ad parendum Romanæ Eccleſiæ, & Ægidii Legati præceptis ſacramento obligavit. Certe his, aliiſque auxiliis non parum juvit Legatum, ut omnem Flaminiæ regionem ad Pontificium reduceret obſequium.

Fr. Fortanerius rem promovet Pontificiam. *Rubeus citat.*

XXI. Fecit hoc anno X. Kalendas Januarii, feria ſexta in quatuor temporibus Adventus, ſecundam Cardinalium creationem Innocentius Pontifex, inter quos creavit fratrem Guillelmum Farinerium de Gordonio Miniſtrum Generalem, tituli ſanctorum Marcellini, & Petri presbyterum. Juſſit tamen, ut Ordinem gubernaret, uſque ad futura generalia Comitia; qua ratione factum eſt, ut generali miniſterio fungeretur annis novem. Anno ſequenti dedit ei Pontifex Prioratum de Lombenchiis Ordinis ſancti Benedicti, diœceſis Appamiarum a Monaſterio Manziazilis dicti Ordinis dependentem. Erat vir doctus, ſcripſitque libros multos ſacros & profanos. Refert Paulus Corteſius, eum rogatu Ægidii Legati, libellum edidiſſe de mutuatitia negotiatione, ex quo facile intelligi poſſit, quot ex nundinum pretiis nummi in ſingula centena permutationis nomine exigi, & quando liceret. Mortuus eſt Avenione VIII. Kalendas Septembris anno MCCCLXI. ſepultus apud ſuos Conſodales.

Fr. Guillelmus Farinerius creatur Cardinalis.

XXII. Moritur hoc anno miraculis clarus frater Martinus Fulginei, & ſepelitur ad divi Franciſci. Eodem anno ibidem obiiſſe beatum Matthæum Fulginaten. ſcribunt aliqui; alii anno MCCLVI. deceſſiſſe affirmant; facile error

Jacobill. de Epiſcop. Fulginat. ſub hoc anno. Moritur frater Martin. Fulginat. Et B. Matthæus.

error hujuſmodi irrepſit in numeros, & pro 1256. aliqui 1356. vel vice verſa repoſuerunt.

B. Michaelina Piſauriensis. XXIII. Obiit hoc etiam anno, XIII. Kalendas Julii in ipſa ſolemnitate Pentecoſtes, beata Michaelina vidua Piſaurienſis tertii Inſtituti ſancti Franciſci in eadem urbe, anno MCCC. nobili progenie Metellorum, patre Antonio Pardi progenita. In Baptiſmate pater Nicholauſiæ nomen imponi tentavit, ſed mater obtinuit, ut Michaelina vocaretur, veluti præſagiens frequens inituram cum diabolo certamen. Duodennis a parentibus nobili ex Malateſtis copulata marito, & filium unicum enixa Pardinum, virum perdidit anno ætatis vigeſimo. Venerat ſub hoc tempus ex Syria Piſaurum pia & honeſta fœmina, tertium ſancti Franciſci Inſtitutum profeſſa, quæ pietatis vacans operibus, & victum mendicans, eum perfectionis attigit gradum, ut cœleſtibus intenta meditationibus tota abſorberetur in Deum, & veluti terram faſtidiens, mirifice in aerem efferretur. Fœminam virtutem conſpicuam, & fama commendatiſſimam Michaelina induxit, ut ſecum habitaret, pudicitiæ teſtis eſſet, & magiſtra virtutis. Nihil Syræ magis cordi, quam ſuæ hoſpitis ſalus, atque ut beneficium rependeret hoſpitii, frequenter pro ea orabat, ut mundi contemptis illecebris, amorem omnem in Deum transferret. Dum ita deprecaretur, die Pentecoſtes extra ſe rapta, & a terra elevata, oculis in Deum fixis, immobilis hæſit totis horis antemeridianis uſque ad veſperam, donec Michaelina a prece turbavit, dicens: *quare non comedis ſoror, & lætaris in hac maxima Pentecoſtes ſolemnitate? Paſcha domini eſt, non licet, ſaltem non decet triſtari, & corpus macerare jejuniis. Vis ut columna immobilis, tot horis rigere, & corporis deſpicere neceſſitates? Tempus lugendi, & tempus in Domino gaudendi. Hæc dies quam fecit Dominus exultemus, & lætemur in ea.* Syra ab oratione violenter avulſa reſpondit: *O ſi ſcires, amica hoſpes, donum Dei, & quam bonum & jucundum ejus interno frui colloquio, me ad hæc externa non revocares. Si & tu guſtares quam ſuavis eſt Dominus, mundana omnia tibi amaricaſſent, & quidquid Deus non eſt, propter Deum omnino deſpiceres.* At illa: *fruſtra Soror mihi defæcatum Dei amorem perſuades, dum filiolus unice dilectus meos occupat ſenſus, & divitiæ, quibus ſufficienter abundo, meum deprimunt affectum, ne libere ad Deum aſcendat. Si vis*, inquit Syra, *ab his liberari, Deum concordi prece rogemus, ut ipſe animum tuum ab his nexibus ſolvat, & ſi expediat, tenellum & adhuc innocentem ad ſe trahat Pardinum, antequam malitia mutet intellectum, & faſcinatio nugacitatis decipiat ſenſus illius.* Placuit propoſitum, & die ſequenti ſummo mane in templum Minorum profectæ, coram Chriſti Crucifixi ſimulacro orantes, hanc audierunt vocem ab imagine delapſam: *Michaelina ego te hac cura, & amore levabo; filium ad me vocabo, et matrem mihi deſponſabo.* Mox domum reverſæ, puerulum languere, & deinde defuncti animam ab Angelis duobus in cœlum efferri conſpexerunt.

Marian. in append. lib. 2. Rotul. in ejus vita. Marc. 1. par. lib. 9. c. 17.

Syra S. Franciſci inſtitutum profeſſa.

Fit Comes Michaelinæ.

Michaelina rebus abſolvitur terrenis.

XXIV. Hoc abſoluta vinculo Michaelina facultates, propinquis & conſanguineis aſpere contradicentibus, erogavit in pauperes, vilemque tertii Ordinis ſancti Franciſci habitum induta, vitam vixit plane cœleſtem. Caritatis operibus, & egenorum obſequiis totaliter addictæ Chriſtus apparuit dicens: *miſericordia in pauperes, infirmos, pupillos, et viduas præſtita me tibi devinxiſti; quod enim uni ex his minimis feciſti, mihi feciſti, ſed et ego abundanter retribuam; tibi adero, te juvabo, ut per ſemitam quam elegiſti conſtanter incedas, et non declines ad dexteram, neque ad ſiniſtram, ſed intrepide pergas per viam rectam, quæ ducit ad vitam.* Illa tremens genu-

Colloquio fruitur divino.

Anno Christi	Innocentii VI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 149.
1356.	anno 4.	anno 9.	

nuflexa, gratias humiles reddidit bonorum omnium auctori: *quæ huc uſque*, inquit, *præſtiti, non ego, ſed tu ipſe Domine feciſti; quid ego exhibui, quod reddas? a me miſella, et boni totius indiga, quid potuit prodire, quod oculis tantæ majeſtatis complaceat? tua, piiſſime Pater, dona recipis, et dum hæc retribuis, tua munera coronas. Etiam ipſum benefaciendi ſtudium a te prodit: fac ergo Domine ut velim, et faciam, neque permittas me aliquando a temetipſo divelli*. Hoc excitata colloquio, majori conatu divinis ſe devovit obſequiis, nulla facultatum parte ſibi relicta, in paupertate & egeſtate ſpiritu dives, ſumma voluptate oſtiatim mendicabat. Multi repellebant injurioſis verbis, prodigam bonorum ſuorum diſſipatricem, & fatuam appellantes; conſanguinei aliquando verbis addebant verba, quibus illa nihil amplius reſpondebat, quam juſte ſe verberari propter pompam & vanitatem, quam in juventute ſub pretioſis veſtibus præferebat, & juſtum eſſe, ut propter delicta, quæ tunc commiſit, vel mitiſſimum hoc ferret ſupplicium. Facultates in pauperes diſtribuit.

XXV. Ut in laſciviente ætate corpus ſervaret illibatum, ferro, cilicioque præcincta, catenis ferreis carnem edomabat, humi vel nuda in tabula cubabat, orationi flexis genibus tanta aſſiduitate vacabat, ut ex vulnerato poplite vermes ſcaturirent. Cibus & potus, ut plurimum panis & aqua, ſed dum ſemel carnem aſſam concupiſceret, & coram poſitam haberet, e menſa ſurgens, in cubiculo catenis ferreis aſpere ſe flagellavit, donec, defluente ſanguine, appetitus omnis abſceſſit. A converſionis primordiis Chriſto crucifixo vehementer compaſſa, & amoris ejus ignibus exardeſcens, locum in quo ſuus amor fuit crucifixus, decrevit inviſere. Annis proinde maturior, nacta opportunitatem navigii, & honeſti comitatus, transfretavit Hieroſolymam, ubi loca omnia ſacris Chriſti veſtigiis, aut Sanctorum memoriis conſecrata devote perluſtravit. Ad locum Calvariæ montis, quo Chriſtus in crucem actus eſt, adeo intenſe oravit, ut extra ſe longo tempore raptam omnes circumſtantes expiraſſe putarent. In raptu hoc hærenti Chriſtus apparuit, eamque tanta dulcedine replevit, ut ſuavi & potentiſſimo de rebus divinis eloquio præſentes ad ſtuporem excitarit. Ejus pœnitentia. Loca ſancta Hieroſolymotum invilit.

XXVI. Virtutibus & pietate illuſtrem amplius miraculorum gloria Dominus illuſtrare conſtituit. Nam Hieroſolymis in patriam rediens, exorta ſæva tempeſtate, brachiis in crucis modum extenſis, oravit, & ſtatim cum omnium admiratione, facta eſt tranquillitas magna. Piſauri cum gaudio & reverentia excepta, pauperi oleum petenti ex inani vaſe tribuit abundanter, & piæ fœminæ pauperculæ lecythum vacuum cœlitus obtinuit oleo optimo adimpleri. Cuidam vehementiſſimum capitis dolorem patienti, & capitis velum importune poſcenti porrexit, ſtatimque liberatus eſt ab omni ægritudine. Mulierem etiam diu eodem malo laborantem impoſitis capiti manibus repente curavit. Horribilem leproſum omnes procul faciebant, cujus copinſa ſcabies nauſeam, & fœtor nimius moleſtiam omnibus ingerebat; ſed Michaelina Chriſtum in leproſo contemplans, accurrit, brachiis ſtrinxit, oſculo donavit in maxilla lepra infecta. Ea parte ſtatim convaluit pulchra obducta cute; quod dum illa perſpiceret, caritate urgente, tamdiu oſculari perſeveravit, donec totus mundaretur. Mulierem etiam nobilem eadem morbo putreſcentem oratione curavit. Miraculis coruſcat.

XXVII. Curſu tamdem fideliter conſummato, piis laboribus confecta migravit ad Chriſtum Piſauri, anno LVI. ſuæ ætatis die ſupradicto, licet Rodulphus aſſerat obiiſſe die XVIII. Junii in dominica Trinitatis. Funus ſolemniter curatum in Eccleſia ſancti Franciſci, concurrente univerſo populo, & urbis Magiſtratu. Pulchro nunc gaudet ſepulcro, appoſito hoc epitaphio. Feliciter moritur.

phio. *Divæ Michaelinæ ossa anno* MCCCLVI. *condita, ex tumulo vetustate exoleto exempta, Zoroastes Barignanus, & Hippolyta Leonarda uxor novo hoc monumento locanda curarunt anno* MDLXXX. Multis statim post mortem clarere cœpit miraculis; aliqua lubet hic recensere. Pandulphus nobilis Pisaurus ex longinqua Regione in patriam navigans, audiensque innumera Michaelinæ paulo antea defunctæ meritis patrari miracula, fidem referentibus denegavit. Accidit paulo post, ut magna tempestate navis periclitaretur, & unusquisque patronos cœlites advocaret; rogavit ille Michaelinam, ut succurreret, promittens se virtutum & prodigiorum fore præconem. Extemplo cessavit ventus, mare quievit, & Pandulphus deinceps suam liberatricem dignis extulit encomiis, & marmoreo donavit sepulcro in odæo Fratrum, quod renovari curarunt supradicti Zoroastes & uxor. Eodem anno Joannes Giannius Anconitanus, dum filius triennis gravi laboraret febre; & viscerum dolore, vovit, se visurum Michaelinæ sepulcrum, statimque perfecte convaluit puerulus. Nobilis quidam Pisaurus visu privatus, accessit ad tumulum, diu oravit, & tactis oculis cilicio, quo utebatur Michaelina, visum recepit.

Miraculis post mortem resplendet.

XXVIII. Anno MCCCLIX. frater Angelus Appulus, Incola Cœnobii Pisaurienſis in mare demersus & mortuus, vel mortuo similis, ad littus deductus, consodalibus Pisauris, qui aderant, genibus flexis rogantibus Michaelinam, ut pro defuncto intercederet, convaluit, & domum incolumis rediit. Anno MCCCLIX. mense Septembri, Bartholum Septennem Agnetis Sascorbariæ filium, hebdomadibus quinque febricitantem, mater sanum recepit, dum votum emisit se ad Michaelinæ tumulum cereum magnum oblaturam. Eodem mense, similique modo salutem consecutus est bimulus infans ad preces Honettæ e monte Barocchio suæ genitricis. Sexto Octobris Antonius Simonettus Anconitanus deposuit coram Notario & testibus, se meritis ejusdem Dei famulæ a vehementi stomachi dolore liberatum. Die XXI. Novembris Antoniola e Corinaldo longo tempore a spiritibus immundis possessa, ad prædictum sepulcrum per vim tracta, fuit soluta.

XXIX. Anno MCCCLX. mense Junio Mitis Ariminensis fœmina, toto corpore putrefacta, decidentibus carnis fragmentis, soluta partium compagine, & fœtorem undique emittens intolerabilem, Michaelinam deprecans, consolidata carne, & fœtore extincto, pristinæ restituta est sanitati. Eodem anno Berta, Ceccolini montis Lucii filia, a spiritibus malignis vexata, ad tumulum ducta, & cilicio Michaelinæ contacta, a molesta tyrannide fuit redempta. Anno MCCCLXII. Jacobum Venetum, & Nicolaum Raguſinum in mari periclitantes, sedata repente tempestate, e mortis faucibus Dei famula eripuit. Gaudiosam juvenculam longo morbo in mortis articulo constitutam; Joannem Rectorem Ecclesiæ sancti Martini Ravennæ a pestis labe; anno MCCCLXIII. Petrum puerum duodennem ex equo delapsum, & caballi ungulis attritum triduo insensibilem, mirabiliter curavit.

XXX. Anno MCCCLXIV. Boccacinum Immolensem, ab Hungaris hostibus captum, & vinculis ligatum, ruptis impedimentis, ab inimicorum potestate; Antonium, Blasii Forisemproniensis filium, a pestis ulcere mortali; anno MCCCLXV. Nicolettam, Mansuetæ Recinetensis filiam, a paralysi, qua per integrum laboravit annum, liberavit. Anno MCCCLXXI. Ceccolam ex Comitatu Urbinate miserabili infirmitate dissolutionis membrorum, & fœtore emorientem; Catarinam ex Comitatu Callienſe morbo regio, quo quinquies, vel sexies die quolibet, unius horæ spatio afflictabatur; Anno

no MCCCLXXIV. Floram, Fusci filiam, ex Monte Gaudii peste ferme animam agentem; Anconitanos octodecim cymbula vi maris & venti in altum deductos, & certo naufragio pereuntes; anno MCCCLXXV. Lellam Forolivienſem, tribus annis ſurdeſcentem; Bartholum puerulum etiam Forolivienſem in mortis articulo conſtitutum ſalvavit. Anno MCCCLXXVII. ad fervidas preces Eliſabethæ Ravennatis, infantulum, quem monſtruoſis membris informem peperit, poſt duorum ferme menſium ſpatium pulchra & perfecta membrorum diſpoſitione donavit. His ſimilia plurima miracula ultra nonaginta ex fideli teſtium depoſitione ſuis actis exceperunt Cecculus & Bernabuccius Piſaurienſes Notarii. Scripſerunt ejus vitam Anonymus coævus, Marianus Florentinus Latino ſermone. Italico typis Ariminenſibus anno MDLXXXV. edidit Petrus Rodulphus Toſſinianeſis, Hiſpano Marcus Uliſypponenſis. Ejus vitam Piſauri editam, & in tabulis Piſaurienſibus ſe legiſſe, eamque Eccleſiaſtico coli officio teſtatur Philippus Ferrarius in catalogo Sanctorum, ad undecimum Kalendas Julias.

XXXI. Obiit hoc anno apud Grimmosby in Anglia frater Guillelmus Bretonus antiquorum Bretonum ſtirpe in Cambria natus, teſte Willotto, vir bonus & pius ſuo tempore celebris. Hic a teneris annis in ſtudiis bonarum litterarum ſemper educatus, & ſollicite inſtructus, in omni eruditionis genere peritus evaſit; Poeta, Rhetor, Philoſophus, denique Theologus inſignis. Nam in his ſcientiis ita floruit, ut ſuo tempore paucos ſibi pares habuerit, & vix quemquam ſuperiorem. Doctiſſimis ſui ſeculi viris carus erat, ejuſque ſcripta, auctore adhuc vivente, non ſolum in Anglia, ſed etiam in Gallia & Italia, multis magno erant in pretio. Quædam ejus opera tum Oxonii in Bibliotheca publica, tum in aliis privatis Angliæ, Galliæ, Italiæ reperiri adhuc dicuntur. Erat autem & in rebus ſacris & profanis explicandis ſollicitus vocabulorum interpres, multum intereſſe dictitans, ut quis cujuſque verbi propriam & nativam ſignificandi vim intelligat. Nam licet metaphoris, & aliis figuratis locutionibus uti poſſimus, tamen proprietatem ſermonis ignorare nequaquam debemus. Multa igitur obſcura vocabula in ſacris maxime bibliis, dilucida interpretatione, clariora reddidit. Quo in genere quoddam opus ejus MSS. extat in Bibliotheca Auguſtinianorum Prioratus Montis-ſancti in Lotharingia, quod de etymologiis ſacrorum verborum agit, & licet proſa ſcriptum ſit, tamen initium, ſeu proemium habet verſu rythmico hexametro. Moritur Fr. Guillelmus Bretonus. *Piſens.* *Willotus.*

XXXII. Ante hunc annum originem accepit Conventus ſanctæ Mariæ Magdalenæ de Specu cognominatus in Provincia Marchiæ, in montis declivio, prope fluvium Fiaſtræ, tribus ab oppido Montis-alti milliaribus. Ædificarunt Camertes patribus Clarenis cupientibus locellum habere ſolitarium, ubi contemplationi intenderent, & tirones educarent. Invius ferme, & inacceſſibilis eſt locus, cui ob aſperitatem, & abditum receſſum tum Fratres, tum vicini accolæ *ſpecus* nomen indiderunt. Derelictus a Clarenis in Minorum regularis obſervantiæ poteſtatem devenit, ibique nunc inhabitant, qui anachoreticam, & ſilveſtrem vitam affectant. Inchoatum etiam hoc tempore Conventum Candelariæ oppidi a Piſauri Urbe III. M. P. diſſiti, ex facultatibus beatæ Michaelinæ, de qua nunc egimus, referunt illius ædis monumenta. Floruit ibidem, & domum libris, aliiſque rebus illuſtravit Magiſter Antonius de Candelaria, vir doctus, & illuſtris concionator. Obiit in patria anno MDCXIX. die XVI. Julii. Conv. de Specu. *Gonza. in Prov. Marchia Conv. 26.* Conv. Candelaria.

XXXIII. Etiam hoc tempore præextitiſſe Monaſterium Clariſſarum in oppido Cherio Taurinenſis diœceſis, mihi probat diploma Pontificium, quo Monaſt. Cherii.

Abbatiſſæ confertur facultas aſſiſtendi ſuis parentibus morituris : *Honeſtis ſupplicum votis*. XII. Kalendas Junii. Prohibuit hoc anno univerſis Sedis Apoſtolicæ Nunciis, ne Monaſteria viſitarent Clariſſarum, juſſitque ut ſi quas pecunias prætextu viſitationis jam factæ receperint, extemplo reſtituerent : *Licet vobis* XII. Kalendas Junii. Ludovico Regi Siciliæ ſcripſit, ut favorem præſtaret Abbatiſſæ, & Monialibus Monaſterii Corporis Chriſti Neapolitani : *Executores dati*. XIV. Kalendas Octobris.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Farner. fit Cardinalis.

Indic. ex Vatic.

Ex copia.

I. HOc anno X. Kalend. Januarii feria VI. in quatuor temporibus Adventus, ſecundam Cardinalium creationem Innocentius Pontifex egit, inter quos creavit fratrem Guillelmum Farinerium de Gordonio Miniſtrum Generalem, tituli SS. Marcellini & Petri Presbyterum : attamen juſſit Ordinem gubernare uſque ad futura Comitia Generalia ; conceſſa interim eidem quadam Abbatia : *Dum ad perſonam &c.* IV. Kalend. Januarii. Indulſit etiam ædificationem Conventus Tinienſis, vel Tinenſis : *Sacræ Religionis &c.* IV. Kalend. Julii, ut indicat Petrus de Alva, & Aſtorga : & hunc puto eſſe eum, quem Piſanus provinciæ Boemiæ in ſeptima cuſtodia Lutomericenſi ſexto loco ſcribit. Blancæ autem Reginæ ingreſſus Monaſteriorum licentiam fecit : *Devotionis tuæ &c.* VIII. Idus Octobris.

II. Petrus Rodulphus Toſſinianus ex Minorita Epiſcopus Senogalienſis, cum in ſua hiſtoria de quadrageſimo Capitulo Generali Maſſiliæ celebrato anno MCCCXIII. egiſſet, ſubjungit. Hoc tempore accidit Neapoli, quod quidam Eremita prædicans in Eccleſia noſtra ſancti Laurentii prædixit imminentem ruinam civitati die XXVI. Januarii. Franciſcus Petrarcha, qui ibidem aderat, tam diro nuntio territus, manſit illa nocte apud Fratres ſancti Laurentii, utpote in loco urbis eminentiori. Quidam frater David vitæ ſanctitate clarus, una cum aliis Fratribus cum reliquiis Sanctorum irruenti aquæ Neapoli obicem ponit ; ſiquidem in tantum mare excreverat, ut tota pene civitas videretur ſubmergi : de qua re ſcribit Franciſcus Petrarcha lib. 5. epiſtolarum ſuarum ad Joannem Columnam ſic inquiens : *Compatior tibi mea nobilis Parthenope : te enim puto ruituram ad* VII. *Kal. Decembr.* Beatus autem David, ut diximus, civitati Neapolitanæ ad excidium inclinanti, ſuis precibus opportune ſuccurrit : migravit vero ad Dominum Neapoli in Campania pridie nonas Auguſti, circa annum Domini MCCCLVI. Fratrem Jacobum vero a Bario Apulorum, ſanctitate eximia nitentem, noſter Gonzaga refert ſupremum diem clauſiſſe apud Thuſcos in Territorio Cluſentino. Etiam Didacum a Singa Tertii Ordinis alumnum, ſanctitate inſignem, hoc anno VI. Kalend. Junii in Thuſcia occubuiſſe tradit Andræas Bonfanti.

Bojar. ex Gonzaga p. 1. fol. 95. in B. viris &c.

Fr. Jacobus a Bario claret.

Item Didac. a Singa ex Tertio Ordine.

III. Breſſenſem regionem Comitatus *Varaz*, *Montrevil*, *Pont de Vaulx*, *Bagey*, & alios complectentem in diœceſi Lugdunenſi, ac iis temporibus Comitibus Sabaudiæ obedientem, Burgis ſua capitali civitate, Fratrum Minorum Cœnobium habuiſſe, ex quodam Indulgentiarum diplomate conceſſarum viſitantibus ſacellum beatæ Mariæ Virginis, quod in Eccleſia dicti Cœnobii nobilis vir Geraldus Deſtres Dominus de Raquens, novit Waddingus ſub Gregorio XI. anno MCCCLXXI. ſed fundationis tempus, nec auctorem vidit ; utrumque autem nos aperimus : Amadeus VI. Sabaudiæ Comes &c. dictus Viridis quod plurimum in ve-

Wadd. ad ann. 1371.

„ veſtibus hujuſmodi coloris oblectari videretur, anno præterito proxime „ Joanni Regi Francorum, in quem movebat ad Caletum Angliæ Rex „ Eduardus, militum valida manu ſtipatus adfuit; at eo tumultu bellico „ tunc, ut videbatur, pacato, cum ſuis ad propria rediit: erat autem non „ tam belli, quam pacis & religionis amator: unde Burgis in Breſſa, cum „ Bonna Borbonia ſua conjuge commorans, Cœnobium religioſis ſancti „ Franciſci, quos plurimum diligebat ac venerabatur, hoc anno fundavit. „ Quando interea Richardus Eduardi Angliæ Regis filius major natu in Bi„ turiges & Pictavos repente milites moverat, & graſſabatur; & Joannes ex „ adverſo in eum properabat. Richardus non detrectabat pacem reddere & „ accipere; quinimo nec reſtituere armorum vi ablata recuſabat: at mala „ Francorum ſors irrita fecit ejus vota: commiſſo enim prælio apud Picta„ vos ſex millia periere Francorum, quingenti proceres, inter quos Joan„ nes Rex cum ſuo filio Philippo, facti captivi. xtii. Kalend. Octobris „ anno MCCCLVI. a Richardo Burdigalam primo, & inde in Angliam, „ omni tamen cum honore, introducti fuere. Carolus autem Joannis filius „ re Patris male geſta, Pariſios deſuper agenda conſulturus ſe recepit. Ibi„ dem in noſtro Conventu pluries ſelectorum Parlamentariorum Comitia „ fuere coacta; ac interea linguæ Occitanæ, & Provinciæ Narbonenſis po„ puli miſericordiores in captivum Regem habiti fuere. Etenim auctore „ Comite Armignaco, prohibuerunt regionis incolas auro, argentoque „ vel unionibus, ſeu inſignis coloris veſtibus in publico uti. Octo præterea „ hominum millia ad belli ſocietatem cum diurno ſtipendio, cuſa nova „ moneta, decreverunt; ac interim ut agi poſſet de pace duorum annorum „ induciæ firmatæ fuere, quo tempore cum populo, Clerus & Regulares, „ præſertim Minoritæ, in omni Occitania precibus publicis cœlum urge„ bant.

Degl. p. 4. f. 403.

Infr. ad annum 1303.

ARGUMENTUM.

Celebrantur Comitia Generalia in quibus eligitur frater Joannes Bucchius in ſupremum Ordinis Præfectum. Refertur moleſta controverſia Richardi Archiepiſcopi Armachani Hiberniæ Primatis cum Regularibus Mendicantibus, ex cujus occaſione indicatur alia in eoſdem recens mota ſeditio. Floret Joannes Rupeſciſſanus & defenditur a calumniis. Propagatur Inſtitutum.

I. Guillelmus Farinerius Cardinalis, & Sodalitii Minorum Vicarius Generalis indixit hoc anno Comitia totius Ordinis celebranda Barcinone, in quibus electus eſt in Ordinis præfectum frater Joannes Bucchius Provinciæ Aquitaniæ ſacræ Theologiæ Magiſter, & conſtitutum eſt ut feſtum translationis ſanctæ Claræ tum a Minoribus, tum a Clariſſis fieret ſecunda die Octobris, ne impedimento eſſet vigiliæ aut primis veſperis ſancti Franciſci, licet uſque ad illud tempus celebrari ſoleret in ipſo profeſto S. Patriarchæ. Cautum etiam ut habitus Fratrum paupertatem tum in pretio tum in colore præ ſe ferant, & ne diſcriminentur undulis, aut guttis variegatis, & ne multo ſegmento, aut varietate vanitatem, inanemve gloriam concilient (namque in ſordibus & ſegmentis aliquando etiam regnat luxus) neque mantelli ſint rugati, ſed ſimplicitati, & ſinceritati Fratres ſtudeant, omni prorſus curioſitate ſemota. Marianus & Marcus Ulyſſiponenſis anno præ-

Capitulum Generale 53. Barcinone.

Marian. lib. 4. cap. 13. Marc. 2. p. lib. 8. cap. 16.

Rodul. fol. 241. præterito hæc habita fuiſſe ſcribunt Comitia : verius Rodulphus hujus anni partum enumerat, quod aperte probant quas adjungo, litteræ Pontificiæ.

Dilectis filiis Miniſtris, & aliis Fratribus Ordinis Minorum Barchinone, in generali Capitulo eorum ibidem proxime celebrando convenientibus.

Ex lib. ſecret. anni 5. fol. 70.

II. *IN firmamento militantis Eccleſiæ, quod ipſius Eccleſiæ fundator, & Rector Chriſtus Jeſus, quaſi ſtellarum varietate, diverſorum Ordinum pulchritudine decoravit, ſacer Ordo veſter mira claritate refulget. Ipſius enim Ordinis Profeſſores fama celebres, præclara vita & ſanctitate prælucidi, Eccleſiam eamdem lætificant, dum ſibi & aliis ædificant ad ſalutem. Digne igitur de præfati Ordinis proſperitate ſolliciti reddimur, & deſideranter optamus, ut in eo pax vigeat, abundet quies, & tranquillitas augeatur, ſicque Spiritus ſanctus eorumdem profeſſorum corda concilet, & ſui roris intima aſperſione fœcundet, quod inter eos ſit mentium rectitudo, ſit votorum concordia, ſit voluntatum unitas, ſit purita. actionum. Et ideo univerſitatem veſtram monemus, requirimus, & hortamur in Domino, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus in hujuſmodi congregationis veſtræ Capitulo, illis detis operam ſtudiis, illis operibus intendatis, per quæ odorem famæ veſtræ diffundatis latius, & ſalutis æternæ uberiora merita conſequi, Deo propitio, valeatis. Et quoniam in Generalis Miniſtri veſtri electione, quæ in dicto Capitulo imminet facienda, petra ſcandali, diviſionis, ac ſchiſmatis actor Angelus Satanæ ad ſciſſuram veſtram, ſicut non ambigimus, eo machinas ſtruet, & eriget fortiores, quo firmiorem & ſolidiorem veſtram frequenter expertus eſt unitatem, hujuſmodi exhortationibus & mandatis adjicimus, ut in hujuſmodi electione ſolum Deum & Communem ipſius Ordinis, ac veſtram utilitatem habendo præ oculis, poſtpoſita particulari affectione qualibet, illum vobis eligatis, conſtituatiſque patrem, qui tantæ congregationi conveniat, & in filiorum ſapientia gaudens, ſicut vobis & eidem Ordini præerit, ſic & proſit. Ut autem caritatis, quam ad vos & ipſum Ordinem gerimus, utcumque percipiatis affectum, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vobis in Capitulo ipſo præſentibus, & iis etiam ex Fratribus ipſius Ordinis, qui venientes ad illud, & impedimento legitimo præpediti, in eo intereſſe nequierint, vere pœnitentibus & confeſſis ſeptem annos & ſeptem quadragenas de injunctis vobis & eis pœnitentiis relaxamus. Ceterum, quia mare mundi hujus, in quo Petri navem impares meriti's gubernandam ſuſcepimus, ſuſcitatis in eo ventis validioribus, tot procell's concutitur, tot turbinibus agitatur, totque undis altioribus inquietum eſt, ut navis ipſa pene ipſis in fluctibus naufragetur, devotionem veſtram attente rogamus, & ex paterna caritate depoſcimus, ut apud eum, qui mari, & ventis imperat, & ceſſare facit impetum tempeſtatis, devotis orationibus inſictis, ut ipſe ad imperfectum noſtrum convertens benignus intuitum, ſic illum ſuppleat, ſicque in ipſius navis regimine imbecillitatem noſtram corroboret & confirmet, quod eam, adjuti munere gratiæ ſuæ, ad ſalutis portum conducere valeamus. Datum apud Villam novam Avenion. diœceſis* VIII. *Kalendas Junii anno* V.

Laudatur Ordo Minorum.

Marian. lib. 4. cap. 13. III. Magna excitata eſt ſub hoc tempus tempeſtas in Anglia contra quatuor Ordines Mendicantes, prædicantibus quibuſdam adverſus hoc vitæ ge-

Anno Christi	Innocentii VI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 150.
1357.	anno 5.	anno 10.	

genus, & aſſerentibus, non eſſe in ſtatu ſalutis illius profeſſores. Plurimis Eccleſiarum Prælatis & Parochis non diſplicuit improbum hoc adverſantium ſtudium; qui nimis ægre ferebant, privilegiis multis regulares a ſuo divelli imperio, apud Principes ſummo honore coli, populorum beneficentia abunde ali, commodis ædificiis multiplicari, doctrinæ & virtutis nomine paſſim communi clero præferri. Aliud magis pungebat, cenſus decrementum; miniſtrantibus enim libere religioſis Sacramenta, præſertim Pœnitentiæ, quotidianum lucrum, & populi erga ſe ſtudium ſentiebant imminui. Obloquentes proinde non corripuerunt, nec Regulares protexerunt, ſed ſecretis quibuſdam machinis ſupplantare ſtuduerunt, donec palam occurrendum fuit publicis Religioſorum querelis, & ſcriptis in ſuam defenſionem libellis, in quibus ſuum Inſtitutum conferebant, & præferebant ſtatui Sacerdotum ſecularium. Procedente rixa, & conſerta acie, diu dimicatum eſt, negatumque jus prædicandi, confeſſiones excipiendi, & mortuos ſepeliendi quatuor Ordinum profeſſoribus.

Marc. lib. 9. c. 16. Caſſillo. 2. par. lib. 2. c. 4. Platus de bono ſtatu relig. lib. 1. c. 33.

Inſurgunt aliqui in Anglia contra Mendicantes.

IV. Dum in hoc ſtatu res verſantur in Anglia, Richardus Radulphus Archiepiſcopus Armachanus, Hiberniæ Primas, aliquot intulit moleſtias Fratribus Armachani, & Pontanenſis Conventuum, tentavitque quoddam poſterioris ædis ornamentum in ſuum palatium transferre. Verum urbis Prætor ex familia Batheorum a vi inferenda cohibuit, & Fratribus jus ſuum voluit illæſum. Hac irritatus repulſa, Anglicanas diſceptationes expanſo ſuſcepit ſinu, Mendicantium obſiſtere exemptionibus, & privilegiis primo cœpit, mox procedente altercatione & fervore contentionis, ſtatum ipſum impugnare, Parochorum ex adverſo jura fulcire. Guardianus Armachanus Regni Primatis auctoritate & pondere preſſus, interpoſita appellatione, Avenionem citavit, & ſolerter fecit ut tam Regis Eduardi, quam Innocentii Pontificis mandato, comparere præciperetur. In Angliam igitur trajiciens, aliquos ſermones in Mendicantes declamavit ad Templum ſancti Pauli Londini, paupertatem & mendicitatem impugnavit, aſſerens turpe eſſe Chriſtianis ſua ſponte mendicare, multo minus ad perfectionem pertinere. Perveniens autem Avenionem anno proxime elapſo, hoc ipſo multa ſparſit contra religioſos, & tractatum exhibuit, cujus initium eſt: *Nolite judicare ſecundum faciem*, cui reſpondit docte & erudite in altero libello incipiente: *Confeſſio & pulchritudo in conſpectu ejus*, frater Rogerus Coneroey Cambrenſis, Miniſter Provincialis Angliæ, de quo ſupra inſtituimus ſermonem. Extat uterque tractatus ſimul cum quæſtionibus adverſus Armenos, & ſermonibus contra Mendicantes in codicibus anno MDXI. impreſſis Lutetiæ, de quibus ita Poſſevinus: *At cum Richardus hic, quem Armachanum vocant, caute legendus ſit, tum præcipue Rogerus de Chonnoe* (alias Coneroey) *Ordinis Minorum perpendendus eſt, qui defenſionem Mendicantium adverſus eumdem Armachanum docte, & accurate conſcripſit.*

Et Armachanus in Hibernia.

An. 1355. n. 6.

V. Porro in ſupradicto tractatu Armachani, & in alio opuſculo & ſupplici libello ab eodem auctore de hac ipſa controverſia confectis, & nuper anno MDCXXXIII. quorumdam ſtudio Lutetiæ editis, graviora hæc deprehenſa ſunt; quod mendicitas voluntaria in religioſo vitæ ſtatu propter Chriſtum ſuſcepta, erat culpabilis, illicita, & damnoſa. Quod Chriſtus numquam mendicavit, nec mendicare conſuluit, ſed prohibuit. Quod voluntarie mendicare eſt contra jus humanum & divinum. Quod nec Alexius, nec Franciſcus voluntarie mendicantes fecerunt, ut prudentes & perfecti, ſed tantum ut devoti & pii, ſicut Marcus (inquit) Evangeliſta pollicem ſibi amputavit, ne cogeretur ad celebrandum Miſſæ ſacrificium.

Errores Armachani.

Imperiti quidam hoc tribuunt S. Marco Evangeliſtæ, quod contigit Marco Anacoretæ: vide Baron. an. 45.

Quod

Quod ſolus Chriſtus in quantum homo, fuit verus rerum omnium Dominus temporalis, quia ſolus Adæ in innocentiæ ſtatu ſucceſſit; verum quia rerum omnium temporalium invenit occupata dominia, noluit cum poſſidentibus litigare. Quod mortalis peccati reus non poterat in illo ſtatu dominium alicujus rei juſto titulo poſſidere. Quod audire confeſſiones erat contra mendicantium ſtatum, nec privilegiis ad hæc datis uti poterant ſine animæ ſuæ detrimento. Quod in ſola parochia, præterquam in caſu neceſſitatis, licebat confeſſiones excipere. Quod confeſſi Religioſis Mendicantibus a Sede Apoſtolica habentibus licentiam generalem audiendi confeſſiones, tenebantur eadem peccata ſemel in anno ſuo Parocho confiteri, ſi non ad obtinendam de remiſſis alias abſolutionem, ſaltem ad obſervandum Eccleſiaſticum ſtatutum decretalis: *Omnis utriuſque ſexus*.

VI. Contra hæc multa objecerunt Procuratores Ordinum, & oppoſuerunt Richardum non recte in fide ſenſiſſe, quippe qui multa erronea, & temere dicta ſcripſerit, ac protulerit, de quibus alias in Curia reſpondendum fuit ſub Clemente VI. uti ipſe in fine operis de quæſtionibus Armenorum fatetur. Pontifex utriuſque partis rationes mature diſcuſſurus, commiſit cauſam examinandam quatuor Cardinalibus, videlicet Guillelmo Epiſcopo Tuſculano, Petro ſancti Martini in Montibus, Heliæ ſancti Stephani in Cœlio Monte, & Franciſco ſancti Marci, titulorum presbyteris. Sed dum porrectis hinc inde multis libellis in longum cauſa protrahitur, & Religioſi varias patiuntur, præſertim in Anglia, moleſtias, ſcribit Pontifex, anno ſequenti Pontificatus ſexto, ad univerſos Archiepiſcopos, & Epiſcopos prædicti Regni litteras, quas ſubjungo.

Venerabilibus Fratribus univerſis Archiepiſcopis, & Epiſcopis in Regno Angliæ conſiſtentibus.

Ex lib. commun. fol. 472. ep. 282.

VII. *Gravem dilectorum filiorum Prædicatorum, Minorum, Eremitarum ſancti Auguſtini, & Carmelitarum Ordinum Fratrum querelam accepimus, continentem, quod ipſi tam prætextu quarumdam prædicationum in Regno Angliæ per nonnullos contra ſtatum dictorum Fratrum, illum de facto depravantium, & condemnantium, & non eſſe in ſtatu ſalutis falſo aſſerentium, olim factarum, quam quæſtionis, quæ inter venerabilem fratrem noſtrum Richardum Archiepiſcopum Armachanum ex parte una, & & Fratres prædictos ex altera ſuper nonnullis articulis per partes ipſas hinc inde propoſitis, coram quibuſdam ex venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus ex commiſſione noſtra apud Sedem Apoſtolicam pendere dignoſcitur, in confeſſionibus Chriſtifidelium audiendis, prædicationibus verbi Dei, & libera ſepultura, necnon & eleemoſynis eis fieri ab eiſdem Fratribus conſuetis, quas eis facere, aſſerunt mendaciter eſſe peccatum contra juſtitiam, impediuntur & etiam perturbantur in ipſorum Fratrum præjudicium, & maximam læſionem. Quare pro ipſorum parte fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut providere ipſis ſuper hoc paterna ſollicitudine curaremus. Nos igitur æquum & congruum reputantes, quod hujuſmodi lite pendente, nihil per alterutram partium in ipſarum partium & litis præjudicium debeat innovari; Univerſitatem veſtram monemus, & hortamur attente per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus Fratres ipſos in prædictis confeſſionibus, prædicationibus, & ſepulturis, ac eleemoſynis non impediatis, nec per veſtros ſubditos impediri etiam permittatis; per prædicta autem non intendimus liti prædictæ aliquod præjudicium generari, nec ea pendente, quidquam, ut præmittitur, volumus innovari. Datum Avenione Kalendis Octobris, anno* VI.

VIII. Diu

Anno Christi	Innocentii VI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 150.
2357.	anno 5.	anno 10.	

VIII. Diu duravit in Curia hæc controverſia, neque quidquam publico judicio decretum eſt, præterquam quod, impoſito ſilentio Armachano, Religioſis voluerit Pontifex jus ſuum integrum circa prædicationes, confeſſiones excipiendas, & liberas ſepulturas, dato præcedenti diplomate, & multis exemplaribus ejuſdem ad Prælatos illarum partium, in quibus hæc Regularibus negabantur. Renovavit etiam, atque ad petitiones Superiorum Regularium (ex quibus unus frater Hugo Bernardi Provincialis Minoritarum Hiberniæ) ex Pontificio Archivo edidit Conſtitutionem Joannis XXII: *Vas electionis* contra errores Joannis de Poliaco circa facultates & privilegia Regularium, præſertim circa confeſſiones excipiendas, quod & Thomas Waſinghamus teſtatur: *Adhuc*, inquit, *lite pendente, Fratres ſua privilegia ſicut per ante, ſub data nova obtinuerunt*. Videns autem Armachanus nihil ſe profeciſſe, neque quidpiam favorabile ſperare potuiſſe, dum diuturna plurium annorum cunctatione palam percepit, Cardinales Commiſſarios, & Pontificem ſibi minus propitios, imo magis adverſos edita & repetita decretali Joannis, quam ille ſummo ſtudio urgebat, & in ſuis ſcriptis petebat revocari aut temperari, receſſit in Belgium, fortaſſis illinc transfretaturus in Angliam, & in Montibus Hannoniæ fatis conceſſit die XVI. Decembris anno MCCCLIX. vel ſequenti. Hinc translatum corpus (licet aliquos, de hac re dubitare referant Annales Hiberniæ apud Camdenum) opera Stephani Medenſis Epiſcopi ad Eccleſiam ſancti Nicolai in oppido Dundalci, ubi advenis, ut ferunt, parentibus ex inferiori Ulſonia, ea parte, quæ *Ruta* dicitur, prognatus, eo ſtudio pietatis & doctrinæ profecit, ut adepto magiſterii gradu in Academia Oxonienſi, mox Univerſitatis Cancellarius, deinde Archidiaconus Licheſeldenſis, demum Archiepiſcopus Armachanus & Hiberniæ Primas ſit renunciatus. Multa docte ſcripſit, ſed non ſine nævo; acriter eum carpit Thomas Waldenſis, *& caute legendum*, monet Cardinalis Bellarminus, *præſertim libro decimo contra Armenos, cap. 4. 23. 24. & libro undecimo cap. 4. & ferm. 1. & 4. in quibus locis multos errores habet de poteſtate Presbyterorum, de paupertate Chriſti, & de ſtatu Religioſorum Mendicantium.* Durius cum eo agunt Lutzemburgus, Prateolus, Paulus Gryſaldus Peruſinus, & hæreticis connumerant; ſed immerito; numquam enim ab Eccleſia diſceſſit, cui omnia ſua ſcripta corrigenda ſubmiſit, & plus peccavit intellectus exuberantia, quam voluntatis perverſitate. Novi in Hibernia *ſancti* nomen obtinuiſſe, & ex regeſto Vaticano dabo aliquando, ſi Deo placuerit, inter monumenta Hibernica, quæ colligo, & in hiſtoriam redigere conabor, diploma Boniſacii IX. quo jubet examinari miracula, quæ ab ipſo ferebantur patrata. Dignus profecto meliori nomine, quam paſſim inter Scholaſticos audit, & qui utiliori ſtudio in fine ætatis animum applicaret. Huic adhæriſſe, & operam ſuam locaſſe Richardum Kilmentoniæ invenio in quibuſdam monumentis MSS. Hiberniæ, atque eodem, quo Richardus anno in Anglia obiiſſe. Rogerus vero Antagoniſta obiit Londini anno ſequenti.

Annal. Hiberniæ. Chron. Flaſburii ad hunc annum.

Irrium Armachani ſtudium.

Obiit ex infecta.

Qualis hic Præſatus.

Walden. to. 2. de Sacram. Confirm. c. 114. & to. 3. tit. 7. cap. 62. & ſeqq. Bellarm. de Scriptor.

IX. Ab illo tempore viguit plurimum pax, & concordia in Clero Hiberniæ, cooperantibus Religioſis ſaluti animarum, & laborem beneficiis, atque honore compenſantibus Prælatis Eccleſiarum, donec anno MCCXXXI. Lutetiæ quatuor Presbyteri ſeculares indigne, & injuſte nomen, ac famam omnium Hiberniæ Religioſorum traduxerunt. Primus Patricius Cahil Miden. Diœceſis, ægre ferens indictum ſibi exilium ab Archiepiſcopatu Dublinen. per Antiſtitem regularem Minoritam, ſubſcribentibus ejus exilio quinque diverſarum Religionum Superioribus, Pariſios abiit, & undecim obtulit propoſitiones cenſurandas Doctoribus Theologicæ Facultatis, quas paſſim

Recens in Regulares commota ſeditio.

Falſo accuſantur malæ doctrinæ.

ab Hiberniæ Regularibus doceri, prædicari, & familiariter proferri denunciavit. Adeo abſurdæ & inſanæ erant aſſertiones, ut vix credi queat ab hominibus inſenſatis, multo minus a viris religioſis & doctis, quibus regularia inſtituta florent in Hibernia, prodire potuiſſe. Deſiderarunt itaque Doctores rem ferme incredibilem, aliorum probari teſtimonio, ne cito credentes, leves corde reputarentur. Convocavit ille, ſeu potius circumvenit amicos tres, duxitque, quo non putabant, ad Doctorum conſeſſum, quorum reverentia perculſi, & repentina quæſtione præoccupati, dixerunt ſe aliquas audiviſſe, alias quorumdam relatu regularibus aliquot imputari. His innixi teſtibus ex tempore magiſtri, dignis, ut plurimum, affecerunt cenſuris propoſitiones; hæreſis, erroris, temeritatis, ſchiſmatis, aliiſque hujus generis notis inurentes, ſingulis ſingulas affigentes, quas præfixo hoc titulo typis evulgarunt: *Cenſura propoſitionum ad ſacram Facultatem Theologiæ Pariſienſem allatarum per Dominum Patricium Cahil Rectorem ſancti Michaelis Dublinenſis, & obſignatarum per venerabiles viros Dominos Michaelem, Cantuelem Procuratorem Provinciæ Momoniæ, Jacobum Fallonum Vicarium generalem Achadenſem, Procuratorem Provinciæ Conaciæ, & Terentium Coghlanum J. U. D. Protonotarium, & Vicarium Apoſtolicum Civitatis, & Diœceſis Cluanenſis, Hibernos: quas ſupradicti teſtati ſunt, paſſim a Regularibus in Hibernia, tum in familiari ſermone, tum in concionibus & diſputationibus publicari & prædicari*; deinde appoſitis propoſitionibus & cenſuris ſubdiderunt: *Actum apud Sorbonam in congregationibus publicis ſacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis, habitis diebus ſecunda & ſeptima Januarii* MDCXXXI. *& confirmatum in Comitiis extraordinariis decimi quinti ejuſdem menſis & anni, præſentibus ſexaginta Doctoribus & amplius*.

X. Specioſi hi tituli, quibus nobiliter teſtes effulgent, majorem conciliarunt teſtimonio fidem, & facile perſuaſerunt Doctoribus verum eſſe, quod delator aſſeruit. Ne vero tanto honorum ſplendore aliorum oculi perſtringantur, & facilius ducantur poſteri ad credendum, quod honorifici hi teſtes confirmarunt, lectorem ſcire vellem, neque Cantuelem, qui paulo antea religioſum excuſſit jugum Societatis Jeſu, quidquam per duos annos procuraſſe Provinciæ Momoniæ in Curia Romana, ad quam deſtinabatur ab aliquot Eccleſiarum Prælatis, ſed acceptis pecuniis Lutetiam veniſſe, illic egregie hoc peracto negotio, in Hiſpaniam declinaſſe, & Prælatorum ſpem eluſiſſe, qui antequam Romam perveniſſet, procurationem datam revocaverunt, maxime Archiepiſc. Caſſellen. Provinciæ Metropolita. Neque Fallonum quidquam egiſſe pro ſua Provincia Conaciæ, ſed accepta mea opera ex Curia Romana Vicariatu Apoſtolico, ſub illud ipſum teſtificationis tempus, revocatis a Prælatis procurationis inſtrumentis, in patriam rediiſſe; neque tertium Coghlanum Vicariatum poſſediſſe, ſed ductis hinc litteris Apoſtolicis, Pariſiis hærentem teſtimonium dixiſſe in re, quam non noverat, quippe qui triennio aberat ex Hibernia; mox in patriam profectum Vicarii ſedem ob aliqua impedimenta non impetraſſe; Protonotariatum vero, & Doctoratum majori obtinuit impendio, quam ſtudio. In Urbe per ſeſquiennium & amplius hæſit, cui profecto tunc modeſte & laudabiliter ſe gerenti amicam operam exhibui. Credo ſane minime ſuſpicatum ullum ex teſtibus ſuum publicandum teſtimonium, neque in publicum abitura forum, quæ ſecreto agebantur confeſſu, multo minus tot turbas, quot adhuc perſeverant, hinc orituras. Ita ipſi ſuis litteris partim ad me datis, partim ad alios miſſis proteſtantur, & valde ſe pœnitere, quod adeo facile ſe his immiſcuerint, vel verius permiſerint intra hunc labyrinthum includi.

Accuſatoris quales.

XI. Ete-

Anno Christi	Innocentii VI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 150.
1357.	anno 5.	anno 10.	

XI. Etenim ut religioſæ omnes Hiberniæ ſodalitates hæc perſenſerunt, videruntque commune omnium nomen injuſte traduci, admirati ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt, & omnem moverunt lapidem, ut læſum redintegrarent honorem. Primum curarunt maculam eluere in theatro Pariſienſi, ubi ſordes contraxerant, & miſſis litteris proteſtati ſunt, neque ſe propoſitiones illas protuliſſe, neque umquam in illo Regno audiviſſe ab ullo proferri; atque in majorem rei confirmationem omnium Ordinum Procuratores, ſpecialiter ad hoc deputati, ſubſcripſerunt cenſuræ Pariſienſi; ſolam unam exceperunt propoſitionem circa communionem Paſchatis; quam ex probatiſſimis Theologis, & aliarum regionum conſuetudine contendebant ſe poſſe fidelibus exhibere. Deinde ad ſubſellia Romana cauſam hanc voluerunt examinari, & expoſtulare calumniæ fabricatores. Obſecrarunt ut interrogarentur ipſius Regni Prælati circa rei veritatem: deinde ſi mendacium apprehenderetur, auctores corriperentur. Decretum itaque fuit, ut duo Archiepiſcopi, totidemque Epiſcopi, quorum duo ex Clero ſeculari, duo ex regulari aſſumpti, factum inquirerent, & congregationi DD. Cardinalium ſancti Officii renunciarent, atque interim ut turbæ ſedarentur, colligerent, prohiberentque propoſitiones, affixaſque cenſuras, quæ typis Pariſienſibus omnium manibus circumferebantur.

Ægre ferunt Regulares calumniam.

XII. Venit interim Cahilus in Urbem, appellationem proſecuturus contra Dublinenſem Antiſtitem circa indictum exilium, negatumque Rectoratum Eccleſiæ ſancti Michaelis Dublinenſis, quem Reverendiſſimi Domini Cardinales detineri præceperunt, donec adveniret Prælatorum informatio, conſtituta pro carcere Civitate; deinde quædam molientem contra fidem datam, ad ipſos ſancti Officii carceres per aliquot dies reduxerunt. Sæpius interrogatus, varie & meticuloſe reſpondit, primo injunctum ſibi ab aliis viris gravioribus hoc munus denunciandi; ſecundo nequaquam ſe Pariſienſibus dixiſſe ſub illa generali vocum comprehenſione, has propoſitiones paſſim a Regularibus in ſermonibus, diſputationibus, & familiari colloquio doceri & prædicari, uti cenſura præloquitur Pariſienſis, ſed ab aliquibus Religioſis fuiſſe prolatas. Tertio duas, vel tres dumtaxat ſe exhibuiſſe Doctoribus, eorumque ſubjeciſſe judicio propoſitiones, reliquas ſubminiſtratas ab iis, quos in teſtimonium vocavit. Sed in tribus his apertæ convictus eſt falſitatis: neminem enim ex gravioribus, videlicet Regni Prælatis exhibere, aut nominare potuit, qui hoc ei munus injunxerit, neque ullus ferme illorum fuit in univerſo Regno, qui vel non teſtificaretur ſub ſuo ſigillo & chirographo, ſe minime audiviſſe has propoſitiones, vel non expreſſe negaret, ſe hujus calumniæ conſtruendæ, & denunciationis exhibendæ conſcium fuiſſe, uti ipſorum ad me tranſmiſſæ litteræ demonſtrant. Secundo potius credendum erat ſexaginta & amplius Doctoribus Theologicæ facultatis, qui ita imprimendum, & præfigendum titulum jam relatum curarunt, quam Patritio ſuo periculo caventi in judicio conſtituto. His addo teſtimonia bonorum virorum Pariſiis commorantium, quod propoſitiones ipſo præſente, & aſſiſtente typis ſint commiſſæ, & impreſſas ipſe in Hiberniam, magno numero, tranſmiſerit. Quod ſi aliter evulgarint Doctores, quam ipſe denunciaverit, cur non curavit errorem expungi, & quod ipſe depoſuit, reponi? Tertio nullum alium delatorem præferunt propoſitiones præter ipſum ſolum; reliqui tres tamquam teſtes exponuntur in titulo; cur etiam & hunc errorem non fecit removeri, & conſtructores, vel confabricatores, non curavit appellari mendacii, qui teſtes dumtaxat vocantur ejus depoſitionis, ſi plures tribus a ſe delatis illi obtulerint propoſitiones?

Vocatur in judicium præcipuus ſeditionis auctor

nes? Subterfugia hæc facile fuit ex ipſo denunciationis autographo apud Secretarium Pariſienſem aſſervato refellere, ac prorſus tamquam inania Judices refellerunt.

Decreta Cardinalium.

XIII. Tamdem poſt multos menſes receperunt Reverendiſſimi D. Cardinales ſupradictam quatuor Prælatorum informationem, & litteras patentes ſigillo & chirographo munitas quatuor Hiberniæ Archiepiſcoporum, & omnium ferme Suffraganeorum, in quibus ſolemniter teſtabantur in ſuis Diœceſibus, nihil hujuſmodi doctrinæ publice, aut palam fuiſſe prolatum, neque ſe reperire potuiſſe, quantumvis diligenter inquiſierint, Religioſum nullum, qui has propoſitiones, dempta quinta, ſerio docuerit. Decreverunt itaque ſub menſem Januarium anni MDCXXXII. injuſte tradictis Regularibus omnino prohibendam eſſe omnem propoſitionum editionem, & dialogum quemdam, Nicephori appellatum, Gallico idiomate in odium & perniciem Regularium artificioſe conſcriptum, in Anglicum translatum, & Catholicis Hiberniæ dicatum, cujus exemplaria plurima in Hiberniam miſit Cahilus, ſecreto ſubminiſtrato altero alumnis Seminarii Hibernorum in Urbe, ab Eminentiſſimo D. Ludovico Cardinale Ludoviſio S. R. E. Vicecancellario, & Hiberniæ Protectore erecti.

XIV. Hac mitigata tempeſtate, aliam excitavit nuperrime Paulus Hariſius Presbyter Anglus in urbe Dublinenſi, ubi præfati Archiepiſcopi ſpreta poteſtate, tres libellos infames in omnes Regulares ſcripſit, a ſacra Congregatione Indicis nuper in Urbe proſcriptos, Archiepiſcopum, & aliquos ex Clero ſeculari ſibi ſuiſque moribus adverſantes ad Proregis Angli Proteſtantis tribunale iſti impetravit, & quidquid a ſuperioribus Poteſtatibus Ordinis Eccleſiaſtici præcipitur, contemnit, fretus potentia Proregis prædicti, & Miniſtrorum Proteſtantium, idque maximo totius Regni ſcandalo.

XV. Serio placuit iſthæc enarrare, ne aliquando alii hæc objiciant Regularibus, dum inciderint in ſententias & cenſuras Pariſienſes; quod ſi fecerint, hic habebunt innocui unde calumniam refellant. Solent turbulenti quidam ſpiritus odioſa quæque congerere, vetera novis addere, ſepulta in apricum proferre, vulnus refricare, & ſi non prohibeantur, alias abſterſas maculas objicere. Nos ſpongiam offerimus, qua hujus controverſiæ ſordes diluantur, & veteres imitati Scriptores, qui turbas in Sodalitium Minorum, aliorumque Regularium a Guillelmo de ſancto Amore, a Gerardo Abbatis Villæ, ab Armachano, & aliis excitatas ſuis monumentis conſignarunt, ſcribimus, quæ vidimus, & manus noſtræ contrectaverunt, non ut Cahilo aut complicibus noceamus, ſed ut injuſte offenſos, ipſius facti veritate, defendamus.

Floret Joannes de Rupeſciſſa.

Willot. in Athenis. Trithem. de ſcriptoribus.

Bzov. an. 1357.

Indigne traducitur.

Froſſar. an. 1359.

XVI. Hoc tempore floruit Joannes de Rupeſciſſa Minorita, quem ſecularis Philoſophiæ ornamento clarum, & ſacris litteris egregie inſtructum fuiſſe aſſerit Henricus Willotus; in divinis Scripturis admodum ſtudioſum & eruditum, & ſecularis Philoſophiæ non ignarum deprædicat Trithemius. Hoc tamen anno in carceribus Avenione detentum propter hæreſim, & pſeudoprophetias ſcribit Bzovius, auctorem ſui aſſerti ſubdens collectorem magni Chron. Belgici. At duos hujus rei narratores producit collector, Petrum Harentalium, & Wernerum auctorem faſciculi temporum, & tertium adjungit Bzovius Henricum Rebdorfium. Hi vero reliquis ſcriptoribus minus favorabiles, hæreſim minime impingunt; ſolus Harentalius de hæreſi ſuſpectum fuiſſe ſcribit, non alia de cauſa, quam quod multa prophetizabat de Antichriſto, & Summis Pontificibus futuris, attamen ſubjungit: *multa de ejus prophetiis viſa ſunt eveniſſe*. Huic ſubſcribit Froſſardus Gallus: *Avenione*

nione (inquit) *quidam Franciſcanus futurum prædixerat, ut & Eccleſiaſticus ordo multa paceretur propter ambitionem, avaritiam, atque ſuperbiam, & Gallia duriſſime affligeretur excerorum incurſionibus, adeo quidem, ut nulla illius pars ab hoc malo tuta eſſet futura. Pontifex hunc in vincula conjecit, quod minus grata denuntiaret.* Et alibi, dum loquitur de tumultibus & diſcordiis Urbani VI. ac Clementis VII. ſemet invicem oppugnantibus ait: *Hæc nimirum ſimultas, & diſſenſio Pontificum in diverſa ſtudia rapuit omnes fere Principes & Reges, ut memoratum eſt. Hoc malum & alia multa, quibus aliquando premeretur Eccleſiaſticus ordo, Franciſcanus quidam Monachus Innocentii temporibus prædixerat, conjectus Avenione in vincula hoc nomine, & ni Scripturæ auctoritate, ſua firmaſſet, capitis pœnam luiturus.* Adde his Meyerum de variis calamitatibus orbis loquentem: *Joannes* (inquit) *quidam Frater Minorica hæc omnia mala annorum in primis 46. 47. 48. & 49. prædixiſſe traditur, quem tamen Innocentius Pontifex apud Avenionem in carcerem ob vaticinia conjecit.* Et Willotum citatum ita ſcribentem futura multa vaticinatus eſt ſpiritu quodam prophetico cum Avenione eſſet incarceratus, quod acriter illius temporis vitia perſtringeret; & Petrum Galatinum in commentario ad vaticinium quoddam Romanum penes me manuſcripto, qui ad illa verba, *& involventur opinata gentium*, quæ Clementis VII. tempora deſignant, dum interpretatur judicari captionem Regis Franciæ Franciſci I. in hujus rei confirmationem adducit vaticinium D. Vincentii Ferrerii, & fratris Roberti Ordinis Prædicatorum, ac tamdem hujus Joannis de Rupeſciſſa in hæc verba: *Item Joannes de Rupeſciſſa Ordinis Minorum in revelationibus, quas a Chriſto habuit, loquens de his, quæ ab anno* MDXX. *uſque ad annum* MDXXX. *emerſura erant, hæc inter alia dicit: In his annis timendus eſt graviſſimus caſus Regis, cujus robur & fortitudo ſupra modum diminuitur.*

Idem an. 1385.

Meyer. in Annal. Fland. an. 1359.

XVII. Poſtremo addo ipſum Bzovium ſui oblitum, qui initio tertii ſui tomi, ut probaret divino ſupplicio ortum graviſſimum ſchiſma ſub Urbano VI. refert ex Paulo Æmilio hujus Joannis de hac re vaticinium; poſtquam enim Æmilius præmiſiſſet, extitiſſe qui velut ſpiritu divino affiati, vates id præcinerent, ſubjungit, tranſcribitque Bzovius: *Joannes Theologus Minor, antequam Gregorio Pontifice purpura in Italiam remigraret, Avenione ductus in carcerem fuerat, quod ea in urbe gravibus concionibus, vitia temporum coarguere, veteriique fabulæ novum commentum adjungere anderet. Fuiſſe diem per ambages dictitabat, qua cum omnia, quæ gignere natura poteſt, genera volucrum, jam in lucem edita, ac veſtita ſuo quæque decore ornatuque eſſent, apparuerit divina ſpecie avis, ſed ea implumis, atque ideirco quæ volitare, ſeque alere vagando non poſſet: verum miraculo majeſtatis, miſerationeque inopiæ adductas ceteras volueres, ne fame miſeriaque periret, ex ſuo quamque corpore aliquid plumarum pennarumque revelliſſe, in illamque contuliſſe, quo ad cibum capiendum ferretur, victitaretque. Hanc ubi ſeſe tanto honore dignitateque eſſe haberique ſenſit, faſtu ſpiritibuſque inflatam, tantam in ſe ceteris alicibus iram moviſſe, ut conſenſu ſpoliata, reductaque ad priſtinam ſit egeſtatem. Perſimili ratione procerum Eccleſiæ ordinem divinitus inſtitutum, ſed initio inopem, deinde a mortalibus locupletatum, per ſuperbiam, & quæ minime decuret, ætatem agere. Si odium judiciumque mortalium, ad quos veniſſent, minime verentur, ſi quando opibus jam præſtent, terrarum illis nullus metus, nullus pudor foret; at Deum cuncta acerrime intuentem, a quo ad hominum genus pietate, demiſſioneque animi imbuendum legati ſint; tamdem timendum ſibi ducerent, qui quo tardior, ea gra-*

Bzov. an. 1378. n. 38.

Æmil. in Carolo V.

gravior, ulter futurus ſit. Illum enim dexteram in proceres Eccleſiæ ſuæ fulmine armare, ut quod ab homine fieri nefas ſit, ipſe non exuat modo; ſed ut exurat, ſcindat, diſſipet. At proceribus Eccleſiæ ſacræ minabatur, appetenteſque penas denuntiabat. Regibus, Ducibus, Comitibus, ceteris terrarum Principibus parcebat? Minime; ille quidem, florente re Francica, ſibique ante Pictavienſem cladem perfidente Joanne Rege, non dubitavit vitia aulæ graviter publiceque increpitare; ipſique capiti rerum, Regi in primis, ingens, inſolitumque malum canere.

Defenditur a crimine.

XVIII. Præcipuum ergo crimen & unica incarcerationis cauſa fuit, quod Antichriſti tempora prope eſſe, & multa de futuris Eccleſiæ calamitatibus, quibus corrupti Eccleſiaſticorum mores purgarentur, prædixerit, de quibus extat libellus in vinculis ſcriptus ad quemdam ex Cardinalibus. At circa hæc ipſa multa prædixerunt alii a Thoma Malvenda in ſuo de Antichriſto opere citati, & præter hos Joannes Vincentinus, Manfredus Vercellenſis, Hieronymus Savonarola ſacri Ordinis Prædicatorii, atque omnibus clarius, & manifeſtius beatus Vincentius Ferrerius, qui non ſolum ubique in publicis concionibus, verum etiam ſcripta anno MCCCXII. longa Epiſtola ad Benedictum XIII. quem verum putabat Pontificem, perſuadebat certiſſime, certitudinaliter, & ſecure uti ipſe loquitur, cito ac valde cito, & breviter aſſore Antichriſti tempus, & mundi finem, ſermonemque hunc, aut aſſertionem, ait, Dominum confirmaſſe ſequentibus ſignis. Imo amplius variis rationibus in ea Epiſtola ſuadere nititur Pontifici jam tunc ante annos novem natum fuiſſe Antichriſtum. Neque tamen ob hæc cenſendus eſt hæreticus (uti de Rupeſciſſano ait Bzovius) vir ſanctiſſimus & clariſſimus, juxta cujus ſententiam dicendum erat, inquit ejuſdem inſtituti vir doctiſſimus Malvenda anno MCCCCIII. Antichriſtum jam natum fuiſſe, ſed pie, & benigne interpretandus, uti plerique fecerunt, ſcriptis non paucis Apologiis, *quæ tamen vix plane*, ait idem auctor, *piis & eruditis pectoribus ſatisfaciant.* Rupeſciſſani autem prophetiæ habentur in Bibliotheca Vaticana in codice 4265. neque hæreſes iſtas potui in eis reperire.

Malvem. de Antichriſto lib. 1. c. 37.

Idem cit. cap. 38.

XIX. Reliquis melius eum interpretatus eſt ſanctus Antoninus ita loquens de hac ipſa epiſtola ab eo conſcripta: *Reperitur autem quædam epiſtola ejus, in qua videtur dicere expreſſe Antichriſtum jam eſſe in mundo, tum tamen ab eo tempore, quo iſta ſcripſit vel prædicavit, tranſierint jam anni quadraginta & ultra, nec dum apparet eum veniſſe. Et ſic videtur non vera determinatio, ſeu prædicatio ejus de Antichriſto. Ad quod dicendum eſt, quod ea, quæ circa hoc ſcripſit, & prædicavit, ſi ſua verba ſunt, opinative & non aſſertive dixit, non quidem mendacium dicendo, ad terrendum populos, quod pernicioſum eſſet, nec Deus eget noſtro mendacio, ſed prout ſibi videbatur ex teſtimoniis ſcripturarum ſecundum ſigna data, ſeu revelatione ſibi facta, ſeu ab aliis ei relata. Quæ revelationes aliquando non ad plenum intelliguntur, & ſi intelligantur plene, ſicut aliquando tempus determinate datum hominibus ad pœnitentiam Deus abbreviat, ita & ſpatium vitæ abbreviatum propter demerita hominum, prolongatur, ut patet in Ezechia, cui additi ſunt quindecim anni ad vitam ſuam.* Novit, *inquit Ambroſius*, Deus mutare ſententiam, *ſcilicet comminativam*, ſi tu noveris mutare delictum. *Quod vero ſcriberet vel prædicaret: Adventus Antichriſti & finis mundi cito erit & bene cito; non propter hoc determinabat tempus iſtud. Sed ſub illo* cito *poteſt comprehendi tempus modicum, & multum. Nam cum Deus dixit per Aggæum Prophetam:* Adhuc unum modicum, & ego movebo cœlum & terram, & veniet deſideratus cunctis gentibus: *quod de Chriſto intelligitur; tamen*

Antonin. tit. 23. c. 8. §. 4.

Ambroſ. lib. 2. in c. 1. Luca in fine.

Aggæi 2. 8.

tamen illud modicum fuit ſpatium quadringentorum annorum, & ultra. Et Joannes ait: Antichriſtus venit. *Et idem:* filioli, noviſſima hora eſt. *Et in Apocalypſi*, tempus prope eſt, ecce venio cito. *Non ergo propter hoc calumniandus, vel minus verax exiſtimandus eſt, qui vir fuit doctrina, & vita Apoſtolicus.*

1. Joan. 2. 18. *Ibidem.* Apoc. 1. 3.

XX. Neque vero ſolum hi poſterioribus ſeculis de proximo Antichriſti adventu, aut nativitate, & celeri mundi conſummatione prophetarunt, verum ab ipſo Apoſtolorum tempore, & ſuccedentibus ſeculis, præcipui Eccleſiæ Doctores, & ſancti Patres multa hujus generis prædixerunt. Tertullianus, Dionyſius Alexandrinus, D. Cyprianus, Auguſtinus, Hilarius, Chryſoſtomus, Hieronymus, Gregorius, ſanctus Martinus Papa, & alii, quorum ſententias tranſcripſit Malvenda citatus, ſed pio & gravi hoc explicat commentario: *Complura*, inquit, *ſunt, quæ ſanctiſſimos viros mirifice excuſent. Primum enim Patres non certum aliquem, & præfinitum diem, aut annum deſignarunt adventus Antichriſti, & finis mundi: ſed Apoſtolico loquendi more, ut Joannes & Paulus dixerunt: jam noviſſimam horam adeſſe, fines ſeculorum deveniſſe, quod nimirum poſt Chriſtum agatur ultima mundi ætas, in qua venturus eſt Antichriſtus. Deinde cum multi unà illi vero Antichriſto variis temporibus præcurrerint anteambulones, ſuſpicati ſunt Patres haud longe ſubſequi ipſum omnium impiorum Monarchàm: nec ob id culpandi ſunt, quod inſtar ſolertium ſpeculatorum, & vigilantium excubitorum oculis in adventum Antichriſti acriter prætentis, tetra aliqua e proximo conſpecta diræ perſecutionis procella; animadverſiſque prope agminis Antichriſti antegreſſoribus, Antichriſtum jam jam cum omni malorum exercitu appropinquare, ſignis in ſpeciem clariſſimis proclamarent: ſuſpiciones enim iſtæ virorum cordatorum ac ſedulo prudentium fuere, ingruentibus undique malorum ſævis turbinibus, extremum illud malum orbis præſagientes. Nam quamvis ſecus ac illi ſunt opinati contigerit, non propterea Patres ſunt deridendi ſed magis impendio laudandi, quod in adventum Antichriſti attente vigilantes, ad quamlibet monſtri feralis oblatam umbram, truculentam ipſam jam adeſſe beſtiam perhorreſcerent, populoſque præmonerent. Inſuper Patres interdum calore dicendi in concionibus ad populum, ut plerumque ſolet accidere, longius provectos, ad terrorem, miniſque mortales in officio continendos, ſæpius abſque mendacio inculcare potuiſſe impendentem jam extremi Judicii diem, ut homines a flagitiis & ſceleribus abſterrerentur, ſalutiſque perpetuæ curam haberent: imitatoſque ritum Prophetarum futura, ac longe diffita, quod ſublimioribus, & acutioribus oculis illa proſpicerent, tamquam cominus poſita, ac fermè præſentia prænuntiaſſe.*

Malvend. citat. c. 16. in fine.

XXI. Horum exemplo pia aliqua adhiberi potuit interpretatio vaticiniis Rupeſciſſani, idque benignius, & modeſtius, quam ut de hæreſi, vir alioquin doctus traducatur. Quod vero conjectum in carcerem ab Innocentio Pontifice citati ſcribant auctores, monuerim Trithemium id tribuere ſui Ordinis Miniſtris. At inde fortaſſis conciliandi, quod ille juſſerit, hi præceptum executi ſunt. Poſtremo quod Willottus, aut alius quiſpiam ait, Joannem hunc poſtea creatum Epiſcopum Pariſienſem, error eſt ex nominis ſimilitudine; fuit enim quidam hujus Eccleſiæ Antiſtes Joannes a Rupeſciſſa nuncupatus, poſtea Rothomagenſis, nox Veſuntinus Archiepiſcopus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, Cardinalis Vicecancellarius & Bononiæ Legatus, qui obiit anno MCCCCXXXVII. Nono Kalendas Aprilis, Dominica in Ramis Palmarum, quem proinde non immerito Claudius Roberti monet alium fuiſſe ab hoc noſtro Rupeſciſſano.

Trithem. de ſcriptorib. An fuerit Rupeſciſſan. Epiſcopus Pariſien.

Gallia Chriſtian. de Arch. Veſunt. n. 77.

XXII. Hoc

Anno Christi	Innocentii VI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 150.
1357.	anno 5.	anno 10.	

Fr. Joan. Epiſc. Senogall.

XXII. Hoc anno aſſumptus eſt ad Epiſcopatum Senogallienſem tunc immediate Romanæ Eccleſiæ ſubjectum, nunc ſub Archiepiſcopo Urbinate conſtitutum, non procul a mari Adriatico, frater Joannes de Pananires per obitum Ugolini: *Dum paſtoralis officii*, Kalendis Decembris. Mortuo hoc ipſo anno, menſe Majo, Alphonſo IV. Luſitaniæ Rege, Regina conſors Beatrix, Sancii, eo nomine quarti Caſtellæ Regis filia, & Petri Luſitani Regis genitrix, habitum ſuſcepit ſanctæ Claræ. Ut vero facilius & melius inſtitutum regulæque præcepta diſceret, a Pontifice obtinuit facultatem duas ejuſdem Ordinis Moniales in Magiſtras aſciſcendi: *Votis tuis*, ſeptimo Kalendas Octobris. Obiit in eodem habitu Regina altera, Eliſabetha Eduardi III. Angliæ Regis mater, & ſepulta eſt in templo Minorum Londini.

Beatrix Regina ſit Clariſſa.

Oddo Pernſt. 11. Harpſf. in hiſt. Angl. ſec. 14. c. 15. Gomez. in Provin. Cantab. Con. 7. Conv. Bermei.

XXIII. Hoc anno conſtructum eſt a viris Principibus Tellio Alphonſi Regis Caſtellæ filio, & Joanna Nunneſia Joannis Cantabriæ Domini filia Cœnobium Minoritarum, non procul ab oppido Bermei, juxta mare Oceanum in pulchra planitie. Temporis diuturnitate dilabentem domum reſtaurarunt viri nobiles Gomezulus de Buition, & Ludovica Manrique conjuges, Barricanorum Comites, obtento ab Incolis Jure patronatus, & extructo ſibi in ſacello maximo pulchro mauſoleo: primi enim fundatores ſepulturam ſibi delegerunt in Eccleſia matrice. Magno gaudent privilegio Pontificio hujus ædis confeſſarii, ſemel in vita ſibi confitentes a quibuſcumque graviſſimis reatibus, pauciſſimis demptis, abſolvendi. Conceſſa etiam hoc anno facultas nobili viro Eckingero de Sanerishem militi Diœceſis Herbipolen.ut in Oppido ſuo Notzhemi conſtruere poſſit Minoribus ædificium: *Piis fidelium votis*, XIV. Kalendas Februarii. Fratribus Avenionen. indulſit Pontifex facultatem conducendi domum, quam ipſe eis pro valetudinario donavit: *Petitionibus veſtris*, Kalendis Maii; & Clariſſis Altaripanis Toloſanæ Diœceſis domicilium ſuum bellorum incommodis deſtructum, alio transferendi: *Sacræ Religionis*, VI. Kalendas Maii.

Conv. Notzhemi.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELLISSANI DE MACRO.

Capitul. Generale Barcinonis.

„ I. FFre nil nobis occurrit huic anno apponendum. Barcinone congre-
„ gatis Fratribus ad Capitulum Generale per Guillelmum Farine-
„ rium Cardinalem, & Ordinis Vicarium Generalem, in Primicerium to-
„ tius Religionis Seraphicæ electus fuit frater Joannes Bucchius Provinciæ
„ Aquitaniæ, ſacræ Theologiæ Magiſter, ut habetur in annalibus.

ARGUMENTUM.

Moritur Joannes Generalis Miniſter. Subſtituitur Vicarius frater Guillelmus Farinerius Cardinalis. Habitum ſuſcipit Minorum frater Petrus Aragonius, Jacobi Aragonum Regis filius. Pro fide tuenda viriliter occumbunt in Cayro duo Minoritæ. Conſecrantur aliquot Epiſcopi, & multiplicantur Cœnobia.

Joannes Generalis Miniſter moritur.

I. JOANNES Miniſter Generalis, anno proxime elapſo electus, dum univerſam Germaniam perluſtrare tentat, & in Cœnobio Beluenſi, Provinciæ Burgundiæ Comitia celebrat, intempeſtive moritur, die quinto Junii proximo poſt Dominicam Trinitatis, cum Ordinem uno anno gubernaſſet. Commiſſa iterum cura Sodalitii fratri Guillelmo Farinerio Cardinali ſub

ſub titulo Vicarii Generalis: ille autem indixit Comitia Generalia habenda in æde Januenſi anno ſequenti, in quibus curam ex ſe transferret in novum Miniſtrum Generalem.

II. Sub hoc ſecundo Vicariatu Guillelmi (non ſub primo uti habet Marianus) habitum ſuſcepit, & vitam publice profeſſus eſt Fratrum Minorum, in Cœnobio Barcinonenſi, magno adſtante procerum confeſſu, Petrus Aragonius. Erat hic filius Jacobi II. Regis Aragonum, cognomento Juſti, (non Petri III. uti habet Gonzaga) & Blancæ, vel Candidæ, Caroli Regis Siciliæ filiæ, ſororis ſancti Ludovici Epiſcopi; non Conſtantiæ (uti ſcribunt Marian. Gonzaga, & Marcus) Comes Ripacurtiæ, Montanorum de Pratis, & Baronatus Entencæ, Seneſchallus, & præfectus domus Regiæ in Principatu Cataloniæ, paulo antea conſtitutus a Petro IV. Rege ſuo nepote, Imperator claſſis, & exercitus ducendi in Jacobum Regem Balearium, mox regnorum Aragonii & Valentini, ac comitatus Barcinonenſis adminiſtrator, dum Rex ad Sardiniæ rebelliones comprimendas enavigaſſet, & demum anno præcedente regni Valentini Archiſtrategus, dum Petrus Caſtellæ Rex exitium rebus Aragoniis magnis illatis cladibus minaretur. Non ergo potuit anno præcedenti, & ſub primo Vicariatu Guillelmi habitum induere Minorum; ſed vel hoc anno, vel principio ſequentis id factum eſſe oportet fateri. Hinc etiam refellitur Bzovius, qui ejus initiationem ad annum MCCCLXVII. protrahit, cum vel ipſe referat jam Franciſcanum ante annos quinque viſionem habuiſſe de monendo Urbano V. ut Avenione relicta, Romam proficiſceretur; & anno præcedenti refert, eumdem Urbanum ei dediſſe brachium ſancti Ludovici ad Montem Peſſulanum deferendum. Porro de ejus monachatu ita ſcribit Hieronymus Blanca, gravis rerum Aragonenſium Hiſtoricus: *Petrus filius Jacobi Regis, Joannis Toletanæ Eccleſiæ Archiepiſcopi, Patriarchæ Alexandrini, & Terraconenſis Archiepiſcopatus adminiſtratoris Frater, Ripacurtiæ Comes, pietate ac religione inſignis fuit. Ipſo enim comitatu, qui jam diu Regis diademati ſubjunctus extiterat, a Patre donatus, Joanna uxore mortua Fuxenſis Comitis ſorore, cum filiis ex ea procreatis ampla ſua bona partitus, mendicitatem illis omnibus præferens, in Valentina (Zuritæ Barcinonenſi) urbe, beati Franciſci religionem ſuſcepit, ac in ea mira, & ſingulari paupertatis patientia ornatus, vixit & obiit.*

Marian. citat.

Fit Minorita Petrus Aragonius Princeps.

Gonz. in Prov. Catalon. Con. 2. Idem in Provin. Valent. Con. 1. Marc. citat. c. 40.

Zurita lib. 6. cap. 40. lib. 7. c. 12. & lib. 9. c. 7.

Bzov. an. 1367. n. 11. & 12. Idem ann. 1366. n. 6.

Blanca in comment. rerū Arag. ſub Jacobo II.

Zurita lib. 9. c. 18.

III. Annis viginti, & ultra in Ordine vixiſſe ſcribunt Marianus & Piſanus. Quo autem modo ad hujuſmodi diſciplinam excitatus ſit, ſcribit Oddo Peruſinus: *Deſiderabat*, inquit, *rebus mundanis ſe abdicare, & ſub religioſo vitæ Inſtituto Deo ſervire. Orabat inſtanter in ſuo Caſtro Falceto, ut quid ſibi magis placeret, Deus aperiret. Apparuit in ſomnis Bernardus Brunus Miniſter provinciæ Aragoniæ, ſimul cum ſancto Ludovico Petri avunculo, aliiſque multis Fratribus Minoribus mira claritate fulgentibus, a quibus, præſertim a Ludovico, ſimul cum oſculo pacis accepit oraculum de ſubeundo Inſtituto Minorum. Statim obediit cæleſti imperio manifeſta viſione patefacto, & ſuſcepta veſte humili Minorum in pleno Nobilium, & Prælatorum conſeſſu, ac Pontificio indulto ante expletum probationis annum, ſolemni emiſſa profeſſione, evaſit vir non ſolum religione, ſed & doctrina inſignis, adeo ut in feſtivitate Pentecoſtes eruditum & gravem habuerit ſermonem ad Pontificem, & Cardinales. Quo certo anno obierit non eſt qui recenſeat. Reliquit poſt ſe filios Alphonſum Deniæ & Ripacurtiæ Comitem, Villenæ Marchionem, & Comitem Stabuli regni Caſtellæ, & primum Gandiæ Ducem, qui mortuo Martino Rege abſque hæredibus, ju-*

Quo pacto injectus.

Oddo in ſpecula c. 18.

Zurita lib. 8. c. 60.

juſto titulo prætendit ſibi deberi regni ſucceſſionem; Joannem Montanorum de Pratis Comitem, Baronem Status Entencii, Seneſchallum & Præfectum domus Regiæ inter Catalanos; Jacobum primum Dertuſæ, mox Valentiæ Epiſcopum, demum S. R. E. Cardinalem, & Leonoram filiam unicam reginam deſponſatam Petro de Luſignano Comiti Tripolis Syriæ, primogenito Hugonis Regis Cypri, & in regno ſucceſſori. Illuſtriſſimi parentis clariſſima propago, ſæpe recurret in ſequentibus annis tanti hominis memoria.

Chron. antiq. Mariani. citat. Moriuntur pro Chriſto duo Fratres, & unus tertii Ordinis.

IV. Hoc anno die quarto Aprilis glorioſe occubuerunt pro fide Chriſti in Cayro Babylonis, frater Nicolaus de Monte Corvino, & frater Franciſcus Provinciæ Terræ laboris alumni, cum Petro Romano oblato ſeu tertiario. Fidem abjuraverat Catholicam quidam Thomas Hungarus, ob militaris diſciplinæ peritiam, & invictum pectoris robur Sultano gratiſſimus. Venit hic veteris fidei memoria excitus, viſum loca ſancta Hieroſolymorum in hebdomoda paſſionis. Confabulatus cum prædicto Nicolao de veritate fidei orthodoxæ, magiſtrumque nactus, qui ferventer & efficaciter commiſſum obiiceret errorem, & remedium perſuaderet, divino æſtu ſuccenſus dixit, tantam maculam non niſi ſanguinis lavacro abſtergendam. Ad martyrium ſponte currenti ultro ſe dederunt Comites tres ſupradicti, ac Cayrum pervenientes Sultano, valde reluctantibus ſuoque caventibus periculo Chriſtianis, qui in ea degebant civitate, intrepidi occurrerunt. Prior reliquis locutus Thomas, dixit: *Quamvis non ſim dignus miſericordia, quia Dominum meum Jeſum Chriſtum negavi, tamen major eſt ejus benignitas, quam mea iniquitas, quippe in benedictionibus dulcedinis me prævenit, & ad veritatis ſemitam, a qua deflexeram, me reduxit. Tu cauſa mei erroris, hi Magiſtri reſipiſcentiæ: tu vidiſti publice abjurantem, hi contuentur in conſpectu tuo Chriſtum confitentem. Eja, humilis ſum Chriſtianus, non perfidus Sarracenus.* Ad hæc infremuit Sultanus, audivit tamen aliquantulum Nicolaum multa de veritate fidei Chriſtianæ, & falſitate Mahometanæ magno ſpiritus ardore differentem; ſed mox præcepit religioſos in unum carcerem detrudi, in alium vero Thomam deduci. Miſſis deinde, qui fidem Hungari labefactarent, ſed inaniter, ferventer pro eo orantibus Fratribus, quorum precibus ipſe tribuit, ne inter tot illecebras, & minas vacillaret, poſt biduum ducti ſunt ad Sultani conſpectum. Hic variis modis tentati, cum conſtanter ſectæ inſultarent Mahometanæ, traditi ſunt Cadino, Sarracenorum flamini, trucidandi. In duas partes ſecti, poſtea in fruſta conciſi igni injiciuntur, & reliquiæ a Chriſtianis colliguntur eo avidius, quod ſuper eorum corpora dum diſſeccarentur & cremarentur, ingens fulgor effulſit, qui circumſtantes omnes ſtupefecit.

Frat. Petrus Archiep. Smyrn.

Fr. Conradus Epiſc. Caſſen.

Fr. Vitalis Cæſenas.

Fr. Franciſcus Caſtren.

Fr. Julianus Nebien

Fr. Marcus Camers.

V. Aſſumpti ſunt ad Eccleſias regendas hoc anno, frater Petrus Placentinus ad Smyrnenſem in Aſia Archiepiſcopalem, per translationem Pauli ad Thebanam: *Dum juxta paſtoralis officii*, XI. Kalendas Februarii. Ad Caſſen. in Cherſoneſo ad mare Euxinum, Pontifici Romano immediate ſubjectam, frater Conradus de Pregoantia, per obitum Thadæi: *Dum juxta paſtoralis*, IV. Kalendas Februarii. Ad Cæſenatem, ſub Archiepiſcopo Ravennati, per obitum Guillelmi etiam Minoritæ, frater Vitalis de Cæſena: *Inter cetera*, Idibus Aprilis. Ad Caſtren. in Apulia, ſub Atchiepiſcopo Hydruntino, per obitum Bernardi, frater Franciſcus Joannis: *Dadum ad univerſas*. III. Nonas Octobris. Fuiſſe etiam hoc anno Epiſcopum Nebienſem fratrem Julianum Minoritam, conſtat ex facultate ſibi conceſſa teſtamentum condendi: *Quia præſentis vitæ*, XVII. Kalendas Aprilis: & Camertem fratrem Marcum Minoritam ex ejuſdem diplomate, quo dat facultatem, ut con-

conſecretur Eccleſia beatæ Mariæ Virginis urbis ſancti Severini Ordinis Minorum. Admiſſus eſt hoc anno ad gradum magiſterii Franciſcus de Cardaliaco vir doctus, de quo infra, poſtquam ſententias legit in univerſitate Pariſienſi: *Viri ſacræ lectionis* VIII. Kalendas Septembris. Fr. Franciſcus de Cardaliaco Magiſter. *Ann.* 1363. & *ann.* 1364.

VI. Obiit hoc anno Babroellæ, prope Buriam in Anglia frater Adamus Vodehamenſis, diœceſis Wintonienſis, Comitatus Southamptonienſis, Guillelmi Occhami aliquando diſcipulus, & tandem ſacræ Theologiæ Doctor Oxonienſis. Eum ſuo Magiſtro Occhamo æqualem prædicat in eruditione Joannes Major. Pietate & doctrina celebris in multis ſui Ordinis Cœnobiis Theologiam docuit, ad quem audiendum concurrebant etiam frequentes externi homines & ſeculares, adeoque percrebuit ejus fama, ut inter doctiſſimos ſui temporis viros abſque aliorum injuria reputaretur. Moritur Adamus Vodeham. *Major de geſt. Scotorum c.* 21.

VII. Multis ante hunc annis originem accepit Conventus Nivernii ad Ligerim fluvium extra muros, juxta portam de Ardilleriis, illic enim ſepulta anno MCCLXXX. Jolanda Nivernenſium Comitiſſa. Hoc tamen anno propter bella, quæ inter Galliæ & Angliæ Reges vigebant, ad terram dejectum eſt Cœnobium cum univerſis ſuburbiis, ne hoſtibus expugnandæ urbi eſſent adjutorio. Quinquennium poſt Margarita, filia Philippi quondam Regis Franciæ & Burgundiæ, Attrebati ac Flandriæ Comitiſſa, procurante ejus confeſſario fratre Joanne Pinaudi, Ludovicum filium Flandrenſium & Nivernenſium Comitem rogavit, ut qui probe & chriſtiane a Fratribus in prædicto Cœnobio fuerat enutritus & inſtructus, & ab Jolanda prædicta ibidem ſepulta originem duxerat, religioſis compateretur, & commodum conſtrueret habitaculum intra mœnia civitatis. Maternis precibus acquieſcens generoſiſſimus filius, anno MCCCLXIII. in proprio Caſtro Nivernenſi in fundo *Gloriette* nuncupato, domicilium, accedente Urbani V. conſenſu (cujus diploma ſub illo dabimus anno) ædificavit, Fratres introduxit XVI. Aprilis, & benedici curavit Eccleſiam die octava Aſcenſionis Dominicæ XVIII. Maii ejuſdem anni, per Joannem Epiſcopum Cuſtodienſem. Eccleſiæ fundamenta jacta ſunt anno MCCCLXXXI. menſe Junio poſt octavam Corporis Chriſti. Suberat ædes hæc provinciæ Turoniæ, donec Ludovicus Gonzaga Nivernenſium Dux de religione Chriſtiana optime meritus, anno MDLXXXVI. die XXV. Octobris obtinuit a Sixto V. ut ad Provinciam Franciæ Pariſienſis transferretur. Conv. Nivernii. *Gonza. in Prov. Franc. Pariſien. Conv.* 22.

VIII. Hoc anno etiam impediebatur propter bella, quæ vigebant inter Petros Caſtellæ & Aragoniæ Reges, fabrica ſumptuoſiſſimi Templi Franciſcanorum Cæſarauguſtæ, parumque abfuit, quin ſolo æquaretur, ſorti enim ſtructura tunc ædificabatur prope urbis mœnia. Hortatus eſt hoc anno Pontifex, ut Fratribus Conventus Baſilien. fideles ſubſidium exhiberent pro reſtauranda domo, quæ tota ferme deciderat ex terræmotus vehementi concuſſione: *Eccleſiarum*. VI. Nonas Martii. *Zurita lib.* 9. c. 11. Conv. Cæſarang. Eccleſia. Conv. Baſilien. corruit.

IX. Quidam mercatores Germani ex voto Cœnobium exſtruxerunt Dominicæ transfigurationi ſacrum, inter Valentinos hortos in Hiſpania, nono ab urbe lapide, ad vicini montis radices, ſub Inſtituto Canonicorum regularium ſancti Auguſtini, & nomine vallis Jeſu. Poſtea derelictum ad Fratres Minores tranſiiſſe anno MCCCLVIII. curante Joanne II. Rege Aragonio, ſcribit Gonzaga: ſed vel mendum eſt in notis numerorum, vel tunc non regnabat Joannes II. qui non niſi anno MCCCCLVIII. ſuſcepit regni gubernacula, atque tunc fortaſſis hoc loco donati ſunt Franciſcani * Habitavit olim tertio ab hoc loco milliari in pago cui Hiſpanice *Pulche* nomen eſt, vir quidam pius Minoritici Inſtituti amantiſſimus, qui Fratres illac tranſeun- Conv. Valentin. *Gonza. in Prov. Valent. Con.* 15. * *Hunc errorem magis habebis detectum ad annũ* 1459. *quando iterum fiet hujus Cœnobii mentio.*

Fratrem benefactorem conſolatur SS. Franc. & Anton.

ſeuntes humaniſſime excipiebat. Cum vero multis diebus Minorita nullus adventaret, gravi correptus infirmitate vehementer deſiderabat Religioſorum frui præſentia; apparuerunt Ordinis coryphæi Franciſcus & Antonius, animamque agentem conſolati ſunt, & paulo poſt placide magna ſpiritus hilaritate obdormivit in Domino. Obiit hoc in loco anno Domini MDLXXX. vir religioſiſſimus recolendæ memoriæ frater Hieronymus Steve, Sacerdos, omni virtutum genere excultus, qui ſæpius inter orandum adeo divinis contemplandis myſteriis immergebatur, ut nihil eorum, quæ circa ſe agebantur exterius, perſentiret. Erga pauperes immenſa ferebatur caritate, & præſago ſpiritu donatus plurima ventura certiſſime prædixit.

Fr. Hieron. Steve.

Tom. 4. an. 1275. n. 15.

Conv. Thovartii.

X. Obiter meminimus alias Conventus Thovarci, ſive Thovartii diœceſis Pictavien. & Provinciæ Turonen. cujus origo ad annum hunc reducenda eſt, quo Pontifex conceſſit Miniſtro prædictæ Provinciæ facultatem domicilium iſtud a nobili viro Ludovico Vicecomite Thovartii, ſuis ſumptibus ædificandum, recipiendi: *Sacræ veſtræ religionis*. 11. Kalendas Martii. Conceſſa ſimiliter facultas Miniſtro Provinciæ Franciæ, ut deſtructo primo Minorum habitaculo ad villam Pontiſaræ, Rhotomagenſis diœceſis, quod prope muros ſuper aggeres, & foſſam conſurgebat, ne hoſtibus imminentibus villæ expugnandæ deſerviret, aliud acceptaret conſtruendum infra clauſuram villæ & limites parochialis Eccleſiæ ſancti Petri, de qua translatione diffuſius nos alias locuti ſumus: *Sacræ veſtræ religionis*, VIII. Idus Junii, Eodem modo indultum Fratribus Provinciæ Bononiæ, ut transferre poſſint intra muros urbis Imolæ domum, ante multos annos extructam, ſed hoc tempore propter eaſdem bellorum cauſas deſtructam: *Iis quæ animarum*, X. Kalendas Novembris. Miniſtro & Fratribus provinciæ Apuliæ poteſtatem fecit, ut admitterent locum conſtruendum a nobilibus & incolis caſtri Acellarum diœceſis Rappollanæ: *Sacræ veſtræ religionis*, VIII. Idus Auguſti. Hujus domicilii mentionem non invenio apud Piſanum, vel Rodulphum; eodemque bullæ tenore & die, Miniſtro ac Fratribus Provinciæ terræ laboris conceſſit Conventum in caſtro ſancti Severini Salernitanæ diœceſis ab Epiſcopo Aleſanen. & caſtri Incolis, ædificandum.

Conv. Ponſiſarx.

Tom. 3. an. 1255. n. 21.

Conv. Imolæ.

Conv. Acellarum.

Conv. S. Severini.

Gonza. in Prov. Burgenſi Monaſt. 6

Monaſt. Veroladi.

XI. Veroladi in Hiſpania, oppidi diœceſis Burgenſis, honeſtæ aliquot fœminæ collegæ, religioſæ abſque regulæ norma viventes, hoc anno ab Innocentio VI. (non VIII. uti habet Gonzaga) Inſtitutum ſuſceperunt, & collatis in hoc opus facultatibus Monaſterium ſibi exſtruxerunt non procul a prædicti oppidi mœnibus, beatæ Mariæ de Bretonera Sacrum. Exorto tamen inter Navarræ & Caſtellæ Reges cruentiſſimo bello, Sorores Monaſterium dereliquerunt; quippe plus æquo militum injuriis expoſitum. Tandem compoſitis inter Reges controverſiis, domicilium magna ex parte collapſum vir optimus frater Lupus de Salinis, obtenta Epiſcopi Burgenſis facultate, reſtauravit, evocatiſque ex Virvieſcano Cœnobio regularis vitæ Magiſtris, Virginibus replevit. Ædes firmiori denuo conſtruxit materia nobilis Virgo Maria a Velaſco Bernardini Comitis ſtabuli Caſtellæ filia, ſuoque illuſtravit monachatu, ſuſcepta ibidem humili veſte Clariſſarum, & vita ſanctiſſime tranſacta, meruit ſub mortem anno MDLVII. Apoſtolorum Principes Petrum & Paulum conſpicere. Obiit etiam hic, incerto anno, Caſildis Calderonia, admirandæ virtutis, humilitatis præſertim & patientiæ fœmina. Suppliciter a Deo petiit ut pœnas ſibi in purgatorio ferendas hic inferret, & paulo poſt igne ſacro a pedibus ad humeros uſque ſerpenti exaruit, & conſumpta eſt, dolores vehementiſſimos mira animi æquitate ſupportans.

Soror Maria a Velaſco.

Soror Caſildis Calderonia.

XII. Oc-

Anno Christi 1358.	Innocentii VI. anno 6.	Caroli IV. Imp. anno 11.	Religionis Minorum anno 151.

XII. Occurrit hoc anno memoria Monaſterii Clariſſarum de Ledone Salverii, Biſuntinæ diœceſis in diplomate Pontificio, quo Innocentius jubet remedium adhiberi gravibus damnis Monialium: *Petitio pro parte*, v. Nonas Martii. In ſupradicto caſtro Acellarum aliud ab ipſis oppidanis conſtrui indulget: *Piis fidelium votis*, VIII. Idus Auguſti, nec non in oppido de Moyraco Condomien. diœceſis, a nobili muliere Martha de Armaniaco, Domina caſtri de Lebreſo: *Piis fidelium votis*, XV. Kalend. Novembris. Monaſt. Ledonis. Monaſt. Moyraci.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

I. FRatre Conrado de Prægoantia ad Epiſcopales inſulas Caſſæ aſſumpto IV. Kalend. Februarii, paulo poſt, II. ſcilicet Idus Martii, pro Terra ſancta Pontifex breve expedivit: *Tuæ devotionis*, & Annæ Imperatrici VIII. Idus Aprilis ingreſſum Monaſteriorum indulſit: *Eximiæ tuæ &c.* Univerſam vero Germaniam Joannes Miniſter Generalis viſitare decreverat; at interea dum in Conventu Beluenſi provinciæ Burgundiæ Comitia celebrat die V. Junii proximo poſt Dominicam Trinitatis moritur; quamobrem commiſſa iterum cura religionis Cardinali Farinerio, hic nulla interpoſita mora, Comitia generalia indixit celebranda anno proxime ſequenti in ædibus ſancti Franciſci Januæ. Aliquæ gratiæ Pontificiæ. *Indic. ex Vatic.*

II. Veroladi Oppidi diœceſis Burgenſis in Hiſpania honeſtas aliquot mulieres collegas religioſe & abſque certa regula viventes, hoc anno a Pontifice Inſtitutum ſuſcepiſſe, & collatis facultatibus, Monaſterium non procul a prædicti oppidi mœnibus beatæ Mariæ de Bertonera ſacrum extruiſſe Waddingus refert; ſed cujus regulæ Inſtitutum ſumpſerint, non recenſet: nos vero putantes gratum fore amatoribus antiquitatum, ſi rem dilucidaverimus, ex deſcriptione provinciæ Burgenſis Patris Joannis Baptiſtæ Galeretæ mutuato lumine propoſitum expendimus.

III. A Burgis urbe præcipua in veteris Caſtellæ regno, inter ſubſolanum & Vulturnum novem circiter leucis Hiſpanis emenſis, vallis quædam amena ſatis & frugifera occurrit, ubi Veloardum, vel Veroladum, ſeu etiam Belforadum oppidum, a quo ducentis quinquaginta paſſibus ea ſacra ædes, de qua loquimur, abeſt. Præextiterat autem ibidem Eccleſia quædam Cathedralis, ſub titulo noſtræ Dominæ de Bertonera, ſive Bretonera, cujus Imago ſacra ad altare majus venerabatur; quam iis temporibus, quibus Mauri eas oras infeſtabant, pii Chriſtifideles, ut ab eorum injuriis liberarent, abſconderunt, ac ita plurimis annis delituit & interim derelicta Eccleſia in congeriem lapidum tranſiit. Tamdem opitulante gratia divina, ab iis regionibus procul abactis Mauris, eadem ſacra Deiparæ Imago e diuturno latibulo prodiit, & quibuſdam mulieribus apparuit, quæ amore vitæ collegialis in obſequium Reginæ Cœlorum ſuccenſæ, ſub Innocentio VI. ejus auctoritate ad antiquas ruinas illius præfatæ Eccleſiæ ſeſe recipientes, in iis parvam & humilem ſtationem, ſed valde propriam ad fovendam vitam ſpiritualem a Mundi turbis ſemotam, proprio & communi ære ſibi conſtituerunt. Porro piæ loci Incolæ recenſitæ apparitionis Dominæ Noſtræ ſolemne feſtum celebrarunt; & inde variis nominibus appellatæ fuere. Aliquando dicebantur Noſtræ Dominæ Regum, quod ad altare majus beatiſſimam Virginem Deiparam ſuum Infantulum Regibus adorandum exhibentem Icon oſtenderet, quo quidem nomine in quibuſdam antiquis & publicis ſcripturis donatas fuiſſe etiamnum apparet: aliquando etiam Clariſſæ dicebantur, ſed addito *Monumen. MSS. Prov. Burgenſis.*

no-

„ nomine Dominæ Noſtræ de Bertonera. Ceterum in tribus diplomatibus „ Innocentii VI. in archivo ejus ædis, una cum Guidi Epiſcopi litteris „ cuſtoditis, quibus regula ſanctæ Claræ obſervanda conceditur, loci An„ tiſtita domus ſanctæ Mariæ de Bertonera Prioriſſa nuncupatur. Hoc anno „ ergo eæ ſacræ Virgines, ſub Regula ſanctæ Claræ vivere cœperunt, re„ gnum Caſtellæ tenente Petro Crudele: an vero ſub regimine Fratrum? „ id omnino latet.

ARGUMENTUM.

Frater Bertrandus de Podio inquirit in fidei perduelles in Provincia. Creantur Epiſcopi. Celebrantur Comitia generalia, in quibus eligitur Miniſter Generalis Marcus Viterbienſis. Moritur Bartholus I. C. Minoribus addictiſſimus. Ædificantur Cœnobia.

I. IN regione Provinciæ aliqui Hæbræi, qui, abjurato Judaicæ cæcitatis errore, ſacro Baptiſmate intincti Chriſtianæ militiæ nomen dederunt, paulo poſt, veluti canes ad vomitum, ad perfidiam Judaicam, quam deteſtari videbantur, reverſi ſunt, & ne debitas luerent pœnas, in alias terras, & regna profugerunt. Hos inſectari, capi, & puniri juſſit Pontifex, amandavitque in Hiſpaniam fratrem Bernardum de Podio, ſacræ Theologiæ Magiſtrum, hæreticæ pravitatis in illa Provincia Inquiſitorem, qui hos perquireret, reſque ponderoſas & arduas cum Regibus Caſtellæ & Aragoniæ pertractaret, uti ex ſubjectis litteris apparebit.

Fr. Bernard. Inquiſitor Provinciæ mittitur in Hiſpaniam.

Dilecto filio Bernardo de Podio, Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, Magiſtro in ſacra pagina, hæreticæ pravitatis Inquiſitori, in provincia Provinciæ auctoritate Apoſtolica deputato.

Ex lib. ſecr. fol. 134.

II. *ANxia nimis mente peracepimus, nonnullos iniquitatis filios, & perditionis alumnos ſpontanee relicto Judaicæ cæcitatis errore, per lavacrum regenerationis ad fidem Chriſtianam converſos, eamdem fidem Catholicam abnegantes, ad prælibatam cæcitatem Judaicam, velut canes ad vomitum damnabiliter rediiſſe, qui ſe de tuæ Inquiſitionis finibus, ad partes incognitas, vel diſtantes clandeſtine contulerunt, quod tanto magis reprobum & abſurdum fore dignoſcitur, quanto ex hoc Chriſti nomen ſanctiſſimum inteſtina hoſtilitate deteſtabilius blaſphemant. Nos igitur, qui ſub noſtris dediderii gerimus, et inſtantia multæ ſollicitudinis excitamur, ut fides Catholica noſtris proſperetur temporibus, et calamitas hæreticæ pravitatis de finibus fidelium extirpetur, adverſus tales Neophitos novercales illo volentes remedio ſubvenire, per quod ipſorum compeſcatur temeritas, & aliis aditus committendi ſimilia præeludatur; diſcretioni tuæ, de qua experimento laudabili in majoribus comprobata, fidem in Domino gerimus pleniorem ..... auctoritate Apoſtolica per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, ſuper iis ſummarie, & de plano, abſque ſtrepitu, & figura Judicii, vocatis evocandis, cum fideli diligentia & ſolerti, ubicumque fueris, plenius informandi, & ſi repereris ita eſſe, hujuſmodi judaizantes ad præſens, ubicumque vivi fuerint adinventi, per te vel alium, ſeu alios capiendi, detinendi, incarcerandi, ducendi, & debite puniendi, & capi, detineri incarcerari, duci, & pu-*

& puniri debite faciendi, ubicumque videris expedire, & mortuos exhumare, & de ſic exhumatis juſtitiam debitam, ſi nondum facta extiterit, faciendi. Contradictores quoque cujuſcumque gradus, ſtatus, ordinis, vel conditionis exiſtant, etiamſi Pontificali, vel qualibet alia Eccleſiaſtica, vel mundana dignitate præfulgeant, auctoritate Apoſtolica, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendi, invocandique deinde ad hoc, ſi opus fuerit, auxilium brachii ſecularis, ac reliqua præmiſſa neceſſaria exercendi. Non obſtante ſi aliquibus communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod excommunicari, vel interdici nequeant, aut ſuſpendi per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi, & eorum nominibus, vel ordinibus mentionem, & quibuſcumque aliis litteris, privilegiis, ſeu commiſſionibus Apoſtolicis, quibuſcumque Inquiſitoribus, ſeu quibuſvis aliis, ſub quacumque forma verborum conceſſis, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, ac eorum effectus poſſet differri, ſeu alias quomodolibet impediri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis, ſeu ſi Ordini tuo a Sede prædicta ſit conceſſum, quod Fratres ejuſdem Ordinis non teneantur ſe intromittere de quibuſcumque negotiis, quæ ipſis per ejuſdem Sedis litteras committuntur, niſi in eis de conceſſione hujuſmodi plena & expreſſa mentio habeatur, plenam & liberam hujuſmodi, proſecutione durante dumtaxat, tenore præſentium, concedimus facultatem. Per hæc autem non intendimus, ut Inquiſitoribus quibuſcumque, ſeu officiis eorumdem in ceteris præjudicium aliquod afferatur, nec eorum audientiis, vel debitis exercitiis detrahatur. Datum Avenione XI. *Kalendas Octobris anno* VII.

Cariſſimo in Chriſto filio Petro Regi Aragonum Illuſtri.

III. *IN deſideriis noſtris potiſſime geritur, & inſtantia multæ ſollicitudinis exeitamur, ut fides Catholica noſtris proſperetur temporibus, & calamitas hæreticæ pravitatis de finibus fidelium extirpetur. Cum itaque nos dilectum filium Bernardum de Podio Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, magiſtrum in ſacra pagina, Inquiſitorem hæreticæ pravitatis in provincia Provinciæ, auctoritate Apoſtolica, deputatum, inter alios ad Aragoniæ partes, & alias tibi ſubjectas pro magnis & arduis negotiis fidem Chriſtianam tangentibus, deſtinemus, Magnificentiam Regiam paterno rogamus, & hortamur affectu, quatenus eumdem Inquiſitorem propenſius recommendatum tua Serenitas ſecum habens, ejus exhortationem in iis, quæ negotia prædicta contingunt, pro divina & noſtra, ac Apoſtolicæ Sedis reverentia exaudias, & ſuccincte jubeas expediri, ut idem Inquiſitor in negotiorum iſtorum executione votiva valeat felicius proſperari. Noſque Celſitudinem tuam dignis in Domino laudibus attollamus. Datum Avenione* VII, *Kalendas Octobris anno* VII. *Ibid. fol.* 135.

Eodem modo ad Petrum Regem Caſtellæ, & Legionis Illuſtrem.

IV. Duos duntaxat reperio hoc anno Minoritas ad Epiſcopatus aſſumptos, fratrem Petrum Fabri de Armoniaco, ad ſancti Angeli in regno Neapolitano, ſub Archiepiſcopo Compſano, per obitum Roberti: *Sollicitæ conſiderationis,* II. Nonas Februarii. Fratrem Thomam Nimperquey de Seyno ad Chelmen. in Ruſſia nigra, & regno Poloniæ, tunc ſub Archiep. Gneſnenſi diu vacantem: *Dum juxta Paſtoralis,* XIII. Kalendas Junii. Inſtitutus eſt hoc anno die VIII. Maii Inquiſitor in Marchia Anconitana, in civitate Urbini, & in hujus diœceſi & Montis-Feretri, frater Franciſcus Fabrianenſis. Fr. Petrus Epiſc. S. Angeli. Fr. Thomas Chelmen.

V. In-

Anno Christi 1359.	Innocentii VI. anno 7.	Caroli IV. Imp. anno 12.	Religionis Minorum anno 152.

Capitulum generale 54. Januæ.

V. Indixit hoc anno Farinerius Cardinalis Comitia in civitate Januenſi, in quibus electus eſt die IX. Junii in feſto Pentecoſtes frater Marcus Viterbienſis Provinciæ Romanæ alumnus, conſpirantibus Italis, ut aliquando tranſiret ad ipſos ſodalitii regimen, quod tot annorum diuturnitate ſtabilitum videbatur inter Aquitanos. In hoc Capitulo unita fuit propter rationabiles quaſdam cauſas Vicaria Scotiæ paucorum Conventuum provinciæ Anglicanæ.

Vicaria Scotiæ unitur Provinciæ Angliæ.

S. Birgitta inviſit Clariſſas Neapoli.

VI. Florebat hoc tempore ſancta Birgitta Sveca, & Dei mandato Roma Neapolim abiit, ubi a Regina Joanna, multiſque nobilibus propter vitæ ſanctitatem, multis eſt aucta muneribus & xeniis. Inviſit in ea Civitate præcipna loca pia, atque inter hæc Monaſterium Clariſſarum ſtrictioris inſtituti, a ſancta Cruce nuncupatum; pridem a piæ memoriæ Sancia Regina conſtructum, ubi inſigne, ceteris muneribus excellentius, donum capillorum Virginis Mariæ a religioſiſſima, & piiſſima quadam ſorore Clara recepit, uti his ipſis verbis in ejus revelationibus refertur: *Cum ſancta Birgitta in civitate Neapoli per aliquod tempus moraretur, miſit pro ea Soror quædam Clara nomine, in Monaſterio Monialium ad ſanctam Crucem, & dixit ad eam: Habeo*, inquit, *reliquias de capillis Matris Dei datas mihi per Reginam ſanctam, quas nunc tibi dabo, quia mihi inſpiratum eſt divinitus, ut tibi eas committam. Et hoc tibi ſignum erit, quod vera loquor, quia cito moriar, & veniam ad Dominum meum, quem ſuper omnia diligit anima mea. His autem dictis paucis diebus ſupervixit, & perceptis Sacramentis Eccleſiæ emiſit ſpiritum. Igitur cum beata Birgitta dubitaret utrum capilli illi eſſent de capillis Virginis Mariæ, vel non. Tunc in oratione apparuit ei eadem Mater Dei, dicens: ſicut verum eſt, & creditur, quod ego de Anna & Joachim nata ſum, ſic verum eſt, quod iſti capilli creverunt in capite meo.* Hujus religioſiſſimæ ſororis Claræ memoria omnino excidit, & ſolum hoc tantæ fœminæ veſtigium reliquum eſt; digna profecto videbatur majori hominum commendatione, quæ digna viſa eſt, cui Sancia Regina, quam non immerito *Reginæ ſanctæ* nomine hæc Clara nuncupavit, adeo pretioſum credidit theſaurum, cui etiam cœlitus revelata eſt veritas capillorum, & mors brevi futura, denuntiatumque eſt, cui deberet ſacratiſſimas tradere reliquias. Optimi illius ſeminarii religioſiſſimæ fuerunt alumnæ, quarum memoriam in benedictione, non in ore hominum, voluit Deus permanere.

Recipit pia munuſculum.

In revel. extravag. cap. 49.

Moritur Bartholus I.C. inſignis.

VII. Obiit hoc anno inſignis ille vir, quotquot Juri Cæſareo interpretando operam adhibuerunt, celeberrimus, Juriſconſultorum anteſignanus, & Magiſter, Bartholus Sentinas, ſive a Saxo-Ferrato; in hoc ſcientiæ genere orbis ſingulare prodigium, ita enim, quidquid alii ſcribant, & nos alias dixerimus, fert ratio temporum, & calculus annorum. Scribit namque probabilius reliquis Joannes Paulus Lancellotus cum natum an. MCCCXIII. & denatum anno XLVI. ſuæ ætatis, qui in hunc Chriſti recurrit. Adde quod teſtamentum condidiſſe aſſerat anno Domini MCCCLVI. triennio ante obitum; quo fit, ut hoc anno vitam terminaſſe concludatur. Inter noſtros vero optimum locum, & Minorum monumentis celebrem memoriam multis titulis vendicavit, tum ex plurimo & perpetuo in Ordinem Franciſcanum affectu, tum ex inſigni opere *Minoritarum deciſionum*, libris quatuor diſtincto, pro Minorum rebus elucidandis & tuendis conſcripto an. MCCCLIV. uti vetuſtiſſimum apud me MSS. præfert exemplar, tum propter bona legata Fratrum Peruſinorum, & Sentinatum Eccleſiis, tum propter creditum corpus templo Minorum Peruſino, ubi annis immaturus, eruditione, judi-

An. 1290. n. 27.

Lancelot. in vita Bartholi.

Quam ſibi devixerat Minorum familiam.

cio,

cio, copioſiſſimis & immortalibus ſcriptis ſenex, cum commentarios moliretur in Jus Pontificium, & aliqua ſcripſiſſet Theologica, ſepultus eſt, uti ipſe caverat teſtamento; porphyretico lapide ſepulcro ſuperpoſito. Familia Alſana Bartholi gentilitia ab humili pavimenti loco in ſublimem erexerat, effigiemque ſupremo cacumine collocari curavit, ſimplici hac adhibita inſcriptione: *Oſſa Bartholi*, ſubtus adhibito altero ſimulacro laudatiſſimi viri Alſani, Bartholi antenepotis.

VIII. Debuit ſane omnem hunc affectum Ordini Minorum, ex quo ſuſcepit Magiſtros duos, fratrem Petrum Aſſiſiatem in humanioribus litteris, & Guidonem Peruſinum in Geometricis, quorum primum ita laudat: *Ego habui unum Magiſtrum, qui me primas litteras docuit, qui vocabatur frater Petrus de Aſſiſio: nunc vero in civitate Venetiarum vocatur frater Petrus Pietatis, ſic dictus, quia locum ibi erexit, qui domus pietatis vocatur, ubi infantes expoſiti nutriendi recipiuntur. Vir eſt expertus, nullius hypocriſis, miræ ſanctitatis apud me & omnes, qui eum bene noſcunt. Cui gratias ago exemplo Aquilii Reguli* ff. de do. l. Aquilius, *qui dum me rexit, cuſtodivit a lapſu, & Dei gratia, & ſui doctrina me talem reddidit, quod in decimo quarto anno ætatis meæ in Civitate Peruſii, ſub domino Cy. de Piſtorio jura civilia audire incepi, & ejus perſeverante gratia, taliter continue ſtudendo profeci, quod in vigeſimo anno Bononiæ repetendo, & diſputando publice de jure reſpondi, & demum, in vigeſimo primo anno doctoratus fui, & ex multo amore, quem ad illius fratris Petri bonitatem gero, cum calamus hoc ſcribit, cordis oculus lacrymatur; ipſeque vir venerabilis Petrus dixit mihi, quod plures ex illis pueris expoſitis aliis tradidiſſet hoc paſto, quod eos non aliter, quam ut filios obſervarent.* Secundum vocat magnum Theologum, univerſalem in omnibus, ſuum in Geometria Magiſtrum, collationibus ſpiritualibus plurimum ſe recreatum fatetur.

Habuit Magiſtros Minoritas.

Bart. in l. quidam cum filium ff. de verb. obligat.

Idem in præam. tract. Tyberiadis.

IX. Conceſſit hoc anno Pontifex facultatem Miniſtro, & Fratribus Provinciæ Aquitaniæ, ut reciperent domum in caſtro de Brolio Caturcendiœceſis, a Joanne Epiſcopo conſtruendam: *Pils fidelium votis*. II. Kalendas Februarii. Neſcio tamen an extruxerit, non enim hujus loci mentionem invenio apud eos, qui de noſtris ſcripſerunt domiciliis. Ægidio Albornotio Apoſtolicæ Sedis Legato repetente jura Eccleſiæ in Italia, & muniente Civitates fideles, multa tunc undique exarſere bella, diruta caſtra, dejectæ munitiones, Monaſteria extra urbes poſita ſolo æquata, partim hoſtili incurſu, partim amica præventione, ne urbium & ipſorum Monachorum potius excidio, quam incolatui deſervirent ab hoſtibus occupata. Inter hæc connumerandum venit Franciſcanum urbis Novariæ Inſubrum, citra Ticinum flumen verſus Alpes ſitæ, divo Lucæ Evangeliſtæ ſacrum, cujus originem, extructioniſque tempus huc uſque ſcire non potuimus. Cum vero Galeatius Vice-comes, ut urbem, agrumque ſubjectum hoc ipſo anno facilius retinere poſſet, multorum vicorum munitiones ſuſtuliſſet, Monaſterium hoc, & Eccleſiam deſtrui juſſit, ne ſubſidiis caſtro ferendis eſſet impedimento. Monimentum Eccleſiæ manſit ædicula eidem Evangeliſtæ dicata prope caſtrum. Aliud tamen domicilium intra urbis mœnia recipiendi facultatem conceſſit hoc anno Pontifex: *Sacræ veſtræ Religionis*. III. Idus Maii. Juſſit tunc Galeatius Fratribus tradi locum intra urbem appellatum *Guaſto de Cavallacci*, ubi Eccleſiam ſancto Franciſco ſacram cum adjuncto Monaſterio ex civium elcemoſynis conſtruxerunt. Fuit tunc urbis Epiſcopus Oldradus, qui Fratrum conatibus favit impenſe.

Conv. Brolii.

Conv. Novariæ.

Carolus Epiſc. in ſua Novar. ad hunc annum.

X. Similiter ferme evenit Fratribus cœnobii Maliani, in Sabinis vici

Conv. Maliani.

Tom.4.ann.1266 n. 19.

notiſſimi, de quo alias locuti ſumus; nam multa bellorum incommoda paſſi, obtinuerunt hoc anno licentiam intra caſtrum ſe transferendi: *Veſtræ devotionis ſinceritas*, Nonis Novembris. Data eſt etiam facultas Marco Miniſtro Generali recipiendi Conventum in caſtro Somnini Terracinen. diœceſis, cujus meminerunt Piſanus, & Rodulphus in Provincia Romana, & Cuſtodia Campaniæ: *Devotionis veſtræ*, Nonis Novembris. Inviſentibus facellum ſancti ſepulcri in Cœnobio Minorum Carcaſſonæ in burgo conſtructum Indulgentias hoc anno largitus eſt Pontifex. Diximus alias Monaſterium Clariſſarum anno MCCCCLXXVIII. Fratribus Carcaſſonen. ceſſiſſe, hujus autem primi Cœnobii Fratrum in Burgo conſtructi originem, aut tempus non potuimus invenire. Varia conceſſit hoc anno privilegia Innocentius Monaſteriis Clariſſarum veteris Budæ Veſprinien. diœceſis in Hungaria, Deney Elien. diœceſis in Anglia, & de Albenatio Vivarien. in Gallia, cujus aliunde ampliorem non comperimus notitiam. Ad preces multorum ſuperiorum in Anglia, & fratris Hugonis Bernardi Miniſtri Provincialis Hiberniæ, juſſit Pontifex dari ex Archivo Apoſtolico exemplar conſtitutionis: *Vas electionis* editæ a Joanne XXII. contra Joannem de Poliaco, circa confeſſiones ſecularium libere a regularibus audiendas, uti diximus ſuperius; tunc enim circa hæc vexabantur Religioſi occaſione deſumpta ex controverſia Armacani cum Regularibus: *Tenorem cujuſdam*. II. Idus Julii. Hunc Hugonem Bernardum eumdem eſſe puto cum Hugone de Hibernia, quem monumenta Hibernica ad me miſſa floruiſſe referunt, anno XCCCLX. & peragratis multis orbis partibus, amplum itinerarium ſcripſiſſe.

Conv. Somnini.

Conv. Carcaſſonæ.

Tom.5.ann.1290 n.14.

Varia privilegia.

Fr. Hugo de Hibernia. Anno 1357. n. 8.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Marcus de Viterbio fit Miniſter Generalis.

I. IN Comitiis generalibus Januæ coactis a fratre Guillelmo Farinerio Cardinali, in totius Ordinis Miniſtrum die IX. Junii in feſto Pentecoſtes electus eſt frater Marcus Viterbienſis, Provinciæ Romanæ alumnus. Ludovico, & Joannæ Siciliæ Regibus ſcripſit hoc anno Pontifex contra Fratricellos bona Eccleſiæ occupantes, pravamque doctrinam diſſeminantes: *Cum ad audientiam noſtram &c.* X. Kalendas Maii: & datis litteris pro Monaſterio veteris Budæ circa adminiſtrationem Sacramentorum: *Devotionis veſtræ &c.* II. Kalendas Januarii: conſtructionem Monaſterii ſancti Angeli Taracinenſis indulſit: *Veſtræ devotionis &c.* nonis Novembris. Porro Tarracina, ante *Anxur*, Italis Terracina, Civitas Epiſcopalis Latii, maritima, antiqua, apud Uſentis fluminis oſtium & Pontinam paludem, haud longe a lacu fundano, ultra circium promontorium; in Regni Neapolitani confinio, a Fundis prima ejus Regni urbe in circium X. M. P. ab urbe Roma in eurum LVIII. a Gajeta XX. a Siguia XII. urbs Modica, cum arce ſatis firma elongatur. Habuiſſe Conventum Fratrum Minorum etiam ante annum MCCXCII. ex quibuſdam Indulgentiis conceſſis eo anno probatur.

Indic. ex Odor. n. 5.

Ex Vatic.

Wadd. ad ann. 1294. n. 14.

II. Leonardum de Civitate nova, doctrina & ſanctitate inſignem floruiſſe in Territorio Firmano hoc anno MCCCLIX. habetur in quodam Theatro Minoritico R. P. Felici Franciſchino dicato, ut refert in ſuo Theatro Seraphico Bajardus. Hieremiam autem a Cortona Tertii Ordinis alumnum, virtutibus & meritis inſignem in Etruria hoc eodem anno Kalendis Septembris, Chombonus; ſicut & Carolum a Monte Feltrio ejuſdem Tertii Inſtituti in Italia VIII. Kalendas Decembris, Joannes de Torres. Sed Eliſabetham Accoriam virginem Tertii Ordinis alumnam, quæ

Bajardus.

Plures ſanctitate floruere.

De Viris &c. Tertii Ordinis.

„ quæ in magna victus, ac veſtitus auſteritate ſanctiſſimam vitam duxit, ac
„ tamdem meritis & virtutibus cumulata XI. Kalendas Junii migravit ad
„ ſponſum, miraculis ante & poſt obitum Illuſtris in Hiſpania, refert Ma-
„ rieta. Alteram vero Eliſabetham Romanam virginem etiam Tertii Inſti-
„ tuti, orationibus, & pietatis operibus jugiter intentam, ſanctam Deo
„ animam reddidiſſe VI. Kalendas Junii, ſcripſit Andreas Bonfanti.

ARGUMENTUM.

Mittuntur Theologi graves ad Univerſitatem Bononienſem. Moritur beata Delphina ſancti Elzearii conjux, Tertii Inſtituti ſancti Franciſci. Aliarum piarum mulierum hujus Ordinis geſta commemorantur. Diſplicere Deo a Religione receſſum, uno atque altero probatur argumento.

I. DEperditis monumentis regiſtri trium poſteriorum annorum Pontificatus Innocentii, aridam & jejunam oportet eſſe hujus temporis narrationem, dum graviora quæque ex actis Pontificiis depromi ſolita, latent, & cum pereuntibus libris, evaneſcunt. Miſſiones ad exteros, converſiones gentium, legationes ad Principes, inſtitutiones Epiſcoporum, ex hac dumtaxat officina prodibant, obſervantibus noſtris Scriptoribus tantum res magis obvias, humilia facta domeſtica, & geſta aliqua, non omnia neque potiora, Sanctorum. Dabimus ergo quæ noſtri congeſſerunt, paucula ſane & leviora, donec iterum clarior illuceſcat ex ſydere Vaticano dies, quæ tenebras ignorantiæ depellat, & ampliori miniſtrata materia, pinguiorem hiſtoriam efficiat. Solum occurrit ex diplomate Pontificio, & monumentis Bononienſibus inſtitutio ſtudii Theologici in Academia illius urbis, eoque conveniſſe ex variis Univerſitatibus novem inſignes Theologos, atque inter hos tres doctiſſimos Franciſcanos, qui his elogiis recenſentur in tabulis Univerſitatis. Magiſter Franciſcus Adriani Bononien. vir Angelicæ vitæ. Magiſter Thomas de Farignano de Mutina Doctor utique moribus inſignitus, & fidei zelator intrepidus. Magiſter Ludovicus de Venetiis urbanæ eloquentiæ Pater. Duo poſteriores fuerunt poſtea Cardinales.

Jejuna horum annorum narratio, & quare?

Ex Arch. Acad. Bononien.

II. Hoc porro anno Kalendis Decembris moritur genere & virtute clariſſima, virgo & vidua, nupta & immaculata, Delphina conjux ſancti Elzearii Comitis Ariani, cujus vitam diffuſe ſcriptam dedimus volumine præcedenti, anno ætatis octogeſimo. Duodennem diximus viro deſponſatam cobabitaſſe mundo corde, & corpore, thoro communi & impolluto, annis viginti ſex, & conſervata ſua virginitate, virum induxiſſe, ut caſte viveret & ſancte. Demum optimi Principes quomodo in vita ſua dilexerunt ſe, ita & in morte non ſunt ſeparati, jubente Delphina, ut ſub habitu tertii Ordinis, quem profitebatur, ſepeliretur prope viri ſepulcrum. In uno eodemque tumulo ob ſancti Viri reverentiam noluit apponi, multis namque miraculis, quæ Pontificia examinabantur, ut ſuperius diximus, auctoritate, effulgentem, & publica ſanctitatis opinione coruſcantem, uti impenſe diligebat, ita ſumme venerabatur. Funus ejus curaſſe, vel honoraſſe viſi ſunt Angeli; ab eo enim tempore quo deceſſit, donec in Aptenſi Cœnobio Minorum tumulo recluſa eſt, auditus eſt in aere ſuaviſſimus concentus diverſorum inſtrumentorum ad muſicæ regulas efformatus, adeo ut audientes mirifice recrearet, & in admirationem attraheret. Ex hoc cœleſti ſigno, & multis quæ patravit miraculis, omnes ſanctitatem venerabantur, & brevi ſimul cum marito

Legen. MSS. Marian. citat. Marcus citat. c. 23. Tom. 6. an. 1316. 1119. Tom. 7. an. 1321. Moritur ſancta Delphina.

An. 1351. n. 38.

Sanctis adnumerandam non immerito expectabant. Plura hujus præclariſſimæ Virginis facinora, qui ſcire voluerit, conſulat ea, quæ ſparſim ſcripſimus in hiſtoria mariti.

III. Aliarum hujus tertii Inſtituti fœminarum, virtutibus & prodigiis nobilium, hic adjicimus memoriam, ne decidat; neque enim certum, quo vixerint, tempus potuimus invenire. Jacet Venetiis in Eccleſia ſancti Raphaelis beata Lucia Veneta, in vita & poſt miraculis inſignis. Magna coruſcabant ſanctitate Eugubii beata Franciſca, & Valliſerii beata Chriſtina a ſancta Cruce cognominata; in Oppido Balnei beata Joanna de ſancta Maria, ſepulta in Eccleſia Abbatiali XIV. M. P. a monte Alverniæ ſita, cujus feſtum ibidem ſolemniter celebratur die XXII. Januarii; & Signæ prope Florentiam Joanna altera, quæ dum in puellaribus annis oves cuſtodiret paternas, & prævideret ex turbato obſcuroque aere tempeſtatem grandinis, imbremque ſuperventurum, ducto baculo, circulum effecit, oves intra ambitum reduxit, & a grandinis, pluviæque injuria ſervavit, nulla intra circulum gutta decidente. Provectiori ætate habitum tertii Ordinis ſuſcepit ex manu Guardiani Conventus Carminiani, & in vicina cella, vel cubiculo per reliquum vitæ tempus ſe recluſit, ubi macerando corpori, orationibus, & contemplationibus divinis perpetuo intenta, multa patravit ante & poſt mortem miracula; atque inter hæc dum in humanis ageret, puerum e mortuis revocavit. Ejus feſtum colitur feria ſecunda Reſurrectionis.

B Lucia Venera.

Bb. Franciſca, Chriſtina a S. Cruce, & Joanna de S. Maria.

B. Joan. Signen.

Chron. antiqua. Marian. citat. A Religione reſilientes contristantur.

IV. A religioſo Inſtituto hoc tempore recedere cogitantibus, hic addo objectos terrores. Pariſienſis quidam ſcholaris a Superioribus Minorum ad Sodalitium admiſſus, dum paratis omnibus, & religioſa, qua ſuperindui deberet, veſte præmiſſa, propoſiti pœniteret, nocte ſequenti vidit in ſomnis ſe a diabolo rapi, & judicio ſiſti divino. Paratum ſibi malum, & duram timens ſententiam, clamavit dicens: *Domine, miſerere*. Cui Chriſtus: *Quomodo tibi miſerebor, qui quod mihi firmiter in tuo pectore promiſiſti, non vis adimplere?* Reſpondit miſellus: *Quod vovi, Domine, libentiſſime reddam, modo nunc velis miſereri*. Multa objiciente diabolo & tormenta minante, ita toto ſudavit corpore & contremuit, ut ſemianimis in ſe reverſus, ſequenti die perrexerit ad Fratres, & Religionis jugum libenter ſubierit. In Provincia Terræ Laboris quidam tiro diebus multis a diabolo tentatus, ut dimiſſo religioſo habitu ad ſeculum rediret, ſuccumbens inimici moleſtiis tamdem decrevit opere complere, quod corde cogitarat. Ad oſtium egreſſuro occurrit horribilis & ingens draco ex una parte, & ex altera diabolus; quibus conſpectis, contremuit & expavit novitius, agnovitque hoc ſpectrum propterea a Deo propoſitum ne a ſancta, quam propoſuerat, vitæ ratione reſiliret, reverſuſque in cellam, ſtatuit ſecum firmiter in religione permanere, evaſitque poſtea inſignis prædicator.

Conv. Piſcinniani.

V. Piſcinniani, oppidi Spoletanæ Diœceſis incolæ hoc anno, annuente Joanne Spoletano Epiſcopo, Minoritis conceſſerunt tuguriolum in amœni collis jugulo inter condenſas arbores ædificatum, quod Anachoretæ quidam olim inhabitabant. Ruinam ex vetuſtate paſſurum oppidani refecerunt propriis ſumptibus, & in commodum adaptarunt Conventum. Ædis conſtructionem & in Minoritas collationem poſtea approbavit Urbanus V. Innocentii ſucceſſor.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Archiv. Mon. Alvern.

» I. HOc anno ex archivo ſacri Montis Alvernæ habemus, Summum » Pontificem de ejuſdem protectione breve expediviſſe: *Licet cum-*

Anno Christi 1360.	Innocentii VI. anno 8.	Caroli IV. Imp. anno 13.	Religionis Minorum anno 153.

» *cuncta &c.* III. Nonas Decembris: & Indulgentiam pro fabrica ejuſdem
» Montis conceſſiſſe: *Quoniam ut ait Apoſtolus &c.* XV. Kal. Decembris.
» Joannes Ligur natione, qui poſt exactum inter Minoritas laudabiliter vitæ
» curriculum, Albinganenſem Eccleſiam, cujus regimini a Joanne XXII.
» anno MCCCXXI. præpoſitus fuerat, doctrina, exemplis, & morum probi-
» tate illuſtravit, hoc præcipue commemorandus, quod illius animum non
» honores, aut tituli ab inſtituta vitæ auſteritate diſtorſerint, ut de eo ſcri-
» bit noſter Paulus Britius Albenſis Antiſtes, hæc circa tempora migravit
» ad Dominum. Alterum vero Joannem, maxima caritate erga egenos, &
» infirmos præditum, vitæ ſanctimonia & miraculis præclarum hoc anno
» obiiſſe meminit Piquetus. Sed Franciſcus Querinus nobili Venetorum
» genere natus, verus Dei ſervus, Minoriticæ militiæ quondam adſcri-
» ptus, præclaro virtutis & ſanctitatis nomine fulgens, ad Patriarchalem
» Gradenſis Eccleſiæ honorem evectus fuit. Ea in dignitate ſummo exem-
» plo & vitæ innocentia conſpicuus, non tantum omnium amorem, ſed ob
» patrata miracula in vita & morte, ſolemni cum laude venerationem aſſe-
» cutus eſt: ſuo enim tempore adeo nomen ipſius claruit, ut etiam ejus
» memoria in archivo Reipublicæ Venetæ conſervetur, & ejus ſacra Lipſa-
» na in Eccleſia ipſorum Fratrum Minorum a pluribus ſeculis, ſuper altare
» divi Hieronymi devote coluntur & viſitantur. A piis ejus interceſſio apud
» Deum invocatur, & gratiam experti in ſervo ſuo benedicunt Domino.
» Obiit anno MCCCLX. ut notavit Cimarella.

Rajard. ex Piquet. in Catal. Viror. Illuſtr.

Idem.

» II. Ad hunc uſque annum Joannes Franciæ Rex, captivus Eduardi
» Angliæ Regis fuit: nam hoc tantum anno apud Bretignacum non procul
» a Caſtris ſub Montelerico vicum, per conventionem tenoris ſequentis
» pax firmata fuit: *Anno gratiæ* CCCLX. *ſupra mille. Anglo omnis Pictavia,*
» *Tourdus Bellavilla, Xantonas, Agena, Petragorium, Lemovicenſes, Ca-*
» *durci, Trabienſes, Bigorii, Angoliſmi, Ruteni, Pontiniaci, Caliſii, &*
» *Guyenarum Comitatus, cum aliis adjacentibus vicis obvenirent; & ad*
» *ipſius perpetuam ditionem, abſque ulla juris, vel majeſtatis diminutione*
» *cederent: ei quoque ter deciès centena millia aureorum, ſtatutis diebus*
» *ſolverentur.* His ad hunc modum Caroli, filii Joannis nomine firmatis,
» Eduardus Joannem Regem Caliſium deducere promiſit; unde liber, & nul-
» lius rei obnoxius abire poſſet, datis ante omnia obſidibus, permiſſiſque in
» Angli poteſtate Rupella, & Guyenarum pertinentiis. Tres igitur millio-
» nes nummorum aureorum Anglo ſolvendi cum eſſent, nec ad id ſufficeret
» ærarium Regium, a Regni Provinciis tanta ſumma emungenda erat, &
» hæ quodcumque poſſibile non detrectabant. Inter autem Regni Provin-
» cias Occitania præ reliquis ſuum in Regem animum, & ſtudium ſingulari
» liberalitate patefecit. Sed Occitanorum Eccleſiaſticus Ordo, reliquos
» ejuſdem Provinciæ hoc in opere ſuperavit, quod quidem facile oſtendi-
» tur eo, quod Religioſi Minoritæ ſolius Conventus Caſtrarum egerunt:
» hi ſiquidem omnem ſuppellectilem pretioſam argenti, & ipſos etiam fun-
» dos alienarunt, vendiderunt, & a propriis uſibus ſubtraxerunt, factaque
» ex his librarum Gallicarum quadraginta millium ſumma, eam ipſe loci
» Guardianus Delphino Carolo detulit. Verumtamen haud tantum poſtea
» ea ſumma reſtituta fuit; ſed amplius a Regia liberalitate octuaginta li-
» bras in poſterum ex ærario publico quotannis ſolvendas Fratres illius
» Cœnobii lucrati fuere. Iis temporibus monetæ pretium mutatum fuit;
» nam Mutonus (id enim monetæ aureæ nomen erat, quod Arietis effigiem,
» quem Mutonem Franci dicunt, præſeferebat) ſolidos triginta valebat.

Chron. MSS. Prov. Aquitan.

III. In-

Anno Christi	Innocentii VI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 154.
1361.	anno 9.	anno 14.	

Iaſ. ad an.1572.

» III. Interea Illuſtriſſima Domina Adelhedis, nata de Vianden, & » uxor Otthonis Comitis de Naſſau, cum fatis ceſſiſſet, ut fundatrix » Conventus Werflarienſis, in ejuſdem Eccleſiæ tumulo donata fuit hoc » anno.

ARGUMENTUM.

Creatur Cardinalis frater Fortanerius Vaſſellus, Patriarcha Gradenſis. Moritur frater Gonſalvus Saucii. Ejus geſta commemorantur.

Ciacon. in Innoc. Rubeus lib. 6. hiſtor. Ravenn.

I. HOc anno in quatuor temporibus decimo octavo Septembris Avenione Innocentius Papa creavit Cardinales, atque inter hos fratrem Fortanerium Vaſſellum* Patriarcham Gradenſem, multis laboribus in Eccleſiæ obſequium, & Italiæ pacem perfunctum. Litteras, ea de re ab ipſo Pontifice Avenione v. Idus Octobris ſcriptas, accepit Fortanerius, in quarum extrema pagella cum his verbis, ut ad ſe feſtinaret, hortaretur: *feſtina itaque fili, feſtina, & ſuavi jugo, levique oneri Domini colla ſubmiſſurus attende, ut ſicus honoris factus es particeps, ſic oneris & mercedis participium ſortiaris*: ipſe, ut obediret, Avenionem proficiſcens, de illius manu ſacrum galerum accepturus, in itinere Patavii obiit, ibidem ad divi Antonii ſepultus. Non potuit autem deceſſiſſe menſe Septembri, uti ſcribit Ciacon. qui XVIII. Septembris creatus eſt Cardinalis, & non prius, quam ſub fine Octobris, ſi non tardius, recipere potuit Pontificis litteras, VI. Idus Octobris ſcriptas, ſuæ promotionis enunciativas. Fuit vir doctiſſimus: ſcripſit ſuper libros ſancti Auguſtini de Civitate Dei, ſuper Sententias, in ſacram Scripturam. Sublatus eſt epidemia, quæ ferali modo graſſabatur in Italia & Gallia, & viris optimis noſtrum ſpoliavit Sodalitium. Scripſit Anonymus illius temporis auctor, in ſola Provincia Aquitaniæ præter alios viros illuſtres hujus Inſtituti deceſſiſſe decem inſignes ſacræ Theologiæ magiſtros, Cardinales duos Fortanerium prædictum, & Farinerium, Archiepiſcopos duos, totidem Epiſcopos, & binos Miniſtros, Papæ pœnitentiarium unum, lectorem alterum ſancti Stephani ſedis Toloſanæ, commendatiſſimum.

* *Alii Fortanerium Vaſellum, alii Vaſſallum vocant; nil ergo mirum ſi Waddingus utroque modo eum appellare conſueverit.*

Fit Cardinalis Fr. Fortanerius Vaſſellus.

Plurimi viri illuſtres deceſſerunt hoc tempore in religione.

Chron. antiqua. Marian. citat. Marcus lib. 9. c. 14.

II. Obiit hoc anno in Conventu Aurienſi Provinciæ ſancti Jacobi, & Cuſtodiæ Aurienſis, frater Gonſalvus Sancii, prius facinoroſus prædo, poſtea vir ſanctitate præclarus. Cum eſſet potens in ſeculo, bellicoſus & audax, militaretque ſub Petro Rege Caſtellæ, innocentum oppidanorum bonis deprædandis, & aruis incendendis totus intentus, facta eſt ſuper eum manus Domini, inflicta graviſſima infirmitate. Mortis metu perculſus, cœpit timere, & de peccatis conteri, quorum multitudini & gravitati ut ſatisfaceret, obtento vel potius extorto uxoris conſenſu, ſtatuit deinceps ſi viveret, Deo ſervire ſub Minorum Inſtituto. Recuperata valetudine, nomen dabat Franciſcanis, ſed revocante conjuge conceſſam facultatem, & cauſam urgente coram Epiſcopo, hærendum fuit, donec ſecundo evicit, perſuaſitque ut etiam illa ſanctæ Claræ ſe ſubjiceret diſciplinæ. Ipſæ ingreſſuræ abſcidit flavos capillos, filiaſque duas eidem devovit Inſtituto, ac filium unicum induxit, ut ſecum Franciſcanis adſcriberetur. Quas habebat facultates creditoribus diſtribuit, & quia non ſufficiebant reſarciendis damnis illatis, injecto ad collum laqueo, ad omnes abiit, quos offendit, & injuriarum veniam impetravit. Deinde in remiſſionem peccatorum pœnitentiæ exercendæ animum applicuit, ſolo habitu & cilicio contectus, nudis pedibus incedens,

Moritur F. Gonſalvus Sancii, & qualis fuerit.

Univerſam familiam induxit ad S. Franciſci Inſtituta.

Cibus

Cibus quotidianus erat panis & aqua, cella Eccleſia, lectus nuda humus, cervical lapis, aut lignum. Ejus exemplo converſi ſunt multi Heroes ad meliorem frugem, & malefactores ad pœnitentiam, quorum aliqui in Conventu Lucenſi cum eo ducebant vitam magis Angelicam, quam humanam. Inter hos erat frater Alphonſus Mirabelius, qui tam gravia ſua reputabat peccata, ut reliquos homines judicaret innocentes, & ſe maximum omnium peccatorum, & ſi pueros aut ſervos vapulare videbat, illos innocenter pati, ſibi illa infligi debere verbera aſſerebat. Fr. Alphonſus Mirabelius.

III. Gonſalvus vero continuis orationibus, & lacrymis addictus, humilitatis & caritatis opera circa omnes exercebat. Bis Romam & Aſſiſium veneraturus ſacrorum Apoſtolorum, & ſui Inſtitutoris veſtigia nudis pedibus perrexit. Domum regreſſus prioris ſtatus, & nobilitatis oblitus, admirabili caritate, & ſui contemptu circuibat mendicans pro Fratribus, vilia quæque cum gaudio & lætitia exercens officia. Tamdem in paucis annis multis virtutibus repletus, deceſſit in ſupradicto Cœnobio, ſepultuſque eſt prope beatum Joannem de Cambia, cujus vitam alias enarravimus. Ejus ſanctitatem ſtatim Deus multis comprobavit miraculis. Mulierem tertii Inſtituti ſancti Franciſci in profundum puteum collapſam, ne ſuffocaretur, viſibiliter apparens, ſuper aquas retinuit. Homines tres e carceribus oppidi Montis-Regii, cadentibus vinculis ex pedibus, & reſerato oſtio liberavit, incolumeſque domum duxit, qui obſtupentes conſanguineis dixerunt ſe neſcire, qua via ad propria redierunt, vel qua arte liberati ſunt, niſi ad invocationem ſervi Dei Gonſalvi, & emiſſum votum de viſitando ejus ſepulcro, omnia ſibi patuiſſe ſolutis compedibus. *Tom. 6. an. 1309. n. 5.*

IV. Ædificatum eſt hoc anno ad Aziliam in Gallia Narbonenſi, & Provincia ſancti Ludovici ab inclyta & pia fœmina Eliſabetha de Levis, Azilienſium & Inſulæ Jordanis Comitiſſa, Monaſterium virginum, conſecrata Eccleſia ſub nuncupatione ſanctæ Claræ, & inſtituta norma vivendi ſub regula ab Urbano IV. præſcripta, cujus clarior non occurrit notitia. Monaſt. Azilliæ. *Gonz. in Provin. S. Ludov. Mon. 7.*

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. JOannes Mariana de Conventu Xereſii, quarto Provinciæ Beticæ ſcribens, hæc ait: *Floruit hic locus ſanctis, religioſiſque viris; quorum amore allecti multi Proceres & converſari, & ſepeliri ibidem voluerunt.* Antiqua habet Sacella, Mauſolea plurima; inter quæ præcipuum illud, quod ad dextrum majoris Altaris latus conſpicitur beatæ Blancæ Caſtellæ Reginæ, cui ſequens appoſitum eſt epitaphium. Conv. Xereſii.

„ *CHRISTO OPTIMO MAXIMO SACRUM*
„ *D. Blanca Hiſpaniarum Regina, Patre Borbonio,*
„ *Ex Inclyta Francorum Regum proſapia,*
„ *Moribus, & corpore venuſtiſſima fuit:*
„ *Sed prævalente . . . . . publice glorioſe occubuit*
„ *Juſſu Petri Mariti Crudelis an. ſalutis M.CCC.LXI.*
„ *Ætatis vero ſuæ XXV.*

Blancæ Caſtellæ Reginæ ibi tumulatæ epitaphium.

„ Laudatur præſtantiſſima adoleſcentula a lectiſſima forma, a ſanctiſſimis „ moribus, quæ immanem Mariti ſævitiam amplius extollunt. Hæc Ma„ rlana.

AR-

Anno Christi 1362.	Innocentii VI. anno 10.	Caroli IV. Imp. anno 15.	Religionis Minorum anno 155.

ARGUMENTUM.

Moritur Innocentius VI. & ſuccedit Urbanus V. Celebrantur Comitia generalia. Pro fide Catholica tuenda occumbunt glorioſe duo præclari Minoritæ. Moritur frater Gentilis Spoletanus. Dilatatur Minorum & Clariſſarum Inſtitutum.

Moritur Innocentius Papa.

I. INNOCENTIUS ſuum Pontificatum perduxit etiam hoc anno uſque ad menſem Septembris, quo ſub pridie Idus hora nona noctis ſequentis, magnis animi perturbationibus afflictatus, Avenione in Palatio Apoſtolico obiit poſtquam ſediſſet annis IX. menſibus VIII. diebus XXVI. præcedente atque ſignificante, uti aliqui volunt, ejus mortem magna ſolis defectione. Corpus ſepultum in Eccleſia Cathedrali Avenionenſi S. Mariæ de Donis, poſtea translatum eſt ad Monaſterium S. Andreæ Carthuſianorum, a ſe prope Villam Novam magnis ſumptibus conſtructum. Vacavit ſedes non menſem unum, dies viginti ſex, uti vult Ciaconus, multo minus annum unum, menſes tres, uti ſcribit Genebrardus, ſed dies dumtaxat quatuordecim, ſicuti verius aſſeruit Panvinius, non computatis diebus obitus Innocentii, aut electionis ſucceſſoris, non enim plures connumerantur inter pridie Idus Septembris, quo Innocentius deceſſit, & V. Kalendas Octobris, quo Urbanus ſucceſſor electus eſt, poſtquam acriter, non tamen diu, inter ſe contenderunt Cardinales, unus & viginti in conclavi, volentibus quibuſdam omnino Lemovicenſem in Pontificem deligere: ſed ſuis diſceptationibus factum eſt, ut neque ex Lemovicis, aut ex Collegio Cardinalium ullus, ſed extra eorum numerum, & abſens eligeretur Grimaldus Griſatus (Guillelmum Grimoardi vocant alii) Grimaldi militis, & Amphiliſiæ Monferranæ nobilis, & religioſiſſimæ fœminæ, ac ſanctæ opinionem adeptæ, natus in oppido Griſatro ditionis paternæ, non longe ab urbe Mimatenſi in Provincia Toloſana. Poſt juris civilis profeſſionem in optimis Galliarum Academiis, Monaſticam vitam profeſſus in Monaſterio Cluniacenſi, Mimatenſis Diœceſis, multis perfunctus muneribus, inſtitutus ab Innocentio VI. primum Abbas Antiſiodorenſis, mox Maſſilienſis, demum Nuncius Apoſtolicus ad Vicecomites in Italia, & Reges in Sicilia. Dum hac fungeretur pro Eccleſia legatione, ad ejus ſupremum regimen evocatus eſt, miſſis litteris, quibus quam citiſſime redire jubetur, occulta interim electione, ne forte ab Italis detineretur. Avenionem perveniens pridie Kalendas Novembris, electionem probavit, & conſecratus eſt, atque coronationis inſignia ſuſcepit VIII. Idus Novembris in Eccleſia Cathedrali. Mox dedit ad Eccleſiarum Prælatos, & Religionum Superiores litteras, in quibus potiſſima ex his, quæ diximus, renunciavit. Ejuſdem ferme ſunt omnes tenoris. Do quas miſit ad fratrem Petrum Minoritam Coronenſem Epiſcopum, & Sedis Apoſtolicæ Legatum in Oriente.

Succedit Urbanus V.

Marian. lib. 4. Coll.

Venerabili fratri Petro Epiſcopo Coronen. Apoſtolicæ Sedis Legato.

Ex lib. ſecr. fol. 5.

II. *SAlvator noſter Dominus Jeſus Chriſtus humano generi, ex lapſu primi parentis miſerabiliter perempti, compatiens, de ſuperna gloria dignatus eſt ad terrena deſcendere, ubi ſanctam & immaculatam Eccleſiam ordinavit, ipſamque in ſuis diſcipulis fide firmavit, ſpe erexit, & caritate perfecit, ac propriis eloquiis docuit, & inſtruxit exemplis, ut fideles in ea, velut*

velut in Noe arca recepti, Salvatoris gratiam reperirent, eiſdemque diſcipulis præfatam commendavit Eccleſiam, in ea beato Petro, quem Cephas appellavit, & ſuis ſucceſſoribus in ejus perſona conſtituens principatum, ut ex eadem Eccleſia iis, quæ dextera ſua non plantaſſet, evulſis, illa plantarent, per quæ redemptum ſuo ſanguine populum bonorum operum redderent ſectatorem; prævidítque ac prædixit idem Dominus, præfatam Eccleſiam multas tribulationum anguſtias perpeſſuram, ſed eam benigna pollicitatione confortans, ſibi promiſit ſuæ virtutis præſentiam aſſiſtricem; quod in prædicto ſuo Vicario præfigurans, ejus navem, in qua prælibata ſignificatur Eccleſia, permiſit jactari fluctibus, ſed minime naufragari. Matth. 8. 24. Hæc ſiquidem ſapientia Deitatis in ejuſdem Eccleſiæ primordio peregit in ſignum, quæ uſque ad hæc tempora continuavit multis experientiis veritatis, dum ſuis in terris Vicariis, & ſucceſſoribus Petri, de laboribus ad quietem, & de hujus valle miſeriæ ad cæleſtis aulæ delicias, prout pie credendum eſt, evocatis, prælibatam Eccleſiam contriſtatam exinde, in magniſque periculis conſtitutam de ſubſtitutione ſucceſſorum lætam reddidit, ejuſque periculis miſericorditer obviavit, prout ſemper hactenus, & etiam noviſſimis diebus oſtendit. Nuper namque, videlicet 11. Idus Septembris proxime elapſi, piæ recordationis Innocentio Papa VI. prædeceſſore noſtro, viam univerſæ carnis ingreſſo, ejuſque corpore cum ſolemnibus exequiis in Eccleſia Avenionen. depoſito, ad locum alium, quem ipſe, dum ageret in humanis, elegerat, poſtmodum transferendo, Venerabiles Fratres noſtri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales tempore debito, ſecundum præcepta Canonum, Miſſarum ſolemniis in honorem Spiritus ſancti eis in electione ſummi Pontificis, quæ facienda imminebat, per ſuam aſſiſtentiam gratiam, devotiſſime celebratis, convenerunt inſimul in Palatio Apoſtolico Avenionen. in quo idem prædeceſſor tempore ſui obitus habitabat, de ſubſtitutione ejuſdem Pontificis tractaturi, aliquibuſque tractatibus in hoc præhabitis, prout tanti negotii qualitas requirebat, tandem iidem Fratres ad nos, qui tunc in minori conſtituti officio certæ nunciationis miniſterium a præfato prædeceſſore nobis injunctum, gerebamus in Italiæ partibus, intuitum dirigentes, nos in ſummum Pontificem, & Paſtorem univerſalis Eccleſiæ concorditer elegerunt. Nos autem, qui ſumus cinis & pulvis, ex hoc fuimus non immerito ſtupefacti, cum oculi noſtri imperfectum noſtrum evidenter cernerent, & nec vires corporis, nec virtutum merita, nec ſcientiæ donum, nobis ſuppeterent ad Apoſtolici culminis ſpeculam conſcendendum & graviſſimam totius orbis ſarcinam noſtris debilibus humeris perferendam; cogitantes tamen, quod Eccleſiæ prædictæ diuturna vacatio, præſertim diebus iſtis quibus, peccatis exigentibus, totus fere orbis in maligno eſt poſitus, magna poſſent pericula generari, ac confidentes in Deo, qui nos, licet indignos, ad paſcendum oves univerſi gregis ſui elegit, quod ſua conſueta miſericordia, ad ipſius laudem & gloriam, ac noſtram & totius populi Chriſtiani ſalutem, in ejuſdem populi ſalubri regimine, dabit fortitudinem debili, indigno virtutem, & ſcientiam ignoranti; cum timore ac tremore divinæ voluntati paruimus, ac eorumdem Fratrum deſideriis annuentes, fragilitatis noſtræ colla jugo ſubmiſimus Apoſtolicæ ſervitutis, & beſterna die VIII. Idus Novembris conſecrationis & benedictionis munus, ac coronationis inſignia recepimus, ut eſt moris. Ad præmiſſa igitur nobis neceſſaria obtinenda facilius, tuarum humilium precum ſuffragiis indigentes, fraternitatem tuam hortamur & obſecramus in Domino, quatenus debilitatem noſtram apud Altiſſimum tuis devotis orationibus adjuves &c., comportans caritativo ſtudio impoſitam nobis univerſalis oneris gravitatem, ut nos & tu auxiliis mutuæ carita-

tis adjuti, bonam de dicto grege ſuperno Epiſcopo, & Paſtori rationem reddere valeamus. Cæterum pergravem tuorum laborum ſarcinam, ſollicitudinis indefeſſæ ſolertiam, & variarum cogitationum anfractus, ætatis tuæ gravedini cumulatos, quibus pro felici ſtatu, & honore S. R. E. cujus honorabile membrum exiſtis, adeo vexaris aſſidue, quod dulcedinem quietis ignoras per experientiam, qua illos tecum quandoque communicavimus in minori officio conſtituti, certa ſcientia cognoſcentes, tibi de illis paterne compatimur, & majoris aſtringimur vinculis caritatis, gerentes in votis ac propoſito illa, Domino adjuvante, peragere, quæ tuis conſolationi ac deſideriis reddantur accepta, honorem ejuſdem fraternitatis adaugeant, ac noſtris & Eccleſiæ prædictæ ſubjectis, quos provide regis & protegis, expectatæ quietis tribuat incrementum. Datum Avenione VII. *Idus Novembris, anno* I.

Capitulum Generale 55. Argentinæ.

III. Similes dedit litteras Urbanus ad Marcum Viterbienſem Miniſtrum Generalem, tunc ex Germania redeuntem, poſtquam Argentinæ in Alſatia, generalia Ordinis comitia celebravit hoc anno ſub menſem Junii, concurrentibus Fratribus triginta ſupra octingentos, quos multis beneficiis publice & privatim affecit, & magnis eſt proſecutus impenſis Joannes hujus nominis ſecundus, Epiſcopus Argentinenſis, & urbis Magiſtratus, totque ſuperfuerunt eleemoſynæ ultro miſſæ, ut Cœnobii incolæ per integrum annum abunde haberent. Ibidem ſancitum, ne ullus ad ſtudium generale deſtinetur, niſi prius fuerit examinatus per quatuor Magiſtros promotores.

Guilliman. de Epiſc. Argen. n. 63. Redit. fol. 241.

Marian. citat. Chron. Antiq. Fr. Jacobus & Fr. Guillelmus martyres. Moritur Fr. Gentilis Spoletan. *Ann. 1355. n. 2.*

IV. Hoc eodem anno frater Jacobus de Florentia Archiepiſcopus Zaitonenſis, & frater Guillelmus Campanus Minoritæ pro fidei Chriſtianæ confeſſione occiſi ſunt a Sarracenis in Medorum imperio, & alii duo ejuſdem Inſtituti in odium nominis Romani interempti ſunt ab hæreticis Neſtorianis. Moritur hoc anno frater Gentilis Spoletanus, poſt multas ærumnas & labores ſuſceptos, pro reſtauranda Ordinis diſciplina. Dimiſſus ex carcere Urbis veteris in quem ſuperius diximus conjectum, receſſit in Conventum Brulliani ubi in pace pio fine quievit.

Fr. Joannes de Sparnaco.

V. Scribit Pontifex Urbanus, paulo poſt ſuam conſecrationem ad Cancellarium Pariſienſem, ut fratrem Joannem de Sparnaco provinciæ Franciæ, qui per ſexennium ſententias legerat in ſtudio Rhemenſi, admitteret pro iiſdem legendis in Univerſitate Pariſienſi, cum fratre Dionyſio Foullechat ejuſdem Inſtituti: *Viri ſacræ lectionis.* XVII. Kalendas Januarii. „ Dionyſius hic, vir acerrimi ingenii, æmulorum livore multas paſſus eſt calumnias, quare Romæ anno MCCCLXV. juſſus reddere rationem aliquarum propoſitionum, coram Cardinalibus, Nemauſenſi, & Vabrenſi negavit ſe tales protuliſſe, aut ſcripſiſſe, eaſque ex animo ſine ulla difficultate retractaturum, ſi ipſius forent, ſed, & cujuſcumque eſſent, ſe libenter condemnare; ſimiliter reſpondit Pariſiis anno MCCCLXIX. coram Cardinale Belvacenſi. „

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Eccleſia vallis Joſaphat.

Intercedente Petro Aragonum Rege, conceſſit hoc anno Innocentius Miniſtro & Fratribus Provinciæ Terræ ſanctæ facultatem pro conſtruendo Monaſterio prope Eccleſiam beatæ Virginis Mariæ in valle Joſaphat, & foveam in qua Chriſtus orans ſudorem ſanguineum emiſit, atque pro reſtaurando Monaſterio Montis Sion ducendi Hieroſolymas homines trecentos, & neceſſaria inſtrumenta ligni, æris, vel ferri. Sed cum Innocentio paulo poſt decedente, diploma non obtinerent, licentiam confirmavit Urbanus, uti alias inſinuavimus: *Rationi congruit.* VI. Idus Novembris.

Tom. 7. an. 1342. num. 29.

Conv. Cigroni.

VI. Fundatur hoc anno Conventus Cigronis ſive de Ciro in Provincia Ca-

Calabriæ, & cuſtodia Cutronis, ubi floruit Magiſter Coſmus Malenus vir inſignis, ter Miniſter Provincialis, ſacri Concilii Tridentini Theologus. Ædificatum extra oppidum ferunt a Covella Ruffa Principe Cutronis. Auxerunt & refecerunt Joſephus Spinellus Tarſiæ Princeps, & Vincentius filius, Princeps & Marchio Cigronis. Dirutus eſt alter Conventus ad Bilbilim, oppidum in Hiſpania Tarraconenſi celebre, vulgo *Calatayud*, diœceſis Tiraſonenſis, in dura illa obſidione, qua Petrus cognomento Crudelis Caſtellæ Rex Bilbilenſes ad deditionem oppidi adegit. Extra muros extructus erat, ignoto anno & auctore; attamen ante annum MCCXLVIII. originem accepiſſe exinde judicatur, quod Innocentius IV. anno VI. ſui Pontificatus, euram Clariſſarum Monaſterii ſanctæ Agnetis ejuſdem oppidi Fratribus commendaverit: paulo poſt translatus eſt ad interiorem partem muri civitatis, cui imminet; Eccleſiamque extruxit nobilis heros Gonſalvus Linnianus, oppidi Cetinæ dominus, in qua poſito ſibi pulchro mauſoleo, ſepultus eſt. Obiit hic vir inſignis pietatis, frater Caſulta nuncupatus, religioſis quibuſque virtutibus excultus, cujus tanta vigebat fama ſanctitatis, ut univerſi oppidani ad ejus funus confluxerint, & crines ac pauperem veſtem in reliquias abſciderint. Viget hoc in loco ſacræ Theologiæ ſtudium, & habetur ibi optime inſtructa bibliotheca.

Rodul. fol. 279.

Conv. Bilbilen.

Zurit. lib. 9. cap. 41. & 42. Gonz. in Prov. Arag. Conv. 4. Monumen. MSS. ejuſdem Provinc.

Fr. Caſulta.

VII. Invenio hoc anno mentionem Monaſterii Clariſſarum, ſub titulo ſanctæ Mariæ de la Gerra, ſive Serra Montis-Albi Tarraconen. diœceſis, in diplomate, quo ſtatutis diebus conceduntur Indulgentiæ inviſentibus Eccleſiam: *Dum præceſſa meritorum*. VII. Idus Decembris, & Scorlinen. in diœceſi Wratislavien. in alio diplomate, quo confirmantur aliquæ donationes factæ per Bolhonem, & Henricum Duces Sleziæ, ſuæ Germanæ ſorori Annæ Moniali ejuſdem Monaſterii: *Rationi congruit*. VI. Idus Novembris. Egimus alias de Monaſterio Aquenſi in Provincia conſtructo per Sanciam Reginam Siciliæ, prope muros urbis, ſed propter ingruentia bella deſtructum hoc anno transferre cogitarunt intra ipſam civitatem, accedente Pontificis aſſenſu: *Sacræ veſtræ Religionis*. VI. Idus Novembris. Nobilem quemdam virum Guillelmum fundum novi Monaſterii contuliſſe colligo ex alio diplomate hujus argumenti.

Monaſter. S. Mariæ de Serra.

Monaſte. Scotlinen.

Monaſt. Aquen.

Tom. 7. an. 1337. n. 11.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ HOc tempore in Hiſpania ſoror JoannaHermoſilla Virgo Tertii Ordi-
„ nis Minorum florebat optimis moribus & virtutibus præſertim ora-
„ tione, humilitate, & contemplatione ſplendens, ut Andræas Bonfanti
„ notavit.

Joanna Hermoſilla floret.

ARGUMENTUM.

Frater Marcus Viterbienſis Miniſter Generalis multos pacificat Principes in Italia. Inquiſitores Minoritæ fidei puritati invigilant. Committitur examen vitæ & miraculorum beatæ Delphinæ. Creantur Epiſcopi. Multiplicantur domicilia.

1. MAGNIS, exitialibuſque bellorum incendiis hoc tempore ardebat Italia, quibus extinguendis Pontifex uſus eſt opera fratris Marci Viterbienſis, Miniſtri Generalis Ordinis Minorum, qui veluti Angelus pacis omi-

Fr. Marcus Miniſter Generalis pacificat Principes Sabaudiæ.

omnes diſcordias mira dexteritate, & incredibili facilitate ſedavit, idque uno anno præſtitit inter tot Principes ſolus, cui longiori tempore haud plures ſufficerent. Gravem ortam contentionem inter Amadeum Comitem Sabaudiæ, & Joannem Marchionem Montis-Ferrati, Comitis avunculum, ſæva bella parituram timuit Pontifex, atque ex alia diſcordia inter Joannem Vercellenſem, & Joannem Aſtenſem Epiſcopos, ac eumdem Marchionem prævidebat mala multa ſecutura, niſi celeri remedio caverentur. Miſit ergo pacificatorem prædictum Miniſtrum, diſceptantibus notum & acceptum, qui ut pervenit, omnem tempeſtatem, bellique motus placavit, uti ex ſubjectis Pontificiis litteris apparebit.

Dilecto filio nobili viro Amadeo Comiti Sabaudiæ.

Ex lib. ſecr. fol. 211.

II. *Sedis Apoſtolicæ pietas de filiorum ſuorum ſalute ſollicita, illam quærit maternis affectibus, & diligenti ſedulitate procurat, ipſorumque diſſidiis ſolerter obviat, ex illis non immerito animarum & corporum pericula pertimeſcens. Nuper ſiquidem dolenter audivimus, quod pacis æmulus inter nobilitatem tuam, ac dilectum filium nobilem virum Joannem Marchionem Montis-Ferrati, avunculum tuum, diſcordiam ſuſcitavit, de qua tanto magis dolemus, quanto inter te, & ipſum Marchionem, exigente debito ſanguinis, firmias debet eſſe vinculum caritatis, quantoque exinde non ſolum vobis duobus, ſed etiam multis aliis Chriſti fidelibus majora poſſent pericula provenire. Nos igitur tantis malis opportunis obviare remediis cupientes, de circumſpectione dilecti filii Marci de Viterbio Ordinis Fratrum Minorum Generalis Miniſtri, Apoſtolicæ Sedis Nuncii, latoris præſentium, viri utique ſcientifici ac religioſi, quem utrique parti reputamus acceptum, plene confiſi, eum ad tuam & dicti Marchionis præſentiam, ad extirpandam cum favore Auctoris pacis, præfatam diſcordiam duximus deſtinandum. Quo circa nobilitatem eamdem hortamur, & rogamus attente, quatenus monitis noſtris, quæ tibi per eumdem Nuncium confidenter dirigimus, devotius acquieſcens, ac prudenter attendens, quod in hac parte tua, & tuorum ſubditorum ac ſequacium ſalus & commoda ex Apoſtolicæ poteſtatis diligentia procurantur, animum tuum ad reformandam pacem cum prædicto Marchione prompta voluntate diſponas, dictamque pacem, quantum in te fuerit, facere non omittas, ſuper quibus præfato Nuncio ea, quæ tibi ex parte noſtra retulerit, credas indubie ſicut nobis. Datum Avenione Kalendis Julii anno 1.*

In eumdem modum, paucis mutatis, ſcripſit Joanni Marchioni Montis Ferrati.

Dilecto filio Marco de Viterbio Ordinis Fratrum Minorum Generali Miniſtro.

Ibid. fol. 222.

III. *Cum nos de tua fidelitate & circumſpectione confiſi, te ad Lombardiæ, ac Pedemontis & Sabaudiæ partes, occaſione diſcordiæ, quæ inter dilectos filios nobiles viros Joannem Marchionem Montis-Ferrati, & Amadeum Comitem Sabaudiæ ſuſcitata dicitur, præſentialiter tranſmittamus, noſtra tibi ſuper concordia inter diſcordantes eoſdem, auctore Domino, reformanda, vel treugis indicendis, per Apoſtolicas litteras poteſtate conceſſa. Nos attendentes, quod etiam inter venerabiles Fratres noſtros Joannem Vercellen. ac Joannem Aſten. Epiſcopos, & dictum Marchionem jam dudum graves diſcordiæ ac guerræ fuerunt, prout eſſe dicuntur ad præſens,*

ſens, ac cupientes, quod ſuper diſcordiis & guerris eiſdem dictorum Epiſcoporum & Marchionis, concordia utrique parti commoda reformetur, diſcretioni tuæ ſuper pacificatione præfatorum Epiſcoporum & Marchionis, ſeu etiam indictioni treuguarum, ſi (quod abſit) ipſi Epiſcopi, & Marchio pacificari non poſſent, ſimilem per omnia, prout in eiſdem continetur litteris, concedimus poteſtatem. Datum Avenione III. *Nonas Julii anno* 1.

IV. Has, inquam, controverſias ſopivit Marcus; ſed ſupererat alia in regione vicina, ejuſdem Marchionis Joannis cum Galeatio de Vicecomitibus, Imperiali Vicario in civitate Mediolanenſi, Vercellenſis Civitatis regimen exercente, circa quaſdam terras Joannis Fliſci Epiſcopi Vercellenſis, a Marchione occupatas, quos ut ad pacem reduceret, datis his, quæ ſequuntur, litteris Pontifex injunxit. *Vide Ferrerium de Epiſcop. Vercellen. n. 84. Alios item Principes.*

Dilecto filio Marco de Viterbio Ordinis Fratrum Minorum Generali Miniſtro.

V. *Litteras tuas, per quas noſtro Apoſtolatui referaſti, quod tu pacem, quam inter dilectos filios nobiles viros Joannem Marchionem Montis Ferrati, & Amadeum Comitem Sabaudiæ pro parte noſtra diu tractaveras, nuper, auxiliante Deo, de voluntate partium promulgaſti, facto prius per partes eaſdem in nos compromiſſo, de omnibus querelis & actionibus, quas alter eorum adverſus alterum prætenderet ſe habere, recepimus, ac perlegimus cum lætitia pleniori; proinde Deo, qui eſt auctor pacis, & unitatis amator, & tantum bonum ſua pietate conceſſit, gratias referentes, ac tuæ diſcretionis ſollicitudinem multipliciter in Domino commendantes. Porro quia partes illæ nondum ſunt a guerrarum ſentibus expurgatæ, & adhuc inter præfatum Marchionem, & dilectum filium nobilem virum Galeatium de Vicecomitibus militem in civitate Mediolanenſi Imperialem Vicarium, ſeva guerra remanſit, partes eaſdem depopulans, & vicinia ſua contagione inficiens & conturbans, in votis gerimus inter ipſos Marchionem, & Galeatium, & inter cunctos Chriſti fideles ponere bonum pacis. Ideoque ſperantes in Deo, quod ipſe zelum tuæ circumſpectionis ad pacem aſpiciens, gratiam, quam tuis devotis, & ſtudioſis affectibus in prædicto primo negotio tribuit, in iſto ſecundo, cum non ſit abbreviata manus ejus, etiam ampliabit, eamdem tuam diſcretionem hortamur attente per Apoſtolica tibi ſcripta præcipiendo mandantes, quatenus ex parte & auctoritate noſtra, inter eoſdem Marchionem & Galeatium, ſecundum diſcretionem tibi datam a Domino, ſtudeas procurare, & ut efficacius hoc poſſis efficere, tibi ſuper hoc per alias noſtras patentes litteras mandatum dirigimus opportunum. Volumuſque quod hujuſmodi proſequendo negotium, litteris noſtris ſuper procuratione tibi a Clero exhibenda, cum ad hoc ſufficiant, utaris ut prius. Datum Avenione* IX. *Kalendas Octobris, anno* 1. *Ibid. fol. 254.*

Dilecto filio nobili viro, Joanni Marchioni Montiſferrati.

VI. *Per litteras dilecti filii Marci de Viterbio Ordinis Fratrum Minorum Generalis Miniſtri, Apoſtolicæ Sedis Nuncii hodie cum lætitia ingenti percepimus, quod ipſe, qui ad hoc per nos fuerat deſtinatus, inter te, ac dilectum filium nobilem virum Amadeum Comitem Sabaudiæ, Nepotem tuum, inter quos pater ſcandali, hoſtiſque humani generis zizaniam diſcordiæ* *Ibid. fol. 255.*

diæ ſeminarat, die decimo ſeptima hujus menſis firmam pacem, de utriuſque partis aſſenſu, publice, ac ſolemniter promulgavit, facto prius in nos per te ac dictum Comitem de omnibus actionibus & querelis, quas alter veſtrum adverſus alterum ſe habere prætenderet, valido compromiſſo. De tanto igitur bono dato divinitus Deo datori gratias agimus, ac tuam devotam nobilitatem, quæ prout idem Nuncius nobis notificare curavit, fuit, imo noſtris ſalubribus monitis devote ac humiliter acquievit, multipliciter in Domino commendamus, offerentes nos paratos ſuper iis, quæ inter vos reſtant cognoſcenda & terminanda, ſecundum formam dicti compromiſſi, paternis ſtudiis laborare. Porro quia partes illæ nondum ſunt a guerrarum ſentibus expurgatæ, & adhuc inter te, ac dilectum filium nobilem virum Galeatium de Vicecomitibus militem, in Civitate Mediolanen. Imperialem Vicarium ſæva guerra remanſit, partes eaſdem depopulans, & vicinia ſua contagione inficiens & conturbans, in votis gerimus inter te, & ipſum Galeatium, & inter cunctos Chriſti fideles ponere bonum pacis. Ideoque ſperantes, quod idem Comes, qui Nepos tuus, ac coguatus Galeatii prædicti exiſtit, & boni ſtatus utriuſque veſtrum debet eſſe dilector, erit, auctore Deo, faciendæ inter vos concordiæ utilis mediator, eum per noſtras litteras hortati ſumus, & rogavimus, quod pro dicta pace per te, ac eumdem Galeatium, auctore Domino, facienda, velit interponere partes ſuas. Quocirca Nobilitatem eamdem hortamur, & rogamus attente, quatenus ad habendam rationabilem pacem cum dicto Galeatio, animum tuum devote diſponas, ac præfati Nuncii, cui hoc nuper per Apoſtolicas litteras duximus ſpecialiter committendum, monitis ſuis, imo noſtris ex radice paternæ benevolentiæ diriguntur, acquieſcere non omittas, ut qui diverſis guerrarum turbinibus agitatus fuiſti, ſecuritate tui ſtatus, & pacis pulchritudine potiaris. Datum Avenione, IX. Kalendas Octobris, anno I.

In eumdem modum, mutatis mutandis, ad Amadeum Comitem Sabaudiæ.

Dilecto filio nobili viro Galeatio de Vicecomitibus, militi Mediolanen. in Civitate Mediolanen. Imperiali Vicario.

Ibid. fol. 256. VII. *Pacem cunctorum Chriſti fidelium votis ardentibus cupientes, pro illa, in qua melius colitur auctor pacis, & ſalus provenit animarum, prout nobis ex alto permittitur, partes Apoſtolicæ ſollicitudinis adhibemus. Sane cum inter nobilitatem tuam ex una parte, ac dilectum filium nobilem virum Joannem Marchiouem Montiſferrati ex altera, guerrarum diſcrimina, ex qua mala provenerunt innumera, & prob dolor! provenire non deſinunt, multis, quod dolenter referimus, ingruerint temporibus retroactis. Nos cupientes in hac parte de opportuno remedio providere, ac de fide & circumſpectione dilecti filii Marci de Viterbio, Ordinis Fratrum Minorum Generalis Miniſtri, Apoſtolicæ Sedis Nuncii in illis partibus conſiſtentis, ſibi damus per alias noſtras litteras in mandatis, ut te, ac Marchionem præfatum ad pacem invicem ineundam inducere ex parte noſtra procuret, & alia circa hoc expedientia faciat expreſſa in litteris prælibatis. Quare Nobilitatem eamdem hortamur, & rogamus attente, quatenus provide conſiderans quanta mala ex hujuſmodi guerra proveniant, ad pacem rationabilem animum tuum ſtudeas coaptare, dictique Nuntii utique fidelis & providi, imo potius Apoſtolicis monitis & conſiliis devotius acquieſcas. Deo, qui poſſit pacem fines ſuos, exinde firmiter placiturus, ac tibi, & populis quos regis,*

gis, quietis & tranquillitatis dulcedinem præbiturus. Datum Avenione IX. Kalendas Octobris, anno 1.

Dilecto filio Marco de Viterbio, Ordinis Fratrum Minorum, Generali Ministro, Apoſtolicæ Sedis Nuncio.

VIII. *Pacis vinculum inter cunctos Chriſti fideles, quorum curæ divina dignatio nos præfecit, indiſſolubili unitate vigere, paternis deſideramus affectibus, ſtudioque ſollicito, prout ex alto nobis permittitur, procuramus. Sed hoc nimirum inter illos ſtudioſius procurare debemus, quorum longior, & perniciosior fuit diſcordia, ex eaque mala plura provenerunt hactenus, & provenire in futurum (quod abſit) plurima & majora veriſimiliter formidantur. Sane cum inter dilectos filios nobiles viros Joannem Marchionem Montiſerrati ex una parte, ac Galeatium de Vicecomitibus militem Mediolanen. in Civitate Mediolanen. Imperialem Vicarium ex altera, pacis æmulo procurante, gravis & crudelis guerra tempore multo vigerit, ex qua mala plurima, tam animarum, quam corporum, rerumque lapſus (proh dolor!) ſunt ſecuta, & ſequi pejora, niſi obvietur eiſdem, veriſimiliter formidantur. Nos more pii patris de filiorum malis dolentes ab intimis, hujuſmodi obviare diſcordiæ, & inter diſſidentes eoſdem pacem & concordiam reformari, intentis deſideriis affectantes, ac de zelo pacis & circumſpectionis induſtria tuæ diſcretionis, in iis & aliis gerentes in Domino fiduciam pleniorem, & qui in partibus illis Nuncius Apoſtolicæ Sedis exiſtis, & in eis noſtra auctoritate munitus, feciſti in alia diſcordia, adjuvante Deo, fructum pacis, ad præſentiam dictorum diſcordantium duximus acceſſurum. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ad partes eaſdem, de quibus expedire videris, te perſonaliter conferens, ac eiſdem diſcordantibus, & eorum valitoribus & ſequacibus, de quibus fuerit opportunum, innumera pericula animarum, & corporum rerumque damna tuæ nota prudentiæ, quæ ex diſſentione hujuſmodi, ſi (quod abſit) procedat, ulteriùs, procul dubio reſultarent, ex parte noſtra diligenter exponens, eos, quos ad hoc per diverſas noſtras litteras clauſas inde ſibi directas, quas tibi cum præſentibus mittimus, & per te ipſis præſentari volumus, hortamur, viis & modis, quibus melius poteris, juxta datam tibi a Deo prudentiam, procures inducere, ut ad mutuam pacem, & concordiam, utique Deo gratam, eiſdemque diſcordantibus, ac eorum ſubditis plurimum opportunam, ſuos animos habiliores, & inclinent ipſamque faciant firmis roborationibus ſtabilitam. Et ſi (ut optamus) Deus corda diſſidentium eorumdem tetigerit, quod hujuſmodi ſalubribus exhortationibus faciendo pacem & ad eamdem realiter acquieſcant, ac de voluntate ipſorum proceſſerit, quod pax ipſa, ut obſervetur irrefragabilius, auctoritate Apoſtolica roboretur, id auctoritate noſtra faciendi, pœnis, & ſententiis ſpiritualibus, de quibus tibi expedire videbitur, nec non & quaſvis colligationes factas, ſeu initas cauſa vel occaſione hujuſmodi diſcordiæ nutriendæ, cum quibuſcumque perſonis, ſeu Univerſitatibus, etiamſi juramentis, vel pœnarum adjectionibus, vel quibuſvis firmitatibus aliis eſſent vallatæ, diſſolvendi, irritandi, vacuandi, & annullandi, ac nullas, irritas, & vacuas nunciandi, utpote contra commune bonum pacis, in offenſam Dei præſumptas, ac pœnas & juramenta hujuſmodi, cum juramentum vinculum iniquitatis eſſe non debeat, relaxandi, & ſi (quod abſit) dictos diſcordantes ad pacis firmitatem reducere non valeres, ne guerra ipſa in eorum, & etiam reipublicæ diſpendium invaleſcat, cum ad noſtri Apoſtolatus* Ibid. fol. 160.

tus officium pro animarum, de quibus debemus Altiſſimo reddere rationem, periculis evitandis pertineat, ſuper iis, prout poſſumus ſecundum poteſtatem, nobis a Domino traditam, providere, eum de tractatu, & perfectione ejuſdem pacis, quæ tunc haberi non poſſet, non ſit pro futuro tempore deſperandum, treuguas aliquas, pacis repræſentantes imaginem, uſque ad certi & competentis temporis ſpatium duraturas, ut ceſſantibus interim hinc inde offenſionibus, & commotionibus bellicoſis, quæ viam dictæ pacis difficiliorem redderent, utilius & liberius poſſit reformationis concordiæ prædictæ tractatus alius ſuo tempore, Deo favente, procedere, inter diſſidentes eoſdem, ipſorumque ſubditos, valitores, ſequaces, & cohærentes quoslibet, etiamſi Communia Civitatum, & Univerſitates oppidorum exſtiterint, auctoritate noſtra, indicendi, ac mandandi eas inviolabiliter obſervari, nec non contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendi. Non obſtantibus, ſi eis, vel eorum aliquibus, vel alicui, ſeu ipſorum, vel alicujus eorumdem Civitatibus, Oppidis, & locis, ſeu Communibus, aut univerſitatibus eorumdem a Sede Apoſtolica ſit indultum, ſub quacumque forma, vel conceptione verborum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut eorum terræ Eccleſiaſtico interdicto ſupponi, quavis auctoritate non poſſint, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus earum impediri valeat, quomodolibet, vel differri, tibi plenam & liberam concedimus, tenore præſentium, facultatem. Datum Avenione IX. *Kalendas Octobris anno* I.

Dilecto filio Marco de Viterbio Ordinis Fratrum Minorum, Miniſtro Generali.

Ibid. fol. 264.

IX. *Super cunctis orbis Eccleſias (divina favente clementia) conſtituti, illarum debemus, ut poſſumus, detrimentis occurrere, ac quietis & pacis, ſine quibus ſpiritualiter & temporaliter proſperari non poſſunt, commoda procurare. Sane cum dudum ad noſtrum perveniſſet auditum, quod dilectis filiis nobilibus viris Joanne, Marchione Montiſferrati ex una parte, & Galeatio de Vicecomitibus milite Mediolanen: Civitatis Vercellen. regimen exercente ex altera, invicem diſcordantibus, & guerram facientibus hinc & inde, Venerabilis frater noſter Joannes Epiſcopus Vercellen. aſſereret, Marchionem præfatum aliqua Caſtra ſuæ Vercellen. Eccleſiæ occupaſſe, & occupata tenere, & alias ſibi, & eidem Eccleſiæ nonnulla damna, & injurias irrogaſſe, ac propterea volens defenſioni ſuæ ac ejuſdem Eccleſiæ providere, dicti Galeatii defenſionis auxilium invocavit, at recepit, guerræ hujuſmodi ſe ac ſubditos Eccleſiæ præfatæ, cum magnis eorum diſpendiis ac periculis immiſtendo, ceteriſque pactis & conventionibus ſuper iis habitis cum eodem, propter quæ præfata Eccleſia, & ejus ſubditi magnis ſubjiciuntur continue diſcriminibus, & jacturis. Noſque de iis informati, ac eis obviare, ne propter præmiſſa, dicta collaberetur Eccleſia, cupientes; jam dictum Epiſcopum, ac Nuncios dictorum Marchionis, & Galeatii ad noſtram præſentiam evocatos, ſuper omnibus, quæ circa prædicta dicere vellent, audivimus diligenter; ac volentes in hac parte de opportuno, & ſalubri providere remedio, auctoritate Apoſtolica, ordinavimus, quod dictus Marchio caſtra per eum occupata, idemque Galeatius Bugellæ, & ſanctæ Agathæ terras, ſeu caſtra ad eamdem Vercellen. Eccleſiam, ſeu ejus menſam Epiſcopalem ſpectantia, quæ dictus Galeatius detinebat, eidem Epiſcopo libere & expedite reſtituerent, dictoſque*

que Epiſcopum, & Eccleſiam ſuper iis, & aliis Caſtris, & juribus ipſius Eccleſiæ, & ſubditorum ejuſdem de cetero non moleſtarent. Ipſeque Epiſcopus neutri prædictorum Marchionis, & Galeatii, nec etiam eorum valitoribus, & ſequacibus ullo tempore adhæreret, nec gentes eorum, vel alicujus ipſorum ad offendendum ſe multo proficiſcentes per paſſus & terras dictæ Eccleſiæ permitteret pertranſire, & dilecto filio Jacobo Albi Monaſterii ſancti Juſti de Secuſia Taurinen. diœceſis per Apoſtolica ſcripta mandavimus, quod ad dictos Marchionem, & Galeatium ſe perſonaliter conferens, eos ex parte noſtra moneret & induceret, ut eadem caſtra infra terminum competentem, de quo ſuæ diſcretioni videretur, libere & expedite reſtituerent Epiſcopo prælibato, & ipſe Abbas poſt reſtitutionem hujuſmodi eidem Epiſcopo diſtricte inhiberet, ne alicui dictorum diſcordantium per ſe, vel ſuos Vaſſallos, aut alium ſeu alios, directe vel indirecte, publice vel occulte in dicta guerra, vel alia, quæ quocumque modo exiſteret, inter eoſdem Marchionem, & Galeatium adhærere, vel alias de ipſa guerra ſe intromittere quoquomodo præſumeret, nec eos, ſeu gentes eorum, aut alterius eorum ad offendendum ſe invicem, ratione dictæ guerræ, vel alterius, quæ inter ipſos Marchionem & Galeatium exiſteret in futurum, euntes, per paſſus, & loca dictæ Eccleſiæ tranſire permitteret, eoſdem Epiſcopum, & Marchionem, ac Galeatium, & quoslibet alios contradictores & rebelles, auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo, prout in eiſdem noſtris litteris plenius continetur. Cum autem, prout audivimus, in hujuſmodi reſtitutionis negotiis ex certis impedimentis proceſſum uſque ad finem debitum non exiſtat. Nos qui nuper tuæ diſcretioni, ut inter dictos Marchionem, & Galeatium vice, & auctoritate noſtra pacem tractare, ac, Domino adjuvante, facere, vel ſaltem treuguas indicere inter eos ſtuderes, duximus per alias noſtras litteras committendum, de tua fide, ac circumſpecta prudentia in iis, & aliis gerentes in Domino fiduciam pleniorem, tibi, præſentium tenore, committimus & mandamus, quatenus ſuper prædictis, ſive hujuſmodi pacem facias, ſive inter ipſos diſcordantes treguas indicas, legitimo dicti Abbatis ſervato proceſſu, ſi quem fecerit, in præmiſſis procedere non poſtponas. Contradictores & rebelles auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo per cenſuram Eccleſiaſticam. Non obſtantibus ſi eis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Avenione v. *Kalendas Octobris anno* 1.

X. His pacificatis, ulterius pergendum erat ſub finem hujus anni ad componendas lites, & ſopienda ſæva bella, quæ inter Florentinos, & Piſanos vigebant, quibus pacificandis Pontifex Innocentius miſerat Petrocinum Archiepiſcopum Ravennatem, & Urbanus Jacobum electum Marſicanum. Sed cum hi tumultus compeſcere, & bella ſedare non poſſent, deſtinatus eſt Marcus, qui anno ſequenti ad Pontificis votum impigre cooperatus, omnia abſolvit, data etiam commiſſione, ut quædam jura Eccleſiæ Maſſanæ ab occupatoribus repeteret. Do litteras præcipuas hujus legationis, omiſſis plurimis ad Ægidium Cardinalem, Sedis Apoſtolicæ Legatum, ad Gabrielem Adornum Ducem Genuen. Pandulphum de Malateſtis nobilem Arimin. ad Senenſes, Peruſinos, Guidonem Arch. Januen. & alios Principes ac Prælatos, ut Marco aſſiſterent, & auxiliis omnibus adeſſent, conſcriptis. Pacem componit inter Florentinos, & Piſanos.

Dilecto filio Marco de Viterbio, Generali Miniſtro Ordinis Fratrum Minorum, Apoſtolicæ Sedis Nuncio.

Ex ſcr. ann. 2. fol. 15.

XI. *Pacis vinculum inter cunctos Chriſti fideles, quorum curæ divina dignatio nos præfecit, indiſſolubili unitate vigere paternis deſideramus affectibus, ſtudioque ſollicito, prout nobis ex alto permittitur, procuramus, ſed hoc nimirum inter illos ſtudioſius procurare debemus, quorum fuit diſcordia longior, non ſolumque diſcordantibus ipſis, ſed circumpoſitæ patriæ graviora produxiſſe, quotidieque producere diſpendia comprobatur. Sane dudum inter dilectos filios Florentinæ, & Piſanæ Civitatum populos, gravis diſcordia ſuſcitata, felicis recordationis Innocentius Papa VI. prædeceſſor noſter ad tractandum, & perficiendum pacem inter diſcordantes eoſdem venerabilem fratrem noſtrum Petrucinum Archiepiſcopum Ravennatem, Apoſtolicæ Sedis Nuncium, certa ſibi ſuper iis poteſtate conceſſa, ad partes earumdem diſcordantium deſtinavit, dictoque prædeceſſore, ſicut Domino placuit, vita functo, nos, divina favente clementia, ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti, pacem hujuſmodi votis ardentibus affectantes, tam Archiepiſcopum, quam diſcordantes eoſdem ſuper dicta pace tractanda, & auctore Domino, facienda per Apoſtolicas litteras duximus excitandos. Sed licet idem Archiepiſcopus in hac parte longo tempore fideliter, & ſollicite laborarit, tamen impediente pacis æmulo, ex ejus laboribus non potuit percipi fructus pacis, propter quod nuper per dilectum filium Jacobum Marſican. tunc Capellanum noſtrum per partes illas tranſitum facientem, dictos populos iterato ſuper hujuſmodi facienda concordia duximus admonendos. Verum quia idem Archiepiſcopus regimini ſuæ Eccleſiæ Ravennaten. in aliarum guerrarum diſcriminibus conſtitutæ, quam abſque periculo diu nequit relinquere, cogitur ſupereſſe, & proſecutioni tractatus ejuſdem pacis nequit intendere, prout exiſteret opportunum. Idemque Electus de noſtro mandato ad partes alias pro aliis Eccleſiæ Romanæ negotiis profecturus, non habet circa tractatum eumdem diutius immorari. Not de tua fide præclara, & circumſpectionis induſtria, ac de zelo, quem ad pacem Chriſti fidelium novimus te habere, in iis, & aliis gerentes in Domino fiduciam pleniorem, te ad partes, & præſentiam dictorum diſcordantium propterea providimus deſtinandum. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus &c.* ut ſupra in alia Epiſtola ſub numero 8. hoc anno uſque ad finem. *Per hoc autem poteſtatem a dicta Sede præfatis Archiepiſcopo, & Jacobo traditam non intendimus revocare. Datum Avenione* XI. *Idus Novembris anno* II.

Dilectis filiis Regimini, & populo Civitatis Florentinæ.

Ibid. fol. 3.

XII. *De ſtatu veſtro, multis guerrarum oneribus, & diſcriminibus involuto, ad pacis reducendo dulcedinem crebris meditationibus cogitantes, veſtros, & dilectorum filiorum populi Civitatis Piſan. animos, qui huc uſque, peccatis exigentibus, ad viam pacis flecti minime potuerunt, frequentibus monitionibus pulſare proponimus, more patris in anxietate continua ex filiorum diſſidiis conſtituti, ut auctore pacis vefiris, & Piſanorum eorumdem infundente præcordiis, corda ſaxea in carnea convertantur, & paternis monitis utique ſalubribus filiali promptitudine acquieſcant. Sane ſicut noſtis, olim pro dicta pace Apoſtolicæ Sedis ſollicitudo laborans, venerabilem fratrem noſtrum Petrocinum Archiepiſcopum Ravennaten. dictæ Sedis Nun-*

Nuncium, qui pro pace ipſa laboravit, diutius interpoſuit partes ſuas, nuperque per dilectum filium Jacobum, electum Marſican. Nuncium ejuſdem Sedis, vos, & Piſanos eoſdem ſuper concordia invicem facienda duximus excitandos. Verum quia idem Archiepiſcopus regimini ſuæ Eccleſiæ Ravennaten. in allarum guerrarum diſcriminibus conſtitutæ, quam abſque periculo diu nequit relinquere, cogitur ſupereſſe, & projecutioni tractatus ejuſdem pacis nequit intendere, prout exiſteret opportunum; idemque Electus de noſtro mandato ad partes alias pro arduis Romanæ Eccleſiæ negotiis profecturus non habet circa tractatum eumdem diutius immorari. Nos de fide præclara, & circumſpectionis induſtria dilecti filii Marci de Viterbio, Generalis Miniſtri Ordinis Fratrum Minorum, dictæ Sedis Nuncii, viri utique religioſi ac ſolliciti, zelum habentis ad pacem, & utrique parti fidi, cui nuper per nos pro ſedandis certis aliis magnis bellorum turbinibus deſtinato, Deus gratiam tribuit optatæ fructum concordiæ reportandi, plene confiſi, eum ad veſtram, & dictorum Piſanorum præſentiam ad tractandum, & auctore Domino, faciendum dictam concordiam, cum plena & conſueta poteſtate in talibus deſtinamus. Ipſum igitur ob noſtram, & dictæ Sedis reverentiam, & ſuæ bonitatis conſiderationem gratanter ſuſcipientes, ejus quæſumus aequieſcatis devote monitis & mandatis, quæ pro noſtra parte vobis duxerit facienda. Datum Avenione XI. *Idus Novembris anno* II.

Io eumdem modum regimini, & populo Civitatis Piſanæ.

Dilecto filio Marco de Viterbio, Miniſtro Generali Ordinis Fratrum Minorum, Apoſtolicæ Sedis Nuncio.

XIII. *Cum te ad partes Tuſciæ pro generalibus negotiis, & commodis dictarum partium præſentialiter deſtinemus. Nos cupientes, quod etiam pro particularibus negotiis Eccleſiarum, & profectibus ſtudeas laborare, quia ad noſtrum pervenit auditum, quod quædam Communia Civitatum, & Caſtrorum, ac etiam ſingulares perſonæ dictarum partium, nonnulla caſtra, terras, poſſeſſiones, & bona ad Eccleſiam Maſſanen. ſpectantia detinent occupata, & homines caſtri Plumbini, & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ & ſeculares Maſſan. diœceſis venerabili fratri noſtro Antonio Epiſcopo Maſſan. in iis, quæ ſpectant ad ſuam juriſdictionem ſpiritualem, & etiam temporalem obedire recuſant, diſcretioni tuæ, præſentium tenore, committimus & mandamus, quatenus eoſdem Communia, perſonas, & homines ex parte noſtra moneas & inducas, ut eadem Caſtra, terras, poſſeſſiones, & bona dictæ Maſſan. Eccleſiæ, per eos, ut præfertur, occupata, dicto Epiſcopo libere relaxare, ac ipſi homines dicti Caſtri Plumbini, & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ & ſeculares dictæ diœceſis debitam obedientiam exhibere procurent. Contradictores &c. Non obſtant. ſi eis, vel eorum aliquibus a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Avenione* XV. *Kalendas Decembris anno* II.

Ibid. fol. 60

XIV. Erant hoc tempore Inquiſitores contra hæreticam pravitatem in Arelaten. Aquen. Viennen. & Ebredunen. Civitatibus, ac Provinciis Minoritæ duo, frater Hugo Cardilionis, & frater Joannes Richardi, quibus, ut auxilio adeſſent, & conſilio Principes, & Eccleſiarum Prælati, his litteris Pontifex ſerio injuoxit.

Fr. Hugo, & frater Joann. Inquiſitores in Provincia.

Venerabilibus Fratribus Arelaten. Aquen. Ebredunen. & Viennen. Archiepiſcopis, eorumque Suffraganeis, ac dilectis filiis eorumdem Archiepiſcoporum, & Suffraganeorum Vicariis & Officialibus, nec non Abbatibus, Prioribus, Decanis, Præpoſitis, Archidiaconis, aliiſque Prælatis, & Rectoribus Eccleſiarum.

Ex ſecret. an. 1. fol. 205.

XV. *ETſi cunctis bonis operibus promptus favor a fidelibus debeatur, in negotio tamen fidei tanto debet promptior adhiberi, quanto magis noſcitur opportunior, & quanto magis reſultaret in Eccleſia Dei periculum, ſi deeſſet. Volentes itaque, prout ſtatui ſacræ fidei expedire dignoſcitur, quod in dicto negotio dilectis filiis Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis a vobis & aliis Chriſti fidelibus efficaciter aſſiſtatur, ut negotium ipſum tanto procedat felicius, quanto majoribus favoribus fuerit communitum, abiiciaturque omnis tepiditas, & perniciosa negligentia, ex quibus magnum poſſet generari periculum, & ſcandalum in populo Chriſtiano, vos requirimus, & hortamur attente, mandantes quatenus dilecto filio Hugoni Cardilionis, Ordinis Fratrum Minorum in Arelaten. Aquen. Viennen. & Ebredunen. civitatibus, diœceſibus, & Provinciis Inquiſitori hæreticæ pravitatis, ejuſque Vicariis & ſucceſſoribus in executione officii inquiſitionis hujuſmodi, cum ab eis, vel eorum aliquo fueritis requiſiti, prompte ac realiter præbeatis auxilium, conſilium & favorem; & Dominos terrarum & locorum, in quibus conſiſtitis, ad aſſiſtendum in eodem officio dictis Inquiſitori, Vicariis, & ſucceſſoribus veſtris monitis & exhortationibus inducatis. Datum Avenione* VI. *Idus Junii, anno* 1.

EISDEM.

Ibidem fol. 225.

XVI. *SIcut expedit ad æternam promerendam ſalutem, fidei Catholicæ puritatem firmiter, inviolabiliterque ſervare, ſic profecto hæreticorum, qui perniciosis adinventionibus in eam ſatagunt inducere maculam, oportet audaciam refrænare, ut eis a ſuis temerariis auſibus, Catholicorum favore cohibitis, nullus in eamdem fidem labia detractionis aperiat, nullus adverſus eam virus evomat hæreticæ pravitatis, quæ tanto perniciosius officit, quanto ſub mellis dulcedine mortis pocula fidelium puritati ſimpliciam ſubminiſtrat. Cum itaque, ſicut diſplicenter accepimus, in quibuſdam partibus diœceſis, & provinciæ Ebredunen. hujuſmodi pravitas ſic abundet, ſicque multitudo hæreticorum excreverit in eiſdem, quod fidelibus circumpoſitæ patriæ peſtilens eorum virulentia, quæ ſerpit ut cancer, & interficit ut venenum, gravia pericula comminatur. Nos hujuſmodi obviare periculis, & eiſdem fidelibus ſalutaria providere ſuper iis remedia, prout ex debito urgemur officii, cupientes, dilecto filio Joanni Richardi Ordinis Fratrum Minorum in prædicta, nec non Viennen. Aquen. & Arelaten. Provinciis Inquiſitori hujuſmodi pravitatis, auctoritate Apoſtolica, deputato dederimus in mandatis, ut per ſe, ac alios ſic eaſdem partes hujuſmodi peſtifera labe purget, quod pravitatis ejuſdem radice qualibet inde prorſus avulſa, fides clarius ibidem reniteat, & fideles iidem infectionis periculum non formident: Univerſitatem veſtram monemus, requirimus, & hortamur attente rogantes, ac vobis in virtute obedientiæ, ac ſub excommunicationis pœna diſtricte præcipiendo mandantes, quatenus eidem Inquiſitori ac Officialibus & Miniſtris ipſius negotium ejuſdem fidei proſequentibus ſic aſſiſtatis auxiliis, conſiliis, & favoribus opportunis, ſicque ipſis de guidagio, & ſecuro conductu etiam veſtris*

ſtris ſumptibus, cum expediens erit, & ſuper hoc requiſiti fueritis, providere curetis, quod a Redemptore noſtro, qui ejuſdem actor eſt fidei, mercedis præmium, & noſtræ plenitudinem gratiæ uberius conſequi valeatis. Datum Avenione XVI. *Kalend. Auguſti, anno* 1.

XVII. Hoc anno commiſſa cura Archiepiſcopo Aquen. & Epiſcopis Vaſionen. & Siſtaricen. examinandi vitam, & miracula beatæ Delphinæ conjugis beati Elzearii Comitis Ariani, de cujus obitu, & virtute plura diximus ſuperius, injunxitque, ne examen retardaretur, id ſuis perficerent expenſis. Committitur examen miraculorum B. Delphinæ. *Ann.* 1360. *n.* 2.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Aquen. ac Vaſionen. & Siſtaricen. Epiſcopis.

XVIII. *NUper fraternitati veſtræ ſuper inquiſitione vitæ ac meritorum, & miraculorum bonæ memoriæ Delphinæ de Podio Michaele Comitiſſæ Ariani, certam commiſſionem per Apoſtolicas litteras patentes duximus faciendam. Quia igitur perſonæ deſtinatæ ad hujuſmodi pium negotium principaliter proſequendum ad faciendum vobis expenſas in proſecutione dicti negotii ſunt penitus impotentes. Nos nolentes, ſicut nec velle debemus, quod propter defectum expenſarum hujuſmodi impediatur proſecutio ſupradicta, volumus & vos rogamus attente, quod pro reverentia Dei & ejuſdem bonæ memoriæ, ac honore Apoſtolicæ Sedis & noſtro, proſecutionem eamdem veſtris propriis ſumptibus faciatis. Datum Avenione* V. *Idus Martii, anno* 1. *Ex libro variarum ann.* 1. 2. & 3. *de diverſis formis epiſt.* 24.

EISDEM.

XIX. *GLorioſus Deus in Sanctis ſuis, faciens mirabilia magnâ ſolus, ſic electos ſuos cœleſtis gloriæ participatione glorificat, ut eos etiam in terris iuglorios non relinquat, per hoc conſtitutos in Eccleſia militante confortans, & ad exemplum amplectendæ imitationis ipſorum alliciens, & obſtinatos, ſuperbos & reprobos, qui vere inſenſati juſtos, & humilet caduca hujus vallis miſeriæ contemnentes, habueruut aliquando in deriſum, & illorum finem fore ſine honoris titulo putaveruut, manifeſta argumentatione confundens; uam dum pro illis facit ſigna & operatur prodigia, clare mouſtrat, eos beatificatos in cœlis, & digne fore in ſeculo houore venerandos. Nuper ſiquidem pro parte dilectorum filiorum nonnullorum clericorum & nobilium, nec uon Uniuerſitatum, Comitatuum Provinciæ, & Forcalquerii fuit propoſitum in conſiſtorio coram nobis, quod recolendæ memoriæ Delphina de Podio Michaele Comitiſſa Ariani, de dicto Comitatu Provinciæ oriunda, generis nobilitate præclara, bonæ memoriæ Elzearii de Sabrano Comitis Ariani viri ſui, quem Pater luminum honoram actionum ſplendoribus, & multorum miraculorum operatione, prout fert fama publica, demonſtravit illuſtrem, ſequeus veſtigia, ut ſicut per ſacrum connubium una caro fuerunt effecti, ſic uno ſpiritu, una gloria inſeparabiliter jungerentur, adeo exemplari vita, & caſtitate perfecta, carnis abjectis illecebris, mundique voluptatibus relegatis, per caſtos mores, virtutum actus laudabiles, velut ancilla humilis & apis argumentoſa deſerviens, gratum Deo ſtuduit reddere famulatum, ſibi ipſi per vitæ meritum, & alist proficiens per exemplum, quod omnipotens Dominus per ejuſdem Delphinæ ſanctæ merita in civitate Apten. ubi corput requieſcit ejuſdem, plures ſuſcitavit mortuos, cæcos illuminavit, mundavit leproſos, ſurdis auditum reſtituit, mutis loquelam, & paralyticis & contractis reſtituit ſanitatem, eamdem Delphinam honorat iu terris, quam, ut pie* *Ibid. epiſt.* 25. *Sapien.* 5. 1.

cre-

creditur, coronavit in cælis. Quare nobis pro parte dictorum Clericorum, Laicorum, & Univerſitatum fuit humiliter ſupplicatum, ut cum de prædictis vita, meritis & miraculis, quæ in dictis Provinciis & Comitatibus, quaſi notoria, & manifeſta fore dignoſcitur, poſſit fieri per fide dignos & ſolemnes viros, ac factorum evidentiam plena fides, ſuper eis per aliquos probos viros mandaremus inquiri, & demum veritate comperta, & certitudine habita præmiſſorum, cum non deceat apud homines ſine veneratione relinqui, quam merita & miracula ſanctam monſtrarunt; ipſam dignaremur Sanctorum Catalogo aggregare. Nos igitur, quos in terris non feſtinos, ſed graves convenit in dubiis inveniri, de prædictis notitiam non habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati veſtræ, de quorum circumſpectione plenam in Domino fiduciam obtinemus, de Fratrum noſtrorum conſilio, committimus & mandamus, quatenus vos vel duo veſtrum ad dictam civitatem Apten. vos perſonaliter tranſferentes, de vita & meritis dictæ Delphinæ, ac miraculis & ceteris circumſtantiis, juxta interrogatoria, quæ vobis ſub bulla noſtra tranſmittimus intercluſa, veritatem diligentius inquiratis, & quæ ſuper hæc inveneritis ſcripta, fideliter ſub veſtris ſigillis, cum veſtrarum litterarum habitam ſeriem continentium teſtimonio, nobis intimare curetis. Datum Avenione III. *Nonas Martii, anno* I.

Ann. 1347. *n.* 12. *Ann.* 1351. *n.* 9. *Ann.* 1353. *n.* 3. *& ſequent. Ann.* 1351. *n.* 6.

XX. Petrus Fanenſis, de quo ſæpius ſuperius locuti ſumus, & admiſſum diximus in numerum familiarium a Clemente & Innocentio Pontificibus, ab Urbano etiam inter eoſdem hoc anno connumeratur, eidemque reſtitui jubet cura & induſtria Coloren. & Smyrnen. Archiepiſcoporum, & Chienſis Epiſcopi bona erepta, dum Vicarium ageret civitatis Smyrnarum in Aſia, cui in hoc munere ſucceſſerunt Urſus Archiepiſcopus Creten. & Præceptor domus Venuſin. hoſpitalis Sancti Joannis: *Virtutibus clarens*. Nonas Aprilis: *Querelam dilecti filii* XVI. Kalendas Julii. Aſſumpti ſunt ad magiſterii gradus ex Pontificis præcepto frater Montolinus Miniſter Provinciæ Narbonenſis, per fratrem Franciſcum de Cardaliaco, de quibus incidit alias mentio: *Viri ſacræ Religionis* III. Kalendas Aprilis, & Guillelmus de Prato Pariſien. in Oxonienſi, & Cantuarienſi Academiis Theologiam profeſſus: *Religionis zelus* XV. Kalendas Decembris.

Ann. 1358. *n.* 5.

Frat. Manfredus Epiſcop. Chien.

Fr. Joannes Terracinen.

ADDITIO ALIORUM Ex MSS. originali Patris Lucæ Waddingi.

Frat. Alphonſus Firmanus. Fr. Jacobus Fundanus. Fr. Nicolaus Caſtren. Fr. Thomas Callien.

XXI. Erat hoc tempore Epiſcopus Chien. in Ægæi maris Inſula, tunc Genuenſibus ſubjecta, frater Manfredus, ut ex diplomate Pontificio, quo conferuntur ei ſocii ex Ordine Minorum apparet: *Eximiæ devotionis* Kalend. Aprilis. Et Terracinen. in Campania maritima, & Provincia Romana, per obitum Jacobi, frater Joannes Ferrerii, prius a Capitulo electus, mox irrita electione, ab Urbano promotus X. Kal. Februarii. „ Archiepiſcopus Cretenſis, per translationem N. ad Patriarchatum Gradenſem, frater Petrus Theutonicus translatus ex Epiſcopatu Coronenſi II. Non. Martii „ Firmanus per translationem Bon-Joannis ad Eccleſiam Patracenſem, frater Alphonſus de Tauro IV. Nonas Maii. Fundanus in Latio in via Appia, per obitum Leonardi, frater Jacobus Aſſiſias Papæ Pœnitentiarius, III. Idus Auguſti. Caſtren. per obitum Cornelii, frater Nicolaus de Varis, prius ab Innocentio VI. proviſus, Pontificatus anno X. VII. Kalendas Septembris; mox confirmatus ab Urbano VI. Idus Novembris. Ad Callienſem etiam Eccleſiam aſſumptum fuiſſe hoc anno fratrem Thomam Sforatum Minoritam, & ſub annum MCCCXXIX. præceſſiſſe fratrem Albertum, ejuſdem Eccleſiæ Antiſtitum catalogus ad me miſſus commemorat. Thomam autem poſtea translatum ad Eccleſiam Imolenſem aliqui referunt ex ejus ſepulcro in Templo Minorum Imolæ. „ Fuit autem antequam ad Callienſem aſſumeretur Ecclc-

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

„ cleſiam, Epiſcopus Civitatenſis; Callii quidem abſolvit fabricam Cathe-
„ dralis Eccleſiæ, & multa bona ibidem præſtitit. Obiit anno MCCCLXXIX.

Fr. Thomas Epiſc. Civitatens.

XXII. Anno præterito diximus, Innocentium VI. & Urbanum V. conceſſiſſe Fratribus facultatem ædificandi Cœnobium prope Eccleſiam ſanctæ Mariæ in valle Joſaphat, & juxta locum, quo Chriſtus orans Sanguinem evaporavit, ac ducendi illuc homines, reſque fabricæ neceſſarias. Cum vero hæc fieri non poſſent abſque aſſenſu Sultani Babylonii, cujus poteſtati Paleſtina tunc erat ſubjecta, Joanna Regina Siciliæ, ſive Regni Neapolitani, has litteras, quarum autographum Hieruſolymis accepi, dedit, in quibus varia petit Fratribus privilegia concedi, ut his muniti facilius & opportunius ad Loca ſancta, & Chriſti veſtigia poſſint commorari.

Joanna Regina rogat Sultanum, ut Fratribus faveat.

Sublimi Domina Soldano Babyloniæ.

XXIII. *Joanna Dei gratia Regina Jeruſalem & Siciliæ. Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ, & Forcalquerii, ac] Pedemontis Comitiſſa, in Deo ſalutem, & in Chriſto Domino caritatem.*

In veſtri memoria conſiderabiliter volventes, qualiter ſublimis olim Soldanus prædeceſſor veſter gerens ad claræ memoriæ Dominum Regem Robertum reverendum Dominum Avum noſtrum, dum viveret, benevolentiæ ſpecialis affectum, ſe ſibi inter alios mundi Principes gratioſum exhibuit, & ad precum ſuarum exauditionem favorabiliter condeſcendit, concedendo ſibi ex propria liberalitate & curialitate ſua ſepulcrum Domini noſtri Jeſu Chriſti, & locum Montis Sion, pro habitaculo ſeu reſidentia Fratrum Minorum, proviſorum inibi per ipſum Dominum Robertum Regem Deo & Chriſto Domino famulari, confidentes ad Sublimitatem veſtram recurrimus, illamque multum attente & cordialiter deprecamur, quatenus pro conſolatione dictorum Fratrum, & pro conſolatione Chriſtianorum, ad reſidendum in locis præfatis ad famulatam Dei, cum majori animorum ſuorum quiete, velitis intuitu noſtro infraſcripta concedere Fratribus ipſis, quæ votis noſtris multum grata veniunt, ac ipſis Fratribus reſidendi inibi opportunam ſecuritatem adducunt, videlicet, quod ipſi Fratres, qui habitant in dictis locis Sepulcri Domini, & Montis Sion, habeant ab Eminentia veſtra renovationem, ſeu novam conceſſionem habitandi, & reſidendi ubi habitant & reſident, ac tenendi ſanctuaria, quæ tenent ſine moleſtia quacumque. Item quod poſſint conſtruere domunculas aliquas, quas viderint pro majori habilitate habitationis ipſorum in Cava, quæ eſt ad latus Eccleſiæ Sepulcri beatæ Virginis, adjungendo, quod in ipſa Eccleſia ſepulcri poſſint intrare libere ad orandum, & lampades accendendam ad eorum beneplacitum, ſicut faciunt in Bethleem; & quod de cetero non ſcribantur, nec petantur bona, quæ ipſi Fratres, ac etiam peregrini habent, dum infirmantur, nec eis ſpecialiter dictis Fratribus fiat talis oppreſſio ſive offenſa; quin imo de bonis ſuis libere diſponere, ſine impedimento vel obſtaculo quocumque poſſint. Similiter Fratres ipſi in eorum domibus libere tenere victum & potum, & eis uti ad libitum, prout faciunt mercatores in Alexandria, & prout a lege Chriſtianorum permiſſum eſt; & ſi per aliquem caſum contingat, domos ipſorum Fratrum perſcrutari, & victum vel potum ſecundum uſum Chriſtianorum ibi inveniri, quod nulla eis propterea fiat injuria, nec eis ad culpam aliquam imputetur, nec etiam ipſi Fratres teneantur ad ſolvendum aliquid Curſoribus; quin imo prohibeatur eis, ne aliquid petant, ſeu exigant ex ipſis Fratribus, cum non habeant unde vivant. De quibus omnibus velis mandare fieri duo privilegia: alterum aſſignan-

gnandam dixit Fratribus, & penes nos reliquum remanſurum. Nos enim præmiſſorum conceſſionem ad magnam complacentiam habentes, tenebimur Sublimitati veſtræ, ad quæ grata poſſemus, & placita veſtris deſideriis exhibere. Data Neapol. Anno Domini MCCCLXIII. *die* XXII. *Maii, Indictione* I. *Regnorum noſtrorum anno* XXI.

Gonzag. in Prov. Terræ lab. Conv. Conv. Minturnen.

XXIV. Ad Minturnas, vulgo *Trajetto*, Campaniæ Felicis oppidum, Rodericus Caetanus Fundorum, & Minturnenſis Comes, hoc anno Conventum Deo ſub ſancti Franciſci nomine ſacrum exſtruxit, quem Honoratus Caetanus ſucceſſor a ſe auctum, & refectum curavit a Patribus Conventualibus ad Obſervantes, anno MCCCCLXXIX. transferri. Fuit poſtea oppidum a Turcis direptum, & Cœnobium majori ex parte exuſtum, ſed paulatim a Fratribus reſtitutum. Conſtructum etiam ſive inchoatum hoc anno die VIII. Novembris, alterum ad oppidum Molleani in Provincia Marchiæ, & Cuſtodia Firmana, in quo claruit Magiſter Julianus Provincialis Marchiæ, egregius Doctor, qui plures annos Philoſophiam in Maceratenſi Academia profeſſus eſt. Jacet in hoc loco beatus Jacobus de Falerone. Ad Aleſti oppidum Diœceſis Nemauſenſis in Gallia, & Regione Provinciæ a multis annis habitarunt commode Fratres; ſed bellorum, quæ longo tempore regionem hanc divexarunt, incommoda multa paſſos, diſſipato, & deſtructo domicilio, Pontifex peculiari diplomate commendavit fidelium caritati: *Eccleſiarum*, Nonis Septembris. Conceſſit etiam facultatem, Conventum Nivernen. ſub his bellorum motibus totaliter diſſipatum intra urbem transferendi, ſicuti ſuperius prænonuimus, cujus fabricam anno MCCCLXXV. Gregorius XI. ut promoverent fideles, commendavit: *In lis, quæ ad perſeverantiam* XIV. Kalendas Martii. Dedit auctoritatem fundandi Cœnobia tria in oppidis Ipſigri, Burelli, & ſancti Lucidi, Biraticen. Militen. ac Cuſentinæ Diœceſum, ſub regimine Miniſtri Provinciæ Calabriæ: *Inter Eccleſiaſticos Ordines* V. Kalendas Septembris. Viſitantibus Eccleſiam Fratrum Minorum in urbe Fanen. ſtatutis feſtivitatibus indulgentias impertivit: *Splendor paternæ gloriæ* XVIII. Kal. Julii.

Redul. fol. 259. Conv. Molleani.

Conv. Aleſti.

Con. Nivernen. *An. 1358. n. 7.*

Conv. Ipſigri, Burelli, & S. Lucidi.

XXV. Facta item facultas nobili viro Rodulphio, Auſtriæ Duci, conſtruendi Monaſterium Clariſſis extra muros oppidi Viennen. prope ſanctum Theobaldum Diœceſis Patavien: *Iis quæ animarum ſalutem* XVI. Kal. Martii, & Clariſſis oppidi Podutentiani Vigellen. Diœceſis in tractu Tarraconenſi, ut inchoatum a ſe ante triennium Monaſterium, ex conſenſu Hugonis Epiſcopi, inhabitare poſſint, & gaudere omnibus privilegiis Apoſtolicis, immunitatibus, & libertatibus, quibus alia Monaſteria dicti Ordinis fruuntur: *Pia deſideria votorum* III. Idus Martii. Clariſſis Maſſilienſibus ut deſtructo propter adventantes hoſtes, amplo quod habebant, Monaſterio extra muros urbis in loco dicto Nazareth, novum ſibi ædificent intra civitatem: *Inter ceteras follicitudinis noſtræ* IV. Idus Maii. Statim opus ſuum inchoaſſe conſtat ex diplomate dato anno ſequenti, quo eis conceditur libera ſepultura, & poteſtas utendi omnibus privilegiis, quibus in priori gaudebant domicilio. Fundum conceſſerunt Joannes de Quinciaco, & Guillelmus a ſancto Ægidio. Temporis decurſu, laxatis aliquanto habenis regularis obſervantiæ, quam ſub prima regula ſanctæ Claræ profitebantur, reformatum fuit Monaſterium anno MDXVI. per fratrem Ackardum Miniſtrum Provinciæ, evocatis religioſiſſimis Sororibus ex Monaſterio Aquenſi, a Sancia Regina Siciliæ conſtructo, quæ etiam huic Cœnobio multa conceſſit privilegia, atque uncias auri mille. Miror unde motus ſit Gonzaga, ut aſſerat, hoc in loco Alexandrum IV. retu-

Monaſt. Viennen.

Monaſt. Podutentian.

Monaſt. Maſſilien.

Gonzag. in Prov. S. Ludov. Mon. 50.

Anno Christi	Urbani V.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 156.
1363.	anno 1. & 2.	anno 16.	

retuliſſe ſanctam Claram in Sanctorum numerum, cum Anagniæ id præſtiterit, neque toto ſui Pontificatus tempore extra Italiam abierit. Verum eſt, ſub Alexandro hoc extitiſſe Monaſterium, cui privilegia aliqua indulſit. Similiter fuit conceſſum Clariſſis Biterrenſibus ut intra civitatem ſe recipe- Monaſt. Biterren.
perent, dum propter hoſtiles incurſus oportuit per ſeptennium extra ſuum Monaſterium, commorari: *Sacræ veſtræ Religionis* XVIII. Kal. Septembris. Ita fecerunt commutatione facta prioris loci cum Canonicis Eccleſiæ Sancti Tom. 4. an. 1180. n. 13.
Euphrodiſii, ſicuti alias enarravimus.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

» I. HOc anno Amurates Magnus Turca fingens moveri in Bulgaros, *Dogl. p. 4. fol. 404.*
» ſexaginta millibus armatorum ſtipatus, ope Januenſium, tranſiit
» in Europam, Callipolim ſubjegit, & Andrinopolim, in qua ſedem fixit,
» devicto Bulgarorum Rege, & Deſpota Serviæ, quem captum occidit,
» paulo poſt occidendus & ipſe a Deſpotæ ſervo, mortis ſui Domini vindi-
» ce. Cum interea Summus Pontifex, cui maxime cordi erat Terra Sancta,
» pro generali expeditione in Sarracenos, qui eam occupabant, Regem Lit. Pont.
» Francorum urgeret: *Dolenter referimus &c.* Kal. Aprilis: & cum eo Ca-
» rolum Imperatorem: *Deſcendens a Patre &c.* necnon Laurentium Cel-
» ſum Venetorum Ducem: *Nobilitatem tuam &c.* ambo Kal. Junii; ma- *Iudic. ex Odor. n. 13. 20. 23.*
» gnis etiam & exitialibus bellorum incendiis cum eodem tempore arderet
» Italia, creato Apoſtolicæ Sedis Nuncio Marco Viterbienſi Miniſtro Ge-
» nerali, eidem ut Angelo pacis, difficile opus extinguendi bella commiſit,
» datis, præter recenſitas a Waddingo, pluribus litteris, præſertim pro
» Florentinis & Piſanis pacificandis: *Intellectis malis &c.* VI. nonas Junii.
» Item ad eumdem & fratrem Petrocinum Archiepiſcopum Ravennatenſem
» pluries de eodem pacis negotio ſcripſit, ut Petrus de Alva & Aſtorga no-
» tavit ex Vaticano Regeſto. Præterea Dublinenſi Archiepiſcopo in Hi-
» bernia expedita quadam executoriali: *Ad Eccleſiarum &c.* Kal. Aprilis, *Ex Vatic.*
» XVI. Kal. Junii. Aliam Archiepiſcopo Januenſi circa ſolutionem quartæ fu-
» neralis ſcripſit: *Dudum inter &c.* Voluit etiam ad magiſterium promotos
» fratres Guillelmum, Philippum, & Nicolaum de Agrigento, cum Stepha-
» no de Regula, viros in ſacra pagina eruditos. Conceſſa vero Indulgentia
» pro Monaſterii Maſſilienſis conſtructione in Provincia: *Eccleſiarum &*
» *Monaſteriorum &c.* III. Idus Maii. Reginæ Hungariæ circa Monialium
» ſanctæ Claræ decimas ſcripſit: *Dilectus filius &c.* II. Idus Septembris.
» Terremotu magno concuſſa terra, Monaſterium in oppido Bejæ Dioceſis
» Eborenſis in Luſitaniæ Regno maximum deliquium hoc anno ſubiit; to-
» tum enim corruit, nulla tamen ſacrarum Virginum læſa, Regina Cælo-
» rum, cui ſub vexillo ſanctæ Claræ fideliter inſerviunt, eas protegente,
» quem caſum ſtuporis plenum ut Urbanus V. audivit, famulabus Chriſti
» commiſerans, ſub XII. Auguſti annum unum & unam quadragenam In-
» dulgentiarum manus pias adjutrices, vel eleemoſynas ad reædificationem
» ejuſdem largientibus conceſſit, ut monumenta Provinciæ Algarbiorum
» teſtantur. Ceterum ex Petro de Alva & Aſtorga expeditum fuiſſe pro
» iiſdem Monialibus hoc anno breve: *Exhibita nobis &c.* XVII. Kal. Junii,
» novimus.

» II. Beatum Simonem de Thorunio noſtri Ordinis, virum devotum, B. Simon de Thorunio obit clarus miraculis. *Sup. ad an. 1345.*
» verbique divini concionatorem eximium, & in vita pluribus miraculis
» clarum, hoc anno obiiſſe Culmæ in Pruſſia, & ibidem apud ſuos tumula-

„ tum fuiſſe die IX. Novembris; at ejus cineres & oſſa beata ab hæreticis
„ gloriam Sanctorum odio habentibus, anno MDXXVII. die XVI. Februarii
„ extitiſſe combuſta, vitamque ejuſdem beati Viri manuſcriptam in Eccle-
„ ſia Collegiata Culmenſi, ſicut etiam vitam beati Joannis Lobedau itidem
„ Thorunenſis, conſervari, ex Martino Baronio, Caſimirus Biernaski refert.

ARGUMENTUM.

Laborat Generalis Miniſter in pacificandis Florentiuit & Piſanis. Ad fœdus convocat Italiæ Principes contra iniquas ſocietates Anglorum. In Provincia impigre laborant Inquiſitores Minoritæ adverſus Hæreticos, & Judæos. Creatur aliquot Epiſcopi & Ordinis Magiſtri. Frater Guillelmus Stabienſis pro fide occumbit. Gravi ſupplicio oſtendit Deus quantum ſibi diſpliceat infidelis promiſſio. Extruuntur Cœnobia.

I. OBDURATIS animis Piſani & Florentini hoſtiliter etiam hoc anno digladiabantur; neque Pontifici Urbano ejuſve Nunciis pacem ſuadentibus aures flectere voluerunt. Diximus, gravem hanc provinciam bellantes pacificandi, commiſſam Marco Viterbienſi Miniſtro Generali ſub fine anni præcedentis, quam dum per paucos menſes exercet, nec ſtatim explet, aut pacem ſuperinduit, Pontifex moram omnem exoſus, graviterque ferens propter Tuſciæ commotiones retardari, aut impediri profectionem cruceſignatorum in Orientem, & manipulos iniquarum ſocietatum, de quibus ſtatim, ex Gallia in Italiam irruentes, eo liberius ubique graſſaturos, quo magis internis ſeditionibus florentes populi implicantur, currenti ſtimulos addit, ut negotium abſolvat, datis his litteris ad ipſum Nuncium, miſſis aliis ad Piſanos & Florentinos.

Marcus Generalis ad pacificandos Florentinos & Piſanos miſſus.

Dilecto filio Marco de Viterbio Ordinis Fratrum Minorum, Miniſtro Generali, Apoſtolicæ Sedis Nuncio.

Ex ſecret. an. 3. fol. 95.

II. *COmmiſſum per nos tuæ diſcretioni negotium ſic in deſideriis noſtris aſſidue volvitur, ſic optatum illius effectum deſiderabiliter expectamus, quod tempus optatæ conſummationis ejuſdem negotii, licet ipſius difficultate penſata, ſit breve, tamen noſtro judicio multa videtur prolixitate protendi, & quia quid feceris cum dilectis filiis Florentin. & Piſan. Populis, ſeu deputatis ab eis ſuper tractatu pacis inter ipſos, auctore Domino, reformandæ, nondum nobis curaviſti reſcribere, ſuſpicamur ipſos in ſolita duritia permanere. Ideoque licet certi ſimus, quod omnem, quam potes ſollicitudinem adhibes, ex abundanti tamen diſcretionem eamdem ſollicitamus attentius, quatenus deſiderii noſtri ardorem moramque in hac parte admodum periculoſam eſſe conſideraus, quanto ſollicitius potes in negotio memorato proceedas, dictos populos ad eamdem pacem ex noſtra parte denuo, & inſtantius exhortando, nobiſque frequenter reſcribas quid in hoc feceris, & quid æſtimes ſecuturum, & ſi tuæ circumſpectioni appareat, quod aliud in dicto negotio poſſimus adhibere remedium, illud nobis non differas referare, confeſtim, prout poſſibile fuerit, dante Domino, adhibendum. Datum Avenione Nonis Februarii anno* II.

Dile-

Anno Christi	Urbani V.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 157.
1364.	anno 2. & 3.	anno 17.	

Dilectis filiis Antianis Populi, & Conſilio ac Communi Civitatis Piſan.

III. *Devotionis veſtræ litteras gratanter recepimus, in quibus inter alia, gratiarum actiones noſtro Apoſtolatui retuliſtis, quod eramus de veſtra pace, & proſperitate ſollicici, & quod ad eas procurandas diverſos Nuncios miſeramus, veſtramque bonam diſpoſitionem ad pacem hujuſmodi notificare curaſtis, offerentes vos beneplacitis noſtris ſuper dicta pace annuere reverenter, de quibus veſtris diſpoſitione, ac oblatione prædictis veſtram filialem promptitudinem multipliciter in Domino commendamus. Verum, dilecti filii, quia propter locorum diſtantiam ad hoc nequimus, prout optamus, intendere per nos ipſos, illud dilecto filio Marco de Viterbio Ordinis Fratrum Minorum Generali Miniſtro, Apoſtolicæ Sedis Nuncio, prout noſtis, duximus committendum; cujus ſalubribus monitionibus, & fidelibus inductionibus velitis credere & annuere ſicut nobis, in propoſito dictæ pacis habendæ perſeverando conſtanter, & ſi videatis alium bonum modum, quem pro dicta pace adhibere poſſimus, illum nobis filiali fiducia reſeretis, prout nobis concedetur ex alto, quam cito fieri poterit, adimplendum. Datum Avenione* VII. *Idus Martii anno* II. *Ibid. fol.* 135.

Dilectis filiis Prioribus Artium, & Vexillifero Juſtitiæ, ac Communi civitatis Florentin.

IV. *Non parvum tædium expectationis habuimus, recogitantes lapſum longi jam temporis, quo dilectus filius Marcus de Viterbio, Ordinis Fratrum Minorum Generalis Miniſter, Apoſtolicæ Sedis Nuncius, vobiſcum & cum dilectis filiis Populo Piſanorum, pro reformanda invicem concordia extitit immoratus, & pacis effectum minime ſentientes, profecto dilecti filii, inexplicabilibus malis, & damnis graviſſimis, quæ utrique parti & toti fere Tuſciæ poſt adventum dicti Nuncii provenerunt continue, & formidandis periculis veriſimiliter proventuris in poſterum, cogitatis, non putabamus, ſicut nec putare debebamus, ſuper reformatione dictæ pacis, vel ſaltem ſuper Treugis, pro non brevi tempore invicem faciendis, & inviolabiliter obſervandis, altercationibus, ſeu cavillationibus longis inſiſti, & tam neceſſariæ pacii negotium in commune diſpendium protelari. Quare de hujuſmodi dilatione tam nocua, paterna caritate dolentes ab intimis, & ſæpius ſuſpirantes, devotionem veſtram quanto affectuoſius poſſumus, rogamus, monemus & obſecramus in Domino, quatenus paternis precibus filialiter annuentes, ac conſiliis, & monitis ejuſdem Nuncii, viri fidelis & providi confidenter credentes, non differatis ulterius vel concordare ſuper pace, vel ſi (quod abſit) non poſſet cito dicta pax fieri, non differatis facere longas treugas, quarum tempore poſſit pax tractari commodius, & firmari vallationibus opportunis, circa quam ſperamus, & offerimus nos cum Dei auxilio in perſona propria paterna ſollicitudine laborare. Datum Avenione* III. *Nonas Aprilis, anno* II. *Ibid. fol.* 149.

V. Venit iterum in Tuſciæ Provinciam Petrocinus Archiepiſcopus Ravennas, compoſitis domi rebus ſatis tumultuoſis, juſuſque eſt in gravi hoc negotio Marco cooperari. Mox deſtinatis litteris ad Ægidium Epiſcopum Sabinenſem, & Andruinum tituli ſancti Marcelli Presbyterum Cardinalem, Sedis Apoſtolicæ in Italia Legatos, ut etiam adeſſent; tamdem feliciter *Vid. ſup. an. 1363 num. 10.*

omnia abſoluta ſunt, firmiſſima pace ſtabilita. Pertinaces animos flectere, & dura corda emollire modis omnibus Pontifex tentavit; arguit, obſecravit, ac tamdem aſperiori hac miſsa epiſtola increpavit, additis aliis multis, præſertim ad Cives Senenſes & Peruſinos.

Dilectis filiis Regimini & Populo civitatis Piſan.

Ibid. fol. 105. VI. *Licet circa curam cunctorum fidelium, quorum ſalutem & ſtatum proſperum in utroque homine paternis deſideramus affectibus, cauſis cogentibus continue diſtrahamur, ad vos tamen & dilectos filios Florentinos ſæpe convertimus noſtræ conſiderationis intuitum; & cum vos & eos ad pacem induraſſe corda perpendimus, & admodum dolenter audivimus, agendo, & patiendo, quod amare referimus, ſed tacere non poſſumus, nec debemus, diris caſtigationibus flagellari, & non ſolum utriſque veſtrum, ſed toti jam Tuſciæ irreparabile præparari diſcrimen, ac multum impediri propterea paſſagium generale: proinde in anguſtia conſtituti multiplici adverſus vos, & Florentinos eoſdem, quibus ſimiliter ſcribimus, clamare compellimur, tamquam ad illos, qui obaudire nolunt verba patris ſuavia, vobis & eis ſcripta, & relata benevole, ſed aures cordium obſtinate videmini obturaſſe. Ecce quidem jam eſt fluxum bienium, quo veſtra & eorum Florentinorum bellicoſa diſcordia inchoata, tam ſelicis recordationis Innocentius Papa VI. prædeceſſor noſter, quam nos per multiplicatas Apoſtolicas litteras, ex paternæ caritatis affectibus prodeuntes, & per Nuncios ſpeciales & providos, vos & Florentinos ipſos ad pacis reformanda fœdera fuimus quaſi jugiter exhortati, mala plurima, quæ, (pro dolor!) evenerunt hinc inde, conjecturæ veriſimilitudine prædicentes, & ecce quod adhuc paterna monita videmini obaudire nolle, ſæcque damnum inferatis hoſtibus, ſive recipiatis ab eis, malum ſemper aut in animabus, aut in corporibus, ſeu facultatibus ſuſtinetis, & tantum eſt animæ malum deterius, quod poſtmodum in pœnarum perpetuitate ſentitur, quanto illa, utpote ſempiterna, caducum corpus ſua dignitate ſine comparatione præcellit. Redite itaque, filii, ad cor carneum, & ſaxeum molliatis, deponatis rancores & odia, quæ ſicut ſucceſſus utrinque hactenus produxerunt infauſtos, ſic infauſtiores (quod Deus avertat) poſſent producere in futurum, animoſque veſtros ob timorem Dei, qui obſtinatos abhorret, & dure animadvertit in duros, ac ob reverentiam Apoſtolicæ Sedis, & noſtram ad concordiam diſponatis, Venerabilis fratris noſtri Petrocini Archiepiſcopi Ravennatis, quem ad partes Tuſciæ pro dicta concordia noviter rediiſſe percepimus, ac dilecti filii Marci de Viterbio Ordinis Fratrum Minorum Generalis Miniſtri, dictæ Sedis Nunciorum ſuper pace hujuſmodi monitis, & conſiliis acquieſcere ſtudeatis, veſtro & circumſtanti, ac utinam non periclitanti patriæ ſapienter providentes ſtatui, & noſtris ardentibus deſideriis annuentes. Datum Avenione* III. *Nonas Junii anno* 11.

In Eumdem modum dilectis filiis Regimini, & Populo civitatis Florentinæ.

Dilectis filiis Regimini & Communi Civitatis Senen.

Ibid. fol. 150. VII. *Redargutionum aſperarum fremitibus dilectorum filiorum Florentin. & Piſan. civitatum meretur duritia increpari, ex eo quod ſua corda ſic effecerunt lapidea, ſic inexorabilia in patis negotio demonſtrarunt, prout monſtrare non deſinunt, quod illa timor Dei, animarum pericula, malorum innumerorum perpeſſio, & præſertim exinanitio facultatum, periclitatio*

Anno Christi	Urbani V.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 157.
1364.	anno 2. & 3.	anno 17.	

tatio totius circumſtantiæ Patriæ, ac Apoſtolicæ Sedis reverentia, caritatiſque intuitus, & Nunciorum dictæ Sedis ſollicitudo ſedula nequiverunt hactenus emollire: propter quæ ad tantam duritiam auferendam de fortiori remedio, videlicet majorum interventorum interpoſitione, duximus providendum. Scribimus ſiquidem Venerabili fratri Ægidio Epiſcopo Sabinen. & dilecto filio noſtro Andruino, tituli ſancti Marcelli Presbytero Cardinali, Apoſtolicæ Sedis Legatis, quod ipſi, vel alter eorum ad illas partes ſe transferre procurent, pacem, & concordiam inter dictas civitates ex parte noſtra, & etiam ipſorum ſecundum grandem prudentiam eis dotam, a Domino, tractaturi, & cum ipſius auxilio perfecturi, ac voluimus, quod propter eorumdem Legatorum, vel alterius ipſorum præſentiam, commiſſionem factæ ſuper iis Venerabili fratri noſtro Petrocino Archiepiſcopo Ravennati, ac dilecto filio Marco de Viterbio, Ordinis Fratrum Minorum Generali Miniſtro dictæ Sedis Nunciis non expirent. Quocirca univerſitatem, & ſinceritatem veſtram rogamus, & hortamur attente, quatenus pro reverentia Dei, & Apoſtolicæ Sedis ac noſtra, nec non pro ſalute & tutela veſtra, ac totius patriæ circumferentis, dictis Legatis, ſeu eorum alteri, ac etiam eiſdem Nunciis eo caſu, quo ipſi Legati, ſeu eorum alter ad partes Tuſciæ venire non poſſent, pro tractanda & facienda dicta concordia, efficaciter aſſiſtatis, exinde a Deo præmium, civitatis veſtræ quietem & pacem, ac a nobis benedictionis gratiam, & laudis præconium obtenturi. Datum Avenione VII. *Idus Julii, anno* II. *In Eumdem modum Regimini, & Communi civitatis Peruſin.*

VIII. Dum in his verſatur, & aſſidue laborat Marcus Generalis Miniſter, alio premitur onere graviori colligandi præcipuas Tuſciæ & Lombardiæ civitates, & potentiam omnem ſtatus Eccleſiaſtici, cui præerant duo prædicti Legati, contra iniquas Comitivas vel ſocietates, quas vocabant, in Italiam irruentes. Coaluerunt hæ impiæ gentis colluviones ex ingenti multitudine latrunculorum, per totam Galliam collecta ex reliquiis belli Anglicani ad hominum millia quadraginta, quæ hinc inde vagabunda, & prædabunda Franciam, Hiſpaniam, Italiam, Germaniam, ferro & flamma devaſtabat, ſpoliis & rapinis intenta, præſertim in oppidis & locis, in quibus arces non erant munitæ. Cum primo creviſſent numero & audacia, Ducem ſibi conſtituerunt, quem Archipresbyterum appellabant. Ipſa autem multitudo latronum, Societas magna, vel Anglicana, quod ex ea gente major pars, dicebatur. Portæ Civitatum per quas tranſibant, claudebantur, nec cuiquam egredi, aut eis occurrere integrum erat, dum omnes, quos in agris aut viculis comprehendebant, inauditis ſuppliciis trucidabant, niſi taxata pecunia ſe redimerent. Nulli tuto, niſi per eos dato ſalvo conductu, tranſire licebat, quem cuicumque dediſſent, inviolabili firmitate ſervabant. Mulieres & Virgines, Moniales, & Juvenculas inſatiabili genere libidinis conſtuprabant, multaſque occidebant. Maſculos juvenes in ſervitutem captivos abducebant. Urbes aliquas & oppida obſederunt, ſed cum deeſſent machinæ ad expugnandum neceſſariæ, nulla ceperunt. Timore & rumore eorum præeunte adventum, mobilia quæque ruſtici & oppidani ad civitates & loca munita importabant, & villas urbeſque apertas præſidio deſtitutas deſerebant. Contra hos itaque injunxit Pontifex, ut Marcus Principes Italiæ convocaret, pactoque fœdere colligaret, & mox eamdem curam impoſuit Petrocino Archiepiſcopo Ravennati, poſtquam pax ſtabilita fuit inter Piſanos & Florentinos die XXX. Auguſti.

Marcus Generalis Miniſter convocat Principes cōtra iniquas Societates. *Vide Trithem. in Chron. Hirſaug. & Spanhem. ad ann.* 1362.

DI-

Dilecto filio Marco de Viterbio, Ordinis Fratrum Minorum Miniſtro Generali, Apoſtolicæ Sedis Nuncio.

Ex ſecret. an. 2. fol. 10.

IX. *Nuper per alias noſtras litteras tam dilectis filiis Florentinis, & Piſanis, quam tibi ſuper pace, vel ſaltem longis treugis inter eoſdem Florentinos, & Piſanos faciendis, direximus excitatoria ſcripta noſtra, & quia pace, vel treugis hujuſmodi, Domino favente, firmatis, magnum non ſolum Tuſciæ, ſed toti Italiæ de Comitivis gentium armigerarum periculum verisimiliter imminebit, diſcretionem tuam hortamur attente, mandantes, quatenus venerabilem fratrem Ægidium Epiſcopum Sabinen. & dilectum filium noſtrum Andruinum tituli ſancti Marcelli Presbyterum Cardinalem Apoſtolicæ Sedis Legatos, ac eoſdem Florentinos & Piſanos, nec non alios Tuſcos, ac dilectos filios nobiles Viros Marchionem Montiſerrati, ac Regentes Civitates Mediolanen. Veronen. Paduan. Ferrarien. Mantuan. Januen. & alios, de quibus videris expedire, ad unienduin ſe contra Comitivas eaſdem ex parte noſtra, requiras, moneas, & etiam exhorteris, ſecundum prudentiam a Domino tibi datam, nobis quid inde feceris, reſcripturus. Datum Avenion. VI. Idus Aprilis anno II.*

Venerabili fratri Petrocino Archiepiſcopo Ravennat. & dilecto filio Marco de Viterbio Ordinis Fratrum Minorum Miniſtro Generali, Apoſtolicæ Sedis Nuncii.

Ibid. fol. 312.

X. *Expectatæ lætitiæ jubilum nuper ſuſcepimus per duas gratiſſimas veſtras litteras, certitudinaliter intellecto, quod inter dilectos filios Florentin. & Piſan. Civitatum populos pax per veſtram ſollicitudinem procurata diutius, erat eum auctoris pacis auxilio reformata. Proindeque gratias humiles exſolventes Altiſſimo, veſtram circumſpectam, & laboriosam diligentiam laudibus dignis attollimus, ac plenis proſequimur actionibus gratiarum, vos hortantes attentius, ut &c. faciendam colligationem quorumcumque Potentum adverſus impietatis alumnos, Sociales videlicet inhumaniter in Chriſtianorum populum more infidelium debacchantes, conſuetis veſtris ſtudiis intendatis, exinde a Deo præmium, ac noſtram & Apoſtolicæ Sedis benevolentiam uberius obtenturi. Datum Avenione Idibus Septembris anno II.*

Dilectis filiis Regimini, & Populo Civitatis Florentinæ.

Ibid. fol. 314.

XI. *Lætanter admodum nuper audivimus in Domino exultantes, quod Rex pacifeus, & luminum pater, vobis, & dilectis filiis Regimini, & Populo Civitatis Piſanæ oculos mentales aperuit, ut relictis inimicitiarum, & guerrarum diſpendiis, agnoſceretis deſiderabile bonum pacis. Et quamvis prius per plures litteras, & relationes quamplurimum fide dignas innotuiſſet nobis inter vos, & ipſum Populum Piſanorum deſideratam per nos, ac diutius expectatam, pacem fuiſſe, auctore Domino, reformatam, tamen per litteras veſtras, quas libenter recepimus, nobis nunciantes eamdem pacem fore utrinque firmatam, fuit in corde noſtro lætitia renovata. Hinc igitur Univerſitatem veſtram ſalubribus monitis exhortamur in Domino, ut pacem ipſam ſic diligenter cuſtodiatis, ſicque firmiter, & inviolabiliter obſervetis, ut ſubintrare non poſſit inter vos, & Piſanos ipſos de cetero, qui*

Anno Christi	Urbani V.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 157.
1364.	anno 2. & 3.	anno 17.	

qui ſubminiſtret cauſam ſcandali, vel rancoris, ſed cum Iſaacis eiſdem habitatores, tamquam Fratres in unum, fortiores ſitis ad fiat am veſtrum pacificum, & liberum conſervandum. Ceteram exhortationibus noſtris adjicimus, Univerſitatem veſtram ſtrictius obſecrantes in Domino Jeſu Chriſto, quatenus vos ad confœderationem eum prædictis Piſanis, & esteris Italiæ Dominis, ac Populis, qui eſſe in hujuſmodi confœderatione voluerint, quanto celerius poteritis, intendatis, ad comprimendum, vel expellendum de ipſis Italiæ partibus gentes peſtiferas, quas in ſocietatem unam congregavit impietas, vos virtiliter accingentes. Nos ſiquidem vos, & Univerſitatem veſtram, tamquam noſtros & Eccleſiæ Romanæ devotiſſimos filios, occurrentibus caſibus, intendimus proſequi favoribus gratioſis. Datum Avenione XVI. *Kalendas Octobris anno* 11.

Venerabili fratri Petrocino Archiepiſcopo Ravennat. ac dilecto filio Marco de Viterbio Ordinis Fratrum Minorum Miniſtro Generali, Apoſtolicæ Sedis Nunciis.

XII. *Apoſtolicæ Sedis circumſpecta prudentia de fidelium populorum ſtatu ſollicita, ad reprimendas inſolentias tranſgreſſorum, eoſdemque populos, a malignantium incurſibus protegendos libenter appoſit ſuæ remedia poteſtatis. Sane quanta Eccleſiarum, & Monaſteriorum, aliorumque piorum locorum incendia hujuſmodi cædes, ac perſonarum Eccleſiaſticarum, nec non nobilium, & ignobilium exilia miſeranda, violationes pudicitiæ matronarum, viuula, & carceres, rapinæ execrabiles, & deſtructiones ſecularium, & Eccleſiaſticarum etiam jacturatum, aliaque mala tam animorum, quam corporum, impietate quorumdam virorum crudelium, quos ſub titulo Comitivarum, ſeu Societatum immanitas congregavit, in Italiæ partibus pervenerint hactenus, & proh dolor! provenire non deſinant, olim miſerabilis experientia docuit, & docere non ceſſat, propter quæ, prout ad nos fide digna relatio perveuit, venerabilis frater Ægidius Epiſcopus Sabinen. ac dilectus filius noſter Andruinus tituli ſancti Marcelli præsbiter Cardinalis Apoſtolicæ Sedis Legati, ac in certis terris Eccleſiæ Romanæ in partibus Italiæ conſiſtentibus, eis diviſim decretis, pro nobis, & ipſa Eccleſia in temporalibus Vicarii Generales, & illuſtriſſima Principiſſa Joanna Regina Sicilliæ, nec non dilecti filii nobiles viri, nonnulli Duces, Marchiones, Comites, ut Vicarii, Gubernatores, & Popali Civitatum, Terrarum, & Caſtrorum partium Italiæ, ad obviandum hoſtilitatibus pravarum ſocietatum hujuſmodi, eoſque de ipſis Italiæ partibus profugandis, unionem ſeu colligationem invicem fecerunt, ſeu facere provida deliberatione procurant: ſed prout habet relatio ſupradicta, nonnulla Communia Civitatum, & Univerſitates Oppidorum, Caſtrorum, & Villarum, ac ſingulares perſonæ dictarum partium certas colligationes, & conventiones fecerunt, ac pacta inierunt cum dictis ſocietatibus, aut aliqua ipſarum, ſeu Capitaneis, & Caporulibus earumdem. Quæ colligationes, conventiones, & pacta fuerunt juriſjurandi, & nonnullarum aliarum dictorum Communium, & Univerſitatum ſingularum perſonarum præſtatione firmata, propter quæ hujuſmodi unio, ſeu colligatio contra dictas ſocietates deteſtabiles facienda multipliciter impeditur. Quare fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut providere in hac parte de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur hujuſmodi rationabili petitioni annuere intendentes, vobis, de quorum circumſpectione plenum in Domino fiduciam obtinemus, & utriqut veſtrum inſolidum, quaſcumque confœderationes, fœ-* *Ibid. fol. 339.*

cie-

cietates, colligationes, ac pactiones, & conventiones per quasvis ſingulares perſonas, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, etiamſi Pontificali, Regali, vel alia quavis præfulgeant dignitate, ſeu per Communia, & Univerſitates dictarum partium cum eiſdem ſocietatibus, ſeu Capitaneis, & Caporalibus earumdem, ſub quavis forma verborum factas, & initas, vel impoſterum faciendas, etiamſi juramentorum interpoſitionibus, & pœnarum adjectionibus, aut quavis alia fuerint firmitate vallatæ, per quas eædem ſocietates in earum perverſitatibus quomodolibet foveantur, ſeu per quas dictæ colligationi & unioni contra ipſas ſocietates factæ, vel faciendæ, aliquatenus obvietur, auctoritate noſtra, caſſandi, annullandi, ac nullas & irritas decernendi, ac juramenta hujuſmodi tamquam iniqua, cum vinculum iniquitatis eſſe non debeant, relaxandi, & eos, qui contra ipſa forſan veneruut hactenus, a perjurio hujuſmodi, juxta formam Eccleſiæ abſolvendi, ac eos ad integrum ſtatum, ac honorem & famam, in quibus erant, antequam contra ipſa juramenta venirent, reſtituendi, eiſdemque quoque Communibus, & Univerſitatibus, & perſonis ſingularibus diſtrictius inhibendi, ne impoſterum hujuſmodi confœderationes, ſocietates, colligationes, pactiones, & conventiones cum eiſdem ſocietatibus, Capitaneis, & Caporalibus, de cetero facere, ſeu inire, aut factas, & initas ſervare præſumant. Contradictores quoslibet, & rebelles cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, etiamſi Pontificali, Regali, vel alia quacumque præfulgeant dignitate, auctoritate prædicta, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendi. Non obſtantibus ſi aliquibus communiter vel diviſim a Sede præfata indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, concedimus, tenore præſentium, facultatem. Datum Avenione XIV. *Kalendas Octobris anno* II.

An. 1363. m.

Inquiſitores Provinciæ procedûnt contra Apoſtatantes.

XIII. Impigre laborabant hoc anno, quos diximus ſuperiori, Inquiſitores hæreticæ pravitatis in Provincia, frater Hugo de Cardilione, & frater Joannes Richardi in perſequendis hæreticis, & Judæis ex Chriſtiana fide ad Judaiſmum reverſis, quos ut Principes adjuvarent in fide tuenda & vendicanda, his litteris hortatus eſt.

Dilecto filio nobili viro Fulgoni de Agouto, Domino Vallium ſaltus, & Ollæ Provinciæ Seuſeallo.

Ex. ſecret. fol. 130.

XIV. *Dilecti filii Hugonis Cardilionis, Ordinis Fratrum Minorum, in Arelaten. & certis aliis Provinciis Inquiſitoris hæreticæ pravitatis, relatione fideli didicimus, quod nonnullæ perſonæ utriuſque ſexus de Comitatibus Provinciæ, & Forcalquerii, quæ de hebraica cæcitate ad lumen venerant fidei Chriſtianæ, ad eamdem cæcitatem ex ſeductione quorumdam Judæorum in dictis Comitatibus commorantium, damnabiliter ſunt reverſæ, & ut ſint incognitæ, de ipſiſque non poſſit juſtitia miniſtrari, de Comitatibus receſſerunt eiſdem, ad terras alias convolantes. Quare nobilitatem tuam rogamus, & hortamur attente, quatenus zelum Dei, dictæque fidei adverſus hujuſmodi deteſtabiles ſeductores aſſumens, in eorum, & quorumcumque hæreticorum captione, cuſtodia, & punitione, ac alias dicto Inquiſitori, ſuiſque Vicariis in eorum officio exercendo te reddas favorabilem & benignum, eis de ſeculari brachio, quotiens requiſitus fueris, efficaciter aſſiſtendo. Datum Avenione* VI. *Kalendas Julii anno* II.

In

In eumdem modum Amadeo Comiti Sabaudiæ, & Ademaro de Pictavia Comiti Valentino.

Dilecto filio nobili viro, Seneſcallo Provinciæ.

XV. *AD noſtrum pervenit auditum, quod in terris tui regiminis, videlicet in montibus eſt quædam Vallis, in qua ſunt nonnullæ perſonæ utriuſque ſexus infectæ labe hæreticæ pravitatis, contra quas per dilectum filium Joannem Richardi Ordinis Fratrum Minorum in ſacra Theologia Magiſtrum, in illis partibus Inquiſitorem pravitatis ejuſdem, inquiri & procedi mandavimus, prout juſtitia ſuadebit. Quare nobilitatem tuam rogamus, & hortamur attente, quatenus eidem Inquiſitori, ejuſque ſocio, ſeu Vicario in iis, quæ circa tam ſanctum negotium opportuna fuerint, efficaciter aſſiſtere, cum te requiſierint, non poſſponas, eis de tuo ſeculari brachio providendo. Datum Avenione* XIV. *Kalendas Auguſti anno* II. *Ibid. fol. 255.*

Dilecto filio nobili viro Amadeo Comiti Sabaudiæ.

XVI. *CUm dilectus filius Joannes Richardi Ordinis Fratrum Minorum, in ſacra Theologia Magiſter, in partibus tui Comitatus Inquiſitor hæreticæ pravitatis, ad partes ipſas, pro ſuo exercendo officio quandoque habeat declinare, tuam devotam nobilitatem requirimus, & rogamus attente, quatenus eidem, & ſuo ſocio, ſeu Vicario, ſive Locum-tenenti, cum te, & gentes tuas duxerint requirendos, aſſiſtas, & per eaſdem tuas gentes aſſiſti mandes & facias, favorabiliter, & benigne eis, cum neceſſe fuerit, tuum ſeculare brachium tribuendo. Datum ut ſupra.* *Ibid. fol. 256.*

XVII. Ad Eccleſiarum regimen aſſumuntur hoc anno, qui ſequuntur. Minoritæ: frater Theobaldus ad Epiſcopatum Carronen. ſub Archiepiſcopo Edeſſeno, & Patriarcha Antiocheno, per obitum Salomonis, Idibus Novembris: frater Geraldus Roberti aliis de Roſci ad Amelien. ſive Amerinum in Provincia Romana, per obitum Manni, Idibus Novembris: frater Jacobus Caſtellanus ad Marturanen. in Calabria ſub Archiepiſcopo Coſentino, per translationem Jacobi ad Eccleſiam Hydruntinam, VI. Idus Januarii: frater Gondiſalvus de Gondiſalvo ad Gadicen. & Inſulæ viridis (hæc illa, de qua alias hæſitavimus) per obitum Sancii, IV. Idus Junii: frater Michael de Jadera ad Auſaren. ſive Oſſaren. ſub Archiep. Jaderen. per obitum Bonifacii, XV. Kalendas Julii. Fuiſſe hoc anno Epiſcopum Venafranum in Regno Neapolitano ſub Archiep. Capuano, fratrem Petrum de Baſſiano, conſtat ex Catalogo Epiſcoporum illius Eccleſiæ apud me manuſcripto.

Fr. Theobaldus Epiſc. Carronen.

Fr. Geraldus Amerin.

Fr. Jacob. Marturanen.

Fr. Gondiſalvus Gadicen. *Tom. 7. an. 1345. n. 12.*

Fr. Michael Auſaren.

Fr. Petrus Venaſien.

XVIII. Promotos hoc anno ad ſacræ Theologiæ magiſterium refero, non quod tanti aut tam ſingulare reputetur, ubi familiare erat, hoc munus conferre, ſed quod juvat ad cognoſcendas perſonas, ad diſcernendum tempus, quo floruerunt, ad diſtinguendas Academias, in quibus legerunt. Stephanus de Regula promotus fuit in Romana Curia per Doctores ab ipſo Pontifice deputatos. Frater Joannes Alberionis ſacræ Theologiæ multis annis in ſtudiis generalibus Montis-peſſulani, & Maſſilien. profeſſor, per Petrum Montolinum de Crota Miniſtrum Provinciæ. Frater Bertrandus de Sancto Guillelmo ſimiliter profeſſor ad Montem-peſſulanum, per fratrem Franciſcum de Cardalhiaco ſacræ Theologiæ Magiſtrum. Frater Nicolaus Caſucchi de Agrigento Univerſitatis Pariſienſis alumnus, in multis generalibus

Promovētur aliqui ad Magiſterium.

libus ſtudiis profeſſor, per Marcum Viterbienſem Miniſtrum Generalem. Frater Philippus Zoriton in Cantabrigiæ, & Oxoniæ ſtudiis profeſſor, per prædictum fratrem Franciſcum de Cardalhiaco. Frater Matthæus Solos Rhotomagenſis, qui Pariſiis & Rhemis per annos viginti ſententiarum libros expoſuit, per Cancellarium, & Doctores Pariſienſes Theologicæ facultatis.

Chronica antiqua Marian citatus.

Pro fide occumbit frater Guillelmus Stabien.

XIX. Frater Guillelmus Stabienſis, ſive de Caſtello maris provinciæ Terræ laboris, hoc anno in civitate Gaza Paleſtinæ, dum fidem prædicat Chriſtianam, & ſectam condemnat Mahometanam, ab ipſo Rege minis, & terroribus, deinde blanditiis, variiſque pollicitationibus tentatur, ut quæ in Mahometem dixerat, revocaret, ac fidem abnegaret Chriſtianam. Sed fortiter reſtitit, generoſe contemnens quæ proponebantur tormenta, & longe faciens divitias atque oblectamenta, quæ offerebantur, opprobriis & ignominiis affectum præcepit Rex medio corpore diſcindi, & diſſectas partes ſimul cum Breviario, quod ſecum habebat, in cineres reduci. Ita factum, ſpectante innumera hominum multitudine invictam Martyris conſtantiam, converſis etiam quibuſdam ad fidem Chriſtianam.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Fr. Marc. Ruiz moritur. Marc. 3. p. l. 5. c. 64. Mariſſal. 17. c. 10 Piſa in hiſt. Toleti. l. 4. c. 24. & l. 5. c. 56.

XX. Moritur hoc anno die XXV. Auguſti apud urbem Toletanam frater Martinus Ruiz, vir vere bonus, & ſolidæ virtutis, ſalutis animarum ſerventiſſimus zelator. Ejus doctrinam, & bonitatem Dominus plurimis confirmavit miraculis. Triduo defunctum reſuſcitavit, & pueruli genitricis miſeriæ, & lacrymis compaſſus, ad vitam revocavit. Toleto profectus, ut in oppido Populæ Montalbani prædicaret, tranſvadare non potuit Guadarramæ fluvium plus ſolito exundantem, prope ripam mulum manſuetum conſpexit, qui ſe capi, & conſcendi permiſit, & ultro aquis commiſit, quaſi eſſet inſidentem translaturus. Sed in medio flumine, dum rapidis, inſidiſque voratricibus ſe immittit ſeſſorem demerſurus, Vir Dei dæmonem eſſe cognoſcens, ſola injecta collo chorda, ſeu fune præcintorio a curſu cohibuit, & in ripam compulit adverſam. Neque vero poſtquam deſcendit, funem abſtulit, ſed tamquam camo & fræno maxillas ejus conſtrinxit, reluctantemque circumduxit quo placuit, ſupponens multis diebus graviſſimis oneribus, magniſque lapidibus fabricandæ Eccleſiæ, quam conſtruebat. At dum in Eccleſia ſancti Michaelis prædictæ urbis Toletanæ concionatur, Fratres duo hoſpites ſtabulum ingreſſi, videntes animal, fune ſuffocari, & ſemianime uti fingebat, jacere, detracto fune in pedes coegernnt. Ab illo potenti vinculo ſolutum magno hinnitu, multiſque ſaltibus diſparuit. Factum Martino concionanti revelatum, atque illum auſcultanti populo indicavit. Obiit ſanctiſſime in veteri Conventu ſancti Franciſci Patrum Conventualium, qui poſtea datus eſt Sororibus Inſtituti ſanctiſſimæ Conceptionis, ibique conſpicitur ejus ſepulcrum in muro arcuato ſupra cratem Sanctimonialium ad latus Evangelii, & ex alia parte altare, in ejus honorem erectum, impoſita tabula, quæ aliquot ejus miracula repræſentat. In illa urbe, & Cœnobiis Provinciæ Caſtellanæ communiter depingitur, fictum illum mulum, verumque Diabolum chorda ligatum circumducens, adjectis iſtis ex Jobo verbis: *Extraxit Leviathan hamo, & fune ligavit.* Brachium ejus reverenter aſſervatur in Sacrario Cœnobii Regii ſancti Joannis Toletani, habetque manus duos digitos erectos, alioſque contractos, ad modum benedicentis. De illo agit Gonzaga loquens de hoc Conventu, promittitque ſe amplius acturum relatione Monaſterii Conceptionis Toletani, ſed promiſſi videtur oblitus.

Job. 40. 20.

Gonz. in Prov. Caſtel. Con. 1.

XXI. Hoc

Anno Christi	Urbani V.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno
1364.	anno 2. & 3.	anno 17.	157.

XXI. Hoc anno in civitate Maſſana provinciæ Tuſciæ, Thadæus Curſi filium unicum peſte laborantem ad Minorum Cœnobium deduxit, ſancto Franciſco obtulit, promiſitque ſi ab imminenti morte liberaretur, eum ſancti Patris filiis adnumerandum. Non prius votum emiſit, quam filius perfecte convaluerit. Ille promiſſi haud oblitus, ægre tamen volens filium dimittere, cogitavit ſtulte non tam Deo mentiri, quam illudere, & filium poſt aliquot menſes eo reductum, religioſo habitu veſtivit, & Fratribus aggregavit, ſed ſtatim repetiit, domumque reduxit, quaſi ſufficienter illis technis voto ſatisfecerit. At quantum Deo diſpliceat ſtulta & infidelis promiſſio, manifeſto conſtitit indicio. Etenim in vigilia ſancti Franciſci ipſe Thadæus deceſſit, anno ſequenti ipſo eodem die filius obiit, & tertio demum anno unica filia extincta eſt, nullo remanente ex Thadæi progenie. Tantum incuſſit timorem Civibus hoc evidens ſupplicium, ut nullus deinceps auſus ſit filios Deo offerre, quin, prima oblata occaſione, id opere compleret.

Marian. l. 4. c. 13. Chron antiq.

Caſtigat Deus fibi infide promittentes.

XXII. Extra villam Manuaſchæ diœceſis Siſtaricen. prope Alpes, in regione Provinciæ commodum habebant Minoritæ Cœnobium, ſed incommodis bellorum, quibus miſerabiliter Gallia vexabatur, perpeſſum, tamdem dirutum, & ſolo æquatum hoc anno IV. Idus Julii intra mœnia translatum eſt. Id potiſſimum curavit frater Joannes Donandus Eques Ordinis Hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitani, ſancti Ægidii Commendatarius, & Balivus Manuaſcenſis. Conſtructo a Fratribus oratorio, adjectum fuit Cœnobium ex eleemoſynis proſapiæ Hugolini de Vacheriis, Volandi Rodorterii & aliorum, quorum ſepulcris ornatur Eccleſia Deo conſecrata ſub titulo ſanctæ Mariæ de Compaſſione. Irruente hæreſeos rabie in Galliam prima ferme ſacrilegia hic ſunt commiſſa, ductore D. de Monaris crudeliſſimo Catholicorum perſecutore. Inter tremenda, divinaque myſteria ſacrum calicem e manu Sacerdotis hæretici rapuerunt, & quoſdam ex Fratribus pedibus in profundum puteum ſuſpenderunt, ut revelarent ſacra vaſa, & Eccleſiaſticam ſuppellectilem. Multa paſſis occurrit pietas & devotio nobiliſſimæ, ac religioſiſſimæ Hæroinæ Comitiſſæ de Maille, ſocrus Comitis Claudii de Tenda, Religioni Franciſcanæ plurimum addictæ.

Con. Manuaſcha

Gonz. in Prov. S. Ludov. Con. 15.

XXIII. Ante hunc annum extructum fuiſſe Conventum Minorum extra Ubetam, Bethicæ provinciæ civitatem, conſtat ex quodam teſtamento condito ſub hunc annum, cujus exequendi cura committitur fratri Bartholomæo Hiſpalenſi, hujus Cœnobii tunc Guardiano. Aliud porro monumentum nullum inſigne occurrit, præter unum in Vaticano Archivo diploma Gregorii XI. quo anno III. ſui Pontificatus, Chriſti MCCCLXXIII. licentiam impertit Fratribus alterum Cœnobium intra villam ædificandi, quia primum habitaculum Sarraceni regionem illam invadentes, funditus deſtruxerunt. Diploma dabimus in Regeſto anno citato. Varia hic ſervantur diplomata recentiorum Pontificum, & aliud Joannæ Reginæ a Carolo V. & Philippo II. confirmatum, quo multa conferuntut privilegia receptoribus Fratrum itinerantium. Sacellum Expectationis beatæ Virginis multis ſummorum Pontificum commendatur indultis, & ſacellum maximum potitur corpore pii viri Joannis Garidi tertii Ordinis ſancti Franciſci, magna virtutis, & ſanctimoniæ opinione defuncti anno MDCXIV. die IX. Novembris.

Idem in Provin Granaten. Con. 9

Conv. Ubetan.

Joan. Garidus 3. Ordinis.

XXIV. In civitate Catari in Dalmatia collapſo præ vetuſtate Monaſterio Monialium, Ordinis ſancti Benedicti, & extincto ibidem virginum Collegio, decreverunt Cives reædificare Monaſterium, quod Clariſſis inſerviret. Hoc anno decretum approbavit Pontifex, modo Epiſcopus conſentiret: *Piis votis fidelium*, III. Idus Decembris. Similiter conceſſit, rogante Joan-

Monumen. MSS. ejuſdem Prov. Monaſt. Catarcen.

Monaſter. Bruſiden.

ne Franciæ Rege, qui ſub hoc tempore verſabatur in Anglia, ubi etiam diem obiit extremum, Leonello Principi, ſecundo genito Eduardi Regis Angliæ, Clarentiæ Duci, ut in ſuo manerio de Bruſud Norvicen. diœceſis aliud Clariſſarum conſtrueret Monaſterium, ſcripſitque Miniſtro Provinciæ Angliæ, ut vel ex Cœnobio Deneis Elien. diœceſis, vel ex alio primas evocaret hujus novi domicilii magiſtras: *Iis quæ divini cultus & Tuæ nobilitatis*, III. Idus Aprilis. Indulſit Matildi de Lancaſtria, nobili ejuſdem regni Anglicani Heroinæ, olim nobilis viri Rodulphi Dutford uxori, quæ poſt viri obitum Ordinem Canonicarum ſancti Auguſtini ingreſſa, in Monaſterio de Campeſſe profeſſionem emiſit, ut tranſiret ad Ordinem ſanctæ Claræ, cui ante matrimonium ſe adſtringere volebat: *Religionis zelus*, III. Idus April.

Matildis de Lancaſtria.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Litteræ Pontific.

„ I. Fratri Jacobo Aſſiſinenſi Epiſcopo Fundano, ut ſibi in ſocium poſ-
„ ſet Ordinis eligere Fratrem, ſummus Pontifex XII. Kalendas Fe-
„ bruarii conceſſit: *Devotionis tuæ &c.* & pro reædificatione hoſpitalis &
„ Eccleſiæ Montis Sion ſcripſit: *Etſi Apoſtolicæ Sedis &c.* Kalend. Martii.
„ Epiſcopo vero Conimbricenſi in Luſitaniæ regno, pro quadam lite no-
„ ſtrorum Conventus Eſtremotii, duas ejuſdem tenoris: *Exhibita no-*
„ *bis &c.* ſub eadem data II. Nonas Aprilis expedivit: & recipiendi quem-
„ dam Conventum a Gamezio Albornozio oblatum licentiam fecit: *Inter*
„ *ceteras &c.* XVII. Kalendas Junii: & cuidam fratri Thomæ, cujus Pon-
„ tificales Inſulas non novi, Archiepiſcopale pallium miſit: *Cum pal-*
„ *lium &c.* VIII. Idus Junii. Ceterum nonnullos ad Magiſterium poſſe ad-
„ mitti indulſit, nempe fratrem Franciſcum a Miniſtro Generali II. Idus
„ Martii, fratrem Joannem de Argentina, II. Nonas Junii, & fratrem Ja-
„ cobum de Tolomæis, X. Kalendas Auguſti. Sed fratri Matthæo libros
„ ſententiarum publice legere conceſſit: *Libenter illos &c.* VII. Idus No-
„ vembris. Noſtris vero qui Peræ apud Conſtantinopolim morabantur,
„ barbam nutrire permiſit, ne a Græcorum moribus abhorrere viderentur:
„ *Pro parte &c.* II. Idus Julii.

ARGUMENTUM.

Frater Marcus Generalis Miniſter urget fœdus Italiæ Principum contra ſocietates Anglorum. Inquiſitores Minoritæ impigre agunt contra hæreticos. Creantur Epiſcopi. Singulare artificium tormenti bellici excogitat frater Bertholdus Niger. Celebrantur Comitia generalia. Extruuntur Cœnobia:

Principes Italiæ convocat ad fœdera frater Marcus General. Miniſter. *Ann. 1364 n. 7.*

I. Pacis & ſecuritati Italiæ conſulturus Urbanus Pontifex, confœderationem Principum Tuſciæ, civitatum, exercituum quos regebant Ægidius & Andruinus Cardinales Legati, & Joannæ Reginæ Siciliæ, urgere non deſtitit hoc anno contra colligationes iniquitatis, & impias ſocietates prædonum, quos ſupra deſcripſimus, ſcriptis ſequentibus litteris ad Petrum Epiſcopum Florentinum, & Marcum Viterbienſem Generalem Miniſtrum, miſſoque Bucio Epiſcopo civitatis Caſtelli ad Joannam Reginam, & Cardinales præfatos Legatos.

Ve-

Venerabili fratri Petro Epiſcopo Florentin. ac dilecto filio Marco de Viterbio Ordinis Fratrum Minorum Miniſtro Generali, Apoſtolicæ Sedis Nunciis.

II. *Quoniam funiculus multiplex de facili ruptionem non ſuſcipit, & virtus unita ad reſiſtendum contrariis potentior invenitur, admodum cenſetur expediens, quod ad diſſolvendum impietatis faſciculos multitudo plorum populorum glutino caritatis unita, ananimiter & potenter inſurgat, ut juſtitia & potentia ſimul junctæ, poſſint, cum Dei auxilio, de impiorum cuneis triumphare. Sane, quia ſicut omnibus eſt fere notorium, quarumdam malignarum Comitivarum hoſtilitates continue immaniter depopulantur Italiam; utile ac neceſſarium æſtimatur, quod ad earum inſolentias reprimendas, omnes civitates, terræ, ſeu caſtra Provinciæ Tuſciæ primo invicem, & deinde ipſæ cum Romana Eccleſia ac excellenti Principiſſa Joanna, Regina Sicilliæ Illuſtri, ac dilectis filiis Populo Romano, necnon aliis Communibus, & Viris Nobilibus, de quibus expedire videatur, uſque ad certum tempus tam contra ipſas Comitivas, quam contra alios, qui eoſdem, Eccleſiam, Reginam, Popolum & civitates, eorumque ſubditos vellent offendere, infimul colligentur. Nos itaque ad diſcretionem veſtram, dono prudentiæ, ac fidei claritate conſpicuam intuitum dirigentes, vos una cum Venerabili fratre noſtro Bucio Epiſcopo civitatis Caſtelli, Apoſtolicæ Sedis Nuncio, ad hoc per nos deputato, & etiam quemlibet veſtrum in ſolidum ad tractandum & faciendum inter dicta Communia Tuſciæ primo, & deinde inter ea & Venerabilem fratrem noſtrum Ægidiam Epiſcopum Sabinen. & dilectum filium noſtrum Andruinam tituli ſancti Marcelli Presbyterum Cardinalem dictæ Sedis Legatos pro dicta Eccleſia ſuper hujuſmodi colligatione faciendo, a nobis poteſtatem habentes, & dictos Reginam, Populum, & Nobiles confœderationem, unionem, ſeu ligam adverſus comitivas eaſdem & alios, qui præfatos Eccleſiam, Legatos, Reginam, Populum, Communia & Nobiles, ſeu eorum terras, & ſubditos vellent offendere, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, deputamus, vobis autem prædicta mandantes, quatenus ad dictos Legatos, Reginam, Populum, Communia & Nobiles, ſicut videritis expedire, vos conjunctim vel diviſim perſonaliter conferatis, vel mittatis alios idoneos loco veſtrum, eoſque ad colligationem hujuſmodi exhortemini, & inducatis ex parte noſtra, ſecundum prudentiam a Domino vobis datam. Et ne aliqui, prætextu alicujus confœderationis factæ, ſeu pacti habiti cum perverſis Comitivis eiſdem, ſe a colligatione hujuſmodi, toti reipublicæ utili, valeant excuſare, vobis & cuilibet veſtrum quaſvis colligationes, pactiones, promiſſiones & obligationes factas, ſeu initas per quaſcumque perſonas, Communia, & Univerſitates cum hujuſmodi ſocietatibus, aut eorum Capitaneis & ſingularibus perſonis de non faciendo contra ipſas, aut de dando eis gentes, arma, victualia, pecunias, ac paſſus, & ſalvum conductum, ac de receptando & defendendo eoſdem, ſeu eis dando quomodolibet auxilium, conſilium, vel favorem, & de non offendendo ipſos, ſeu quomodolibet faciendo contra eos, ac etiam ſi hujuſmodi colligationes per perſonas dictarum Comitivarum de ſtando invicem & mutuo ſe juvando & defendendo, & de non ſeparando ſeſe ſine aliorum voluntate, forſitan factæ forent, etiamſi juramentis vel pœnarum adjectionibus, vel quibuſvis firmitatibus aliis eſſent vallatæ diſſolvendi, irritandi, vacuandi, & annullandi, ac nullas, irritas, & vacuas nunciandi, utpote contra bonum publicum, in offenſam Dei præſumptas;* Ex lib. ann. 3. fol. 265.

ac pa-

ac pœnas & juramenta hujuſmodi, cum juramentum vinculum iniquitatis eſſe non debeat, relaxandi, plenam concedimus, tenore præſentium, facultatem. Datum Avenione v. *Kalendas Junii, anno* III.

Inquiſitores Miſſorium agunt cõtra hæreticos. *Ann.* 1364. *n.* 13.

III. Audiens Porro Pontifex in Epiſcopatu Vivarienſi nonnullas perſonas hæretica labe fuiſſe infectas, curam demandavit fratri Hugoni Cardiſionis in eos inquirendi, ſcriptis litteris ad Eccleſiarum Prælatos, & locorum Dominos, ut Inquiſitori aſſiſterent; atque ut in Romana Curia procederet contra alios de labe hæretica plurimum ſuſpectos, frater Stephanus de *Ann.* 1364. *n.* 18. Regulâ, cujus alias meminimus, his præcepit inſtrumentis.

Venerabili fratri Epiſcopo Vivarien. ac dilectis filiis univerſis Abbatibus, Prioribus, & Parochialium Eccleſiarum Rectoribus, aliiſque perſonis Eccleſiaſticis, nec non Dominis Terrarum, aliiſque Nobilibus & Univerſitatibus civitatis & Caſtrorum, ac locorum diœceſis Vivarien. ad quos præſentes pervenerint.

Ex ſecr. fol. 57. IV. *Ad audientiam noſtram fide digna relatione pervenit, quod in civitate & diœceſi Vivarien. ſunt nonnullæ perſonæ utriuſque ſexus infectæ fermento hæreticæ pravitatis, contra quas per dilectum filium Hugonem Cardilionis Ordinis Fratrum Minorum in illis partibus Inquiſitorem hæreticæ pravitatis, mandavimus inquiri & procedi, prout juſtitia ſuadebit. Quia igitur idem Inquiſitor ſuper his veſtris conſiliis & favoribus indigebit, Univerſitatem veſtram requirimus & hortamur attente, per Apoſtolica ſcripta vobis nihilominus præcipiendo mandantes, quatenus eidem Inquiſitori & ejus locum tenenti, cum ab eis ſeu eorum altero fueritis requiſiti, ob reverentiam Dei, & ſacræ fidei, ac Apoſtolicæ Sedis & noſtram, tribuatis liberaliter conſilium, auxilium, & favorem, ut eis mediantibus, fidei præfatæ negotium votivis ſucceſſibus proſperetur, & vos præter divinum præmium, noſtram, & dictæ Sedis gratiam mercamini uberius obtinere. Datum Avenione* IV. *Non. Martii anno* III.

Dilecto filio Stephano de Regula, Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, ſacræ Theologiæ Magiſtro.

Ex ſecret. f. 175. V. *Cum, ſicut accepimus, Petrus Garilhi de Publicis, & Alcelmetus de Revoelheito, & Jacobus de Oſiriaco, ac Hudinus Baſdeſtuma, & Benedictus de Armantia Laici Taurinen. & Gebennen. ac Saonen. & Genuen. diœceſis in Romana Curia ſint reperti de hæreticæ pravitatis labe plurimum diffamati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus & committimus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, etiam apud Apoſtolicam Sedem, contra prædictos Petrum, Alcelmetum, Jacobum, Hudinum, & Benedictum ſuper crimine hæreſis prædicto inquiras & procedas, & juſtitiam faciat ſummarie, ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, ac omnia & ſingula exequaris, facias, & exerceas, quæ in præmiſſis & circa præmiſſa neceſſaria fuerint, aut etiam opportuna; invocato ad hoc, ſi optes fuerit, auxilio brachii ſecularis, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtante ſi alias per te, alium, vel alios inquiſitum & proceſſum fuerit contra prædictos, & ſingulos de crimine prædicto, quavis auctoritate, etiam uſque ad diffinitivam ſententiam, & traditionem brachii ſecularis, quos proceſſus, ſententiam, & inde ſecuta pro ex-*

expreſſit habemus, & haberi volumus, ſeu ſi aliquibus communiter vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Avenione IV. *Nonas Novembris, anno* IV.

VI. Fuiſſe hoc tempore Epiſcopum Ebronenſem in Syria fratrem Ludovicum Minoritam conſtat ex diplomate, quo ei Pontifex indulget facultatem condendi teſtamentum: *Quia præſentis vitæ*, IV. Kal. Novembris. Fuit hoc anno Epiſcopus Montiſnaranen. in Regno Neapolitano, ſub Archiep. Beneventano, frater Jacobus Cotelle, per obitum Nicolai, promotus ſub finem anni præcedentis V. Kal. Decembris. Niſerienſis, ſorte Nitienſis, frater Thomas de Nigro-ponte, per translationem Guillelmi, ad Archiepiſcopatum Colocen. VI. Non. Martii. Sulcitanus in Sardinia, ſub Archiepiſcopo Calaritano, frater Leonardus electus a Capitulo, per obitum Franciſci, ſed irrita electione, confirmatus ab Urbano V. Kal. Novembris. Cotronen. in Calabria, ſub Archiep. Rhegino, ſimiliter electus a Capitulo frater Joannes per obitum Bernardi, mox reelectus a Pontifice, Nonis Septembris. Archiepiſcopus demum Athenien. frater Franciſcus Miniſter Provinciæ Romaniæ electus a Capitulo, & a Pontifice reelectus XII. Kal. Septembris. Promotus eſt ad magiſterium in facultate Theologica in ipſa curia per fratrem Franciſcum de Cardalhiaco, præcipiente Pontifice, frater Joannes de Tunzenhem Argentinenſis, poſtquam ſtuduit Pariſiis, & legit omnes libros Sententiarum in ſtudio generali Argentinenſi, & frater Jacobus de Tholomeis Inquiſitor hæreticæ pravitatis in Tuſcia, per fratrem Gabrielem de Vulterris ex commiſſione Pontificia.

Fr. Ludovicus Epiſc. Ebronen.

Fr. Jacobus Montiſmaran.

Fr. Thomas Niſerien.

Fr. Leonardus Sulcitanus.

Fr. Joan. Cotronen.

Fr. Franc. Arch. Athenien.

VII. Hac tempeſtate floruit frater Bertholdus Niger Theutonius, bombardæ, ſive tormenti bellici inventor. Is cum ſtudio Philoſophiæ diu operam dediſſet, ac didiciſſet, duo corpora in eodem loco eſſe non poſſe, neque vacuum in rerum natura admitti; præterea quod ignis levius elementum majus ſibi ſpatium vendicaret quam terra, & quod omnia ex elementis mixta corpora in ignem redigantur; hæc omnia ab Ariſtotele, & aliis naturæ ſcrutatoribus propoſita, ipſe experimento facto, clarius perſpicere voluit. Itaque æreæ ollæ undique circumſeptæ & obſtructæ, ſulphur & nitri pulverem impoſuit, & ignem adjecit. Quo facto, cum materia ignem accepiſſet, naturali ratione olla frangitur, atque ignis & fumus ingenti ſonitu, inſtar tonitrui in aerem ſpargitur tamquam in locum apertum & patentem, indicium futuri bellici inſtrumenti exhibens. Eo viſo Bertholdus delectatus, pulverem bombardicum pari ratione conficere cœpit. Sciebat autem contraria contrariis expelli, & frigidum atque calidum in extremis ſumme eſſe contraria. Itaque ex nitro ſive ſalpetra, & ſulphure bene contritis pulverem confecit & carbones, nigredinis ergo, adjecit. Hoc pulvere arborum truncos disjecit, atque lapides, & globos miræ magnitudinis ex concavis & obſtructis machinis inſtar fulminis ejecit. Hac ratione inventis inventa addens, primo machinas ligneas, deinde autem ferreas, atque æreas confecit, eaſque ex terribili, & hactenus inaudito ſonitu Bombardas vocavit, e quibus globos lapideos, ferreos, & plumbeos ejaculatus, oſtendit pernitioſo ingenio, quomodo homines, muri, arces, urbes, & fortiſſima monumenta tamquam fulmine proſternerentur. Supervenere poſtea alii atque alii in dies artifices, qui id inventum ſua induſtria auxerunt, magno fortitudinis & virtutis humanæ detrimento. Sub anno MCCCLXXX. his pugnandi machinis pri-

Aventin. l. 7. hiſt. Boiariæ. Vergil. lib. 2. de invent. rer. c. 10.

Fr. Bertholdus inventor tormenti bellici.

primum uſos fuiſſe Venetos in bello, quod ad foſſam Clodiam cum Genuenſibus geſſerunt, ſcribit Polidorus Vergilius. At alios prius uſos pulvere Pyrio, hiſque tormentis bellicis probat ex diverſis auctoribus Pontanus in hiſtoria Daniæ.

Pontan. l. 8. anno 1380.

Capitulum generale LVI. Florentiæ. Marian. citat. Rodul. fol. 248.

VIII. Indixit hoc anno Comitia generalia in Civitate Florentina Matheus Ordinis Primicerius, in quibus, jubente Pontifice Urbano, inſtituti ſunt Baccalaurei in ſtudio Toloſano, qui Sententiarum Magiſtrum interpretarentur, & ſtatutis temporibus promoverentur ad gradum Magiſterii, juxta morem Pariſienſium, idque ex privilegio Toloſanæ Univerſitati conceſſo per Gregorium IX. & Innocentios IV. & VII. Errat circa hæc Comitia Rodulphus, dum Aſſiſii habita enarrat, in iiſque electum Generalem Miniſtrum Thomam Farignanum affirmat. Id enim factum eſt anno MCCCLXVII. Aſſiſii, hoc vero anno Florentiæ coactus eſt generalis Conventus ſub Marco Viterbienſi, uti vel ex ipſis litteris Pontificiis, ad Capitulum miſſis, plane apparet.

Dilectis filiis Generali ac Provincialibus Miniſtris, & Fratribus univerſis Ordinis Minorum, convenientibus in Capitulo Generali in Conventu Florentino, ejuſdem Ordinis de proximo celebrando.

Ibid. fol. 95.

IX. *ORdinis veſtri ſacra Religio, quæ per univerſum orbem palmites fructuoſos ac fecundas emiſit, noſtram & Apoſtolicæ Sedis gratiam, & benevolentiam tanto ſpecialius promeretur, quanto in vinea Domini, videlicet militante Eccleſia, cui, licet immeriti, auctore Domino, præſidemus, fructus dulciores producit, ſuavitatis odorem in conſpectu Altiſſimi redolentes. Ejuſdem itaque Ordinis incrementa deſiderabilius affectantes, paterna reddimur caritate ſolliciti, ut vos ac ceteri Ordinis ejuſdem in vera humilitate, ſincera caritate, & plena obedientia perſiſtatis, ut Dei filius, qui humilis ſervi formam aſſumpſit & pro nobis factus eſt obediens uſque ad mortem, in vobis ſemper maneat, veſque manentes in eo, divinæ majeſtati plenos bonorum operum manipulos afferatis. Quare univerſitatem veſtram monemus & hortamur in Domino, quatenus in veſtri generalis congregatione Capituli, quod debetis de proximo celebrare, in humilitate ſpiritus, & puritate fidei, veſtrarumque mentium oculos dirigentes ad Deum, apud ipſum devotis precibus inſiſtatis, ut vos in ſuo beneplacito dirigat, ac vobis, & Ordini veſtro cuncta profutura concedat. Vos quoque noxia cuncta, quæ offuſcare poſſent ipſius Ordinis claritatem, ſic ſubmovere ſtudioſis operibus, ſic omnis inter vos diſcordiæ zizaniam exſtirpare radicitus ſtudeatis, quod exiſtentes ſemper unanimitate concordes, mercaminis præmium retributionis æternæ, dictique Ordinis famæ celebritas coram hominibus clarius eluceſcat. Ceterum, quia hujuſmodi mundi mare, peccatis exigentibus, intumeſcentibus procellis undique agitatur, & Petri navicula, cujus gubernaculis indigni, & inſufficientes viribus præſidemus, ſæpe vehementi tempeſtate concutitur, exhortationibus noſtris adjicimus, ut apud Deum, qui imperat ventis & mari, & cui omnes obediunt creaturæ, orationes devotiſſimas effundatis, ut Eccleſiæ ſuæ veram pacem concedat, & ſecuram tribuat libertatem, ſicque mentem, & manus noſtras debiles roboret & confirmet, ut commiſſum nobis gregem ſalubriter gubernare poſſimus. Et tandem hujuſmodi miſeræ vitæ curſu finito, ad cæleſtis patriæ gloriam perducamur. Ut autem vos donis ſpiritualibus proſequamur, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vobis in Capitu-*

lo

Anno Christi	Urbani V.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 158.
1365.	anno 3. & 4.	anno 18.	

lo ipſo præſentibus, & iis etiam ex Fratribus dicti Ordinis, qui venientes ad illud legitimo impedimento detenti, in eo intereſſe nequiverint, qui eſtis & ſunt in ſtatu gratiæ, vel poſt dictum Capitulum eritis & erunt infra octo dies, ſeptem annos & ſeptem quadragenas de injunctis vobis & eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Datum Avenione v. *Idus Maii, anno* iii.

X. Ex commiſſione quadam facta hoc anno in cauſa matrimoniali Guardiano Interamnenſi ſe obtulit nobis occaſio Conventus originem inveſtigandi. Apud Rodulphum invenio emptam domum cum ambitu & fovea in loco dicto Rigo Amnigonum anno MCCLXV. eoque in loco ſanctum Franciſcum multa feciſſe prodigia. Floruerunt ibidem frater Petrus de Podio ex nobili familia Cæſia, beatus Simon, ſive Simoncellus ex nobili pariter proſapia Camporealis Interamnenſis, & poſtremo hoc ſeculo Nuncius Angelus Faſellus, qui obiit anno MCCCXXXVI. ſepultus prope ſuggeſtum, affixis his verbis: *Nuncius Angelus Faſellus Interamnas ſacrarum litterarum Profeſſor, qui omnem ſuæ vitæ curſum ita perfecit, ut præterquam quod ſummis dignitatibus hujus ordinis functus eſt, plus ne doctrinæ, eruditioniſque, an bonitatis & religionis in eo extiterit, hominibus judicandum reliquerit.* Hunc ſequutus eſt alter hujus nominis magiſter, qui prioris doctrinam & vitæ probitatem æmulatus eſt. Conceſſa hoc anno Miniſtro Burgundiæ facultas ut Conventum admittat extruendum a Joanne Vicecomite Maurianen. in loco dicto Cameræ, Maurianen. diœceſis ſuæ ditionis, accedente Amadei Epiſcopi conſenſu: *Sacræ veſtræ Religionis*, XVI. Kalend. Martii. Hujus loci meminerunt Piſanus & Rodulphus, ſub Cuſtodia Lauſanenſi.

Conv. Interamnen.
Rodul. fol. 254. in Cuſtod. Narbon.
B. Petrus de Podio.
B. Simoncellus.
Fr. Nuncius Angelus Faſellus.

Conv. Cameræ.

XI. Ad Limoſii villam in finibus Provinciæ, lanificio divitem, quam in duas dividit partes Alexium flumen, domicilium obtinuerunt extra muros ante multos annos Minoritæ. Sed illo ob quaſdam cauſas derelicto, ſub hoc tempore cœperunt aliud conſtruere intra mœnia, cujus fabricam ut fideles promoveant, peculiari hortatur diplomate Pontifex: *Eccleſiarum fabricis*, II. Idus Martii. Ex ſepulcri lapide conjiciunt aliqui hujus loci fundatores fuiſſe Dominos de Beſim, quorum tumulus conſpicitur prope altare Templi præcipuum, fundum conceſſit Antonius de Barilis, juxta antiquum ſacellum Spiritus ſancti. Hæreticorum rabiem ſenſerunt Limoſiani anno MDLXII. Kalend. Martii, poſtquam vario Marte dimicatum eſt, ductoribus hæreticis Domino de Novellis, ac Domino de ſancto Colgato, viriliter reſiſtentibus Catholicis, ſed tamdem devictis, paulopoſt affuerunt auxiliares copiæ a Carcaſſona, & Toloſa miſſæ, ductoribus Poniaſio Carcaſſonenſi, & Petro Lupiano Catalano, qui villa impetita per dies viginti novem validiſſimis machinis, victores evaſerunt, & hæreticos trucidarunt. Conventum dirutum & ſupellectile ſpoliatum reſtaurarunt Fratres eleemoſynis oppidanorum, quos ſibi ſentiunt maxime propitios.

Conv. Limoſii.

Gonz. in Prov. S. Ludov. Conv. 17.

XII. Ex quodam inſtrumento initi contractus hoc anno die XXVI. Maii inter Fratres & Canonicos civitatis Borgiæ diœceſis Tiraſonen. conſtat jam illic exſtructum Minorum Cœnobium. Situm eſt in loco amœno, aquarum irriguis fertili & ſalubri, ad P. L. extra civitatem. Habet mediocrem Bibliothecam, & locupletem ſuppellectilem. Ad annum MDXCVI. orta lite circa jus ſepulturæ inter Canonicos & Fratres, duabus ſententiis a Judice conſervatore, & alio per Nuncium Apoſtolicum Camillum Caetanum deputato, ac tertia per Ildefonſum Gregorium Archiepiſcopum Cæſarauguſtanum latis, decretum eſt, ut corpus Joannis Pellini a Canonicis per vim in Eccleſia parochiali ſancti Michaelis ſepultum, Fratribus reſtitueretur.

Gonz. in Prov. Arag. Conv. 6.
Conv. Borgiæ.
Monumen. MSS. ejuſdem Provin.

Monaſt. Brugeſcen.

XIII. Scripſit Pontifex hoc anno Archiepiſcopo Eboracen. ut ſuo nomine facultatem concederet nobili viro Willelmo de Lapole militi fundandi in territorio ſuo de Brugeſion. ſuper Hull. diœceſis prædictæ Eboracen. Monaſterium Clariſſarum: *Pils votis fidelium*, XVI. Kalend. Februarii. Similiter

Monaſt. Mauriancn.

ſcripſit Epiſcopo Maurianen. ut Joanni Vicecomiti Maurianen. de quo paulo antea, permitteret aliud ejuſdem Inſtituti fabricare: *Nuper pro parte*, Kalend. Januarii. In oppido de Jugoſillarum in Hiſpania, vulgo *Oterodeſillas*

Monaſt. Tordeſillarum.

ut in plurimis comperio monumentis Pontificiis, nunc corrupte *Tordeſillas*, ad fluenta Duriæ fluvii celeberrimi, diœceſis tunc Palentinæ, nunc Valliſoletanæ ab urbe Pinciarum per XV. M. P. diſſito, ante hunc annum Petrum, cognomento Crudelem, Caſtellæ & Legionis Regem, Monaſterium Clariſſarum extruxiſſe, habito prius Gutterrii Epiſcopi Palentini conſenſu, & ſufficienter dotaſſe pro alendis Monialibus quinquaginta, enarrant monumenta Pontificia: *Sinceræ devotionis affectus, & juſtis petentium deſideriis*,

Gonza. in Prov. Concept. Monaſt. 1.

III. Kalend. Martii. Quo fit ut minus verum ſit ſub anno ſequenti exſtructum fuiſſe domicilium, ut ſcribit Gonzaga, converſo proprio Regis palatio in Monaſterium, niſi fortaſſis de ultimo operis complemento intelligendus ſit. Ad pium hoc opus aggrediendum inductum precibus Beatricis filiæ idem ſcribit auctor, & monumenta MSS provinciæ Conceptionis ad me miſſa, hanc & filiam alteram Catarinam Monaſterium, collatis integris oppidis, prædiis, nemoribus, & ſilvis, amplis redditibus annuis locupletaſſe, & numerum auxiſſe Sororum. Adjuncti ſunt in vicino habitaculo Fratres tredecim, qui Monialibus inſerviant, ſacramenta miniſtrent, & regularia edoceant Inſtituta. Religioſiſſime ſub arcta vivunt diſciplina Sorores, quo fit,

Plurimæ hic floruerunt piæ Sorores.

ut plurimæ ad eas accedant nobiles, & multæ pietate, & ſanctitatis opinione ibidem floruerint. Recens eſt memoria Mariæ a Queto, quæ dum aſſidue meditaretur Chriſti Domini paſſionem, & copioſiſſimis lacrymis hominum defleret ingratitudinem, quod tanta ſibi oblata gratia abutereutur, vocem cœlitus delapſam audivit: *Menſa quidem parata eſt, & pecunia in promptu, qui colligere voluerit, colligat*. Illuſtris fœmina ſoror Gaudegia hinc tranſlata eſt ad regimen Monaſterii Burgenſis, quæ tanta emicuit virtute, ut plurima ſigna ediderit, & periclitantibus in mari tum in vita, tum poſt mortem apparuerit. Ginebra a Fonſeca clariſſimis orta natalibus, tanto fervore orabat, ut ſæpiſſime extra ſe raperetur. Catarina Soliſia, perpetuis vigiliis, jejuniis, & carnis maceratione plurimum commendatur. Anno MDXC. feliciter obierunt Catarina de Guevara, cujus animam clariſſima in cœlum ſubvehi nubecula vidit Agnes Lopeſia extaſim paſſa, & Leonora Ulloa, in cujus deceſſu multæ Sorores concentum audierunt Angelorum: prædicta vero Agnes, poſt aliquot annos defuncta, meruit ſæpe Chriſtum infantulum ſibi alloquentem excipere. Anno MDCXVI. ætatis ſuæ trigeſimo, in Domino obdormivit Joanna de Ordaz omni virtutum genere præclara, cui, dum in continuo timore & tremore ſuam operaretur ſalutem, indicavit Dominus, ſe illi ſemper adſuturum, nec permiſſurum ut aliquando a ſe divelleretur per mortalis peccati reatum.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Wadd. ad ann. 1364.

» I. PEſſima colluvies latronum illa, quæ ex Anglico proxime præterito bello in Francos, ad quadraginta millia hominum, ſocietas magna & Anglicana dicta, excreverat, ſpoliis, rapinis, ac turpitudinibus intenta, plurima inſolentia nedum Hiſpaniam & Germaniam, ſed etiam

Ita-

» Italiam, occaſionem præbentibus diſcordiis Principum, flammis, ferroque
» devaſtans, ſummi Pontificis præcordia lancinabat: inde ſiquidem non
» modo fortunæ & corporum, ſed etiam animarum plurima perditio exo-
» riebatur: quamobrem paci, & confœderationi Procerum, Dynaſtarum,
» Principum, Ducum, & Civitatum Italiæ aſſidue ſtudens Ægydium & An-
» druinum Cardinales & Sedis Apoſtolicæ Legatos, nec non Marcum Viter-
» bienſem noſtri Ordinis primicerium, ut id negotii maximi momenti pro-
» ſequerentur, & auxiliante Deo, conſummarent, hoc anno præcipue pluri-
» bus expeditis litteris Apoſtolicis urgere non deſiſtebat: quin etiam in
» eumdem finem Joannam Reginam Siciliæ, Conſilium & Commune Ja-
» nuenſium, Joannem de Comitibus Ducem Piſanum, Regimen Senen-
» ſium, Aretinorum, cum Prioribus Florentinorum, Comitem de Corba-
» rio, Nicolaum Marchionem Eſtenſem, Galeotum, & Pandulphum de
» Malateſtis, Populum etiam Romanum, paſtorali & paterna ſollicitudine
» anxius, quibuſcumque expeditis brevibus, a Petro de Alva & Aſtorga
» indicatis, movebat. Præterea Archiepiſcopo Piſano pro Abbatiſſa ſan-
» ctæ Mariæ de Faleſo: *Habet venerabilis &c.* II. Nonas Martii; Miniſtro
» Generali pro magiſterio fratris Urbani de Peruſio: *Viri ſacræ &c.*
» V. Idus Maii, & Epiſcopo Torcellano pro magiſterio fratris Petrocini de
» Mantua: *Viri ſacræ &c.* XVI. Kalend. Julii ſcripſit. *Indic. ex Vatic.*

» II. Monachii in Bavaria duo Patritii Monacenſes uterini fratres
» Henricus & Joannes cognomento Pitrich pro Sororibus tertiæ Regulæ
» ſancti Patris Franciſci propriis ſumptibus ædem hoc anno fundarunt, ut
» Chronica reformatæ Provinciæ Bavariæ docet. Hujus meminit Haroldus
» in ſua epitome ad annum MCCCCLXXXIV. num. 38. tempore fundationis
» & fundatorum nominibus ſuppreſsis, expreſso tantum eorumdem co-
» gnomine. Ludovicus interea de Sabaudia, filius Amadei VI. Viridis
» nuncupati, & Bonnæ Borboniæ ejus conjugis, fato cedens, ex devotione,
» quam in ſanctum Patriarcham pauperum habebat, in Eccleſia Minorum
» Burgis in Breſsa ſepulturam elegit. *Chronic. MSS. Prov. Bavar. ac Monaſt.*

Ludovicus de Sabaudia ſepelitur apud Minor. Burgis.

ARGUMENTUM.

Marcus Generalis Miniſter aſſidue Principes convocat adverſus prædonum ſocietates, Genuenſes inteſtino bello diſſidentes componit, & tamdem in tot laborum præmium purpura donatur. Nicolaus Cardinalis Reſſanus ſit Ordinis Protector. Frater Petrus Aragonius Urbanum monet, ut Romam proficiſcatur. Carolus Auguſtus vocatis Minoribus, aliiſque Ordinibus, Pragæ Academiam inſtituit. Ludovicus Hungariæ Rex fidem in Bulgaria Minorum opera diſſeminat. Creantur Epiſcopi. Propagatur Religio.

I. NIHIL magis Urbanum hoc tempore premebat, quam Aglorum prædonum Societates, quæ etiam hoc anno Italiam infeſtabant, & terras Romanæ Eccleſiæ depopulabantur, diſsolvere, vel infirmare. Commiſſa itaque poteſtate Florentino, ac civitatis Caſtelli Epiſcopis, & Marco Ordinis Minorum Generali Miniſtro, ut Reginam Siciliæ Joannam, vires Pontificii ſtatus, Reſpublicas, & civitates Italiæ confœderarent, atque ad armorum ſocietatem convocarent. Dum Florentini reliquis aſsociari detrectant vel cunctantur, & Andruinus Cardinalis, Sedis Apoſtolicæ Legatus eam peditum & equitum partem, quæ eum ex diſtributione Nunciorum, a Convocantur Principes Italiæ contra Societates Aglorum.

Pontifice inſtitutorum, contingebat, exhibere recuſat, mirum in modum creſcebet potentia, & inſolentia Societatum. Oportuit ergo ut Nuncios ad firmandum, Florentinos ad ineundum, Cardinalem ad corroborandum fœdus urgeret, & ſolemnem contra comitivas ipſas, earumque auxiliatores proceſſum efformaret & ederet, datis his, aliiſque multis, quæ prolixitatis evitandæ gratia omittimus, inſtrumentis.

Venerabilibus fratribus Petro Florentino, & Buccio Civitatis Caſtelli Epiſcopis, ac dilecto filio Marco de Viterbio, Ordinis Fratrum Minorum Miniſtro Generali, Sedis Apoſtolicæ Nunciis.

Ex ſecr. ann. 4. fol. 73.

II. *Dolemus ab intimis plus quam poſſumus exprimere per ſcripturam, quod de veſtris laboribus optatam conſolationem adhuc ſentire nequimus, propter quod tam dilectis filiis Florentinis, in quibus dicitur eſſe defectus, in forma ſpeciali, & aliis Communitatibus Tuſciæ in communi, noſtras litteras, quas ut eis mittatis, dirigimus, quarumque copias ad veſtram informationem incluſas præſentibus, ac litteras ipſas, & proceſſum, quem contra Comitivas impias fecimus, vobis per harum bajulum deſtinamus. Scripſimuſque cariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Romanorum Imperatori ſemper Auguſto, quod velit contra Comitivas eaſdem proceſſum ſuum facere, prout ad imperialem pertinet poteſtatem, ſibi noſtri proceſſus copiam deſtinantes, rogavimuſque ipſum, quod ſcribat præfatis Communitatibus ſuper colligatione hujuſmodi, tanquam eis, & toti Reipublicæ ſaluberrima penitus facienda. Ceterum licet credamus, quod dicti Florentini, abjectis quorumdam ſeductivis conſiliis, ducti prudentia ſolita, noſtro beneplacito eis, & Italiæ toti perutili, acquieſcent, tamen ſi, quod abſit, ipſi in ſua ſolita voluntate perſiſtent, credimus expedire, ac volumus, quod cum aliis omnibus ad hoc vocatis colligatio ipſa fiat, & de ipſorum voluntate ante vel poſt, ſicut circumſpectioni veſtræ, ac eis videbitur colligati, ab olim cum ſancta Romana Eccleſia ad colligationem hujuſmodi requirantur. Si alia utilia ſuper iis per nos facienda diſcretio veſtra putaverit, celeriter reſcribatis, & Ambaxiatores exiſtentes vobiſcum curetis, quantum poteritis, uſque ad perfectionem tam neceſſarii & utilis negotii retinere, ipſos & Dominos eorum ſuper hoc ex parte noſtra affectuoſius deprecantes: prædictum autem proceſſum vobis dirigimus, ut illum dictis Ambaxiatoribus oſtendatis, ſed alias ſolemniter non publicetis eumdem, quin imo ipſum mittatis venerabili fratri noſtro Ægidio Epiſcopo Sabinenſi Apoſtolicæ Sedis Legato, ut eum quando, & ubi ſibi videbitur, faciat publicari. Datum Avenione Idibus Aprilis anno* IV.

Dilectis filiis Prioribus Artium, ac Vexillifero Juſtitiæ, ac Communi Civitatis Florentinæ.

Ibid. fol. 72.

III. *Immenſi doloris aculeus nuper noſtra viſcera ſauciavit, multorum fide dignorum inſinuatione percepto, quod colligatio nonnullorum populorum Italiæ ad ipſorum defenſionem adverſus iniquitatis alumnos, viros ſanguinum, depopulatores humani generis, appellatos Sociales, plus Ethnicis deteſtandos, per nuncios Apoſtolicæ Sedis tractata diutius, vobis ex certis cauſis, quas reputamus invalidas, non conſentientibus, & per hoc indirecte impedientibus, in longo jam tempore deduci non potuit ad effectum, & quod du-*

ducatur in poſterum quodammodo deſperatur. Ex quo illam ſpiritualium, & temporalium malorum congeriem, quæ nec calamus ſcribere, nec lingua narrare valeret, prout vos, & omnes pene Italici populi, quod dolenter referimus, jam probaſtis, ventura probabiliter formidoniut, & tali tempore vos, & alii quæretis ad hoc remedium, quod forſan non poterit inveniri. Licet igitur vos omnes in hoc non exiſtimemus eſſe principaliter culpabiles, & pauci veſtrum fore dicantur, qui hoc ſanctum negotium ab ipſius principio, & deinde continue, prout ſæpe a fide dignis audivimus, neſcimus qua malignitate, niſi ſuerint impedire, tamen culpa non omnino caretis, qui a paucis quorum poteſtis pravos affectus cognoſcere, in omiſſione tam manifeſti & publici boni permittitis vos ſeduci. Ea propter devotionem & prudentiam veſtram paternis affectibus exhortamur, & obſecramus in Domino, quatenus provide attendentes ineffabilia bona ex colligatione hujuſmodi, & mala ex contrario certiſſime ſecutura, quorum tamdem vos non eredatis futuros expertes, ſicut forſan aliquorum aſtutia aſtruere nititur, & veſtris bonis ſenſibus ſuadere, vos multi viri prudentes bonum veſtrum, & aliat publicum diligentes, non permittatis veſtram diſcretionem paucorum dicentium lucem tenebras, & tenebras lucem, doloſitate ſeduci, ſed eis ne prævaleant veſtris evidentibus rationibus, & animis audacibus reſiſtatis, non ſinentes per omiſſionem tanti boni, præter offenſam graviſſimam Dei & hominum, & infamiæ maculam perpetuo non delendam, vicinos veſtros, alioſque Italicos, & vos denique, vel forte cum eis in illud immergi periculum, cui non poſſet remedium adhiberi. Ceterum illos, qui ad promovendum dictæ colligationis negotium dederunt, & dabunt operam efficacem, præter divinam retributionem, quam indubie conſequentur, habere proponimus, tamquam ſpirituales filios Apoſtolicæ Sedis favoribus commendatos, & facientes contrarium, quorum nomina ſcire intendimus, ſi in pertinacia ſua perſtiterint, tam ipſi, quam ſui deſcendentes, in deteſtationem tanti delicti carebunt gratiis & favoribus dictæ Sedis. Datum Avenione IV. *Idus Aprilis anno* IV.

Dilecto filio Andruino tituli ſancti Marcelli Presbytero Cardinali, Apoſtolicæ Sedis Legato.

IV. *Colligationem providam & ſalubrem contra Comitivas futuras factam Florentiæ tam pro tutiſſima Cuſtodia, & quiete omnium terrarum Romanæ Eccleſiæ, quam pro generali bono Italiæ, nuper audivimus jucundanter, & cum facta fuerit contra præſentes lætantius audiemus. Volumus igitur, & tibi diſtricte præcipiendo mandamus, quod 425. equites, & totidem pedites, qui tibi pro terris Eccleſiæ prædictæ, quas regis, fuerunt per nuncios Apoſtolicæ Sedis, & Ambaxiatores Colligatorum a principio diſtributi, licet renitentiam feceris de eiſdem, abſque contradictione qualibet ſecundum dictæ colligationis formam, quam vidimus ſolemniter, offeras, ac exhibere permittas, ac deſtines & exhibeas ſecundum formam eamdem, & alia in dicta colligatione ordinata, prout te contingunt, præſertim in iſto principio, abſque refragatione qualibet facias adimpleri. Noſque utrum tu, ſeu terræ ipſæ, quas regis, gravati ſitis indebite, quam cito nos de gravamine informaveris, decernemus, & tam pro præterito tunc tempore, quam pro futuro te, ac terras eaſdem faciemus debite relevari. Sed decet & expedit, quod noſtro pareatur penitus in hac parte præcepto, ac periculis & confuſioni, quæ nobis hoc ſaluberrimum promoventibus negotium, ac tibi & terris eiſdem ex impedimento, quod ob tuum defectum, quod abſit, accideren, per tuam* *Ibid fol. 161.*

tuam diligentiam obvietur; alioquin tuam in tam periculoſo defectu non valentes, ſicut nec debentes, inobedientiam, vel negligentiam tolerare in hac parte, providimus ſecundum tenorem præſentibus intereluſum, nihilominus efficacius proviſuri, prout viderimus expedire. Ceterum circumſpectionem tuam nolumus ignorare, quod facta colligatione contra comitivas præſentes, ad eam pro majori cautela, & onere leviori requiri, & recipi volumus, & jam mandavimus nobiles de Lombardia, ſi venire volaerint ad eamdem, ſed hoc prius tractari non videtur expediens, ut conſueta impedimenta multis modis evitentur. Datum Avenione VI. *Idus Octobris anno* IV.

Proceſſus contra Comitivas, de quo ſupra fit mentio.
Ad perpetuam rei memoriam.

Ibid. fol. 275. V. AD *Romanæ Curiæ ſtatum ſecurum, & liberum conſervandum, tanto diligentias decet attendi, quanto magis in ea Catholicæ fidei, & Eccleſiarum omnium ſollicitudo geritur, & cunctorum Chriſti fidelium ſalus & tranquillitas procuratur, quantoque majora ex ipſius turbatione poſſunt diſcrimina veriſimiliter evenire. Quis enim locus regiminis poterit eſſe tutus? Quis enim ſecuritate gaudebit, ſi Chriſti Vicarius in ſua Sede turbetur, & Fratres ſui ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ac Officiales, & alii Curiam ſequentes eamdem, afficiantur incommodis, & periculis exponantur? Quomodo etiam Chriſti fidelibus ad præfatam Curiam pro animarum ſuarum ſalute, Eccleſiarum ſtata, aſſecutione juſtitiæ, & aliis immineris & diverſis agendis recurrentibus liber & tutus patebit acceſſus, ſi in circumvicinis eidem Curiæ partibus ſæva malignorum rabies per incurſus prædonicos inmaniter debaechetur? Sane licet omnes, & ſinguli, qui venientes ad dictam Curiam, vel recedentes ab ea capiunt, ſpoliant, impediunt, vel moleſtant, ſint per noſtros, & nonnullorum Summorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum proceſſus excommunicationis, & anathematis vinculo innodati, tamen peccatis exigentibus, nonnullæ eaterve malorum hominum, quæ de diverſis mundi partibus congregatæ, ſe Societates appellant, impietatis laxatis habenis mundum affligunt, aliena bona diripiunt, & conſumunt, prædictos, & alios etiam proceſſus Apoſtolicos contra eos habitos damnabiliter contemnentes, fideles ipſos ad præfatam Curiam accedentes, & recedentes ab ea, nec non victualia, & alia bona, quæ ad ipſam Curiam deferuntur capere, detinere, ac prædari, ipſoſque captos ſpoliare, & ad redemptionem compellere, ac bonorum depopulationes, rapinas, & incendia prope ipſam Curiam, & quaſi ante noſtros oculos perpetrare ſæpius non verentur. Nos igitur præmiſſa in gravem divinæ Majeſtatis offenſam, animarum periculum, derogationem fidei, detrimentum univerſalis Eccleſiæ, ac turbationem & impedimentum libertatis & ſecuritatis Curiæ prælibatæ, ac noſtram, & Apoſtolicæ Sedis contumeliam, & contemptum cedere attendentes, ac volentes, quantum cum Deo poſſumus, malis hujuſmodi opportunis remediis obviare, auctoritate Apoſtolica, de dictorum Fratrum conſilio, præſentium tenore, ſtatuimus, diſtrictius inhibentes, ne quis Princeps, Dux, Marchio, Comes, Baro, aut Nobilis alius, vel plebejus, aut quævis Communitas, vel Univerſitas cujuſcumque Civitatis, Caſtri, Villæ, vel loci, quævis loca, vel partes per duas dietas propinqua loco, in quo prædicta Curia reſidet, vel imposterum reſidebit, ad hujuſmodi captiones, detentiones, depræda tiones, compulſiones, ſpoliationes, depopulationes, rapinas, incendia, vel earum aliqua perpetranda, aut impedimenta contra ipſius Curiæ, ſeu ad ipſam venientium, ſeu ab ea recedentium libertatem, & ſecuritatem præſtanda,*

Anno Christi	Urbani V.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 159.
1366.	anno 4. & 5.	anno 19.	

da, armata manu intrare, aut in illis cum exercitu ſeu armigeraram comitiva gentium permanere, aut talia committentes voluntarie, ſcienter & doloſe receptare, ſea alia facere, per quæ tam Curia, quam venientes, & recedentes prædicti taliter coarctari, aut eorum libertas, & ſecuritas impediri valeat, quoquo modo præſumat. Si quis autem contra conſtitutionem, & prohibitionem noſtram hujuſmodi temere veniendo, præmiſſa, ſeu eorum aliquid committere præſumpſerit, ſeu committi mandaverit, vel procuraverit, ſeu ordinaverit, ſicut reus criminis læſæ Majeſtatis perpetuæ ſit infamiæ diffidatus, nihilominas & bannitus; ſit inteſtabilis, ut nec teſtamenti liberam habeat factionem, nec ad alicujus bona ex teſtamento, vel ab inteſtato vocetur, quatenus ab omni ſucceſſione repulſus, publicaque repulſa confuſus, minus inveniat ſuæ malitiæ ſucceſſorem; fiant habitationes ejus deſertæ, & non ſit, qui eas inhabitet, dentur cuncta ipſius ædificia in ruinam, & ut perpetuæ notam infamiæ perpetua ruina teſtetur, nullo tempore reparentur. Nullus ei debita reddere, nullus reſpondere in judicio teneatur, quidquid etiam in bonis invenitur ipſius, Fiſci, vel Reipublicæ dominio applicetur, ut ex illis nil tranſmittat ad poſteros, ſed potius cum ipſo quodammodo damnentur & ſua. Si qua vero ſcuda, locationes, officium, vel beneficium ſpirituale, vel temporale ab aliquibus Eccleſiis obtinet, ſit eis ipſo jure privatus, quæ ſic libere ad Eccleſias revertantur, quod Eccleſiarum Rectores de ipſis pro ſua voluntate diſponant. Quod ſi quis prædictorum filium, vel filios habeat, nepotem vel nepotes per rectam lineam deſcendentes, beneficiatum vel beneficiatos, quovis beneficio, etiamſi pontificalem adeptas, vel adepti fuerint dignitatem, ſint eis ipſo jure privati, ſpe promotionis omnino ſublata. Nulli præterea talium filiorum, atque nepotum, ex virili ſexu deſcendentium ab eiſdem, alicujus aperiatur janua dignitatis, aut honoris Eccleſiaſtici, vel mandani, & ad alicujus loci regimen non aſcendat, ſit talia committentibus poſtulandi negata facultas, ſit notorie judicatus, & quodlibet aliud officium, ſeu miniſterium publicum interdictum. In judiciis, eorum aſſertio contra quemque nihil fidei, nihil credalitatis inveniat, & ad teſtimonium prorſus reddantur indigni; ſit eis ad Ordines aſcenſus inhibitus; ſit ad beneficium, vel officium Eccleſiaſticam negatus acceſſus, & ut magis famoſa ſit eorum infamia, ad actus legitimos nullus eis pateat aditus, nulla porta pandatur eiſdem ſuper aliquo præmiſſorum, omni ſpe diſpenſationis adempta, adjicientes quod ex præmiſſis ipſo facto excommunicationis ſententiam incurrant, & quamdiu in ſua contumacia perduraverint, ſingulis diebus Dominicis & feſtivis, pulſatis campanis, & candelis accenſis, per omnes Eccleſiarum partes, in quibus infra dictas duas dietas prædicta facinora fuerint attentata, necnon Civitatum, & diœceſum vicinarum excommunicati publice nuncientur, nec ab alio, quam a Romano Pontifice poſſint abſolutionis beneficium obtinere, niſi dumtaxat in mortis articulo conſtituti. Cum autem tales fuerint abſolvendi, primo ſufficienter & idonee caveant, quod inferendæ pœnæ parebunt, & auxiliante Domino, pœnitentias peragent injungendas. Deinde per omnes Eccleſias cathedrales infra dietas conſtitutas eaſdem, diebus Dominicis, & ſolemnibus incedant nudi coram populo, femoralia tantum habentes, & ſerulas deferentes in manibus, cum quibus per eaſdem Eccleſias publice fuſtigentur, ituri poſtmodum ultra mare ibidem acturi pœnitentias per tres annos ad minus, nec exinde poſtmodum reverſuri abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali. Ceterum volumus, & auctoritate prædicta decernimus, quod conſtitutio, & inhibitio noſtræ hujuſmodi perinde tempore publicationis earumdem, omnes & ſingulos in præmiſſis delinquentes arctent, quacumque conſtitutione contraria

non

non obſtante, ac ſi eis intimatæ & inſinuatæ præſentialiter extitiſſent. Ut autem præſentes conſtitutio, & inhibitio, ac omnia & ſingula in eis contenta, ad contra facientium, & aliorum omnium, & ſingulorum, quorum intereſt, deducantur notitiam, chartas ſive membranas conſtitutionem & inhibitionem continentes eaſdem Eccleſiæ Avenionen. affigi oſtiis, ſeu ſublimina-ribus faciemus, quæ conſtitutionem & inhibitionem eaſdem, ſuo quaſi ſonoro præconio, & patulo indicio publicabunt, ut iidem contra facientes, & alii, quorum intereſt, qui ad eas non pervenerint, vel qui ignoraverint eaſdem, nullam poſſint excuſationem prætendere, vel ignorantiam allegare, cum non ſit verisimile quo ad eos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus eſt publicatum. Datum Avenione 11. *Idus Januarii anno* IV.

Intendunt Nuncii paci Genuenſi

Vide Foliet. & Bizarr. ad hunc annum.

VI. Tamdem Nuncii Florentinos ad fœdus ſtabiliendum attraxerunt, conſcriptoque potente exercitu, gentem iniquam ab Italiæ finibus effugarunt. Sed dum in his magno verſabantur ſtudio, curas alias ſubire neceſſe fuit, nempe pacificandæ urbis Genuenſis, quæ inteſtinis, & civilibus ardebat bellis, adeo ut extremum tenderet ad interitum, pugnantibus nobilibus adverſus Adornium Ducem, & populares. His itaque ut ſuccurrerent Nuncii, Cardinales Sedis Apoſtolicæ Legati, & Regina Joanna, ſæpe ſcripſit Urbanus, donec turbulentos, & commotos animos ex parte ſedarunt, & in meliorem ſtatum res urbis reduxerunt.

Venerabilibus Fratribus Petro Florentino, & Buccio Civitatis Caſtelli Epiſcopis, ac dilecto filio Marco de Viterbio, Ordinis Minorum Miniſtro Generali, Nunciis Sedis Apoſtolicæ.

Ex ſecr. ann. 4. fol. 31.

VII. *Intuentes cum multa amaritudine cordis noſtri ſtatum Civitatis Januen. diris boſtilitatibus, etiam iniquæ Societatis exterius impeti, & inteſtinarum diſcordiarum, quas incrementum dubitatur ſuſcipere, ſciſſionibus lacerari, ac propterea veriſimili conjectura timentes, ne inde illi infauſtus ſuccedat eventus, ex quo tantæ Chriſtianæ fidei, cujus cuſtodia nobis, licet immeritis, a Domino eſt commiſſa, cujuſque cives Civitatis ejuſdem ſolent eſſe pugiles, & illius boſtium perſecutores acerrimi, & vicinis quoque partibus, præſertim Tuſciæ, adeo grande periculum generetur; quod illi, ſi opportunæ proviſionis remedia differantur in futurum, quod abſit, non poterit obviari, eiſdem civibus interne compatimur, & de utilis ac celeris ſubventionis auxiliis paterna ſollicitudine cogitamus, occurritque noſtræ conſiderationis indagini, eſſe gratum Altiſſimo, congruere caritati, qua debemus alterutrum diligere, & proximorum velut propriis jacturis & incommodis obviare, ac expedire admodum dictarum partium incolis, ut ſicut eorumdem civium diſcrimen maximum, quod idem Status multiplici agitatione vacillans, probabiliter comminatur, generalitatem contingit, ſic eis generaliter ſuccurratur. Quocirca æſtimantes, quod colligatio, ad quam tractandam vos deputavimus, jam ſit facta, aut fieri de proximo debeat, credimus toti Chriſtianitati, & præſertim colligatis, ſeu colligandis hujuſmodi expedire, ac conſulimus, quod ipſi Januenſes, ſaltem contra Societates iniquas, ad eamdem colligationem recipiantur benevole, ac eis contra Societates ipſas, a quibus magis premuntur, colligatorum auxilium deſtinetur. Volumus igitur, & veſtræ diſcretioni mandamus, quod Ambaxiatoribus eorumdem colligatorum, ſeu colligandorum, ex parte noſtra exponentes præmiſſa, eos verbotenus*

Anno Christi	Urbani V.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 159.
1366.	anno 4. & 5.	anno 19.	

nus, & ſi opus fuerit, ipſorum Dominos perſonaliter ubi poteritis, alioquin per veſtras litteras cum inſtantia requiratis, ut hujuſmodi noſtrum, quod ſalutare putamus, conſilium filialiter recipere non poſtponant. Datum Avenione XII. *Kalendas Februarii anno* IV.

EISDEM.

VIII. *Diebus non longe præteritis circa ſtatum Civitatis Januen. aſſeſſibus noſtræ dilectionis infixæ paternæ conſiderationis oculos dirigentes, prout inceſſanter dirigimus, & ipſi Civitati conſtitutæ in multo periculo, de opportuni & celeris auxilii ſubveniri remedio cupientes, vobis ſcripſimus, quod nos exiſtimantes colligationem, ad quam tractandam vos deputavimus, jam eſſe factam, aut de proximo fieri debere, credebamus toti Chriſtianitati, & præſertim colligatis & colligandis hujuſmodi expedire, ac conſulebamus, quod ipſi Januen. ſaltem contra Societates iniquas ad eamdem colligationem reciperentur benevole, ac eis contra Societates ipſas, a quibus magis premebantur, colligatorum auxilium mitteretur, & propterea veſtræ diſcretioni mandavimus, quod Ambaxiatoribus eorumdem colligatorum, ſeu colligandorum ex parte noſtra exponentes præmiſſa, eos verbo tenus, & ſi opus eſſet, ipſorum Dominos perſonaliter, ubi poſſitis, alioquin per veſtras litteras cum inſtantia requirere curaretis, ut hujuſmodi noſtrum, quod ſalutare putabamus, conſilium ſuſciperent reverentia filiali. Cum itaque præmiſſorum celerem adimpletionem tanto deſideremus ardentius, quanto illa utiliora indubitabiliter reputamus, diſcretioni veſtræ iterato mandamus, quatenus ut votis noſtris in hac parte plenarie ſatisfiat, & quod ipſi Januen. recipiantur in omni liga, in ea forma, in qua alii ſunt recepti, per vos & alios, quanto ſollicitius poteritis laboretis, dilectos filios nobilem virum Ducem, & Commune dictæ Civitatis de his, quæ circa præmiſſa ſperaveritis, ſæpius confortantes, & nobis per veſtras litteras reſcribentes. Datum ut ſupra.* *Ibid. fol. 41.*

IX. Dum præclariſſimis his fungitur legationibus Marcus, Ordinis Primicerius, & ſumma cum laude obſequiis ſtudet Apoſtolicis, honorifico coronatur munere, & Cardinalitia donatur dignitate XIV. Octobris, non Kalend. Januarii, uti aliquis ſciolus recenter appoſuit ad ejus ſepulcrum, in epitaphio, in quo non immerito eum ab ingenti in omni virtute gloria, & a ſanctitate vitæ commendat. Ita de eo Ciaconius. Frater Marcus Viterbienſis Ordinis Minorum XXII. Generalis Miniſter, creatus Genuæ anno MCCCLIX. Theologus, Presbyter Cardinalis tituli ſanctæ Praxedis, ſucceſſit in generalatu Ordinis fratri Joanni de Bucio. Ab Urbano V. Nuncius miſſus pro pace ineunda inter Ducem Sabaudiæ & Marchionem Montis-Ferrati, quibus pacatis, ablegatus eſt in Etruriam, ut Florentinos, & Piſanos fœdere conjungeret, & pacificaret, aſpero bello decertantes: quod egregie præſtitit: demum negotium ei datum eſt, ut Italicas cohortes uniret, ut mutuis fœderibus ictis, commune bellum inſtruerent in quaſdam militum Tranſalpinorum manus, Societates vocatas, quibus pacatis, ob has res bene geſtas Cardinalis ab Urbano V. creatur. De eo Paulus Corteſius: *A Marco Viterbienſi, cum multa præclara geſta feruntur, tum maxime ab eo eſt lex certa negociatoriæ præſcripta vitæ, ex qua minus in agendo ſoleat animi excitari morſus.* Obiit Viterbii, III. Nonas Septembris; Rodulphus & Marianus ajunt menſe Auguſto, Anno MCCCLXIX. ibique apud Minores ſepultus.

Fr. Marcus creatur Cardinalis.

Ciac. in Urb. V.

Rodul. fol. 122. Marian. lib. 5. cap. 2.

Rodul. fol. 122. Marian. lib. 5. cap. 2.

Anno Christi 1366.	Urbani V. anno 4. & 5.	Caroli IV. Imp. anno 19.	Religionis Minorum anno 159.

Felinus in cap. cum dilecta n. 9. de reſp. Tiraquel. de jure Primogen. q. 19. n. 6.

Lepidum creationis præludiû.

X. Lepidum quid in hujus Cardinalis creatione accidiſſe ſeferunt duo præclari Juriſconſulti, Felinus & Tiraquellus. Nimirum Urbanum Pontificem petiiſſe a ſenioribus Patribus Ordinis, qui Avenione ſeſidebant, ut tres probatos, doctoſque viros ſui Inſtituti ſibi præſcriberent, ex quibus unum in Cardinalem poſſet deligere. Illi tres tantæ dignitati idoneos ſelegerunt, ſed ne loco viderentur impares, quos meritis judicabant æquales, & qui primus nominaretur, dignior haberetur, fieretque reliquis præjudicium, non ordinatim, ſed circulariter omnium nomina ſcripſerunt; qua ratione dignoſci non potuit, quem primum nominabant. Urbanus circulum conſpiciens, & ſubridens: *Vos*, inquit, *ordinem communem pervertiſtis: ego pariter veſtrum pervertam, excluſiſque tribus in circulo conſcriptis, Marcum hunc Viterbienſem creavit Cardinalem.* Petierat autem ante ſuam aſſumptionem Marcus per litteras nomine totius religionis Cardinalem aliquem Protectorem in locum Talayrandi Petragoricenſis Epiſcopi Albanenſis, ante annum defuncti. Dedit Pontifex Nicolaum de Reſſa Gallum Lemovicenſem, ſanctæ Mariæ in via lata Diaconum, cui etiam Ordinis regimen commiſit poſt creatum Marcum prædictum Cardinalem, inciſo peculiari ſigillo ad modum Vicarii Generalis Ordinis ſodalitium ille rexit, uſque ad Comitia generalia, ad quæ ipſe anno ſequenti Aſſiſii Patres convocavit.

Ordinis Protector Cardinalis Reſſanus.

Ann. 1366. n. 2. Magn. Chron. Belgicum.

Fr. Petrus Aragon. monet Pontificem ut Romam abeat.

XI. Frater Petrus de Aragonia, Jacobi II. Regis filius, de quo ſupra eginus, aliquot annis poſtquam Minoribus nomen dedit, ſtatim a creatione Urbani Pontificis vitionem a Chriſto habuit, qua juſſus eſt, ut Papam Avenione diſcedere, & Romam proficiſci, univerſalemque Eccleſiam in ſanctis moribus reformare, admoneret. Hæc executurus Avenionem abiit, & omnia Pontifici ſuggeſſit. Illinc vero in Cataloniam redeunti dedit Pontifex brachium ſancti Ludovici Epiſcopi, pulchra & pretioſa theca incluſum, ut per Montempeſſulanum tranſiens illud Minoribus conſignaret, & eum veneratione reponi curaret. Petrus vero propter occurrentia negotia alia profectus via in Aragoniæ ditiones contendit, ubi dum paululum hæſit, nec Montempeſſulanum abiit, commoti Burgenſes propter ſuſpicionem ereptæ ſibi rei pretioſiſſimæ, ad Pontificem miſerunt, qui querelas exponeret. Dedit itaque Pontifex ad Petrum ſequentes litteras, ante quarum receptionem jam ſponte ad deſtinatum locum detulerat reliquias.

Jubetur brachii S. Ludovici Montepellulano dare.

Fratri Petro de Aragonia Ordinis Fratrum Minorum.

Ex lib. ſecr. an. 4. fol. 38.

XII. *Sacras reliquias brachii beati Ludovici Epiſcopi & Confeſſoris tuæ devotioni præclaræ tradidimus, ut in tuo itinere, quo eras tunc in Cataloniam profecturus, ad locum Montiſpeſſulani deferres, & ibidem faceres cum veneratione reponi, prout tibi duximus injungendum. Verum, ſicut ex Burgenſium dicti loci quæſtione percepimus, tu hujuſmodi mandatum noſtrum, & locum prætereuntem, memoratum brachium in Cataloniam detuliſti, de quo iidem Burgenſes non modicum ſunt turbati. Licet igitur æſtimemus, quod hoc ex devotione feciſti, ut aliquibus probis perſonis, in dicto Sancto devotionem habentibus, idem brachium demonſtrares, tamen quia jam illis potuiſti ſatisfeciſſe, & iſtorum conquerentium debes turbationem auferre, confeſtim religioſam diſcretionem tuam rogamus attente, mandantes quatenus præfatum brachium ad dictum locum Montiſpeſſulani non differas reportare, factum per nos tibi in hac parte mandatum efficaciter impleturus. Datum Avenione* v. *Kalend. Februarii, anno* IV.

Carolus Imperator Pragæ Academiâ inſtituit.

XIII. Magno ſtudio Carolus Imperator hæreditarii ſui regni Boemiæ glo-

gloriam quærens, undique viros doctos ac pios accivit, per quos gentem illam tum religionis cultu, tum legum ac bonorum morum diſciplina illuſtravit. Schola inſuper liberalium artium ab eo hoc tempore Pragæ erecta, cum Pontifice egit, ut præciperet religionum maxime mendicantium, Superioribus, quatenus in eam civitatem deſtinarent viros eruditos, quorum doctrina & ſcholaſticis diſſertationibus ſcientiarum ſplendor clarius effulgeret. Fecit Urbanus, data hac epiſtola ad religionum Præfectos.

Dilectis filiis Minorum Miniſtro, ac Prædicatorum, Eremitarum ſancti Auguſtini, & ſanctæ Mariæ de monte Carmelo Ordinum Prioribus Fratrum, Provincialibus Provinciarum illarum, in quibus ſecundum morem ſingulorum dictorum Ordinum Regnum Boemiæ conſiſtit: nec non Guardiano, Prioribus & Fratribus domorum Pragenſ. Ordinum prædictorum.

XIV. *Et ſi ſacræ Theologiæ ſtudio, per quam veræ, & catholicæ fidei, æternæque deitatis, & humanæ ſalutis, & ſummi boni habetur agnitio, ſit ubilibet inſiſtendum, in generalibus tamen ſtudiis propter ſtudentium multitudinem, & concurſum circa ejus lecturam tanto diligentius decet attendi, quanto in eis ejuſdem ſcientiæ veritas magis exquiritur, & ſi qua emergunt dubia, lucidius declarantur. Cupientes igitur, præmiſſorum intuitu, nec non conſideratione cariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, ac Boemiæ Regis illuſtris ſuper hoc nobis humiliter ſuppliantis, quod generale ſtudium, quod in qualibet licita facultate, ex Apoſtolicæ Sedis indulto viget in civitate Pragen. quæ in regno Boemiæ principaliter exiſtit in facultate prædicta, per bonorum ſufficientiam magiſtrorum tamquam nova plantatio floreat atque fructificet, diſcretionem veſtram hortamur attente, quatenus ob divinæ majeſtatis & noſtram, ac prædictæ Sedis reverentiam (quod etiam ſine exhortatione aliqua facere debetis) in ſingulis domibus, ſeu locis veſtris de civitate prædicta, doctos, ſufficientes, & bonos in eadem facultate Magiſtros, qui ibidem in ea degant & doceant, juxta morem aliorum generalium ſtudiorum, habere & tenere continuo ſtudeatis, id tam per vos, quam apud ſuperiores veſtros ſic fideliter & ſollicite procurantes, quod inde optatus fructus proveniat, qui ſperatur. Noſque proinde veſtram poſſimus in Domino diligentiam commendare. Datum Avenione* III. *Idus Novembris, anno* V.

Ex lib. com. an. 5. fol. 4. epiſt. 3.

XV. Sub hoc tempus Ludovicus Hungariæ Rex in Bulgariam, ditioni Pannoniæ ſubjectam, reluctante Stratimiro eorum Principe, exercitum duxit, ubi bellum a ſententia geſtum eſt, ſiquidem Bodonium eorum urbem primo impetu obſeſſam, perbrevi obſidione occupavit. Stratimirum cepit, qui ſe vulgo Imperatorem appellari juſſerat: deinde vix trium menſium ſpatio, univerſam Bulgariam in ſuam poteſtatem redegit. Stratimirus in Hungariam ductus, ad Gemlechium, Zagrabienſis Epiſcopi caſtellum, aliquandiu adhibitis cuſtodibus, relegatus eſt. Deinde cum in manus Ludovici juraſſet, ſe perpetuam fidem & obſequium Regi Pannoniæ præſtiturum, magnifice donatus, reddito regno, dimiſſus eſt, qui recepta Bulgaria, quoad vixit, pactas conditiones, imperataque ſervavit. Deinde immiſſis verbi divini declamatoribus, præſertim ex Minoritis, gentem barbaris ritibus ac præſtigiis infectam magna ex parte ad fidem Chriſtianam convertit. Primum immiſſi per Vicarium Boſnæ, jubente Rege, & exhortante fratre Peregrino Epiſcopo Boſnenſi, viro profecto ſanctiſſimo, octo Minori-

Bonfin. dec. 2. lib. 10.

Bulgaros in fide inſtruunt Minoritæ.

tæ, qui infra dies quinquaginta ultra ducenta millia hominum converterunt. Omnium nomina in tabulas reducta ſunt, quæ Ludovicus Rex ad Miniſtrum Generalem miſit, rogans ut multos mitteret ad meſſem magnam operarios. Ille vero ſcripſit, quas ſubjiciam litteras ad Miniſtrum Provinciæ ſancti Franciſci, legendas univerſæ Fratrum multitudini, quæ ad proxime futuram diem magnæ indulgentiæ Portiunculæ lucrandæ conſtitutam ſolebat quotannis convenire, ut intellecto felici fidei progreſſu, lubentius ad Dei opus proſequendum aſsurgerent. Bzovius miſsos etiam ad hanc meſsem Patres ex Ordine Prædicatorum narrat, neſcio tamen unde id deſumpſerit; neque enim id excepit ex regeſto Pontificio, ex quo ego aliquot diplomata circa hanc converſionem deſumpſi, neque ex auctoribus ſui Ordinis, qui nihil hujuſmodi recenſent; imo ſanctus Antoninus, & Caſtillius candide hanc miſſionem, & converſionem a ſolis Franciſcanis factam referunt, eoque ipſo candore rem narrat Hieronymus Platus, ex quo ſuam narrationem & verba Bzovius tranſcripſit.

Bzov. ann. 1370. n. 11.

Anton. 3. p. tit. 24. §. 20.
Caſtill. 2. p. cap. 19.
Plat. de bon. relig. ſtat. lib. 2. cap. 10.

Cariſſime Miniſter.

XVI. *Heſterna die ab inclyto Rege Hungariæ Ludovico, & a Vicario Boſnæ quaſdam litteras, omni ſpiritus jucunditate pleniſſimas, lætus accepi. Grandis prorſus meditationibus exardeſcere cæpit ignis & fuecenſi fervoris prodire favillæ, & animatio quædam potens & valida ad converſionem infidelium populorum. Illis ſiquidem litteris intimatum eſt mihi quod recenter per ſervos ſuos Fratres noſtri Ordinis Vicariæ Boſnenſis tam magna & mirabilia Dominus operatur, ut quamvis multi ſint numero, nullo tamen modo ſufficiant currentes ad ſacræ regenerationis lavacrum baptizare, & miniſtrare hominibus ſacramenta. Unum e pluribus intimare cupivi; ad petitionem Chriſtianiſſimi ac devotiſſimi Regis Hungariæ Vicarius meus Boſnæ ad illam patriam, regno ac Vicariæ contiguam, octo Fratres noſtri Ordinis ſibi ſubditos deſtinavit; qui infra quinquaginta dies ultra ducenta millia hominum baptizarunt. Et ne forte de numero ſcrupulus oriatur, juſſu Regis omnes baptizati in ſcripturam publicam ſunt redacti. Illius tamen regionis, ut ſcribitur, necdum partem tertiam converterunt, ſperant tamen firmiſſime aperiri eis oſtium fidei, Domino Jeſu Chriſto, quidquid reſiduum fuerit, in caulam dominicam congregante. Currunt cum ſuis gentibus Principes infideles, juvenes & virgines, ſenes cum junioribus turmatim confluunt ad baptiſma, hæretici ſimiliter & ſchiſmatici ad veritatem fidei orthodoxæ, ad unitatem ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ revertuntur. Ipſorum etiam Sacerdotes atque Calogeri ſub jugo fidei efficiuntur humiles, qui in ſua hæreſi nimis antea fuerant pertinaces. Ædificare voluerunt loca noſtræ religionis quam plurima, ut fructus virtutis, unitatis & fidei perſeveret. Igitur lætentur cæli, & exultet terra, & omnis lingua Dominum glorificet. Terra ſiquidem mota eſt, & cæli diſtillaverunt a facie Dei Sinai, pluentes his diebus ſolito abundantius pluviam bonam, quam ſegregavit Dominus hæreditati ſuæ, hæreditati utique Fratrum Minorum, ut non reperiatur vacua in eis lux Chriſti, ſed eorum manibus repleatur multitudine gentium converſarum. Unum eſt tamen, quod ſpirituali huic gaudio doloris aculeum intermiſcet: Meſſis quidem multa, ſed operarii valde pauci. Ecce regiones jam albæ ad meſſem, ſed non ſunt qui ſufficienter metant, & fructum in vitam æternam valeant congregare. Propterea mihi intimatum eum fletibus, quod ſi numerus Fratrum non augeatur, immenſus fidei fructus negligitur, atque dimittitur,*

titur, & perduntur animæ, pro quibus Salvator pretioſum ſanguinem ſuum fudit. Perditur tota illa Bulgaria populoſa, quam Rex ille invictiſſimus Hungarorum dudum potenter obtinuit, & præcipue civitas illa Bindin, famoſa noſtris, & magna, & ubi Fratres in copioſiore numero deſtinantur. Patareni & Manichæi ſunt amplius ſolito diſpoſiti baptizari, & ad Chriſtum verum lumen converti, ſi non deficerent, qui viam hujus luminis demonſtrarent. Piiſſimus Rex præfatus cernens de multis nationibus, ac regnis multos in eodem ſancto propoſito, admiratione repletur & gaudio, devote poſtulans ut ex ipſis Fratribus partium diverſarum ad duo millia tranſmittantur, quos valde religioſe collocare diſponit, adeoque zelo fidei catholicæ & converſionis infidelium fideliſſimus Rex effervet, ut etiam proprium corpus vellet exponere, & pro converſione gentium ſe ipſum totum dare. Igitur exurgant viri religioſi, imitatores filii Dei, & fideles filii beati Franciſci, & ad laborem meſſis viriliter ſe accingant, in exultatione metant, & in labores ſeminantium fideliter introeant, ut qui ſeminant, & qui metunt pro granis puriſſimis in horreo Domini congregatis, panem ſuaviſſimum in regno Domini & menſa Chriſti glorioſe manducent. Tu vero Miniſter omnibus Fratribus convenientibus ad ſacram indulgentiam Portiunculæ præſentes litteras diſtincte & intelligibiliter legi facias, ſeu legas, eoſque quantum valeas ferventer & efficaciter exhorteris, ac conſtanter inducas ad capiendum fructum tantæ ſalutis, ut cum omni promptitudine ſe diſponant, eiſque ex parte mea denuncies; ut ſi qui ſpiritu Dei tacti, illue voluerint proficiſci, ad meam præſentiam debeant alacriter & ſecure venire, ut obedientia & benedictione percepta, ſuum jactantes cogitatum in Domino, inſpirationem dictam liberius & ſecurius exequantur. Vale in Domino, & ora pro me.

XVII. Hoc anno diræ erant inimicitiæ inter prædictos Carolum Imperatorem Boemorum Regem, ac Ludovicum Hungarorum, qui gener Caroli fuerat, levibus quibuſdam injuriis, ut fit inter vicinos populos excitatæ, ſed Caroli convitio coram nuntiis Ludovici taxata matris fœminæ lectiſſimæ & honeſtiſſimæ pudicitia, ſic auctæ, ut bellum utrinque magnis viribus appararetur. Ludovicus Caſimirum Poloniæ Regem cum Ruſſorum ac Tartarorum auxiliis, & per eum Sigiſmundum Danorum Regem, Boguslai Ducis Stolpen. propinquum in belli ſocietatem pertraxerat. Carolus Boemiam, Moraviam, & Germaniam omnem ad arma concitabat. Hoc ubi Urbanus Pontifex accepit, de pace cum utriſque egit diligenter per Legatum ſuum fratrem Joannem Minoritam, virum prudentem & eloquentem, qui cum impigre jam ad Carolum, jam ad Ludovicum & Caſimirum recurreret, Carolumque eo adduxiſſet, ut is ſatisfacturum ſe eſſe adverſariis de convitio reciperet, mitigatis ea re Ludovici & Caſimiri animis, non modo pacem inter inimicos reges, verum etiam affinitatem induxit, nempe ut Boguslai prædicti filiam, Caſimiri ex filia (Cromero ſorore) Eliſabetham neptem, Ludovici conſobrinam ex Amitali ſorore ſuſceptam, Carolus, cui tres conjuges Blanca, Mecellina, & Anna brevi diſceſſerant, quartam duceret uxorem. Nuptiis tempus conſtituit Legatus Apoſtolicus, ita eum rogante Carolo, ad liberalia, quod vulgo Carniſprivium vocant, in civitate Cracoviæ. Convenerunt invitati a Caſimiro Reges Ludovicus Hungarorum, Sigiſmundus Gothorum ſive Danorum, & Petrus Cypriorum, Ponto & adverſo Iſtro in Valachiam, & inde terreſtri itinere per Ruſſiam Cracoviam advectus: præterea Duces Otto Bavarorum, Zemovitius Maſaviorum, Boleslaus Svidnicientium, Bernardi defuncti frater, Wladislaus Opolienſium,

Miechov. in Chr. Reg. Polon. lib. 4. cap. 10.

Cromer. de rebus Polon. lib. 18.

Fr. Joannes pacificat Romanorum & Hungarorum Reges.

ſium, & Boguslaus cum ſponſa filia. Ad extremum venit Carolus cum ſplendido comitatu. Cui venienti omnes Principes atque Reges cum Caſimiro Cracovia ad unum milliarium obviam profecti ſunt, & non modicum ſpatium pedibus progreſſi, quod dum idem facere Imperatorem cognoverant, amice inter ſe conſalutarunt. Cum autem urbi appropinquaret Carolus, ſponſam cum patre & magna puellarum ac matronarum caterva obviam habuit. Nuptiis demum diebus multis, apparatu vere regio peractis, & fœdere ſempiterno, regulante cuncta Legato, inter Reges icto, & jurejurando firmato, miſſiſque inter ſe ultro, citroque ampliſſimis muneribus, domos quiſque ſuas diverſi diſceſſerunt, ad fines uſque regni a Polonis proceribus deducti.

Fr. Robert. Epiſcop. Litteren.

Frater Andreas Croen.

Fr. Didacus Cauriēn.

Fr. Franciſc. Caballicen.

Fr. Joannes Dimitacen.

Fr. Lazarin. Botrocen.

Fr. Joannes Archiepiſc. Tharſen.

Fra. Guillelmus Archiep. Nazaren.

XVIII. Hoc anno creati ſunt ſequentes Epiſcopi. Litteren. in regno Neapolitano, ſub Archiepiſcopo Amalphitano, frater Robertus de Caſalnovo, per obitum Jacobi, VI. Idus Junii. Croen. olim ſub Archiepiſcopo Dyrrachino, per obitum Gregorii, frater Andreas electus a Capitulo, ſed irrita electione, a Pontifice creatus, VI. Idus Junii. Similiter ad Caurien. ſub Archiepiſcopo Compoſtellano, promotus frater Didacus, per obitum Roderici, IV. Idus Decembris. Ad Cavallicen. alias Caballicen. ſub Archiepiſcopo Lugdunen. frater Franciſcus de Cardaliaco ſacræ Theologiæ magiſter, per translationem Philippi ad Patriarchatum Hieroſolymitanum, VIII. Kalend. Octobris. Ad Dimitacen. ſub Patriarcha Conſtantinopolitano, per obitum Joannis, frater Joannes aſſumptus a Guillelmo Patriarcha, ſed cum id ratum non haberet Pontifex, ſua eum promovit auctoritate; VII. Kalend. Februarii. Ad Botrocen. ſive Buthroten. ſub Archiepiſcopo Naupacten. frater Lazarinus ab Hermanno Archiepiſcopo, ſimiliter electus, ſed ab Urbano reelectus, per obitum Franciſci, V. Idus Februarii. Ad Archiepiſcopatum Tharſen. per obitum Pontii, frater Joannes, VII. Kalend. Novembris. Ad Archiepiſcopatum Nazarenum in regno Neapolitano, frater Guillelmus Beluayſius, per obitum Richardi, V. Kalend. Februarii.

Conv. Macerat.

Tom. 1. an. 1191. n. 47. Monumen. MSS. hujus Conv.

XIX. Ait Rodulphus hoc anno exſtructum Maceraten. Cœnobium in diœceſi & cuſtodia Feretrana in Piceno. Aliud eſt hoc a Maceratæ urbis Cœnobio, de quo alias dictum eſt, conſtructum ex legatis a Dominis Benincaſa Amatoris de Certalto, & Lancellotto Hieronymi Maceratenſi, conſentientibus Reverendiſſimo Domino Claro Epiſcopo Feretrano, & Sancte Parocho. Sancti Angeli, atque ædiculam parochiæ ſubjectam libere donantibus: uti conſtat ex Epiſcopi litteris eadem in æde aſſervatis. Habitaſſe tamen Fratres ante hæc in agro Maceratenſi, in loco nuncupato Fagiola, ubi adhuc conſpicitur ſacellum ſancti Bonaventuræ, quidam arbitrantur. Locum hunc illuſtravit Magiſter Bartholomæus Beccanus inſignis concionator, hoc in oppido natus, a Gregorio XIV. ad Epiſcopatum Guardiæ Aprutinæ evectus, quo dimiſſo, rediit in patriam, ubi defunctus anno MDCX. in hoc Cœnobio, & ſuæ familiæ ſacello ſepultus eſt. Domum ferme omnem reſtituit frater Marinus Maceraten. qua de cauſa ſingulis annis ex provinciæ decreto illi Fratres parentant. Conceſſit hoc anno Pontifex licentiam mutandi Conventum Ortanum in patrimonio beati Petri ad alium locum tutiorem, imminentibus tot belli periculis: *Per Officiales*, XVII. Kalend. Septembris. Hoc anno memoria occurrit Monaſterii Clariſſarum ſanctæ Mariæ de Falleſio diœceſis Maſſanæ, in quodam diplomate, quo Pontifex jubet Sorores ſolvere quaſdam pecunias Antonio Epiſcopo Maſſano.

Fra. Bartholom. Epiſc. Guardiæ.

Conven. Ortan.

Monaſt. Falleſii.

SUP-

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

» I. Fratrem Petrum Patricelli de Fano, in Religione de numero conversorum, cui percupienti, ducendi milites in Sarracenos permissum fuerat, re fortiter & laudabiliter gesta, Vicariatu Smyrnæ donatum, auctumque subinde privilegiis, inter familiares Pontificis numeratum, voluit Urbanus hoc anno de certa pecuniæ quantitate provisum: *Dilecti filii &c.* VI. Kalend. Aprilis. Fratris Jacobi promotionem ad magisterium, fratri Homini Dei quoque commendatam, nonis Aprilis; sicut etiam fratris Joannis, Ubertino de Coriolano, VIII. Kalend. Septembris. Ceterum ad Rhenum in Alsatia, exortis inter Fratres & Clerum litibus super quarta funerali, ad Prælatos Spirenses diploma: *Frequentes hactenus &c.* XV. Kalend. Maii expedivit. Litteras etiam circa exactiones nostrorum Fratrum tertiæ Regulæ: *Dum sinceritatem &c.* XV. Kalend. Octobris; nec non alias pro iisdem ad Olivas Colonien. *Solet annuere &c.* XVIII. Kalend. Januarii. Gratia Pontific. *Wadd. ad ann. 1351. 1353. & 1355. n. 6.* *Indic. ex Vatic.* *Ex copia.*

» II. Per hæc tempora Jacobus de Sabaudia Princeps Achajæ, avitæ devotionis in S. P. Franciscum hæres tenacissimus, sub mortem apud Fratres Pinerolii sepulturam sibi elegit, ut in suprema suæ voluntatis tabulis, sub hisce verbis legitur: *Item sepulturam suam elegit in Cæmeterio Fratrum Minorum Ordinis beati Francisci, Conventus Pinerolii; videlicet in Capella per ipsum inchoata ibidem, & ibi vult sepeliri secundum statum ipsius, ad ordinationem suorum executorum infrascriptorum; quibus Fratribus Minoribus, tam pro remedio animæ suæ & parentum suorum, quam pro faciendo & construendo dicta Capella, una cum tumulo in quo vult sepeliri, tria millia Florenorum boni auri & magni ponderis, per hæredem suum universalem infrascriptum solvenda semel dat & legat.* Conscriptæ fuerunt apud Ripolas in domo Villermi Domini, & inter alios testes ad easdem vocatos, fuerunt frater Joannes de Croso Ordinis Minorum, cum fratre Petro & Dominico ambo de Castromonte Ordinis Prædicatorum &c. anno Christi MCCCLXVI. Indictione IV. die XVI. mensis Maii. Hic Jacobus tres habuit uxores, primam Beatricem Astensem, sive Estensem, filiam Renaldi Marchionis Ferrariæ; secundam Sibillam a Baucio, a qua Philippum suscepit, & tertiam filiam Eduardi Domini Bellijoci, nomine Margaritam, quæ illi peperit Amadeum & Ludovicum. Jacobus de Sabaudia eligit sepulturam in Ecclesia Minor. Pinerolii. Legat pro eo Conv. ttes mille florenos.

ARGUMENTUM.

Urbanus Pontifex a fratre Petro Aragonio monitus Romam proficiscitur. Ægidius Cardinalis Albornotius summe addictus, rebus in Italia præclare gestis, moritur. Habentur Comitia generalia, & eligitur in Præfectum Ordinis frater Thomas Farignanus. Floret frater Nicolaus Comes Perusinus. Instituuntur Episcopi. Recensentur plerique magistri & viri docti. Dilatatur Institutum.

1. Urbanus Pontifex excitus divinis monitis, quæ anno proximè elapso sibi intimaverat, uti diximus, frater Petrus Aragonius, statuit Avenione discedere, & Romam, valde reluctantibus Gallis, proficisci. Ve- *Anno 1366. n. 11* Urbanus Româ proficiscitur.

Anno Christi	Urbani V.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 100.
1367.	anno 5. & 6.	anno 20.	

Venit itaque Maſſiliam, ubi cum triremes, a Venetis ſubmiſſas, conſcendere vellet, eidem fratri Petro Pontificem conuitanti, revelatum eſt, Pontificem ſi ad locum electionis reverteretur, futurum eſſe Joſiam incipientem, & non perficientem, & paraturum locum ſchiſmati, paulo poſt venturo, in quo innumerabilia millia animarum perirent. Quod ille rurſus Pontifici narravit. Solvit itaque Urbanus Maſſilia ſub Idus Majas, & x. Kal. Junii cum xxv. triremibus Genuam appulit, ubi ſummis honoribus exceptus eſt. Secundo Kalendas ejuſdem menſis abeuntem octo Liguſtriæ triremes honoris ergo Cornetum uſque concomitatæ ſunt. Quarto Nonas Junii in eam urbem venit, & in Cœnobio Minorum ingenti lætitia & honore exceptus Joannem Columbinum, Ordinis Jeſuatorum inſtitutorem cum ſociis circa propoſitam ſibi vitæ rationem audivit, mox ad oppidum Tuſcanellæ in Minorum item Cœnobio per Franciſcum de Vincentiis iterum eorum converſionem & ſanctum propoſitum excepit, Inſtitutum approbavit, eoſque tunicis albis veſtivit. Ad xviii. Kalendas Julias Viterbium veniens, in Cœnobio etiam Minorum commoratus, Nuncios Caroli Imperatoris, Ludovici Regis Hungariæ, Joannæ Reginæ Siciliæ, Principes Italiæ, Oratores Romanos, & urbium confœderatarum audivit, & contra Barnabovem Vicecomitem, ac reliquos hoſtes Eccleſiæ ad ultimum Julii certis pactis conditionibus, eos ſibi devinxit; demum ad xvi. Octobris Romam intravit ſuprema omnium gratulatione ſalutatus.

Magnum Chron. Belgic. an. 1363.

A fr. Petro Aragonio monitus.

Apud Minores frequenter hoſpitatur.

II. Non multo poſt illam confœderationem Principum, die xxiv. Auguſti, diem extremum Viterbii obiit Ægidius Cardinalis Albornotius Hiſpanus (cui plurimum noſtrum debet Inſtitutum, ob collata in Conſodales toto ſuæ legationis tempore, & ſub mortem plurima beneficia) vir domi, foriſque, toga & armis clarus, tribus Pontificibus Clementi & Innocentio VI. & Urbano V. carus; quippe qui Eccleſiæ Romanæ ditionem, quam in Italia varii tyranni occuparant, injuriaque abſtulerant, felicibus armis reſtituit, iterque Romanis Pontificibus aperuit, ut Romam, veterem ſacri Imperii ſedem, repeterent. Tot arces, munitaſque civitates devicit, & Eccleſiæ vendicavit, ut Cornetum appellenti Urbano, juſſus reddere rationem adminiſtratæ legationis in Italia, plauſtra clavibus onuſta in conſpectum objecerit, dicens, non aliud ſe computum obſervaſſe, nec rationem poſuiſſe præter illas claves urbium & Arcium de tyrannis pro Sede Apoſtolica receptarum. Cineres Aſſiſii in ſancti Franciſci æde præcipua (cui etiam ingentem vim pecuniarum, & locupletem ſupellectilem legavit) conditi, inde Hiſpaniæ motibus pacatis Petri Regis cæde, Toletum, ut ipſe teſtamento cavit, relati ſunt, atque in divi Ildephonſi templi maximi ſacello compoſiti, tumulo marmoreo dicato. Pontifex omnibus, qui funus deferrent Ægidii, indulgentias permaximas, quantas ſcilicet viſitantibus Baſilicas ſanctorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, conceſſerat. Quamobrem populi feretrum ſuccollaturis veniæ peccatorum ſpe, toto itinere ab Aſſiſio Toletum uſque, obvii catervatim ſe effudere, & humeris per vices ſuccollantibus corpus illius ab Italia in Hiſpaniam, & in ſepulcrum detulere, Henrico Rege, Petri ſucceſſore, etiam humeros ſupponente.

Mortuus Ægidius Card. Albornotius. *Mariana lib. 17. rer. Hiſpan. c. 7.*

Qualis & quantus vir.

III. Noſtræ in eum gratitudinis argumentum fuit manifeſtum, quod per univerſum Ordinem ſolemnibus exequiis ei religioſi parentarint, quilibet ſacerdos pro ejus anima tres miſſas legerit, quilibet laicus tercenties recitarit orationem Dominicam, & Religioſi juniores integrum pſalterium. Ejus in Religionem noſtram affectum & beneficia his verbis commendat Marianus: *Hic utique fuit noſtri Ordinis Pater, & Dominus, Protectur ma-*

Minoribus, iiſque gratis, addictus.

Anno Christi	Urbani V.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 160.
1367.	anno 5. & 6.	anno 20.	

magnus, & largiſſimus, ac ut ita dicam brachium Ordinis, & columna ſingularis. Præclariſſimi hujus viri nomen, virtutem & dignitatem hæreditavit ejus pronepos Ægidius Albornotius, qui graviſſimis functus muneribus in ſubſelliis Hiſpaniis, ad purpuram evectus ab Urbano VIII. exorante Philippo IV. in Urbe invictæ virtutis, Chriſtianæ ſapientiæ, & pietatis eccleſiaſticæ dignum exhibuit exemplar; nunc Principatum & regimen habet Ducatus Mediolanenſis, cujus in me benevolentiam plurimis experior beneficiis. Commendatur ejus pronepos Card. Albornot.

IV. Romæ jam conſtitutus Urbanus honorifice excepit Paulum Patriarcham Conſtantinopolitanum, a Joanne Palæologo Imperatore pro unione Eccleſiarum cum aliis ſeptem Oratoribus deſtinatum. Revertenti munera largitus, litteras etiam addidit ad omnes Principes, & Rectores urbium Orientis, ut ſacro huic Eccleſiarum & animorum fœderi vellent cooperari. Id ipſum ſcripſit in hunc modum Fratribus Ordinum Prædicatorum & Minorum in ultramarinis partibus conſtitutis. Agit Pontifex de fœdere Eccleſiarum.

Dilectis filiis univerſis Fratribus Prædicatorum & Minorum in ultramarinis partibus conſtitutis, ad quos præſentes &c.

V. *Tractatum reconciliationis Græcorum cum ſancta Romana Eccleſia Matre, ac Magiſtra cunctorum Chriſti fidelium, a qua ipſi Græci ſunt damnabiliter ſeparati, jam diu fuiſſe inchoatum, vos credimus non latere, cujus optatum finem tanto ardentius deſiderare debetis, quanto plenius noſcitis ex hoc proventurum indubie lucrum innumerabilium pereuntium animarum. Eapropter licet tanti boni vos avidos, & cooperatores etiam, prout vobis poſſibile redditur, æſtimemus, nt tamen ad hoc eo promptiores ſitis, quo ad id per Apoſtolica ſcripta fueritis excitati, vos hortamur in Domino per eadem ſcripta mandantes, quatenus venerabili fratri noſtro Paulo Patriarchæ Conſtantinopolitano, latori præſentium, ejuſmodi pium negotium multis laboribus, ſumptibus, & periculis proſequenti, ad omnem ejus requiſitionem in dicto negotio veſtris conſiliis, auxiliis, & favoribus, devota promptitudine aſſiſtatis. Datum Romæ apud S. Petrum* VIII. *Idus Novembris anno* VI. Ex ſecret. an. 6. fol. 11. Ep. 3.

VI. Nicolaus Cardinalis Protector Aſſiſii die VI. Junii in feſto Petecoſtes Comitia generalia celebravit, in quibus omnium ſuffragiis electus eſt Miniſter Generalis frater Thomas de Farignano Mutinenſis, vel ut aliis placet, Bononienſis, ſacræ Theologiæ Magiſter, in Academia Bononienſi publicus Profeſſor, egregius Concionator, & Bononienſis Provinciæ Miniſter. Capit. genet. 57. Aſſiſii. Miniſter Genet. Fr. Thomas Farignanus.

VII. Hoc tempore floruit ſub tertio Inſtituto S. Franciſci frater Nicolaus, olim Comes Peruſii, qui ſpreta generis nobilitate & Comitatu, apud Cetonii locum beato Ægidio ſancti Franciſci comiti familiarem, devotum conſtruxit eremitorium triplici adjuncta Eccleſia, prima Salvatori, ſecunda beatæ Mariæ Virgini, tertia ſanctæ Mariæ Magdalenæ ſacra, ubi ſub eadem profeſſione diſcipulos congregavit, qui longa annorum ſerie illic perſeverarunt; ſed tamdem deficientibus, locus tranſivit ad Fratres Minores regularis obſervantiæ anno MCCCCLXXVIII. die II. Januarii, eum concedente Communitate Cetonenſi, & acceptante Petro Paulo Senenſi cognomento *Barba rubea*, Vicario Fratrum Obſervantium Provinciæ Tuſciæ, ea conditione, ut fratres Nicolaum & Simonem Cetonenſes tertii Inſtituti ſectatores alerent, & dum viverent apud ſe retinerent. Vocatur nunc hic locus Conventus ſanctæ Mariæ Pulchri-aſpectus, vulgo *Belvedere*, alias de Saxo, & pertinet *Marian. lib. 4. c. 11.* Fr. Nicolaus comes Peruſii. Conv. Cetonen. de Saxo.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI. *Jacobil. de SS. Gualdenſib. An. 1333. n. 21.*

B. Petrus Eremita Gualdenſis.

ad Tuſciæ Provinciam. „ Ejuſdem tertii Inſtituti vir ſanctiſſimus frater „ Petrus Eremita Gualdenſis, beati Thomaſuccii vigintiquatuor annorum, uti alias diximus, magiſter, hoc anno die XXIX. Junii deceſſit in „ eremo Montis Rigoli (vici ſcilicet territorii Gualdenſis) ibidem ſepultus „ a prædicto ſuo diſcipulo. Eremitorium, ſeu eremi ſacellum poſtea in amplam excrevit Eccleſiam Parochialem ſub invocatione beati Petri de Rigolo. Sed nuper anno MDCXXXV. diruta hac Eccleſia, per Rigolanos „ ædificata eſt altera major intra Rigoli vicum, in eaque celebratur Petri „ anniverſarium; cujus corpus translatum eſt ad territorium Eugubinum, „ ibique prope territorium Gualdenſe reverenter aſſervatur in lapideo ſepulchro, inſculptis ad latus his pauculis verbis: *Fr. Petrus Gualdenſis*.

Frater Auſterius Epiſc. Sarlatens. & Nuncius. *An. 1352. n. 16.*

VIII. Invenio hoc tempore Epiſcopum fuiſſe Sarlatenſem, ſub Archiep. Burdegalenſi in Gallia, fratrem Auſterium Minoritam, quem Claudius Roberti vocat Auſtenſium de S. Columba. Ille ipſe eſt, de quo ſupra locuti ſumus, & diximus ad ſacræ Theologiæ magiſterium promotum. Hunc ab Eduardo Principe Aquitaniæ, & Walliæ miſſum Nuncium ad Urbanum Pontificem ipſo primo anno ſui Pontificatus, & ab eo benigne receptum, comperio in ejuſdem Urbani regeſto: *Quia præſentis vitæ* VI. Kal. Aprilis.

Tomo I. Regeſt. Vatic. ann. 1349. n. 13. Litter. Camer. fol. 240.

Fr. Theal. Sibenic.

Fr. Petrus Coronen.

Frater Matthæus Archiep. Panormitanus.

IX. Creati ſunt hoc anno Epiſcopi, Sibenic. in regno Zechiæ, ſub Archiepiſcopo Matrigen. frater Thealdus, per obitum Thomæ etiam Minoritæ, XVI. Kalendas Decembris; & Coronen. in Peloponneſo, ſub Archiepiſcopo Athenienſi, frater Petrus Cornarius nobilis Venetus, per translationem Pauli ad Eccleſiam Caſtellanam, XVIII. Kal. Maii. Archiepiſcopus Panormitanus frater Matthæus de Cunis ſacræ Theologiæ Magiſter, per obitum Martii, Idibus Novembris. Neutrius horum meminit Rochus Pyrrhus in notitia Eccleſiæ Panormitanæ, ſed Arnaldo Meliori ſubjungit Ludovicum Venetum. Sane longe aliter ſe res habet, uti aperte conſtat ex regiſtro Vaticano Urbani V. Arnaldo defuncto ſuffectus eſt Octavianus Epiſcopus Agrigentinas VI. Idus Novembris, Pontificatus Urbani anno I. Per obitum Octaviani ſubſtituitur Melior de Bevilaqua Canonicus Veronen. legum Doctor, in minoribus Ordinibus conſtitutus, XIII. Kal. Januarii, anno Pontificatus II. Decedente paulo poſt Meliore creatur Martius de Aretio Canonicus Neapolitanus, XVIII. Kal. Februarii anno III. Mortuo Martio ſubſtituitur Idibus Novembris anno V. frater Matthæus ſupradictus: an fortaſſis ille, quem Urſinum cognominat Pyrrhus. Mira ſane apud eum ſub hoc tempus & perſonarum, & annorum confuſio; Arnaldo præmittit Octavianum qui ſubſecutus eſt Arnaldum & Meliorem, inter quos ſedit Octavianus, unum conſtituit, Ludovicum Venetum Matthæo præponit, cum inter Matthæum, & Meliorem ſolus ſederit Martius. Annos etiam creationum ita permiſcet, ut nihil ferme ſuo tempore conſtet.

Magiſtri Ordinis.

X. Magiſtri electi ſunt multi hoc anno: frater Urbanus de Peruſio, qui Perulii & Venetiis cum laude publice Theologiam profeſſus eſt; Petrocinus de Mantua, qui multis in locis eamdem prælegerat; Franciſcus de Faucheriis, Trecen. Diœceſis, qui in Senonen. Antiſiodoren. & Trecen. Cœnobiis; Nicolaus de Negroponte Miniſter Romaniæ, qui Piſis, & Aſſiſii docuit; Guillelmus Mayen, qui in pluribus ſolemnibus Ordinis ſtudiis; Joannes de Chenegeyo qui Pariſiis; Michael Barcelli qui Lugduni per Septennium, Rogerius de Heraclia, qui in diverſis Academiis libros legit ſententiarum. Rodulphus Gazaguerra, & Laurentius de Plate.

Fr. Bartholom. Glanvillus. *Piſæus de Script. Angl.*

XI. Floruerunt hac tempeſtate in Anglia frater Bartholomæus Glanvillus, cognomento Anglicus ex illuſtriſſima Comitum Suffolcenſium familia ortus.

Anno Christi	Urbani V.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 160.
1367.	anno 5. & 6.	anno 20.	

ortus. Ab ipſa adoleſcentia jugo Domini ſub regula ſancti Franciſci ſuſcepto, Oxoniæ, Lutetiæ, Romæ ſacris litteris operam dedit, in quibus Magiſterii lauream eſt conſecutus. Adhibitis optimis quibuſque & ſelectiſſimis tum naturalium, tum ſupernaturalium rerum interpretibus, ex utriuſque ſcientiæ inter ſe collatione miras oſtendit provenire utilitates, docuitque qua ratione Philoſophicæ diſciplinæ poſſint ac debeant Theologicis ancillari, ut ad imitationem populi Iſraelitici, quaſi ex Ægyptiorum ſpoliis diſcamus ornare domum Dei, & Chriſti ſponſam Eccleſiam. Nam per proprietates rerum naturalium ſubtiliter & dilucide explicatas, & concinne applicatas, incredibilem attulit lucem ad intelligendas difficiles & abſtruſas divinorum oraculorum vel prophetias, vel allegorias, vel quaſcumque figuras, omneſque ſacræ Scripturæ locutiones figuratas, longe quam ante eum quiſquam, reddidit clariores. Hunc igitur in finem ingens plane volumen in lucem emiſit, quod in ſe comprehendit ſuccum & medullam omnium pene probatiſſimorum auctorum, qui de illis materiis unquam ſcripſerunt.

Fr. Joannes Wichingamus.

XII. Frater Joannes Wichingamus, qui in Cœnobio Norvicenſi primum litteras humaniores, deinde Cantabrigiæ Philoſophiam & Theologiam didicit, atque in utraque profeſſione egregie profecit. Ad populum frequentes habuit conciones, ſuiſque auditoribus vitiorum fugam, & virtutis amorem magno zelo perſuaſit. Extant plura ab eo conſcripta monumenta.

Fr. Gualterus Wiburnus.

Gualterus Wiburnus poeſi & oratione ſoluta diſertus & facundus, pius etiam in Deum & ſanctos, maxime in Chriſtum & Chriſtiparam. Nam de utroque ſcripſit cum heroico carmine, tum verſiculis rithmicis, & alios libros ad poſteros tranſmiſit.

Vide Marian. ætat. 7. & 8.

XIII. Hoc anno probavit ſanctus Antonius Patavinus quam benigne excipiat preces ſibi addictorum. Eduardus Walliæ, & Aquitaniæ Princeps (quem perperam Joan. Mariana vocat Richardum) dum exercitum pararet in auxilium Petri Regis Caſtellæ ab Henrico fratre Regno expulſi, & Petro Burdegalenſi Medico imperaret, ut caſtra ſequeretur, ægre hic ferebat domum & familiam relinquere, atque in exteras terras inter armorum ſtrepitus, & bellorum diſcrimina proficiſci. Abiit itaque ad Minorum Cœnobium, atque in ſacello ſancti Antonii rogavit pro ſe rem ſacram peragi, deinde ſuas preces adjunxit, ut ſi expediret, proficiſci, ſin aliter, domi hærere efficaciter inſpiraret, vel ſigno aliquo indicaret. Bis ſancti Patris effigies, ipſo & ſacerdote conſpicientibus, caput agitavit ad modum reluctantis, vel quidpiam denegantis, quo territus prodigio, dum domum rediret, obvium habuit Principis Seneſcallum, qui narravit interne miro modo perſuaſum Principi, ne hominem divexaret, aut a domeſtica requie divelleret. Regreſſus ille ad Sancti tutelaris ſacellum gratias exhibuit, & multis præſentibus rem omnem recenſuit, & in ſcripta authentica redegit.

S. Antonius ſibi ſupplicantem audit. *Legen. MSS. S. Anton. c. 5 b.*

Conv. Caſtri-Geloſii. *Gonz. in Provin. Aquit. recen. an. 18. Tom. 5 an. 1231. n. 18.*

XIV. Vir nobilis Albretenſium Dominus, ad Caſtrum-Geloſii, Aquitanorum oppidum, Cœnobium Minoribus hoc anno extruxit, quem & Neracenſe alias ædificaſſe narravimus. Ab hæreticis vero anno MDLXIX. ad ima fundamenta everſum eſt, cujus incolas ærumnis multis, fame, ſiti, plagis, opprobriis, carceris moleſtiis divexarunt; duos vero Petrum Veronienſem lectorem, & diſertiſſimum concionatorem, ac Joannem Moretum Sacerdotem ante fores templi beatæ Mariæ ex procera arbore laqueo ſtrangularunt.

Petr. Veron. & Joan. Moretus martyres.

Conv. Capricanus.

XV. Hoc anno conceſſit Pontifex facultatem Miniſtro Generali recipiendi domicilium pro Fratribus in civitate Capricana, quam non aliam eſſe ſuſpicor, quam urbem præcipuam inſulæ Capreæ, vulgo *Capri*, arce Tibe-

rii nobilis, in mari mediterraneo, e regione Surrentinæ civitatis; neque enim alterius ſub hoc nomine urbis licet reperire veſtigium: *In Eccleſiæ firmamento*. XVI. Kalendas Octobris. Aliud etiam Cœnobium in Inſula Manniæ maris Hibernici, in villa ſanctæ Columbæ, a Guillelmo de Monteacuto, Comite Saresburien. Inſulæ domino, fabricandum, indulſit Fratribus Provinciæ Hiberniæ accipere, dummodo accederet conſenſus Epiſcopi Soderenſis, Inſulæ Antiſtitis, qui olim juriſdictionem in omnes Hebridas inſulas exercebat: *Intenta ſalutis operibus*. VII. Idus Decembris.

Conv. S. Columbæ.

Vide Camden. de inſulis Britann.

XVI. Clariſſas Monaſterii Arelatenſis ſuſcepit ſub patrocinio beati Petri, & Sedis Apoſtolicæ, quia Syndici, & cives minabantur, ſe poſt Pontificis in Urbem Romanam, quam tunc parabat, profectionem, eas expulſuros: *Sacroſancta Romana Eccleſia*. XI. Kalendas Maii. Clariſſis Monaſterii vallis gloriæ urbis Hiſpellatis, quædam ſuorum prædeceſſorum privilegia confirmavit: *Veſtræ devotionis*. VII. Idus Julii.

Monaſt. Arelaten.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Urbanus V. Avenione diſcedit.

I. Fratris Petri de Aragonia Jacobi II. Regis filii monitis excitus, tamdem hoc anno Pontifex Avenione devenit Romam; proviſo interea, ne ſine licentia Miniſtri Fratres magiſterium aſſumere auderent: *Licet Apoſtolicæ &c.* II. Nonas Januarii. Fratrem Guillelmum ſubinde Ordini reſtituit: *Dudum felicis &c.* XI. Kalendas Maii, quando Maſſilia ſub Idus Majas ſolvebat: & X. Kalendas Junii, cum Genuam appuliſſet, Monachos Benedictinos, fratreſque noſtros Bellicardi inter ſe diſſentientes compoſuit. IV. Idus Junii: *Ea, quæ judicio &c.* cum II. Kalendas ejuſdem menſis octo triremium comitatu abiret Cornetum, & IV. Nonas ejuſdem præfati menſis in eam urbem venit in Cœnobio Minorum exceptus: ceterum replicatis litteris Apoſtolicis, præfatam compoſitionem conſtabilivit. II. Kalendas Auguſti: *Dudum cum inter &c.* ac nonnullos ad Magiſterium dimiſit, ſcriptis brevibus Cancellario Toloſano pro fratre Simone Brumo. XVI. Kalendas Septembris; Bertrando Miniſtro Tuſciæ pro fratre Joanne. II. Idus Septembris, & Jacobo de Reate pro fratre Franciſco. V. Kalendas Januarii. Percipiens autem plures noſtrorum curis ſecularibus implicari, quod plurimum religioſitati officiebat, ab iis eos removeri mandavit, edito brevi: *Intelleximus &c.* Kalendas Januarii.

Judic. ex Bullar. noſtro fol. 74.

II. Caſimirus Poloniæ Rex, Loctici filius, cognomento Magnus, per ſuos Oratores Avenionem miſſos Eccleſiam Metropolitanam in civitate Leopolienſi ab Urbano V. VIII. Idus Aprilis, ſufficienter dotatam erigi, & fundari obtinuit, quod & factum eſt: Archiepiſcopus enim Gneſnenſis Jacobus Svinka, litteris ſibi præſentatis, perſonaliter Leopolim adiit, & ex parochiali Eccleſia Leopolienſi, inſpectante Caſimiro Rege, & univerſa ejus militia, Archiepiſcopatum erexit, primumque Archiepiſcopum dictæ Sedis Chriſtinum virum nobilem inſtituit & conſecravit, ait Miechovius. Jacobus autem Scrobiſſevius Canonicus Leopolienſis in ſuo opere de Archiepiſcopis Halicienſibus, ait de iſto Chriſtino, ſibi indicatum eum prope Sanocum natum, & Religionem ſancti Franciſci profeſſum genus duxiſſe ex Illuſtri Gozdavitarum familia, & apud Minores Conventuales Leopoli hæc pauca legiſſe: *Illuſtriſſimus Dominus Archiepiſcopus Halicienſis* MCCCLXVII. In Annalibus vero Leopolienſibus ita haberi: *Chriſtinus primus Archiepiſcopus Halicienſis Ec-*

Fr. Chriſtinus conſecratur primus Archiepiſcopus Leopol.

Caſim. Bierno. ex Miech. l. 4. c. 26.

Anno Christi	Urbani V.	Caroli IV. Imp.	Religionis Min.
1367.	anno 5. & 6.	anno 20.	rum anno 168.

„ *Eccleſiam Metropolitanam ſanctæ Mariæ Magdalenæ Haliciæ conſtruxit;*
„ *prout facultates ferebant, dotavit: Prælatos & Canonicos inſtituit, &*
„ *quoniam nudos titulos gerebant, de ſua menſa alebat egenos, & pupillos*
„ *ſuſtentabat, doctrina clarus, ac bonis operibus plenus obit.* Hæc circa dubium eſt, an Chriſtinus hic debeat vocari Halicienſis, ſeu Leopolienſis; etenim Miechovius, cui aſſentitur Bielſcius, qui Haliciam in Archiepiſcopalem Sedem erectam non niſi anno MCCCLXXV. ſub Ludovico notat his verbis, ait: *Poſtea Ludovicus miſit ad Papam, cupiens ab eo fieri au-*
„ *ctionem Epiſcoporum Ruſſiæ, maxime animadvertens magnam copiam homi-*
„ *num, ritu Catholico initiatorum ſecundum Ordinem ſanctæ Eccleſiæ. Hic*
„ *fundavit Epiſcopatum Præſmilienſem, Wladimirienſem, & Archiepiſco-*
„ *patum Halicienſem, ut ſcribit Dugloſſus, & antea Caſimirus Rex jam*
„ *Archiepiſcopatum Leopolienſem (præter quem alius ibi non eſt) inſtitue-*
„ *rat.* Ita Bielſcius: & Miechovius inquit: *Eodem anno (ideſt* MCCCLXXV.)
„ *præfatus Rex Ludovicus ad Gregorium Papam XI. miſſis Nuntiis in Ave-*
„ *nionem, Halicienſe Oppidum Archiepiſcopali, Præſmilienſe vero, Chel-*
„ *menſe, & Waldzimirienſe Epiſcopali honore inſigniri obtinuit. Ad Me-*
„ *tropoliticam Halicienſem Eccleſiam Jacobus Polonus fuit conſecratus, &*
„ *Sedi ſuæ Eccleſia græci ritus fuit aſſignata. Ad Præſmilienſem vero Henri-*
„ *cus Fratrum Minorum, natione Alemanus, genere nobilis; primus Epi-*
„ *ſcopus fuit conſecratus &c. Archiepiſcopalis autem Sedes Halicii duravit*
„ *uſque ad annum* MCCCCXIV. *quo per Wladislaum Jagellonem Regem*
„ *tranſlata eſt Leopolim: ac tunc primum Eccleſia Lemburgenſis, ſeu Leopo-*
„ *lienſis facta eſt Metropolitana; & ipſa civitas aucta, & ornata Metropo-*
„ *litica dignitate, pro Lemberga Leopolis appellari cæpit: & quidem hæc tir-*
„ *ca Bielſcius ad annum* MDXI. *inquit Joannes Rzeſſouski in Halicienſem*
„ *Archiepiſcopatum ſucceſſit; quem poſtea tranſtulit Leopolim Halicia.*
„ Idem confirmat Okolſcius dicens: *Joannes Rzeſſouski Archiepiſcopus*
„ *Leopolienſis, qui tranſtulit Sedem Halicia Leopolim anno* MCCCCXIV.
„ Ex relatione horum hiſtoricorum dubium eſt, an Chriſtinus, de quo hic
„ agimus, debeat dici Archiepiſcopus Leopolienſis, vel Halicienſis, cum
„ primum circa annum MCCCCXIII. Archiepiſcopatus Halicienſis translatus
„ fuerit Leopolim, qui ſi ibidem præfuiſſet, fruſtra Halicia translatus
„ fuiſſet. Dubio reſpondet Caſimirus Biernaski ex Stephano Damaleuvicio
„ in vitis Archiepiſcoporum Gneſnenſium, ſub Jaroslao Archiepiſcopo 28.
„ inquieote: *Ad eumdem Gregorium XI. Ludovicus Hungariæ, & Poloniæ*
„ *Rex, poſtquam Ruſſiam domuiſſet armis, & in ſuam redegiſſet poteſta-*
„ *tem, miſſa legatione effecit, ut duæ ibi cathedræ Epiſcopales Præmyſliæ,*
„ *& Wladimiriæ, Haliciæ vero Archiepiſcopatus inſtitueretur.* Unde recte
„ colligit Cromerus, ab initio temporibus Caſimiri, Leopoli Epiſcopa-
„ tum fuiſſe conſtitutum; neque enim Archiepiſcopus conſtituitur, qui
„ nullum in ſua Proviocia habeat Epiſcopatum. Halicienſis deinde Me-
„ tropolis, Leopolim translata eſt, Epiſcopatus Leopolienſis Camenecum. Ex his, quæ Caſimirus adducit, neſcio quam dubio ſolutionem
„ afferre velit; cum augeat, & non tollat ambages: etenim ſi ſub Urba-
„ no V. facta eſt Epiſcopalis Lomberga, ſeu Leopolis, & Archiepiſcopa-
„ lis Halicienſis, res bene ſe habet: dicitur enim tunc Archiepiſcopus *Wadd. ad ann. 1391. n. 5.*
„ Halicienſis noſter Chriſtinus; ſed obſtat Bielſcius, qui ſub Ludovico
„ Rege Haliciam ea dignitate decoratam fuiſſe autumat. Verumtamen
„ parum, vel nihil refert id; quamobrem relicta quæſtione diſcutienda
„ aliis, io exemplum aliorum Chriſtinum in ſuo præſulatu ſanctiſſimum,

ac

„ ac ideo merito laudatum, proponimus. Ceterum Halicia, Germanis „ *Halicz*, in Ruthenia nigra ad Nieſter fluvium, in confinibus Podoliæ a „ Leopolis xv. milliaribus germanis abeſt.

ARGUMENTUM.

In Boſnæ partibus Religionem Catholicam diſſeminant Minoritæ; Fratricellos infectantur. Creantur Epiſcopi. Inchoatur Ordinis diviſio per Paulutium Fuiginatem. Inſidiantur aliqui honori Farignani Generalis Miniſtri. Accreſcunt domicilia.

Propagatur fides Catholica in Boſna.

I. QUæ paulo antea diximus de converſione ſchiſmaticorum, & hæreticorum in Bulgariæ, Raſſiæ, & Boſnæ regionibus, probantur amplius hoc anno litteris Pontificiis ſcriptis ad Ludovicum Hungariæ Regem, & Peregrinum Boſnæ Epiſcopum, in quibus fidei Catholicæ felicem progreſſum Pontifex commendat, & deſiderium indicat Religioſorum obtinendi ſacerdotes ex Clero ſeculari, quibus a ſe converſos committant, ut ad ampliorem colligendam meſſem ipſi ulterius proficiſcantur. Ita noſtri ſemper egerunt; in prima belli acie conſtituti; devicto hoſte, morte contempta, ſuperatis difficultatibus, opima ſpolia animarum, & fructus pingues bonorum temporalium Epiſcopis ſubſequentibus, & ſuccedentibus Parochis reliquerunt, tantum abeſt, ut his incubare velint, quod miro livore de omnibus regularibus quidam hac tempeſtate obſtrepunt, & ſummis Eccleſiæ judicibus ſuggerunt importune.

Cariſſimo in Chriſto filio Ludovico Regi Hungariæ Illuſtri.

Ex ſecr. ann. 6. fol. 130. ep. 1.

II. *REplevit ingenti gaudio mentem noſtram accept'ſſima Deo, & nobis relatio nuper per dilectos filios Joannem de Reno, & Andream de Peruſio Ordinis Fratrum Minorum, de Bulgariæ, Raſſiæ, & Boſnæ venientes partibus nobis facta, inter cetera continens, quod, inſpirante illo, qui ubi vult ſpirat, ad tuam inductionem & cooperationem piiſſimam, ac Fratrum dicti Ordinis in dictis partibus commorantium prædicationem, multa millia perſonarum utriuſque ſexus, relictis damnabili ſchiſmate, aliiſque erroribus, quibus erant, & fuerant omni tempore involuti, ad lumen veræ fidei, ac unitatem, & obedientiam ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, matris & magiſtræ cunctorum fidelium, redierunt, de quo non ſolum nobis, ſed univerſæ congregationi fidelium talia ſentientium, quam tanta multitudine augeri procuraſti, devotiſſimis ſtudiis, & cœleſti etiam Curiæ ingentem lætitiam attuliſti. Nam ſi, teſtante veritate, quæ Chriſtus eſt, ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, Angelis Dei fit gaudium, quanto majus illud exiſtimandum exiſtit, quod de tantæ multitudinis converſione noſcitur exoriri? Proinde itaque Deo, a quo omne datum optimum progreditur, gratias referentes & tuam Chriſtianiſſimam Serenitatem dignis laudum præconiis extollentes, plenis affectibus rogamus, & hortamur eamdem, quatenus hujuſmodi tua ſtudia laudanda continuans, venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopo Collocen. & Epiſcopo Cenadien. quibus per Apoſtolicas litteras committimus, & mandamus, ut de ſacerdotibus, qui curam gerant converſorum hujuſmodi, ſolerter provideant, & eiſdem Fratribus ad alios, cooperante Domino,*

con-

convertendos aſſiſtant, velis pro reverentia Dei, & tuo & noſtro, & ineffabili præmio, ac reverentia Apoſtolicæ Sedis dare conſilium, auxilium, & favorem ad converſionem aliorum ſchiſmaticorum, & hæreticorum, ac infidelium, quibus regnum tuum vicinum exiſtit; omnem quam poteris, prout de te ſperat ſancta Mater Eccleſia, operam præbiturus. Datum apud montem Flaſconem II. *Idus Julii anno* VI.

Venerabili fratri Epiſcopo Boſnen.

III. *Cum ſicut lætanter accepimus, dilecti filii Fratres Minores in tua diœceſi conſiſtentes, circa converſionem, & extirpationem hæreticorum, quorum multitudo in ea manere aſſeritur, continuis ſtudiis elaborent, decet Fraternitatem tuam, cui principaliter onus hujuſmodi converſionis, & extirpationis incumbit, eoſdem Fratres, qui in tanto miniſterio tui cooperatores exiſtunt, in caritatis viſceribus, ac opportunis auxiliis confovere. Quapropter Fraternitatem eamdem hortamur attente mandantes, quatenus eiſdem Fratribus, quos fama religioſæ vitæ, & prædicationis inſtantia multipliciter recommendant, ſincera caritate pertractans, eis præſertim circa converſionem, & extirpationem hæreticorum efficaciter aſſiſtere non omittas in hac parte, & alias in executione tui Epiſcopalis officii te taliter habiturus, quod exinde a Deo præmium, & favorem Apoſtolicum plenius merearis. Datum apud Montem Flaſconem* XII. *Kalendas Auguſti anno* VI. *Ibid. f.* 111 *ep.* 2.

IV. Nullis artibus comprimi, nullis modis extingui potuit in Italia Fratricellorum contagio, dum ubique ſuos habebant ſautores. Statuit itaque Urbanus præſens intentare, quod ſui prædeceſſores in Gallia abſentes non potuerunt, malum hoc ſemen eradicare, deputatis per Provincias Commiſſariis & Inquiſitoribus, qui peculiari cura huic incumberent miniſterio. In valle Spoletana, Provincia ſancti Franciſci, & urbe Peruſina, huic operi præfecit fratrem Guillelmum Epiſcopum Narnienſem Minoritam, qui prudenter & caute quoſdam hujus ſectæ de hæreſi vehementer ſuſpectos, auxiliantibus aliis, maxime Miniſtro Provinciæ ſancti Franciſci, cepit in diſtrictu Peruſii. Sed dum ægre id ferrent Peruſini, & captionis auxiliatoribus ſæva minarentur, Pontifex, ut minas deponerent, injunxit, & Minorum Miniſtrum ob præſtitum auxilium plurimum commendavit. Quantum autem horum nebulonum turba Peruſii excreverit, & quouſque illorum proruperit audacia, alias referemus. Statuuntur Inquiſitores contra Fratricellos. Fr. Guillelm. Ep. Narnienſ. *Ann.* 1374.

Dilecto filio Miniſtro Provinciæ ſancti Franciſci, Ordinis Minorum.

V. *Lætanter audivimus, quod tu nuper in captione quorumdam ſuſpectorum de hereſi facta in diœceſi Peruſina, fideli promptitudine tribuiſti conſilium & juvamen, de quo diſcretionem tuam plurimum commendamus, ac hortamur attente, quod nullius terrore deſiſtas a talibus, ſi occurent in poſterum, ſed ſemper ea promptius, & ferventius proſequaris. Nos enim dilectis filiis Regimini, & Communi Peruſii ſuper hoc ſcribimus in forma præſentibus introcluſa. Datum Romæ apud ſanctum Petrum* XII. *Kalendas Martii anno* VI. *Ibid. fol.* 70. *ep.* 1.

Di-

Dilectis filiis Regimini, & Communi Civitatis Perusienſis.

Ibid. fol. 69.

VI. *Super cuncta, quæ ad noſtræ ſervitutis ſpectant officium, illud cenſemus fore præcipuum, & noſtris tenacius inhæret affectibus, ut murum catholicæ fidei, qua redempti Chriſti ſanguine ſalvi ſunt, ab hæreticorum defendamus impulſibus, & ne ipſius fidei impuritas illius fermento corrumpatur malitiæ, vigilanti ſollicitudine procuremus. Ea propter cum ad noſtrum auditum perductum fuiſſet relatibus fide dignis, quod in quibuſdam Italiæ partibus erant quamplurimi a via veritatis prorſus averſi, euntes per devium falſitatis, ac ſub Fratricellorum nomine reprobatas conventiculas facientes, qui præfatæ detrahere fidei, & ſimplicium animas decipere fallacibus argumentationibus, quas pater mendacii, antiquus hoſtis eos docuerit, clandeſtine conabantur. Nos ad quærendum & capiendum vulpeculas vineam demolири Dominicam fatagentes, ut eorum conſternerentur periculoſa molimina, ciſque nocendi ulterius fidelibus vineæ præfatæ cultoribus poſſibilitas tolleretur, venerabilem fratrem noſtrum Guillelmum Epiſcopum Narnien. cum pleno in hac parte mandato in veſtris, & nonnullis aliis partibus ſpecialiter duximus deputandum. Cum itaque, ſicut nuper audivimus, idem Epiſcopus cum auxilio nonnullorum, tam Clericorum, & Religioſorum, quam laicorum in diſtrictu veſtro caute, ſicut expoſcebat qualitas talis negotii, quoſdam ex hujuſmodi Fratricellis de hæreſi vehementer ſuſpectos capi fecerit, & carceribus mancipari, & nonnulli veſtrum proinde ex eo dicantur mirati, & etiam perturbati, minas capientibus, & eos juvantibus inferentes, quod abſque veſtra ſcientia in dicto diſtrictu hujuſmodi captio fuit facta; prudentiam veſtram, quæ debet zelo fidei præfatæ fervere, & non ſolum non dolere, vel turbari de talium ſuſpectorum hominum captione, ſed lætari ab intimis, quod patria veſtra cautiori modo, quo fieri poteſt, hujuſmodi perniciоſis contagiis expurgetur; & ad hoc cum vos requiri contigerit, potentium, & juvamen veſtræ promptæ devotionis offerre, rogamus, & hortamur attente, diſtricte mandantes, quatenus contra captores eoſdem, vel alios, qui ſimilia forſan facient, ſeu volent facere in futurum, ac dantes eis auxilium, conſilium & favorem, nullam penitus inferatis moleſtiam vel terrorem; & ſi quam (quod non credimus) jam forte feciſtis, illam in ſtatum reducere priſtinum penitus ſtudeatis. Sciturі, quod ſi aliqui ſecus forte tentaverint, non poſſemus, ſicut non deberemus ſub diſſimulatione tranſire, quin curaremus contra eos de opportuno remedio providere. Datum Romæ, apud ſanctum Petrum, XII. Kalendas Martii anno VI.*

VII. Creati ſunt hoc anno Epiſcopi, frater Geraldus de Monte-fuſculo Dragonarien. per obitum Marthiſini. VI. Idus Novembris, frater Paulus Franciſcus Romanus Iſernien., per translationem Philippi ad Eccleſiam Tyburtinam. XI. Kal. Januarii: Frater Raymundus Fundanus, per translationem Jacobi etiam Minoritæ ad Eccleſiam Aſſiſiatem. VIII. Kalendas Februarii: frater Joannes de Vegla Segnen. & Corſulen. ad mare Adriaticum, per translationem Dominici ad Eccleſiam Jaderen. V. Kalendas Octobris: frater Bertrandus Lagerius transfertur ab Eccleſia Aſſiſiate ad Glandaten. in Gallia, ſub Archiepiſcopo Ebrodunen. per obitum Alziarii. VIII. Kalend. Februarii. Bertrandus hic poſtea factus eſt Cardinalis, uti infra dicemus. Eodem die frater Jacobus transfertur ab Eccleſia Fundana ad Aſſiſiatem, per translationem prædicti Bertrandi ad Glandaten. Frater Nicolaus de Nola Svanen. in Etruria, ſub Archiepiſcopo Senenſi, per obitum Pauli. XVI. Kalen-

Fr. Gerard. Epiſcop. Dragonatien.
Fr. Paul. Iſernien.
Fr. Raymun. Fundan.
Fr. Joan. Segnen.
Fr. Bertran. Glandaten.

Anno 1371.

Fr. Jacob. Aſſiſien.
Fr. Nicol. Svanen.

lendas Auguſti. Ex monumentis provinciæ Marchiæ Anconitanæ, & Conventus Podii Canoſæ conſtat hoc anno dominica prima Maii conſecraſſe Eccleſiam fratrem Ludovicum Firmanum Epiſcopum Caſtinenſem. Fr. Ludov. Caſtinenſ.

VIII. Promoti ſunt ad magiſteria hoc anno ex præcepto Pontificio, frater Franciſcus de Marello Meſſinenſis, gradum conferente fratre Jacobo Reatino. Joannes Vallenſis Anglus, qui diu Londini Theologiam docuit, laureante fratre Bernardo de Guaſconibus Miniſtro Tuſciæ, & frater Simon Bruni in Univerſitate Toloſana. Novum officii genus hoc anno in Ordinem induxit Urbanus conſtituto Altarario Baſilicæ ſancti Petri in Vaticano fratre Joanne Chambareti. Ex inſtitutionis inſtrumento, quale hoc munus erat, conſpicietur. Fr. Joann. Altarius S. Petri.

Dilecto filio Joanni Chambareti Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, Altarario Altaris Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe.

IX. *DE tuæ probitate fidelitatis, ac circumſpectionis induſtria plenam in Domino fiduciam obtinentes, ac ſperantes, quod ea quæ tuæ prudentiæ committemus, fidelibus ſtudiis exequeris, te Altararium Altaris Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, uſque ad noſtrum beneplacitum, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, facimus, conſtituimus, & etiam deputamus, ibi recipiendi omnes, & ſingulas oblationes, obventiones, ac fructus, redditus, et proventus ad dictum Altare pervenientes, ſeu perventuros, ac cenſus debitos per quoſcumque Altari prædicto, ac etiam debita, et legata ipſi Altari petendi, exigendi, et recipiendi, et de iis dumtaxat quæ receperis, ſolventes quietandi, et generaliter omnia et ſingula, quæ ad dicti Altariatus ſpectant officium, faciendi et exercendi, non obſtante quod Ordinis Fratrum Minorum profeſſor exiſtis, facultatem plenariam concedentes. Volumus inſuper, quod tu de præfatis oblationibus, obventionibus, ac fructibus, redditibus, ſeu proventibus, ſive cenſibus, aut debitis, ſeu legatis dicti Altaris, ducentos florenos auri pro tuis et familiarium, et aliorum ſolitorum teneri ad ſervitia dicti Altaris ſtipendiis ſeu expenſis recipias annuatim. Datum Viterbii* XV. *Kalendas Septembris anno* VII. *Ibid. fol. 95. ep. 389.*

X. Hoc anno Ordinis diviſio toties ab aliis intentata, non tamen prudenter directa, humile ſed ſtabile ſumpſit initium in homine undique ex ſtatu, & ſtatura, corporis effigie, & nomine contemptibili, ſed genere & pietate ſpectabili. Is fuit Paulutius Fulginas cujus ortum, parentes & vitæ primordia alias deſcripſimus, a Joanne de Vallibus, & Gentile Spoletano zelum paupertatis & ſtrictioris ſuæ regulæ obſervantiæ in tuguriolo ſancti Bartholomæi in ſolitudine Bruliani edoctus, ad quam aſſequendam ſemper aſpiravit. Multa paſſus a laxioris vitæ ſectatoribus, ſcorſim, & ſolitarius vixit ex ſuperiorum licentia, in turri conceſſa ſibi ab Hugolino de Trincis urbis Fulginei Principe, ſuo conſanguineo, qua olim utebantur in maleſactorum mancipium Fulginates, eo in loco, quo nunc eſt ſanctæ Luciæ Monaſterium. In libertatem ſpiritus hoc uſus carcere, in vigiliis, in jejuniis, in oratione & contemplatione vitam ducebat Angelicam, & exemplo ſuo multos alliciebat ad potiorem diſciplinam. Conſocios, & pii deſiderii conſcios aliquando orationibus, aliquando miſſis nunciis & litteris in ſancto confirmabat propoſito, iſque fuit ſemel orationis fervor, dum pro his precaretur, ut tota turris ignita videretur, ſuperante verticem flamma copioſa. Accurrit populus ignem extincturus, ſed nullum reperit præter Paulutium toto corpore æſtuantem mirabili hoc igne circumſeptum. *Marian. lib. 5. cap. 1. Jacobill. in vita Paulut. cap. 6. Tom. 7. an. 1323. n. 122.* Fr. Paulut. Fulginas regularem docet obſervantiam.

Anno Christi	Urbani V.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 161.
1368.	anno 6. & 7.	anno 21.	

Ubi hujus institutionis jecerit fundamenta.

XI. Dum in his verſaretur exercitiis, venit Miniſter Generalis Thomas Farignanus eam in urbem comitia provinciæ ſancti Franciſci celebraturus, quibus ſumptus & quidquid opus erat abunde miniſtravit prædictus Hugolinus. Diſſoluto cœtu, Generalis Miniſter, & Provinciæ Rectores pro receptis beneficiis gratias acturi, in ejus domum convenientes, dum ſe, ſuaque viri conſecrant obſequio, præmonitus a Paulutio, petiit huic ſuo conſanguineo, & pauculis ſociis tuguriolum concedi Bruliani. Annuit optimi Herois precibus Farignanus devinctus tum receptis beneficiis, tum arcta multorum annorum neceſſitudine. At non prius domum reverſus, quam aliqui ſuggeſſerint, rem periculoſam conceſſiſſe, & in domuncula hac parvam ſpariſſe ſementem magnæ diſcordiæ ſuturæ. Dum hæc tacitus ſecum cogitat, & in memoriam revocat alias turbas in Ordine excitatas, ac difficulter ſopitas, ſequenti die ad Heroem accedens rogat, ut ſibi liceat conceſſa revocare, dicens ea indubitanter ceſſura in magnum Religionis detrimentum. Indigne tulit Hugolinus ſibi promiſſa irritari, nec ſe permiſſurum, iratus dixit, ut adeo pueriliter ſecum ageretur. Ne amicum & benefactorem amplius offenderet, pridie dicta rata habuit Farignanus; qua ratione eluſæ ſunt artes inimici, qui pacis & unitatis laudabili ſpecie, ampliſſimum animarum lucrum voluit impedire.

Qualis incolatus primi Cœnobioli.

XII. Hoc itaque anno in domuncula iſta, in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis, Fulgineum inter & Camerinum, radices fixit Paulutius, & fundamenta jecit eo ſolidiora, quo humiliora, regularis obſervantiæ. Socios advocavit viros bonos, non tamen æquæ conſtantiæ, cedentibus aliquot loci aſperitati & incommodis, non facile perferendis. In vicino lacu perpetua querela quaxabant ranæ, cœnoſæ paludes gravem exhalabant aerem, dumeta, humileſque myricæ plurimos generabant ſerpentes, quos ipſis in lectis, per officinas, & in utenſilibus, magno horrore, & metu Fratres frequenter offendebant. Hominum ibi commercium nullum, vinum nullum, ſolatia humana nulla, omnia inculta & aſpera, montis aliquot incolæ ruſtici, pauperes, horridi, quorum veſtes caprarum oviumque pelles, caleamenta calopodia. Ab iſtis mutuatus Paulutius calones, iis uſus eſt tum propter egeſtatem, tum propter commodiorem inceſſum, per loca petroſa, & ſociis eorumdem uſum perſuaſit, obtenta prius facultate a Generali Miniſtro. Hinc Calonum, ſeu Calopodiorum inter regularis obſervantiæ profeſſores, maxime in Italia, a quibus in rudi vulgo nuncupantur, deducta conſuetudo, eo firmius retenta, quo minori hæc conſtant pretio, quam ſoleæ ſive ſandalia, magis etiam conducunt ſanitati, & a pleriſque aliis religioſis ſint aſſumpta.

Unde Calopodiorum exordium.

XIII. Hic in ſumma vitæ auſteritate, & aſſidua contemplatione, dum per aliquot menſes hæreret, recedentibus aliquibus ex ſociis, alii ſortiores & robuſtiores ſpiritu acceſſerunt (inter quos illi præcipui, frater Angelus de monte Leonis, & frater Joannes de Stronconio doctiſſimi Concionatores & laudabilis converſationis) quorum numerus ita crevit, ut augere oportuerit domicilium, & ſacram ædiculam, libenter ſumptus miniſtrante prædicto domino Hugolino, cujus inſignia per annos plurimos præ Templi foribus conſpiciebantur. Aucto amplius Sodalitio, & diffuſa per omnem in circuitu regionem fama ſanctæ ſocietatis, plures accurrerunt undique Fratres, quam ſub unius tugurioli anguſtiis potuerint contineri. Obtinuit proinde infra breve tempus a prædicto Generali Ordinis Præfecto, ejuſque ſucceſſoribus in provinciis ſancti Franciſci, Romana, & Tuſciæ Cœnobiola multa, quorum nomina dabimus alias opportunius, quæ vix hujus ſtrictioris vi-

Præcipui Paulutii ſocii.

Anno Christi	Urbani V.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 161.
1368.	anno 6. & 7.	anno 22.	

vitæ æmulatoribus recipiendis ſufficiebant. Porro Brulianum, tanquam omnium primum, majori proſecuti ſunt reverentia tum domeſtici, tum externi; quod abunde probavit Julius II. anno MDXI. dum Bononia Romam regrederetur: ad hunc enim locum inviſendum cum Cardinalibus ſeptem declinavit, cum Fratribus manducavit, & perpetuis indulgentiis in die ſancti Bartholomæi lucrandis Eccleſiam honeſtavit. Paſſim hujus Sodalitii incrementa ſe nobis offerent, & multa ſuberit materia, ut auctorem frequenter commendemus.

Primæ adeuntis Bruliani reverentia.

XIV. Hoc ipſo anno, & ſortaſſis non majori cauſa, quam quod prædicto fratre Paulutio, aliiſque Fratribus ſpiritualibus faverit, & a Miniſtrorum exemerit poteſtate, frater Thomas Farignanus Miniſter Generalis accuſatus eſt apud Pontificem, quod non recte in fide ſenſerit, crimen u gentibus Guillelmo ex Minorita Narnienſi Epiſcopo, & Miniſtro provinciæ ſancti Franciſci. Per ſeſquiannum ferme circa hæc diſtractus, & a regimine ſuſpenſus, tamdem publice in Eccleſia ſancti Petri, coram tribus Cardinalibus, Prælatis multis, Religioſis plurimis, & ingenti populi multitudine, probata per teſtes centum & amplius ejus innocentia, exploratiſque vitæ probitate, & malo adverſantium conſilio, cum honore priſtinæ reſtitutus eſt dignitati, & a Gregorio XI. primo ad Patriarchatum Gradenſem, mox ad Cardinalatus dignitatem evectus eſt.

Injuſte traducitur Farignanus Miniſter.

Marian. lib. 5. cap. 1. Rodul. fol. 189.

XV. Conceſſit hoc anno Urbanus facultatem Miniſtris urbis Terdonenſis in Ducatu Mediolanenſi, transferendi habitaculum ab eo loco, in quo prius conditum erat in ſuburbiis, ad tutiorem intra civitatem, maxime cum propter bellorum pericula ſuburbia erant deſtruenda: *Speciatis benevolentiæ*, VII. Kalend. Martii. Similiter indulſit Fratribus Caſtri Bellicradi, Arelatenſis diœceſis, ut intra mœnia, & parochiam Prioratus Ordinis ſancti Benedicti ſuum domicilium reædificarent, obſervatis quibuſdam pactis inter ipſos & prædictæ Eccleſiæ Priorem: *Regimini univerſalis*, II. Kaleud. Auguſti. Ut nobilis mulier Iſabella de Appia Comitiſſa Solleti, Idruntinæ diœceſis in vico Campaneæ, Salernitanæ diœceſis Cœnobium Fratribus extrueret, facultatem impertiit, præcedente examine Archiepiſcopi Neapolitani: *Exhibita nobis*, XVII. Kalend. Februarii. Occurrit hoc anno mentio Monaſterii Clariſſarum ſancti Nicolai prope Recinetum, de quo alias præfati ſumus, in diplomate quo Pontifex committit Plebano ſancti Andreæ de Monticulo Camerinenſis diœceſis deciſionem controverſiæ inter Clariſſas & Frares Prædicatores illius urbis, exortæ circa Eccleſiam ſancti Michaelis Recinetenſis: *Exhibita nobis*, III. Kaleud. Novembris.

Conv. Terdonæ transfertur.

Similiter Conv. Bellicradi.

Conven. Campaneæ.

Monaſt. Recinetens. *Tom. 5. an. 1290. n. 15.*

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELLISSANI DE MACRO.

» I. Contra quemdam ex noſtris, fratrem Dionyſium Soulechat Doctorem Pariſienſem, ex Vaticano Regeſto binæ litteræ Pontificis » apparent, quarum prima: *Ex ſupremæ &c.* X. Kalend. Januarii; altera » vero: *Dionyſius &c.* Kalend. ejuſdem menſis expeditæ fuere. Cunctis » vero Religioſis communem circa jocalia profeſſionis conſtitutionem: *Ne » in vinea Domini &c.* II. nonas Aprilis expedivit: creato inſuper Epiſcopo Dunenſi fratre Richardo: *Cum nos pridem &c.* VI. Idus Martii. Dunum autem, vulgo *Douune* eſt civitas Epiſcopalis Hiberniæ ad Bunnam » Fluvium, ſub Armaca Metropoli, haud procul a litore ortivo, ab Armaca in ſeptentriones diſtans ad L. M. P. Tuamæ propior.

Litteræ Apoſtolicæ contra fratrem Dionyſium.

Indic. ex Vatic.

Anno Christi	Urbani V.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 162.
1369.	anno 7. & 8.	anno 22.	

ARGUMENTUM.

Joannes Paleologus Græcorum Imperator, Minorum aliorumque ſuaſionibus abjurato ſchiſmate, Romanam fidem profitetur in Urbe ad Baſilicam Principis Apoſtolorum. Mittit Urbanus Minoritas in Orientem, Corſicæ inſulam, & Principatum Boſnenſem. Urbis reformationi invigilat. Sanctum Elzearium Ariani Comitem cœlitibus adnumerat. Moriuntur Fratres Marcus Viterbienſis & Nicolaus Reſſi Cardinales, ille olim Ordinis Primicerius, hic Protector, cui ſubſtituitur Cardinalis Philippus. In Oriente & Bulgaria pro fide Chriſti multi occumbunt Minoritæ. Moritur beatus Philippus Aquerius, cujus geſta referuntur. Propagatur Religio.

Paleologus Imperator ſchiſmati renunciat.

I. HOc tamdem anno Joannes Paleologus Græcorum Imperator, abjurato Schiſmate, unioni adhæſit Eccleſiæ Romanæ, quod multis itineribus & rationibus ei perſuaſerunt Minoritæ, aliique a Pontificibus miſſi virtute & doctrina illuſtres. Cum enim animadverteret, Amuratis Turcarum Principis imperium incredibili facilitate augeri, & ſibi proxime periculum immincre, in Italiam navigavit, primoque Joannam Siciliæ Reginam adiit, oraturus auxilium, deinde Pontificem Urbanum interpellavit, ſeque per omnia ei obſecuturum dixit, ſi modo ſuppetias aliquas adverſus Turcas concederet. Romam poſtea profecto, ut ibi tamquam in univerſi orbis theatro fidem orthodoxam ex formula Romanæ Eccleſiæ profiteretur, ſeque ac univerſos ſubditos Greganici ritus Occidentali Eccleſiæ conjungeret, miſit Urbanus Viterbio Cardinales quatuor, Guillelmum Epiſcopum Oſtienſem, Bernardum duodecim Apoſtolorum, Franciſcum ſanctæ Sabinæ presbyteros, & Raynaldum ſancti Adriani Diaconum, qui profeſſionem ejus exciperent. In horum præſentia ex ſcripto Imperator, audiente innumerabili populo, Græco idiomate recitavit fidei formulam, quam ſæpius dedimus, ad alios aberrantes Principes a Romanis Præſulibus miſſam, & omnes fidei articulos in ea contentos ſpopondit juravitque, dato inſuper diplomate ſe obſervaturum: Acta hæc in Baſilica Principis Apoſtolorum hoc anno, Indictione VII. die XVIII. menſis Octobris, præſentibus Paulo Patriarcha Conſtantinopolitano, Nicolao Epiſcopo Aurenopolitano, & fratre Antonio Athenienſi, Ordinis Minorum, auctoritate Apoſtolica a Cardinalibus Commiſſariis auditioni & interpretationi eorum, quæ dicebantur ab Imperatore, deputatis. Callebant hi optime linguam Græcam, & Latinam, & jurejurando præmiſſo, fideliter referebant latino idiomate verba Imperatoris græce profitentis, & aliorum Græcorum, qui ad ejus exemplum abjurato ſchiſmate, in eadem verba jurare volebant. Hujus publicæ profeſſionis inſtrumenta adhuc integra ſervantur in archivo molis Hadriani.

Mittuntur Minoritæ ad varias partes Orientis, & Aquilonis.

II. Urbanus animabus errantium lucrandis, & fidei Catholicæ propagandæ intenſiori incumbens zelo, ad omnes ferme Orientis ac Aquilonis regiones Paganorum ac hæreticorum erroribus infectas, deſtinavit Minoritas divini verbi diſſeminandi eruditos miniſtros: iiſque multa & magna indulſit privilegia, quæ huic videbantur functioni neceſſaria, eoſque univerſis Principibus, per quorum dominia tranſire oportebat, impenſe commendavit. De hujus miſſionis diploma unum, alterum inſinuo.

Di-

Dilectis filiis Fratribus de Ordine Fratrum Minorum in terras Sarracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Therorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Schytarum, Ruthenorum, Jacobitarum, Neſtorianorum, Nubianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Mochitorum, aliarumque non credentium nationum Orientis, & Aquilonis, ſeu quarumcumque aliarum partium proficiſcentibus.

III. *Cum vos ad terras Sarracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Therorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Schytarum, Ruthenorum, Jacobitarum, Nubianorum, Neſtorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Mochitorum, aliarumque non credentium nationum Orientis & Aquilonis, ſeu quarumcumque aliarum partium pro magnis, arduiſque negotiis reſpicientibus exaltationem & augmentam Catholicæ fidei deſiderantes, quia in deſideriis noſtris geritur, ut ſubmotis impedimentis quibuslibet, eorumdem negotiorum proſecutioni libere & efficaciter, auctore Domino, intendere valeatis, omnes & ſingulos cujuſcumque dignitatis, ordinis, conditionis, vel ſtatus extiterint, Eccleſiaſtici vel mundani, qui vobis vel familiaribus, & Nunciis veſtris, quamdiu feceritis in proſecutione prædicta, impedimenta vel obſtacula, per ſe vel alios præſumpſerint miniſtrare, quominus prædicta negotia libere & efficaciter proſequi, Deo favente, poſſitis, citandi, quod infra certum terminum competentem, quem eis ad hoc duxeritis præfigendum, Apoſtolico ſe conſpectui perſonaliter præſentent, facturi ſuper his, & recepturi, quod juxta ipſorum demerita viderimus expedire, vobis & cuilibet veſtrum, auctoritate præſentium, concedimus facultatem. Diem vero citationis & præfixionis hujuſmodi, & quidquid ſuper præmiſſis duxeritis faciendum, nobis per veſtras litteras harum ſeriem continentes, fladeatis fideliter intimare. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, nonis Decembris, anno* VIII. *Ex lib. ſecret. ann. 8. fol. 57.*

EISDEM.

Cum hora undecima ſit diei hominibus ut exeant ad opus uſque ad mundi veſperam &c. ut in ſimili bulla Alexandri IV. quam dedimus anno MCCLVIII. num. 1. Datum ut ſupra. *Ibid.*

IV. Juvit etiam, quibus potuit, modis, fratrem Mundinum Bononienſem, alioſque Conſodales Minoritas in inſula Corſicæ adverſus hæreticos, ut ipſe ait, aſſidue laborantes, ſubminiſtrando Fratres auxiliarios ejuſdem Inſtituti viros. In Principatu Boſnæ pro fide laborantibus, vicinarum regionum ſubſidio voluit proviſum, hoc dato diplomate. *Mittuntur Minoritæ Corſicam, & in Boſnę Principatum.*

Dilectis filiis univerſis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum profeſſoribus, in partibus Boſnæ commorantibus præſentibus & futuris.

V. *Excolentes vineam Domini Sabaoth, gratiis libenter Apoſtolicis communimus, & pie concedimus eiſdem, per quæ contra verſutas vulpium aſſultias ipſam demolientium vineam poſſint perſeverare conſtantius, & fortius convaleſcant. Exhibita ſiquidem nobis pro parte veſtra petitio continebat, quod vos in partibus Boſnæ ad prædicandam contra hæreticos, quorum conſiſtit ibidem multitudo non modica, conſtituti adverſus ipſos dimicantes gladio verbi Dei eradicationi ipſorum inſiſtitis toto poſſe, quodque ipſi verſa vice apud potentes & divites partium earumdem, quorum ſibi ſimulatis ſanc-* *Ibid. fol. 16.*

ſtitutis actibus favorem acquirunt, quantum poſſunt, impediunt, ne vobis in dictis partibus eleemoſynæ tribuantur, & cum obſtantibus Statutis veſtri Ordinis, non liceat vobis extra deputatam vobis provinciam eleemoſynas petere, ſæpe contingit intolerabilem defectum in victu & veſtitu neceſſariis vos habere. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, ut vobis in hac parte providere de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur, ne contra pietatem impietas invaleſcat, & ex defectu temporalium, quæ illis profecto licet metere, qui ſpiritualia ſeminant, ab incepto, quod abſit, miniſterio perſecutionis hæreſeos deſiſtatis, veſtris ſupplicationibus benignum præbentes aſſenſum, vobis ut extra Vicariam Boſnæ tam in Hungaria, quam Dalmatia, & Charia partibus quaſcumque eleemoſynas petere, & recipere licite valeatis, ſtatutis & ordinationibus Apoſtolicis, & Ordinis prædicti, etiam ſi de ipſis in præſentibus de verbo ad verbum eſſet ſpecialis facienda mentio, non obſtantibus quibuſcumque, tenore præſentium, indulgemus, diſtrictius inhibentes Fratribus Ordinis & partium earumdem, ne vos in quæſtu eleemoſynarum hujuſmodi impediant quoquo modo, ac eis mandantes, quod vos & veſtros ſocios benigne recipiant & protegant. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum Idibus Decembris, anno VIII.

Urbis reformationi cooperantur Prædicatores & Minores.

VI. Præter hæc cum Urbis reformationem ſummopere deſideraret, eamque Bernardo Baſilicæ duodecim Apoſtolorum, & Franciſco tituli ſanctæ Sabinæ presbyteris Cardinalibus demandaſſet, viſitationem omnium hoſpitalium, & Monaſteriorum Sanctimonialium, univerſarum religionum, commiſit Fratribus Laurentio Brixienſi Ordinis Prædicatorum, & Petro Tranſtyberino Ordinis Minorum, uti ſequens docebit diploma.

Dilectis filiis Laurentio de Brixia Prædicatorum, & Petro de Tranſtyberim Minorum Fratrum Ordinum profeſſoribus.

Ibid. fol. 170.

VII. *Summi paſtoris, qui viſitat gregem ſuum, vices nobis, licet immeritis, commiſſas, tunc recte gerimus, cum viſitationis officium exercemus, quod tanto ſolertius erga pauperes, & fragilioris ſexus perſonas nos gerere convenit, quanto ipſi noſtræ ſollicitudinis miniſterio noſcuntur amplius indigere. Sane cum, ſicut fide digna relatione didicimus, hoſpitalia & Monaſteria Monialium Urbis ſint, quod doleuter referimus, plurimum deformata; nos de his dolentes ab intimis, & ad ipſorum hoſpitalium & Monaſteriorum reformationem paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes, ac de circumſpectione & zelo veſtris ad pauperes, & religionem, plenam in Domino fiduciam obtinentes, vobis & utrique veſtrum inſolidum, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ad hoſpitale noſtrum Sancti Spiritus in Saxia, & cetera hoſpitalia ac etiam Monaſteria Monialium dictæ urbis Ciſtercien. Cluniacen. ſanctorum Benedicti & Auguſtini, & ſanctæ Claræ, & aliorum Ordinum quorumcumque perſonaliter accedentes, & habentes præ oculis ſolum Deum, auctoritate noſtra, viſitetis & inquiratis, corrigatis, & reformetis in eiſdem tam in capitibus, quam in membris, ſpecialiter de redditibus, & bonis dicti & aliorum hoſpitalium, & adminiſtratione, & cura, quæ pauperibus exhibetur, nec non honeſtate ipſarum Monialium, & obſervantia regulari, & aliis, quæ viſitationis & inquiſitionis correctionis, & reformationis officio videritis indigere. Si vero in hujuſmodi correctionibus, punitionibus & reformationibus ſcrupuli dubitationis emerſerint, ſuper illis ad dilectos filios noſtros Bernardum Baſilicæ duodecim Apoſto-*

ſtolorum, & Franciſcum tituli ſanctæ Sabinæ presbyteros Cardinales, quibus dudum præfatum viſitationis & reformationis officium in tota dicta Urbe per alias noſtras litteras, quibus non intendimus derogare, commiſimus, recurratis. Contradictores &c. Non obſtantibus quibuſcumque privilegiis & exemptionibus, ac litteris Apoſtolicis, nec non ſtatutis, & conſuetudinibus dicti ſancti Spiritus & aliis hoſpitalibus, ac etiam Monaſteriis, & Ordinibus quibuſcumque conceſſis, etiamſi de ipſis, & eorum locis & nominibus, ac tenoribus de verbo ad verbum eſſet in præſentibus mentio facienda, ſeu ſi aliquibus communiter vel diviſim ab Apoſtolica Sede ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, XIV. *Kalen. Januarii, anno* VIII.

VIII. Hoc anno XVII. Kalendas Maii, uti habet bulla Gregorii XI. a nobis relata, non octava die Aprilis & Dominica in Albis, ut aſſerit Marianus. Urbanus Pontifex, præmiſſo luculento in ejus laudem ſermone, ſanctorum catalogo adſcripſit ſanctum Elzearium de Sabrano, Comitem Ariani, ſanctæ Delphinæ conjugem, cujus vitam & geſta nos alias exſcripſimus diffuſius, & monuimus canonizationis litteras non ab Urbano, ſed a Gregorio emanaſſe. An item proceſſum ſit ad apotheoſim conjugis Delphinæ, neſcimus. Dedimus ſuperius litteras ad aliquot provinciæ Prælatos directas, ut de virtutibus & miraculis ejus inquirerent.

Tom. 7. an. 1323. n. 40.

Canonizatur S. Elzearius.

Marian. lib. 3. cap. 1.

Tom. 6. an. 1316. n. 10. & 1319. & 1321.

Ann. 1363. n. 18 & ſeq.

IX. Obiit hoc anno menſe Auguſti, uti ſcribere monuimus noſtros auctores, Marcus Viterbienſis ex Miniſtro Generali Ordinis Minorum, S. R. E. Cardinalis. Obiit etiam eodem anno Nonis Novembris, uti ſcribit Ciaconus, vel menſe Octobris, uti habet Marianus, Cardinalis alter, Nicolaus de Reſſia Lemovicenſis, Ordinis protector, cui ſuffectus eſt Philippus Gallus ex Epiſcopo Cabellicenſi. & Patriarcha Hieroſolymitano Cardinalis, tituli ſanctorum Marcellini & Petri, vir circumſpectus, prudens, & juſtus, qui fuit, inquit Marianus, Ordinis brachium dextrum, & columna fortiſſima, ut jure merito habuerit nomen Protectoris, qui plurima utilia ſtatuit anno ſequenti circa regimen Sanctimonialium, quæ ad finem regeſti hujus voluminis, affigemus.

An. 1366. n. 9.

Moritur frater Marcus Card. Item Card. Protector.

Ciacon. in Clem. VI. & Urban. V. Marian. citat.

Philippus Protector optimus.

X. Capta ante quatuor annos a Petro Rege Cyprio urbe magna, & opulentiſſima Alexandriæ in Ægypto, Fratres duodecim, qui tunc Hieroſolymis commmorabantur, & alii Chriſtiani in carcerem conjecti ſunt, ubi ſub hoc tempore carceris incommodis, & moleſtiis, multiſque verberibus perierunt præter unum ſolum, qui reliquis ſupervixit aliquot annis, atque hunc tamdem ſecreto fidei hoſtes interemere. Frater Antonius de Roſato Comitatus Mediolanenſis inter duos aſſeres medius diſſectus eſt. Frater Franciſcus a Chriſto Damiatæ in publica diſputatione, dum multis argumentis impiam eſſe probaret legem Mahometis, in carcerem conjicitur, variisque modis tentatur, ut quæ dixerat, retractaret. Data tamdem conſtanter renitenti optione, vel mortis ſtatim obeundæ, aut Sarracenæ profeſſionis emittendæ, intrepide inquit: *volo potius vitam iſtam ærumnis plenam perdere, & æternam comparare, quam propter temporalis pœnæ fugam cum veſtro Mahomete in infernum demergi, & perpetuis cruciatibus torqueri.*

Chron. antiqua Marian. citat.

Martyres Hieroſolymorum.

Fr. Antonius de Roſato.

Fr. Franciſcus a Chriſto.

XI. Hoc anno ſive MCCCLXXIX. uti aliis placet, die XII. Februarii in Bulgaria, & civitate Bindim paſſi ſunt in teſtimonium fidei Fratres quinque, viri optimi, & probatiſſimæ converſationis, ex quibus tres priores erant Sa-

Quinque martyres Bulgariæ.

Sacerdotes, laici poſteriores; frater Antonius Saxo, vir in ſacris concionibus igniti eloquii, in divina contemplatione aſſiduus; frater Gregorius Tragurienſis ſacræ Scripturæ profundiſſimus Interpres, fidei orthodoxæ ardens zelator, & religioſæ humilitatis verus profeſſor; frater Nicolaus Hungarus vir miræ abſtinentiæ, qui annis ſexdecim panem tantum guſtavit, & aquam, idque ſemel in die poſt veſperas, obductis corpori lorica ferrea, tibiis & brachiis circulis ferreis; frater Thomas Fulginas, qui miris artibus carnem macerabat; & frater Ladislaus Hungarus orationibus, & meditationibus divinis aſſuetus. Hi enim cum aliis quinque Conſodalibus ab eo anno, quo diximus Ludovicum Pannoniæ Regem Bulgaros ſubjugaſſe, fidem Catholicam inſtanter prædicabant, & contra Sacerdotes ſchiſmaticos ac Calogeros defendebant; ſed proditorie capta urbe Bindim a Baſſarath Rege ſchiſmatico, qui citra Danubium, ad cujus ripam civitas extructa, commorabatur, in ipſa irruptione hi quinque Fratres capti ſunt in quodam oratorio divinis precibus inſiſtentes, reliqui vero Conſodales ad arces duas munitiſſimas a Ludovico Rege extructas confugerunt. In ipſo primo impetu per iit unus in fruſta conciſus, reliqui ad Baſſarath Tyrannum adducti, & ad diſputationem provocati a Calogeris. Illi vincula, & mortis periculum contemnentes intrepide fidei Romanæ veritatem aſſerebant. Confuſi prompta Fratrum reſponſione, ſolidiſque argumentis ſchiſmatici, Tyrannum rogaverunt, ut morte plecterentur. Ille vero prædæ & ſtabiliendæ ſub ſuo imperio urbi magis intentus, quam erga Fratres invidiæ excipiendæ, nihil decrevit. Æmuli Sacerdotes ſchiſmatici arreptos ſub armorum tumultu Fratres extra urbem duxerunt, & ad Danubii ripam, cervicibus abſciſſis, occiderunt. Protinus ſuper projecta corpora lux magna e cœlis deſcendit, & aer reſonabat vocibus Angelorum. His auditis Baſſarath turbatus eſt, & ad locum carnificinæ progreſſus, vidit lumina, & concentus audivit Angelicos, ſed dum propius ad cadavera voluit accedere, non potuit, recalcitrante equo, quaotumvis calcaribus ſtimulato. Ex equo dilapſus, dum pedes appropinquare conatur, viſo horribili ſpectro terretur; territus evaginatum gladium per aerem vibrat ſolum aerem abſcindens. Calogeri ut populi reverentiam præcaverent, rabidos canes, qui in aliorum corpora ſolebant ſævire, in iſta laceſſunt, ſed fruſtra; quoties enim mordere tentant, toties ululantes recedunt, quaſi occulta manu percuſſi. Unus reliqnis ferocior tamdem acceſſit, & momordit, ſed ſuo malo, neque enim martyris corpus laceravit, ſed magnis ululatibus terrorem circumſpicientibus incuſſit, evomeos flammas horribiles, eaſque frequentes. Poſt hæc ſigna extra alveum excreſcens Danubius, quatuor corpora e terra in ſemet attraxit, divinitus præparatis quatuor loculis intra amnem, invexit. Aliis ſignis & prodigiis horum corpora Deus glorificavit, & ſchiſmaticos plurimos ad fidem perduxit. Illorum martyrium refert Piſanus in vicaria Boſnæ, ſed aliquaotulum nomina tranſmutat.

Ann. 1366. n. 15.

Tom. 7. an. 1335. n. 14.

Fr. Philippus Aquerius. Mariam. cit. c. 2. Redul. fol. 129. Marc. l. 9. c. 26. Vitæ primordia.

XII. Obiit hoc anno Neapoli vir magnæ perfectionis, de quo alias incidit ſermo, frater Philippus Aquerius, nobilibus ortus parentibus in Galliæ Caſtro Samoniæ. Puerulus aſſociatus Minoribus in provincia Provinciæ, & Cuſtodia Arelatenſi, carnem laboribus, vigiliis, & verberibus affligens, brevi ad magna virtutum incrementa pervenit. Cum vero annis multis in religioſa diſciplina proficeret, ad montem Alverniæ, mox ad ſubaſii juga, & Cœnobiolum devotum ſancti Franciſci incolatu, ac miraculis celeberrimum, a carcere ejuſdem ſancti Patriarchæ cognominatum, acceſſit, ubi per ſexennium in magna vitæ auſteritate converſatus, Neapolim evocatur

Anno Christi	Urbani V.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 162.
5369.	anno 7. & 8.	anno 22.	

tur per Miniſtrum Generalem, ita rogantibus Roberto, & Sancia Regibus Siciliæ. Illic hæſit dum hi Principes vixerunt; at illis defunctis, Aſſiſium rediit, ubi annis multis commoratus, divino monitu denuo Neapolim regreſſus, illic reliquam vitam in obſequio Sororum ſanctæ Claræ tranſegit.

XIII. Porro mira morum gravitate, ferventi caritate, obedientia prompta, ſingulari pœnitentia, & profunda humilitate reſplendens, reliquis Fratribus factus eſt norma virtutum, & perfectionis exemplar. Demum ad eam pervenit vitæ dignitatem; ut crebra patraret miracula, & manifeſto fulgeret ſpiritu prophetiæ. Pia virgo Delphina ſancti Elzearii conjux, vehementer timens, ne maritus nondum divinæ gratiæ ſtillicidiis in caſtitatis propoſito confirmatus, vellet liberorum deſiderio, jure uti conjugii, conſuluit Philippum qua ratione fieri poſſit, ut virginitatis temerandæ caveret periculo. Cui ille ignito eloquio ita virginitatis perſuaſit excellentiam, ut quantumvis caſtiſſimum amplius in ſuo roborarit propoſito, & divino ſponderit oraculo ſimul cum conjuge in perpetua victurum virginitatis pudicitia. Ejus opera, & efficaci ſermone diximus alias collectas in æde ſanctæ Mariæ Magdalenæ, opera Sanciæ Reginæ, proſtitutæ vitæ mulieres, atque ad vomitum redire cupientes, in Monaſterio perſeveraſſe, vitæque turpiter tranſactæ laudabiliter pœnituiſſe.

Ejus virtutes.

Caſtitatem perſuadet SS. Elzeario & Delphinæ.

Tom. 7. an. 1335. n. 14.

XIV. Theobaldum militem gravi languentem infirmitate, loquela deſtitutum, morti proximum inviſens, repente, oratione præmiſſa, ſanavit; id ipſum beneficium uxori, animam ſerme incurabili morbo agenti, poſtea largitus. Civem Neapolitanum ſibi addictum & familiarem, ex equo dilapſum, crure & tibia confractis, in ſummo vitæ periculo conſtitutum, ſtatuto die curandum prænunciavit. In choro divinis meditationibus noctu intentus, vidit Fratrem adoleſcentulum in feretro defunctorum more jacentem; mox cœlitus ei revelatum, vere in anima mortuum, gratia Dei propter admiſſum reatum ſuiſſe deſtitutum. Protinus de fratris anima medicanda egit cum Tironum magiſtro, cui peccatum omnibus occultum detexit, utque diſcipulum ad confeſſionis ſacramentum pelliceret, oravit. Ita factum, & adoleſcens ex cœleſti erga ſe cura confuſus, vitam religioſiſſime deinceps compoſuit. Adituus adyti claves amiſit, & diligenter perquiſitas reperire non valens, ad Philippum lecto decumbentem acceſſit, valde timens ſuperioris offenſam. Ille vero dolentem conſolatus, ubi eſſent admonuit, divinitus in contriſtati Fratris ſolamen edoctus. Joannæ Reginæ prædicti Roberti Regis nepti, Ludovici II. conjugis mortem prædixit; deinde tertii Jacobi Majoricarum Regis, in auxilium Petri Caſtellæ Regis ab Henrico fratre Regno pulſi, cum Eduardo Aquitaniæ Principe profecturi, pronunciavit infortunium. Vaticinium probavit eventus, etenim licet Henricus ad Tritium victus fuerit, poſtea tamen collectis copiis, acies inſtauravit, Jacobum Burgis ſibi reſiſtentem cepit, diuque in ſua poteſtate retinuit, contra quem Aragonius Rex, ſæpe cum Henrico per Legatos egit, timens eum paternos Principatus repetiturum.

Varia ejus miracula.

Vide Marian. lib. 17. de rebus Hiſpan. c. 12. & 17.

XV. Aſſidua contemplatione Chriſti recogitanti paſſionem, eidem compati, & dolores participare cupienti, Chriſtus apparuit cruci affixus, ex vulneribus copioſum ſanguinem tamquam ſagittas emittens ad manus, pedes, & latus Philippi, quæ miro modo cruentavit. Ab hoc tempore Dominicæ paſſionis dolores tulit, & Chriſti crucifixi ita ei interne impreſſa effigies, ut ipſum interius mentis oculis aſſidue cerneret, & quaſi clavis, lanceaque perfoſſus, dolores ipſos pateretur cicatricum, quos quibuſdam cruciati-

Dolores Chriſti in ſe patitur.

bus in ipſis illis locis ſolebat efficacius irritare: ſuper hæc variis cœpit languoribus conteri, fœdis enim ac fœtentibus ulceribus per totum corpus annis triginta, aliiſque dolorum aculeis laboravit: annis vero ſex ante obitum aggravata ſuper eum manu Domini, ulcera creverunt & putruerunt, corroſiſque carnibus, omnem corporis compaginem deturparunt. Incredibili patientia prædictus, etſi diutino hoc languore, atque vehementiſſimis doloribus conflictaretur, integra mente pro Chriſti amore omnia pertulit; neque ſtultum aliquid ex ejus ore prodiit, cujus illa ſola vox audiebatur: *ſit nomen Domini benedictum*. Non defuit tamen inter tantas anguſtias Dei miſericordia, quæ carnis dolores in mentis mutavit delicias, apparebatque frequenter Chriſtus, qui dire patientem ſolo tactu mirifice recreabat. Tandem vitæ terminum divinitus edoctus, paupertatis amore, ſegmentitiam veſtem, & chordulam. quorum dumtaxat uſu fruebatur, in ſuperioris poteſtatem reſignavit. Appropinquante mortis hora, apparuerunt ei dæmones duo, ſed dum ſui juris nihil in eo repetere poſſent, orationis virtute tentantes fugavit. Poſtremo Eccleſiaſticis ſacramentis devote receptis, hoc anno XV. Kalendas Junii, feria VI. ea hora, qua Chriſtus in ſolemnis miſſæ ſacrificio elevabatur, dulciter obdormivit, in prædicto Monaſterio ſanctæ Claræ, ætatis anno ferme centeſimo.

Sancte moritur.

XVI. In Eccleſiam delato funere, multis cœpit Vir ſanctus clarere miraculis, corpus ulceratum admirabilem ſpirabat fragrantiam, & caro quæ tot doloribus ſuffuſca, & contracta occalluit, converſa eſt in teneritudinem puerilis ætatis. Tanta protinus concurrit populi multitudo, ut per dies aliquot ſepeliri non potuerit; etſi enim id tentarint Fratres paulo poſtquam expiravit, non licuit, dum miro modo puerorum, hominumque vocibus per urbem univerſam mors fuerit denunciata ipſa hora, qua deceſſit. Omnes corpus tangere, aliqui veſtes abſcindere, alii capillos evellere pio impetu voluerunt, neque vi ulla poterant a feretro dimoveri, magna compreſſione ſibi invicem ſuccedentes; virtus enim de illo exibat & ſanabat multos. Voluit quidam ungues præſcindere, ſed vi parumper illata, ſtatim ſanguis recens ex digitis profluebat, quem linteis & ſudariolis avide circumſtantes exceperunt. Toties eum habitu deſpoliaverunt, ut octena veſte ſeminudum corpus oportuerit cooperiri. Ipſa tranſitus die Conſtantini Duratii civis Neapolitani filia a nativitate pedibus contracta, corpus contingens perfecte convaluit, & die ſequenti altera adoleſcentula, Catarina nuncupata, ſimile beneficium eſt conſecuta. Dulia fœmina Sulmonenſis annis octodecim gravi capitis vexata dolore, impoſita cervici Viri ſancti dextera, deſideratam ſalutem repente impetravit. Gentilis Gerardi dextro captus oculo, cum ad feretrum pertingere non poſſet, læſæ potentiæ panniculum admovit, quod pii Viri corpus attigerat, & integre viſum recepit. Similiter ſibi ſubvenit Laverſa de Canda oculo etiam dextro privata, & mulieres binæ fluxu ſanguinis laborantes, tactis floribus, qui ſuper cadaver a devoto populo fuerunt projecti.

Mira poſt mortem colitur reverentia.

Multa patrat miracula.

XVII. Thomas de Concha Juriſconſultus, admoto auribus, quas dolebat, habitus ſegmento, ſanguine ejuſdem Dei famuli intincto, ſtatim ab omni dolore liber evaſit. Alius Paulus nuncupatus, mutus, manu & pede dextris contractus; Thomaſa tertium ſancti Franciſci Inſtitutum profeſſa, aridum habens brachium ſiniſtrum, corpus attingentes, membrorum perfectum uſum obtinuerunt. Andreas Lele a pueritia herniam paſſus, vir alter Lazarus manuum, pedum, & renum doloribus aggravatus, domi jacentes, & ſe Philippi virtuti commendantes convaluerunt. Margarita uxor Philippi juris-

juriſperiti, capite dolens, tacto habitus ſegmento, & ſoror Ludovica ex Provincia oriunda, illius Monaſterii alumna oſculata pedes, per odæi cratem immiſſos, brachio contracto laborans, integram adeptæ ſunt ſanitatem. Demum Catarina Joannis Judicis ancilla, a dæmonio vexata, ad ejus ſepulcrum orans continuo malo poſſeſſore fuit liberata. Omnia hæc miracula Dei famulus patravit ab obitu uſque ad ſepulturæ diem, & alia plurima deinceps operatus eſt prodigia. Corpus honorifice conditum eſt in ſacello beatæ Claræ: ſed paulo poſt timentes Sanctimoniales, ne tanti pignoris jacturam pati contingeret, intra ſua clauſtra transferri curarunt, & pulchra arca concluſerunt. Scripſerunt ejus vitam Marianus, Rodulphus, Marcus Ulyſſipponenſis, & auctor Anonymus. Ejuſdem meminerunt Bartholomæus Piſanus, Franciſcus Gonzaga, & alii plerique.

Piſanus Confor. 8. Gonz. in Monaſt. S. Claræ Neapoli. Marian. l. 4. c. 2.

XVIII. Circa hoc tempus obiit Venetiis, in æde ſanctæ Mariæ, frater Franciſcus Laicus cognominatus pauperculus, annum agens octogeſimum quartum. Nudis ſemper incedebat pedibus abſque ſandaliis, unica contentus tunica, & femoralibus. Venetiis & Avenione magna caritate & curialitate officium exercuit oſtiarii. Sub Urbano V. Avenione Venetias profectus, accidit, ut univerſum Cœnobium igne flagraret. Reliquis Fratribus per feneſtras evadentibus, ſolus hic ſub tecto, & in medio flammarum remanſit præ ſenectute, & catenis, quibus toto circumligabatur corpore ad pœnitentiam, impeditus. Genuflexus in tanto periculo ſe Domino commendavit, & factum eſt, ut quantumvis tota domus flagraret, & cella in qua orabat, ipſe tamen illæſus in agone expiraret. Extincto igne, Fratres & Cives, dum famulum Dei ita intactum conſpiciunt, cum honore ſepeliunt, & ad hæc uſque tempora miraculis coruſcantem reverentur.

Moritur fr. Franciſcus vir pius.

XIX. Obiit hoc anno Bruzardi in Anglia, & Comitatu Suffolciæ apud Sanctimoniales beatæ Claræ, frater Simon Tunſtedus, natus & initiatus in Cuſtodia Norvicenſi. In Philoſophia naturali addiſcenda magnam operam poſuit, præſertim in illa parte, quæ de Meteoris agit. In iſtis itaque percipiendis & doctis commentariis explicandis magnos labores, multoſque annos impendit. A coævis Conſodalibus plurimum laudatur, & ſcientiarum omnium peritiſsimus pronunciatur. Nonnulli ejus prudentiam, alii in negotiis magnis expediendis dexteritatem, alii gravitatem, quidam ſummam animi moderationem, & auctoritatem multis encomiis commendant. Doctrina & virtute ſpectabilem fuiſſe argumento eſt, quod ad Anglicanæ Provinciæ regimen aſcitus ſit inter tot inſignes viros, qui tunc in illa floruerunt.

Piſeus de ſcript. Angl. ad hunc annum.

Et fr. Simon Tunſtedus vir doctus

XX. Hoc anno vixiſſe fratrem Joannem Lucianum Venetum, Epiſcopum Burguduenſem, ut ille appellat, & fratrem Benignum Venetum Epiſcopum Cenadienſem, qui magna ex parte extruxit turrim Campanariam Cathedralis Eccleſiæ, ſcribit Rodulphus, quorum alibi non occurrit memoria; occurrit tamen in regeſto Urbani horum, qui ſequuntur; fratris Thomæ Rachami de Amelia, ſive Amerini ſacræ Theologiæ Magiſtri, Miniſtri Provinciæ ſancti Franciſci, Epiſcopi Aſiſiatis, per obitum Jacobi etiam Minoritæ, promoti tv. Kalendas Februarii. Connumeratis aliis Minoritis, qui hos præceſſerunt, novem hic fuerunt conſecutive Epiſcopi ejuſdem Inſtituti, & in univerſum novemdecim fuerunt Epiſcopi Aſiſiates Minoritæ. Fratris Ravanaci Epiſcopi Telden. in partibus infidelium, per obitum Bartholomæi. vi. Nonas Julii. Fratris Franciſci de Capite ſileris Epiſcopi Biſacien. in Africa, per ceſſionem Stephani in manibus Guillelmi Epiſcopi Cardinalis Sabinen. viii. Kalendas Martii. Frater Guillelmus Archiepiſcopus

Fr. Joan. Epiſc. Burguduen. Fr. Benign. Cenadien. *Rodul. fol. 111.* Fr. Thomas Aſſiſien.

Fr. Ravanac. Talden.

Fr. Franc. Biſacien. *Ann. 1366. n.* Fr. Guillel. Archiep. Turritan.

pus, quem diximus Nazarenus, transfertur ad Archiepiſcopatum Turritanum in Sardinia, per translationem Bernardi ad Eccleſiam Calaritanam. VI. Idus Auguſti. Moritur hoc anno Viterbii frater Jacobus de Roncarolo Placentinus, vir eruditiſsimus, cujus meminit Umbertus Locatus.

Locat. fol. 185.

Monum. MSS. Prov. Aragon. Gonz. in eadem Prov. Monaſt. 3. Monaſt. Tudelanum.

XXI. Propter tumultus bellicos, quibus univerſa Hiſpania per hæc tempora turbabatur, contendentibus inter ſe de Caſtellæ, & Legionis Imperio Petro, & Henrico fratribus, convocatis in partem aliis Regibus, & Principibus, Navarræ regnum belli ſenſit incommoda. Transferri proinde curavit hoc anno Carolus II. Rex intra muros villæ Tudelanæ ad ædes proprias, dono Monialibus datas, Monaſterium Clariſſarum, quod extra in aperto campo fundaverant ſub annum MCCLXI. ſoror Maria, & conſociæ tres, quæ ex Pintiano Monaſterio illuc advenerant, ut conſtat ex bullis tribus Alexandri IV. datis die VII. Martii, Pontificatus anno VII. ad Regem, Epiſcopum Tiraſonen. & Magiſtratus Tudelanos, ut prædictis Clariſsis faverent, & locum conferrent conſtruendi Monaſterii. Hæ primæ conſtructionis bullæ ſervantur in ipſius Monaſterii archivo, & alia plurima Pontificum, & Regum diplomata, nec non inſtrumentum donationis a Carolo factæ, ex quo manifeſte convincitur, hoc ipſo anno, non MCCCLIX. uti habet Gonzaga, factam ædis translationem. Illic habitarunt uſque ad annum MDCXVIII. quo dum Monaſterium præ nimia vetuſtate minaretur ruinam, & anguſtius eſſet intra nobilium domicilia, quam aucto Sororum numero ſufficeret, nobile ſibi habitaculum conſtruxerunt extra Civitatem, dum in tanta rerum Hiſpanicarum quiete & ſecuritate, non ſit unde timeant hoſtiles incurſiones.

Idem in Provinc. Aragon. Monaſt. 5. Monumen. MSS. Provinc. Aragon. Monaſter. Turolienſe

XXII. Hujus anni partum facit Gonzaga Monaſterium Turolienſe in Aragonia, propter redactum in Clariſſarum habitaculum Regium Palatium, quod in hunc finem biennio antea ad Reginæ Leonoræ preces donaverat Petrus Rex Aragonius. Attamen ex ipſo donationis inſtrumento manifeſte convincitur, extra urbem prius habitaſſe Sorores, eoque in loco putant aliqui, quo adhuc poſſident aliqua nemora & paſcua ad III. M. P. a civitate. Regebantur hæ Sorores a Patribus Conventualibus uſque ad ann. MDLXVII. quo translatæ ſunt ad Obſervantes, ita rogante Pium V. Philippo II. Magna viguit hic ſemper diſciplinæ regularis obſervantia, cujus inſigne ſpecimen dedere poſtremo hoc ſeculo Hieronyma de Pueyo, & Iſabella Palomaria virtute conſpicuæ. Gregorius XI. Monaſterium hoc quibuſdam affecit privilegiis, quæ ſub ejus Pontificatu dabimus opportunius.

Monaſt. Cerreti.

XXIII. Confirmavit hoc anno Pontifex conſtructionem Monaſterii Clariſſarum in Caſtro Cerreti Toloſanæ diœceſis, per nobilem mulierem Franciſcam de ſancto Raymundo viduam, modo diœceſani accederet conſenſus: *Iis per quæ divini cultus*, II. nonas Januarii. Occurrit etiam hoc anno mentio Monaſteriorum, Juſtinopolitani in Iſtria, & Areſtenſis in Sardinia in quibuſdam litteris Pontificiis, quas exhibemus in regeſto.

Monaſt. Juſtinopolitanum. Monaſt. Areſtenſe.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Carolus Imperator in Italiam proficiſcitur. Ping. in Amad. V. Hoſpitatur Chamberii apud Amadeum V.

„ I. UT Avenione Romam appulliſſe Pontificem Carolus Imperator
„ audivit, in Italiam per Sabaudiam tranſiens, hoſpitio Chambe-
„ rii ab Amadeo V. ſuo quondam Genero ſplendidiſſime exceptus & ipſe
„ deſcendit; ubi tamen non diu remanſit, ſed brevi in Germaniam facino-
„ ribus memoratu dignis vacuus reverſus eſt; cum e contra Urbanus vigil
„ & ſedulus univerſalis Eccleſiæ regimini incumbens, Joannem Paleolo-
„ gum Græcorum Imperatorem ſchiſmaticum diu, ſed prolixo labore Mi-

no-

Anno Christi	Urbani V.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 162.
1369.	anno 7. & 8.	anno 22.	

norum, ac efficacibus perſuaſionibus præfati Amadei per Dei gratiam converſum, plurimo cum jubilo totius Urbis, publice unioni ſanctæ Matris Eccleſiæ reſtitueret; ac in diverſas mundi plagas ad animarum meſſem noſtrorum plures, ſpeciali auctoritate, privilegiis & gratiis munitos amandaret, & jam exiſtentes inter Infideles ad Apoſtolicum opus viriliter proſequendum novis indultis non tam alliceret, quam urgeret; ut ex pluribus a Waddingo congeſtis quiſquis dignoſcere poteſt, & ex his, quæ mox ſubjicimus apparebit. Ad Tartaros, quorum ſalutem anhelabat, fratrem Guillelmum Pratenſem, virum doctum, ſacræ Theologiæ Magiſtrum Pariſienſem, ad Archiepiſcopales inſulas Eccleſiæ Cambalienſis evectum, & Catayæ Vicarium inſtitutum, cum duodecim de ſuis Conſratribus dimiſſum, pluribus quidem privilegiis donatum, ut Annaliſta refert, ab obligatione viſitandi limina Apoſtolica liberum voluit: *Cum nuper &c.* III. Kalend. Aprilis. Inſulæ vero Chios Maris Icarii Joniæ adjacentis Poteſtati, & Univerſitati, habitantibus etiam terram Peræ adverſus Conſtantinopolim; necnon Populo Caphenſi in finibus Ponti Euxini, quo ipſis tranſeundum erat, in eorumdem favorem, paulo jam ante, III. ſcilicet Idus Februarii, ſcripſerat: *Regis Regum &c.* addito ſubinde privilegio pro eorumdem ſubſidio: *Cum vos ad regna &c.* & conceſſa indulgentia ſubvenientibus illis: *Quoniam ut ait &c.* Eorumdem pariter ſervis nonnulla indulſit: *Qui relictis &c.* X. Kalend. Aprilis. *Idem.* *Wadd. ad ann. 1370.*

II. Pro conſtructione Monaſterii ſanctæ Mariæ Magdalenæ Narniæ expeditum fuiſſe breve: *Ex commiſſo &c.* Nonis Julii, ex Indiculo Petri de Alva, & Aſtorga habemus, & de eo aliquando ſerius agit Waddingus. Narnia vero, Italis *Narni*, eſt civitas Epiſcopalis antiqua apud Sabinorum fines ad Narem amnem, a quo nomen eſt urbi, præterfluentem in montis deſcenſu: media jacet inter urbem Romam, & Peruſiam, utrinque ad XL. M. P. diſtans: inter Otriculum, & Interamnam pari VII. milliarium intervallo diſſita, æquidiſtans quoque XVIII. a Tuderto, & Spoleto. Interea Julia a Cortona, Etruriæ antiquiſſima urbe, Virgo Tertii Ordinis S. P. Franciſci alumna, meritis, virtutibus, & ſanctis operibus cumulata, hoc anno, incerta die, ibidem migravit ad Sponſum. *Indic. ex Vatic. Wadd. ad ann. 1372.* Julia virgo tertii Ordinis floret. *Bajard. ex tab. SS. Tertiar.*

ARGUMENTUM.

Ad Tartaros amandatur frater Guillelmus Archiepiſcopus Cambalien. cum aliis Minoritis, quibus etiam commiſſa cura Græcos ad fidei unitatem reducendi. Alii in Ruſſiam, alii in Lithuaniam & Vallachiam, alii demum ad Georgianos abiegati. Frater Angelus de Bibiena ad conſæderandos Principes contra Tyrannos Mediolanenſes deſtinatur. Celebratur Capitulum Generale; inſtituuntur Epiſcopi; redit Avenionem ſuo peculiari, & univerſali Eccleſiæ malo Urbanus Pontifex, & paulo poſt moritur, cui ſuccedit Gregorius XI. Ædificantur aliquot Cœnobia.

I. VAstissimæ gentis Tartarorum ſalutem anhelans Urbanus, audiens obiiſſe ferme omnes Minoritas, a ſuis prædeceſſoribus ad regiones illas amandatos, & multos ab eis ad fidem reductos, paſtore carere, per translationem fratris Coſmæ Minoritæ ad Eccleſiam Saraen. deſtinavit ad eos fratrem Guillelmum Pratenſem, virum doctum, ſacræ Theologiæ magi- *S. Anton. tit. 24. §. 20. Platus de bono ſtatu relig. lib. 2. cap. 20.* Mittuntur Minoritæ ad Tartaros.

Anno Christi	Urbani V.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 163.
1370.	anno 8. & 9.	anno 23.	

giſtrum Pariſienſem, quem & Eccleſiæ Cambalienſi præfecit, & Vicarium inſtituit Catayæ, multis iiſque magnis privilegiis donatum. Socios adhibuit Fratres duodecim, alioſque poſtea ſubmiſit ferme ſexaginta. His adBzovius an. 1370 n. 9. numerat Bzovius aliquos ex Ordine Prædicatorum; ſed ſolos Franciſcanos miſſos probant diplomata miſſionis; neque ullus eſt ex hiſtoricis ſacri Ordinis Prædicatorii, ſive ſanctus Antoninus, ſive Antonius Senenſis, ſive Ferdinandus del Caſtillo, ſive Michael Pius, ſive alius quiſpiam, qui Bzovianæ additioni ſuffragetur. Do litteras Pontificales.

Venerabili fratri Guillelmo Archiepiſcopo Cambalien.

Ex lib. ſecr. an. 6. fol. 67. II. *Zelus tuæ devotionis ingentis, quem habes ad propagationem Catholicæ fidei, ac circumſpectionis induſtria, & ſcientiæ donum, aliaque merita probitatis, quibus perſonam tuam fide dignorum teſtimonio inſignitam audivimus, merito nos inducunt, ut te in agendis dictæ fidei honoremus, & etiam fiducialiter oneremus. Cum itaque te ac nonnullos Fratres, Ordinis Fratrum Minorum profeſſores, cujus profeſſor exiſtis, ad terras Sarracenorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Sebytarum, Ruthenorum, Jacobitarum, Nubianorum, Neſtorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Moebitarum, aliarumque non credentium nationum Orientis & Aquilonis intendamus de proximo deſtinare; te caput, Ducem, & gubernatorem eorumdem, & aliorum quorumcumque Fratrum dicti Ordinis exiſtentium in dictis partibus, & profecturorum ad eas, uſque ad beneplacitum Apoſtolicæ Sedis, tenore præſentium, auctoritate Apoſtolica, conſtituimus, ac etiam deputamus, tibi regendi, & gubernandi eoſdem Fratres, ac cum conſilio ex eis maturiorum, de quibus tibi videbitur ad Provincias, & partes infidelium ad dictam fidem prædicandum mittendi, eoſque revocandi, & ſecundum regulam beati Franciſci, & etiam per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia opportuna remedia puniendi & compeſcendi, ipſoſque ab omnibus tranſgreſſionibus regulæ, ac conſtitutionum Ordinis, ſicut poteſt Generalis Miniſter abſolvere, abſolvendi, & ſuper irregularitatibus inde contractis etiam diſpenſandi; nec non Vicarium generalem ejuſdem Miniſtri in Vicaria Cathai, ſi forſan in ea hujuſmodi generalis Vicarius non eſſet, qui illam habeat poteſtatem, quam per prædictum Miniſtrum concedi hujuſmodi generalibus Vicariis conſuevit, conſtituendi, quotiens fuerit opportunum, tribuentes plenam facultatem. Per hoc autem privilegiis dicti Ordinis, aut auctoritati, & officiis, quorumcumque Vicariorum, & Prælatorum ejuſdem Ordinis in eiſdem partibus conſtitutorum in poſterum in aliis, quam in præmiſſis, non intendimus derogare. Inſuper omnibus privilegiis & gratiis per prædictam Sedem conceſſis Fratribus prælibatis, quamdiu Eccleſiæ Cambalien. prædictæ præfueris, volumus te gaudere, ſicut iidem Fratres gaudere poſſunt, ſeu poterunt in futurum. Teque tam pro tua perſona, quam tuis ſociis, & opportunis familiaribus participare volumus eleemoſynas, & dona Fratribus ipſis jam erogata, & in poſterum eroganda, donec de proventibus Eccleſiæ tuæ Cambalien. vivere poteris condecenter, declarantes ex abundanti quod hujuſmodi facultas per nos tibi conceſſa ad tuos ſucceſſores Archiepiſcopos Cambalien. nullatenus extendatur. Datum Romæ apud ſanctum Petrum,* VII. *Kalendas Aprilis anno* VIII.

Et-

Eidem.

III. *Cum te, & nonnullos Fratres Ordinis Fratrum Minorum, cujus professor existis, ad partes Tartariæ ad prædicandum fidem Catholicam destinemus. Nos cupientes, quod hujusmodi negotium felicius prosperetur, ac de tua fraternitate confisi, tibi per te vel alium, seu alios assumendi, & ad dictas partes ducendi duodecim Fratres dicti Ordinis, quos duxeris eligendos, cujuscumque eorum Prælati licentia non obtenta, non obstantibus Regula, & quibuscumque statutis dicti Ordinis contrariis, plenam licentiam, & facultatem, tenore præsentium, indulgemus. Datum ut supra* II. *Kalend. Aprilis, anno* VIII. Ibidem.

Magnifico viro Magno Cano Regi Tartarorum, Deum diligere & timere.

IV. *Ad alti tui nominis titulum & splendorem & culmen, ac decus accedit, quod tu, & aliqui prædecessores tui Reges Tartarorum, sicut glorifica fama præambula, fide dignoram relatione didicimus, ob omnipotentis Dei Creatoris reverentiam & bonorem, vos Christicolis sub vobis degentibus, vestrisque subditis, qui ad fidem Catholicam convolarunt, redditis favorabiles & benignos, eosque benevola & mansueta benignitate tractastis, tua & ipsorum prædecessorum fama gloriosa longe, lateque per orbem commendationis titulo, redimitur, & tu, siquidem in eum fidem habueris, & renatus fueris sacri fonte baptismatis, legemque susceperis, & impleveris Christianam, requie sempiterna supernorum civium perfrueris. Ecce igitur quod nos, qui submissis humeris, operosa sollicitudine ex salutaris & vigilis providentiæ studio, tuam, tuique Regni sincera in Domino caritate perpetem salutem appetimus, ejusque fructum salutiferum & perenne tibi, regno, regnicolisque tuis prodesse jugiter cupientes, ut præmissa propensius & efficacius per divinam clementiam felici, successivaque prosperitate succedant, venerabilem fratrem nostrum Guillelmum Archiepiscopum Cambalien. Ordinis Fratrum Minorum professorem, virum quidem in devotione ac fide Christiana fervidum, excellentem in sacra Scriptura, peritum, expertum in opere & sermone, virtutum probitate probatum, fama præclarum, a nobis ex multis bonis & idoneis Religiosis electum, & ad Cambalien. Archiepiscopatum, de Fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio promotum, præsentium exhibitorem, cum decenti & virtuosa comitiva Fratrum dicti Ordinis, ad Ecclesiam suam Cambalien. tuamque præsentiam ac partes & loca, tuorum terræ & dominii salubriter providimus destinandum, ut ipse & dicti Fratres collaterales eidem, more sanctorum Apostolorum, qui dispertiti ore Dominico, & Spiritus sancti gratia illustrati, doctrinam Evangelicam prædicando, terræ cardines, prout eis assignati fuerant, perlustrarunt, communiter & divisim, prout eisdem Archiepiscopo & Fratribus ex cœlicæ inspirationis oraculo visum fuerit, salubrius expedire, Regnum & terram prædicta, aliasque regiones adjacentes circumeant & frequentent, & juxta datam eis a Domino sapientiam & doctrinam, verbum Dei evangelizare persludeant, & officiosa promptitudine prædicare, sermone prædicationis hujusmodi mentes illorum, qui in tenebris ambulant, & adhuc præ oculorum caligine gloriam luminis non viderunt, radicaliter illustrantes, eosque ad dictam fidem rectam, perfectam, & lucidam, Christi, Sanctorum, & Sanctarum miraculis verissimis comprobatam, dulcibus allectionibus convertentes, & tam ipsos, quam alios ad fidem ipsam feliciter jam conversos, & neo-* Ibid. fol. 59.

& neophytos in eadem aientes pabulo refectionis æternæ, eos in ipſa fide ſpiraculo ſpiritalis gratiæ roborando. Hæc eſt enim fides rectitudinis, ſalutis, & meriti, quam ſacer ille ſupernus rerum Conditor & Creator ſeminans, terram irrigavit, & quam ad omnes limites machinæ mundialis profectio diffudit & etiam propagavit; & quam ſacroſancta Romana Eccleſia, Mater cunctorum Chriſtifidelium, & Magiſtra tenet & docet, extra quam nullus omnino ſalvatur. Per ſiquidem iſtam innocens anima Chriſtiana perpetua, lugubri, & corruptibili corpore carior, cælicorum agminum conſortio æternaliter aggregatur. Cum igitur beatorum vita ſeu præmium cooperationem non recipiat in divitiis, nec in hujuſmodi ſeculi gazis, felix eſt ille qui ſic terreſtria deſerens languidum orbem tranſit, quod ad æternæ beatitudinis gloriam provehatur. Hanc equidem gloriam brevialem aſſequitur, qui hujuſmodi fidem ſuſcipiens & agnoſcens, eam per Beatorum operum & virtutum executionem obſervat; & licet per ipſius fidei ſemitas difficilis videatur inceſſus, oculis tamen mentis fide Catholica mediante, dum eam credit, divinæ omnipotentiæ majeſtatem, & gloriam Beatorum intellectualem intuetur. Magnitudinis itaque tuæ potentiam attente rogamus, & hortamur in Domino Jeſu Chriſto, quatenus pro ejus reverentia & honore, a quo tamquam a ſummo culmine rerum, cuncta deſcendunt, & qui perſonam tuam creans & conſervans in eſſe, te ſuper tam excellens, caducum tamen & temporale dominium conſtituit imperantem, tibique innumeram & copioſam populorum multitudinem ſubjugavit, memoratos Archiepiſcopum & Fratres, cum eos ad regnum & terram tuam prædicta, tuamque Provinciam pervenire contigerit, vultu benevolo & ſereno recipias, & a tibi ſubditis recipi facias & jubeas gratulanter, ſicut quidam tui prædeceſſores hactenus receperunt, eoſque manſuetudinis, ſerenitatis, & pie devotionis affectu pertractes, & facias pertractari, habeaſque tam illos, quam eamdem Eccleſiam, cunctoſque Chriſticolas in dictis regno & terra morantes, necnon converſos neophytos, & Deo propitio, convertendos ad fidem eamdem infra tui dominii diſtrictos & limites conſtitutos, cum caritativæ ſinceritatis dulcore benigno favorabiliter, & propenſius commendatos, eis in his, quæ circa ſuſcipiendam per te, Deo vivo & vero inſpirante, ſacri fontis baptiſmatis gratiam, legemque Chriſti, & alia tuæ ſalutis commoda duxerint explicanda, prædicanda, & etiam conſulenda, ſtudioſum auditum aperiens, & ferventem ac ſollicitum, & attentum adhibens intellectum, illaque recipiens tamquam donum cælitus derivatum & miſſum, tenaciter in tui memoriali celiula cordis figas, credas firmiter, operoſe, fideliter, & perpetim exequaris, ſiſque aliis tuis ſubditis ſalutis ſpeculum & exemplar, at ipſi una tecum, ad ſimilitudinem tui ad Altiſſimum convertantur, dictamque legem Chriſti ſuſcipiant & obſervent, tecumque glorientur nomine Chriſtiano, & ſalvi fiant, ne pereant in æternum. Ita quod Rex Regum propitius retributor, omnium ad ſe convertentium miſerator & miſericordiarum Dominus, atque Pater .... nil latent, quem nihil latet, & quem cæleſtia & terreſtria fatentur, tui miſereri dignetur in omnibus affluenter, gratam viciſſitudinem rependens, conferatque tibi jugiter in hujuſmodi vitæ tempore abundantiam pacis & gaudii, & poſt tui corporis diſſolutionem humanam, ad perpetuæ felicitatis imperium te perducat, & te glorificet in ſupernis. Nos namque, ac eadem Romana Eccleſia tibi miſerante, clementiam ſummi Patris exorare curabimus ſollicitudine paſtorali, ut numquam in te deficiat fides tua, quam in tui cordis armario duxeris infigendam, ſed pro bonis quæ feceris, centuplum, dono Dei in terris percipias & in cælis. Datum Romæ apud S. Petrum VII. *Kal. Aprilis anno* VIII.

Ma-

Magnificis Principibus universis, Imperatoribus, & Regibus Tartarorum, aliarumque Nationum Orientis & Aquilonis. Deum diligere & timere.

V. TUnc verum & unum Deum revereminí, & gratum ei, qui eſt Rex Regum & dominantium Dominus, præſtatis obſequium, cum illos, qui Chriſtiana profeſſione cenſentur, ſive in regionibus veſtris commorantes, ſive aliunde declinantes, benigne tractatis, & eis favorem impenditis opportunum. Quare ſinguli veſtrum circa omnes & ſingulos Chriſtianos, ſive antiquos, ſive novellos in fide Catholica in veſtris Imperiis atque Regnis morantes, ſeu per ea tranſitum facientes, vos exhibere debetis favorabiles & benignos, ut exinde præfatus Deus, per quem Reges regnant & Principes dominantur, vos proſperitatis votivæ ſucceſſibus efficiat glorioſos. Nos igitur, qui licet indigni, divina diſponente clementia, beato Petro Apoſtolorum Principi, & Vicario Domini noſtri Jeſu Chriſti ſuccedimus in Apoſtolatus officio, & debemus æternam ſalutem animarum omnium nationum noſtris & aliorum ſtudiis procurare, ſalutem veſtram & ſubditorum veſtrorum ſinceræ zelantes in Domino caritate, venerabilem fratrem noſtrum Guillelmum Archiepiſcopum Cambalien. Profeſſorem Ordinis Fratrum Minorum, virum utique religioſæ vitæ, & converſationis honeſtæ, litterarum ſcientia præditum, amatorem legis divinæ & Chriſtianæ fidei zelatorem, quem nuper, ſuis meritis exigentibus, de fratrum noſtrorum conſilio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, in Cambalien. Eccleſiæ promovimus Archiepiſcopum & paſtorem, & nonnullos Fratres Ordinis ejuſdem ad partes veſtras pro prædicando gentibus Imperiorum, & Regnorum veſtrorum hujuſmodi legem & fidem, ac gentes ipſas ad præfatam fidem, per quam ſolam ſalvantur animæ, divina cooperante gratia, convertendas duximus deſtinandos. Quocirca veſtram magnificentiam rogamus & hortamur in Domino, quatenus pro reverentia ipſius Dei, qui creavit cœlum & terram, quique vos vivere facit & regnare permittit, præfatum Archiepiſcopum ad dictam ſuam Cambalien. Eccleſiam accedentem, ac Fratres præfatos, cum ad vos & partes veſtras pervenerint, jucundis recipiatis aſpectibus, & humana benignitate tractetis, & a veſtris ſubditis tractari mandetis, habentes ipſos Archiepiſcopum & Fratres favorabiliter commendatos, plenamque libertatem concedentes eiſdem, ut in Imperiis & Regnis veſtris prædictis hominibus, habitatoribus & incolis eorumdem prædictam Chriſtianam fidem libere valeant prædicare, ac ipſos habitatores, & incolas ad eumdem Dominum Jeſum Chriſtum, fidemque præfatam convertere, & etiam baptizare, ac de ipſius fidei regulis & articulis plenarie informare, ut vos ex hoc divinam gratiam uberius mereamini, & in præfatis Imperiis & Regnis veſtris poſſitis glorioſius & felicius imperare. Datum ut ſupra. *Ibid. fol. 60.*

Univerſo populo Tartarorum viam agnoſcere veritatis.

VI. ALtiſſimus rerum omnium providus ordinator Dominus noſter Jeſus Chriſtus, cujus Imperio Reges regnant, & Principes dominantur in terris, beato Petro ſanctorum Apoſtolorum Principi cœlicas claves tradens, ut ligaret & ſolveret dedit poſſe, ut quodcumque in orbe ligaret & ſolveret, ligatum & ſolutum remaneret in cœlis. Hujuſmodi ſiquidem paſtoralis poteſtatis officia per eumdem Dominum noſtrum in ſanctum Petrum, alioſque Romanos Pontifices eidem beato Petro, quamdiu mundus extiterit, canonice ſuccedcn- *Ibid. fol. 61.*

cedentes, circumſpecta diſpoſitione transfuſo, eos ſuper omnem terram ſuos Vicesgerentes, & ſucceſſores hujuſmodi conſtituit, apoſtolatus officium, & poteſtatis privilegium ſucceſſivis temporibus poſſeſſuros. Videlicet nos, qui, quamquam inſufficientibus meritis, memorato beato Petro divina permiſſione ſuccedimus, & locum & vicem ſupremi Paſtoris & Domini quarumlibet animarum obtinentes in terris, promptis deſideriis, & vigilis providentiæ ſtudiis, prout debitum officii noſtri paſtoralis expoſcit, intendimus & internis affectibus affectamus, oves, ſcilicet quamlibet creaturam humanam extra ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ gremium deviantes, Chriſtianæque fidei neſcias & ignaras, ac erroneas ab eadem, ſalubribus hortamentis inducere, & ne lacerentur & devorentur lupinis a morſibus, illas ad caulam redacere ſalvificæ manſionis, easque fatagimus, & curamus paterno favore addueere ad unionem & reconeiliationem Eccleſiæ ſupradictæ. Sane eum iſta bona, Pneumatis almi gratia præeunte, valeant cum ejus irrigante elementia & copioſiore miſericordia effectualiter pervenire, ſi hujuſmodi creaturis dictam fidem ignorantibus & deviis ab eadem, ſermo Catholicus prædicetur, ipſeque prætactæ fidei articulis & regulis, mellitis vocibus imbuantur, ut ex hoc Regum altiſſimo lucrifaciamus animas earumdem, ipſiſque ſalutis æternæ præmium procuremus, nos operoſa ſollicitudine euravimus ad vos, & partes veſtras perſonas religioſas, Spe, Fide, & Caritate præfulgidas, in ſacra pagina ſufficienter inſtructas & expertas, Deo gratas, & nobis acceptas pro veſtræ ſalutis, quam ferventer optamus, impetrandis a Domino profectibus, deſtinare ad prædicandum & evangelizandam, itaque vobis ſermones & verba ſalutifera Jeſu Chriſti, voſque ad ſupremæ majeſtatis gratiam miſerantem, ſuamque fidem rectiſſimam ſuaviter convertendos, & fovendos in illa, venerabilem fratrem noſtrum Guillelmum Archiepiſcopum Cambalien. Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, Deum diligentem & timentem, in Divina & humana ſapientia & ſcientia illuſtratum, ſacrandum, morigeratum, probatum, aliiſque probitatis meritis multiplicieter inſignitum, & a nobis ex multis viris religioſis devotis & virtuoſis electum, & de fratrum noſtrorum dictæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, ad Archiepiſcopatum Cambalien. promotum, eum honorabili comitiva Fratrum dicti Ordinis, jamdiu in divinis officiis expertorum, in ſacra Scriptura litteratorum, fidei zelo, aliiſque virtutum muneribus præditorum, ad vos, quos ipſe Deus Pater benignitatis, veritatis & luminis immenſa ſua bonitate plaſmavit, ac proprii ſanguinis effuſione redemit, & jugi ſuæ ſapientiæ proviſione gubernat, ad partes tranſmittentes eoſdem, ut vobis, & ſibi ipſis proficiant ad ſalutem, univerſitatem veſtram ſinceris ſuaſionibus & aecenſis intrinſecæ caritatis dulcedine plenis requirimus, monemus, rogamus, & propenſius exhortamur in Domino Jeſu Chriſto, quatenus vos, quorum hucuſque mentales oculi tetra caligine per perfidos ſpiritus tenebrarum & mortis, in idolatriis ac inanibus ſuperſtitionibus fuerunt obducti, ſollicite veſtram memoriam excitantes, & reducentes ad illam, quod Deus omnipotens protoplaſtum, ex quo omnes homines traxerunt originem ſuam, inenarrabili majeſtate formavit, ac in terreſtris paradiſi deliciis collocavit, & quod inibi ſibi boni & mali cognitio data fuit, & quod eſſis ad ſimilitudinem Dei facti, quodque creatura non poſſet ſuo Creatori pro meritis reſpondere, excuſſis primitus a veſtris cordibus vepribus, & urticis damnabilis cæcitatis explosis manibus, veſtræ intelligentiæ oculos elevetis, & conſideratione perſpicua cogitetis, quod ipſe vos de limo terræ creavit, & paſcit aſſidue, ac vivitis per eumdem, & quod cum vult, cujuslibet carnis figmenta diſſolvit, quodque ſacræ paginæ teſtimonio comprobetur, quod omnis ſpiri-

Anno Christi	Urbani V.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 163.
1370.	anno 8. & 9.	anno 23.	

ſpiritus Deum laudat, omniaque animantia, & inanimata Dominum benedicunt, pro ipſius creatoris reverentia & honore, & ut ſibi reddatis humanæ gratitudinis holocauſtum ob noſtræ contemplationis intuitum, qui vos de vivo & vero conjungere cupimus, & etiam laboramus veſtro ſtatui & ſaluti providè conſulentes, eoſdem Archiepiſcopum & Fratres, quotiens eos ad vos declinare contigerit, recipere procuretis humiliter & benigne, cum honorificentia reverenti, eoſque ſinceræ caritatis officio pertractetis, & ad gremium univerſalis Eccleſiæ Chriſti ſponſæ, quam ſuo pretioſiſſimo ſanguine dedicavit, extra quam veri ſacrificii non eſt locus, in humilis & veræ contritionis ſpiritu redeuntes, eorumdem Archiepiſcopi, atque Fratrum ſermonibus, prædicationibus, & verbis ſalubribus vigilem præbeatis auditum, & intellectum aperiatis acutum ad hauriendum ex ore ipſorum verba ſalutis, & quæ pro veſtræ perfectione ſalutis docuerint, inſtruxerint, & prædicaverint, veſtræ memoriali cellulæ firmiter imprimatis, mentes veſtras & corda, ſtudioſa promptitudine diſponentes ad ſuſcipiendam ſacri fontis gratiam baptiſmalem, legemque Chriſti, doctrinam Evangelicam & fidem Catholicam Domini noſtri Jeſu Chriſti, quam uti omnium fidelium magiſtra, Eccleſia Romana tenet & prædicat, docet, profitetur, et credit. Etenim ipſa fides eſt, per quam innocens anima Chriſtiana perpetua, poſtquam a lugubri, et corruptibili humanitatis corpore fuerit diſſoluta, cœlorum agminibus æternaliter aggregatur, et eum fidem ſuſceperitis, et veſtris cordibus impreſſeritis, eam firmiter et perpetuo tenacibus obſervantiis cuſtodite, ut in die miſſionis extremæ, id eſt, ſecundi adventus dicti Domini noſtri Salvatoris, qui tunc judicaturus adveniet, prout ante venerat judicandus, ante cujus tribunal tunc omnis homo ſurrecturus in propria carne ſtabit, vel æternæ vitæ præmia, vel perpetuæ mortis, prout geſſit, ſupplicia, ſecundum merita vel demerita recepturus, poſſitis una cum aliis Catholicis Chriſtianis de cetero tamquam fortia membra Chriſti unius ovilis effecti, et viventes in fide prædicta virtuoſa opera faciendo, æternæ beatitudinis, quam ipſe Salvator obtinet ex natura, eſſe particeps et conſortes, ejus præſentiam glorioſam, lætiſſimam quidem bonis, et terribilem malis et impiis facie tenus inſpecturi. Propulſis igitur ſuperſtitioſis erroribus univerſis, quibus vos Satan inſtructu fraudulento ſeducit, ut ab ejus fitis nexibus funditus liberi, et mereamini poſt vitæ præſentis excurſum cælica palatia introire, digna laudum præconia repetitis votibus Altiſſimo devotæ mentis affectu, cum gratiarum actionibus reſonantes, qui ad vos Archiepiſcopum et Fratres prædictos dignatus eſt per ſuam miſericordiam deſtinare, cujus gloria cæli et terra ſunt pleni, quique manum aperit, et implet omne animal benedictione, et cunctis in hac valle lacrymarum ambulantibus, et dictæ fidei Jeſu Chriſti conjunctis, abundantiam in bonis temporalibus gratioſa copioſitate largitur. Nos inſuper omnipotentiam majeſtatis Altiſſimi eſſentialiter in cœlis, et potentialiter in terris utique permanentis, regnantis, et principantis cunctipotenter et æternaliter in utriſque, aſſiduis devotis affectibus exoramus, ut corda et intelligentias veſtras illuſtret ad ſuſcipiendam gratiam baptiſmatis ſupradicti, ipſamque Chriſti legem, et ad eam credendam firmiter ac perpetim adimplendam, quia ſine illis nullus omnino ſalvatur, et per illas eritis ſalvi, et efficiemini gloriæ ſempiternæ per gratiam, intercedentibus meritis, cohæredes. Quod ut nobis concedat retributor Altiſſimus eum Patre, ſanctoque Spiritu ſine principio, et ſine fine vivens, et regnans apud divinam Majeſtatem, hactenus inſtantiis devotæ flagitationis inſiſtimus, et ſuper hoc pio prædicto ſtudio, ipſo Deo auctore, inſiſtere proponimus in futurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, VII. Kal. Aprilis anno VIII.

Anno Christi	Urbani V.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 163.
1370.	anno 8. & 9.	anno 23.	

Anno 1369. n. 15. Mittuntur Minoritæ ad Græcos.

VII. Per hos miſit graviſſimas litteras ad univerſos Prælatos Græcorum, ut ad exemplum Joannis ſui Imperatoris, quem anno præcedenti narravimus obedientiam præſtitiſſe Romano Pontifici, pernicioſum ſchiſma abjurarent, datiſque litteris ad Bailos Conſtantinopolis, & Tanæ, ad Rectores Civitatis Caphen. & Peiræ, atque inſulæ Chio, latores ipſos impenſe commendavit.

Univerſis Eccleſiarum et Monaſteriorum Prælatis, quocumque nomine nuncupantur, ac Clero, et Calogeris Conſtantinopolitanæ Civitatis, ceterarumque partium Græciæ, gratiam in præſenti, per quam abtineant gloriam in futurum.

Ibid. fol. 55.

VIII. *Lætata eſt ſacroſancta Romana Eccleſia, mater et magiſtra cunctorum fidelium, quod cariſſimus in Chriſto filius noſter Joannes Imperator Græcorum illuſtris, ad maternum acceſſit gremium, a quo deviabat per damnabilis ſchiſmatis execrabilem ſciſſionem, pieque ſperat, quod ſicut inclytus Conſtantinus Chriſtianiſſimus Imperator, qui Conſtantinopolitanam Urbem gloriose conſtruxit, per ſuæ converſionis exemplum, et ſtudium, fidem Catholicam in Occidentis primo, et Orientis demum partibus dilatavit, ſic idem Joannes ejus, Deo favente, erit et operum laudabilium imitator; ſed majoris gaudii eſſet dicta Eccleſia exultatione præfata, ſi vos, qui eſtis ad animarum curam, et alias ad Dei obſequium deputati, pollentes ſcientia, et religioni vacantes, derelicto invetterato ſchiſmate, cui damnabiliter, et pertinaciter innitimini, ad unam ſanctam Catholicam, et Apoſtolicam Eccleſiam, extra quam non eſt ſalus, et ad Vicarii Chriſti et ſucceſſoris Apoſtolorum Principis veram et puram obedientiam rediretis, ut ſicut ipſe unus et principalis eſt paſtor, ſic unum eſſet ovile, cujus aves eum cognoſcerent, et audirent amabilem, et ſalutiferam vocem ejus, in illoque tute reconditæ a lupinis morſibus indubitabili cuſtodia ſervarentur. O ſi Deus tantam gratiam conceſiſſet noſtris diebus, ut Orientalis et Occidentalis Eccleſiarum unitatem longiſſimis (prob dolor) ſciſſam temporibus videremus! tunc clauderemus conſolabiliter dies noſtros, et cum beato Simeone diceremus:* Nunc dimittis ſervum tuum Domine in pace, quia viderunt oculi mei ſalutare tuum, *cum deſiderabiliter fuiſſemus intuiti innumeros Græcorum populos diabolica fraude deceptos et devios, in rectam ſemitam mandatorum Domini dirigere greſſus ſuos, et eliminatas hæreſes in nonnullis ſic deviantibus, ut dolenter audivimus, ex hujuſmodi ſchiſmate pullulantes, oppreſſoſque Græcos ab impia et fœda natione Turcarum juventibus, ſpe probabili, Fratribus Occidentalibus liberari, exterminari eoſdem Turcas de univerſis partibus Romaniæ, et aut ad Chriſtum converti, quod nobis eſſet acceptius, aut digna conculcatione ſubverti, et terreri omnes et hnicas nationes, ſicque Græcas potentiam et gloriam jam pene deletas, ad Dei laudem et dilatationem ejuſdem fidei reparari. Hæc ſiquidem ineffabilia bona ſpiritualia et temporalia probabiliter eventura ſperamus, ſi cordibus puris, conſcientiis bonis, et fide non ficta, a quibus aberrantes, ſecundum Apoſtolum, qui in vaniloquium ſunt converſi, volentes eſſe legis Doctores non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, ad dictum gremium redeatis, et ſalubris imitationis exemplum commiſtis veſtræ ſollicitudini populis præbeatis, quod ferventer et prompte debetis efficere, cum non ſolum eadem Eccleſia vos ad hoc non abſque tædio dilationis expectet, verum etiam materna benignitate foras progrediens, ardore caritatis invitet. Cognoſcatis igitur pietatem ipſius, & am-*

& amplectimini caritatem ad ejus magiſterium, & debitam obedientiam filiali confidentia venientes, ut cum Catholicis Occidentalibus unanimes in domo Domini exiſtatis, &, ut ſperamus in Deo, ejus & Apoſtolicæ Sedis, et Occidentalium ſuper vos & greges veſtros ſpiritualiter & temporaliter auxilium ſentietis. Ceterum ſynodum Latinorum & Græcorum Eccleſiaſticorum Præſulum, quem multi, ut audivimus, ſupervacue poſtulant, ex pluribus cauſis rationabilibus non conceſſimus ordinari, ne illa, in quibus ab Occidentalibus, & nonnullis Orientalibus fidelibus diſſidetis, cum ſecundum quod tenet & docet ſancta Romana Eccleſia certa fore noſcantur, utpote ſacræ Scripturæ teſtimoniis, & ſanctorum Doctorum Latinorum & Græcorum eloquiis & ſententiis, & per fidem Apoſtolicam comprobata, in dubietatis & curioſæ diſputationis ſcrupulum deducantur, & veterem fidem, quaſi novellam ſupervacuis diſcuſſionibus ſupponamus, benigne tamen parati erimus quoslibet dubios venientes ad dictam Sedem humiliter de hujuſmodi teſtimoniis, eloquiis, & ſententiis informare. Datum Romæ apud ſanctum Petrum VIII. *Kal. Martii, anno* VIII.

Dilecto filio nobili viro Bailo Conſtantinopolitano pro dilectis filiis nobili viro Duce & Communi Venetiarum.

IX. *Regis Regum, & dominantium Domini, regnantis in cœlis, qui corporaliter inter homines degens beato Petro, ſuo in terris Vicario, & in ejus perſonam ſuis ſucceſſoribus dixit, ut paſcerent oves ſuas, vicet, licet immeriti, gerentes in terris eiſdem, illas paſcere pabulo verbi Dei, et alias, quæ non ſunt de ovili dominico, in illud inferre, prout nobis ex gratia divina conceditur, procuramus, & tamen cum hoc per nos ipſos nequimus efficere, alios interdum aſſumimus, quos ad hoc idoneos reputamus. Cum itaque olim in partibus Tartariæ ſuperioris, Spiritus ſancti gratia illuſtrante, per miniſterium nonnullorum Profeſſorum Ordinis Fratrum Minorum converſa fuerit ad fidem Catholicam populorum gentilium multitudo, quos iidem Fratres & alii ſuccedentes eiſdem in fide ipſa, dum viverent, jugibus prædicationibus & exhortationibus ſpiritualibus nutrierunt, iidemque Fratres fere omnes naturæ debitum perſolviſſe dicantur; Nos ad conſervandum & confirmandum in fide prædicta jam converſos, & dante Domino, convertendum alios, nonnullos Fratres ejuſdem Ordinis latores præſentium ad dictas partes providimus deſtinandos. Quocirca Nobilitatem tuam exhortamur in Domino, & rogamus attente, quatenus ob reverentiam Dei, & Apoſtolicæ Sedis, ac noſtram, nec non propagationem dictæ fidei, ſine qua ſalus non proveniet animarum, eoſdem Fratres, cum ad te declinaverint, benigne ſuſcipiens & caritative pertractans, eis, qui amore noſtri Salvatoris, & zelo ſalvandarum animarum, tam longinqui & periculoſi itineris onus aſſumpſere ferventer, tuis fidelibus conſiliis, et auxiliis opportunis aſſiſtas, ſic acturus cordialiter et efficaciter in præmiſſis, quod exinde divinum præmium, et dictæ Sedis potiorem benevolentiam conſequaris. Datum Romæ apud ſanctum Petrum,* VIII. *Idus Februarii anno* VIII. *Ibid. fol. 56.*

In eumdem modum ad reliquos ſupranominatos &c.

X. Præter ſupra numeratos Fratres ad Tartaros miſſos, alios octo Italos, & Hiſpanos expreſſis nominibus, ad eos Pontifex amandavit. Deinde fratrem Nicolaum Melſat ad partes Ruſſiæ, Lituaniæ, & Vallachiæ, data poteſtate 25. Fratres ſui Sodalitii, ex quibuscumque Monaſteriis ſecum du- *Mittuntur alii in Ruſſiam, & ad Georgianos.*

ducendi, & fratrem Antonium ex Minorita Epiſcopum Milevitanum, cum aliis totidem ad ſchiſmaticos Georgianos deſignavit.

Dilectis filiis univerſis, & ſingulis Vicariis, Miniſtris, Cuſtodibus, Guardianis, ac Fratribus Ordinis Minorum, ceteriſque Chriſti fidelibus, ad quos præſentes pervenerint..

Ibid. fol. 62.

XI. *CUm dilecti filii Franciſcus de Interamne, Antonius, & Paulus de Burgo ſancti Sepulcri, ac Gonſalvus, & Alphonſus de partibus Hiſpaniæ, nec non Petrus de Montepolitiano, & Bernardus de Romana, ac Antonius de ſancti Angeli Provinciis, Ordinis Fratrum Minorum Profeſſores, latores præſentium ad Tartarias, aliaſque infidelium partes, ad prædicandum fidem Catholicam gentibus, de noſtro beneplacito proficiſcantur ad præſens, Univerſitatem veſtram hortamur attente, vobiſque filii Vicarii, Miniſtri, Cuſtodes, Guardiani, & Fratres per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus prænominatos Fratres, cum per loca veſtra tranſibunt, ob reverentiam Dei, ac noſtram, benigne ſuſcipiatis, ac tractetis in Domino ſincera caritate. Datum ut ſupra.* II. *Kalendas Aprilis.*

Dilecto filio Nicolao dicto Meiſat, Ordinis Fratrum Minorum Profeſſori.

Ibid. fol. 141.

XII. *AD excolendam Dominicam vineam in partibus Ruſſiæ, Lituaniæ, & Vallacchiæ, quas ſchiſmatici & gentiles habitant, multos mittendos operarios neceſſarium exiſtimantes, illos ad hoc aptos & promptos, per perſonas diſcretione & fidelitate pollentes recipi cupimus, & Apoſtolica ſollicitudine procuramus. De tuis igitur circumſpectione & fidelitate nobis fide digne teſtimonio commendatis, gerentes in Domino fiduciam pleniorem, tibi 25. Fratres Ordinis Minorum, cujus Profeſſor exiſtis, quos vita, diſcretione, litteraturaque idoneos ad hoc fore putaveris, & de quibus cum perſonis ejuſdem Ordinis, vel aliis quibuſcumque, te valeas informare, de quibuſcumque nationibus, & Conventibus aſſumendi & recipiendi, ac ducendi, ſeu mittendi ad eaſdem partes, in quibus moram longam traxiſſe aſſeris, eiſdemque Fratribus, poſtquam per te aſſumpti fuerint & recepti, ad eaſdem partes proficiſcendi, in eiſque morandi pro propagatione, & conſervatione Catholicæ fidei fideliter laborando, quorumcumque ſuorum Prælatorum, ſeu ſuperiorum licentia minime requiſita. Non obſtantibus regula, & conſtitutionibus præfati Ordinis, & aliis contrariis quibuſcumque, plenam concedimus, tenore præſentium, facultatem. Datum apud Montem-Flaſconem.* II. *Nonas Auguſti anno* VIII.

Venerabili fratri Antonio Epiſcopo Milevitan.

Ibidem fol. 154.

XIII. *AD excolendam Dominicam vineam in Georgianiæ, & aliis partibus, quas ſchiſmatici & infideles inhabitant, multos mittendos operarios neceſſarium exiſtimantes &c. ut in epiſtola antecedenti. Datum ut ſupra* XVII. *Kalendas Septembris.*

Fr. Angelus convocat Principes adverſus Tyrannos Mediolanen.

XIV. Fœdus icturus hoc anno Urbanus adverſus Barnabovem Mediolanenſem, & reliquos Eccleſiæ hoſtes, fratrem Angelum de Bibiena Minoritam, ſacræ Theologiæ Magiſtrum, & totius Ordinis in Romana Curia Pro-

Anno Christi	Urbani V.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 163.
1370.	anno 8. & 9.	anno 23.	

Procuratorem, ad Januenſes, Florentinos, Piſanos, & Lucanos deſtinavit, ut eos ad armorum ſocietatem convocaret, ſcriptis ad univerſos Eccleſiarum & Religionum Prælatos litteris, ut ei auxilio eſſent, & ſubſidio, additis honorariis iſtis ad Civitatum præfectos.

Dilecto filio nobili viro Gabrieli Adorno, Duci, ac Conſilio, & Communi Civitatis Januenſis.

XV. *Dilectum filium Angelum de Bibena Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, & in Romana Curia procuratorem, in ſacra Theologia magiſtrum, latorem præſentium pro quibuſdam arduis negotiis ſtatum Romanæ Eccleſiæ, atque noſtrum tangentibus, ad veſtram Provinciam deſtinamus, cui ſuper his, quæ vobis ex noſtri parte narraverit, velitis fidem indubiam adhibere. Datum apud Montem-Flaſconem* IV. *Nonas Maii anno* VIII. *Ibid. fol. 77.*

Dilectis filiis Prioribus Artium, & Vexillifero Juſtitiæ, ac Conſilio, & Communi Civitatis Florentinæ.

XVI. *Dilectum filium Angelum de Bibena Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, in Romana Curia procuratorem, in ſacra Theologia magiſtrum, latorem præſentium ad dilectos filios nobilem virum Gabrielem Adornum, Ducem, & Commune Civitatis Januen. pro certis arduis negotiis Romanam Eccleſiam, ac vos, & alios ejus coligatos tangentibus præſentialiter deſtinamus, cui mandavimus, quod aliqua ex ipſis vobis ex noſtri parte referat, ſuper quibus ipſis Duci, & communi per vos ſcribi credimus expedire. Ipſi igitur Angelo in iis, quæ vobis in hac parte narraverit, velitis fidem credulam adhibere. Datum ut ſupra.* *Ibid. fol. 79.*

In eumdem modum ad Antianos, Populum, & Commune Civitatis Piſanæ, & Lucanæ.

XVII. Fratri Joanni Chambareti, quem ſuperius diximus inſtitutum Altararium in Baſilica Principis Apoſtolorum, commiſſa hoc anno cuſtodia, & cura Palatii Apoſtolici Vaticani, vineæ, viridarii, & aliarum rerum prædicti palatii, nec non fabricæ ipſius Baſilicæ, atque proventuum ejuſdem. Hujus commiſſionis plurima inſtrumenta dabimus in regeſto. *Ann. 1368. n. 8.* Fr. Joann. Altararius S. Petri, & cuſtos ſacri Palatii.

XVIII. Hoc anno non præcedenti, uti perperam ſcribit Rodulphus, celebratum eſt Neapoli capitulum generale per fratrem Thomam Miniſtrum Generalem, ita exorante, & ſumptus liberaliſſime miniſtrante Joanna Siciliæ Regina. *Rodul. fol. 242.* Capitulum generale 58. Neapoli.

XIX. Creati ſunt hoc anno hi Epiſcopi; Concordienſis x. Kalendas Februarii, & paulo poſt Cervienſis, per translationem Joannis ad Eccleſiam Patavinam, frater Bernardus de Guaſconibus IV. Kalendas Aprilis. Aſtoricen. in Hiſpania, ſub Archiepiſcopo Compoſtellano, frater Alphonſus de Tauro Epiſcopus Firmanus, uti ſuperius diximus, per obitum Fernandi, Kalendas Junii. Cambalien. Archiepiſcopus in Tartaria frater Guillelmus de Prato ſacræ Theologiæ magiſter, per translationem Coſmæ ad Eccleſiam Saraen, v. Idus Martii. Archiepiſcopus Athenien. frater Antonius Baliſtarius, ſacræ Theologiæ Baccalaureus, per obitum Joannis, VI. Kalendas Aprilis. Fuiſſe etiam hoc anno electum Epiſcopum Rappollen. in regno Neapolitano, ſub Archiep. Manfredonienſi, fratrem Benedictum de Cavalcantibus Minoritam, nobilem Florentinum, conſtat ex quodam inſtrumento archivi ejuſdem urbis, Fr. Bern. Epiſc. Concordien. & Cervien. Fr. Alphon. Aſtoricen. *Ann. 1363. n. 21.* Fr. Guillelm. Archiep. Cambalien. Fr. Anton. Athenien. Fr. Benedict. Epiſc. Rapollen.

urbis, in quo pro contractu inito hoc anno MCCCLXX. nominatur *frater Benedictus quondam Jacobi de Cavalcantibus, Ordinis Minorum Episcopus Rapolan. electus*. Quare necesse, ut error irrepserit in notas numerorum anni insculpti lapidi sepulcrali in Ecclesia Minorum sanctæ Crucis Florentinæ, isque evenerit ex ignorantia istorum, qui vetustum epitaphium jam obsoletum potius conjecturis, quam rei evidentia renovare intentarunt in hunc modum: *Sepulcrum Reverendissimi Patris, & Domini D. fratris Benedicti de Cavalcantibus sacræ Theologiæ magistri Ordinis Minorum, Dei gratia Episcopi Rapolani, ac Rodulphi, & Guidonis fratrum ejus, & defendentium. Anno* M.C.C.C.LI. *Restauratum a Francisco Matthæi de Cavalcantibus anno Domini* X.D.LXX. nisi fortassis ille annus MCCCLI. referendus sit ad mortem alicujus ex duobus Fratribus, ibidem consepultis. „ Hoc anno „ prius Episcopus Guardiensis, deinde Eugubinus, translatus est ad Re„ giensem in Gallia Episcopatum Aquensi suffraganeum.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI. Fr. Benedict. Episc. Guardien. Et Eugubinus, ac Regiensis.

XX. Urbanus Pontifex postquam multa sancte & utiliter Romæ, & in universa instituit Italia, in Galliam ad hujus anni finem redire decrevit. Id tamen Deo displicuisse tum primo, uti alias diximus, præmonuit frater Petrus Aragonius, tum secundo indicavit sancta Birgitta Sueca, hoc tempore in Urbe commorata, misso Montem-Falisco ad Pontificem Alphonso suo confessario. Audivit enim in visione beatam Mariam Virginem sibi dicentem: *Papa vult Avenionem ire contra Dei voluntatem, & derelinquere Sedem Romanam: sed si fecerit, statim morietur, rationem sui abitus Deo redditurus*. Atque ita vere accidit; nam paulo postquam Avenionem pervenit, incidit in morbum, & XIV. Kalendas Januarii circa horam nonam, ætatis anno LXI. Pontificatus VIII. mense II. die XXIII. sanctissime, januis patentibus, signum crucis in manu tenens, vestibus Pontificiis indutus, ingenti multitudine finem ejus felicem aspiciente, Catholicam fidem professus, sacrisque ex more confirmatus, ex hac vita decessit, primo sepultus in Ecclesia Cathedrali Avenionensi sanctæ Mariæ de donis, deinde translatus post menses septemdecim ad Monasterium sancti Victoris Massilienſis, ut ipse testamento decrevit. Fuit vir singularis virtutis, & ingentis animi, vitæ innocentissimæ, & illibatæ castitatis. Post mortem miraculis claruit, deque inter Sanctos connumerando instanter egerunt Siciliæ, & Galliæ Reges, Duces Burgundiæ, & maxima pars Cleri Gallicani. Miraculorum & vitæ processus servantur in Bibliotheca Vaticana.

Urban. Pont. Avenionem revertitur.

Ann. 1367. n. 1. Galesin. ex revelat. S. Brigitte Krantz. in Metrop. lib. 9. c. 42.

Signatur num. 4026.

XXI. Postridie vero obitus Urbani in prædicta Ecclesia Avenionensi novemdiales exequiæ inceptæ, quibus expletis, ad IV. Kalendas Januarias sacris de more præmissis, Spiritus sancti invocato numine, Cardinales comitio includuntur in palatio Pontificio, & sequenti die omnium suffragiis renunciarunt Romanum Pontificem Petrum Monstrium, Clementis VI. ex fratre nepotem, sanctæ Mariæ novæ Diaconum Cardinalem, utriusque juris non vulgariter peritum, virum singularis modestiæ, & christianæ pietatis, qui summæ erga omnes humanitati, etiam morum adjunxit majestatem, & Gregorii XI. sibi nomen delegit.

Eligitur Gregorius XI.

XXII. Construxit circa hunc annum Sabinus Betaldus nobilis Ragusinus in clivo amœni collis Dassæ ad tertium milliare a Ragusii urbe, Cœnobium Minorum, cui perficiendo universa bona ex testamento legavit. In Ecclesia conspicitur miraculosa Christi crucifixi imago, Ragusinis, ob crebra quæ confert deprecantibus beneficia, omnino veneranda. Totius præfati collis orbem cingunt oratoria, sive sacella decem a civibus Ragusinis constructa, quæ locum venerabiliorem efficiunt. Hoc anno constructum Cœno-

Conv. Dassiæ.

Gonza. in Prov. Ragusii Conv. 3.

Anno Christi	Urbani V.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 163.
1370.	anno 8 & 9.	anno 23.	

nobium ſancti Laurentii apud Ebolitanos in cuſtodia Principatus, ſcribit Rodulphus, atque ibi floruiſſe aliquot ſacræ Theologiæ magiſtros, præſertim Antonium Romanum, qui dum prædicaret in pervigilio Annunciationis beatæ Mariæ, auditores rogavit, ut pro ſe recitarent orationem Dominicam, *quia ante horam*, inquit, *vigeſimam ex hoc mundo diſcedam*, uti revera evenit. Conv. Ebolitanus. *Radul. fol. 176.*

XXIII. Occurrit hoc anno memoria Monaſterii Clariſſarum Aprutini ab Antonio de Podio de Toramo, paulo ante hoc tempus conſtructi. Cum enim Petrus Epiſcopus aboleri vellet ſanctæ Claræ titulum, ſub quo per fundatorem Deo conſecrata eſt Eccleſia, atque illam inſignire nomine ſanctæ Mariæ novellæ, ſpeciali jubet diplomate Pontifex, Templum perpetuo ſub nuncupatione ſanctæ Claræ remanere: *Juſtis petentium deſideriis*, XVII. Kalend. Februarii. Monaſt. Aprutinum.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

» I. Fratris Laurentii profeſſi Laici, Rapinæus agens de Conventu ſanctæ Mariæ de Spe, Vallis de Scopeſſo, vigeſimo provinciæ Conceptionis, meminit dicens, eum locum Laurentium incoluiſſe, dum ſui præceptoris animam, poſtquam continuis duodecim annis, pro ejuſdem ſalvatione Dominum obſecraſſet, e Purgatorii pœnis in cœlum evolantem cerneret: ita Rapinæus. Obiit autem Laurentius in Territorio Palentino, haud longe a Methymna Ronſeca, anno MCCCLXX. Andræas Bonſanti Thariatum Comitem Petræ Malæ, Tertii Ordinis Franciſcani alumnum commendat, quem oratione, humilitate, abſtinentia, & ſanctitate clarum, ibidem ſupremum clauſiſſe diem hoc anno refert. Lucia Pontia Virgo Tertii Ordinis virtutibus exornata, ad gloriam & ipſa etiam hoc anno tranſiit. Frat. Laurentius liberat animam ſui Magiſtri e purgatorio. Thariatus Comes ex Tertio Ordine.

» II. Martyrii laurea decori coronam gloriæ adepti ſunt beatus Hieronymus Guardianus, cum ceteris ſuis Fratribus Blaſio, Scislao, Vislao, & Vincentio Minoritis: qui in regione Livoniæ in terra, quæ vocatur Ulna, ubi primo erant homines Idolatræ, arbores cultu divino adorantes, pedibus ac manibus obtruncatis, tum parte capitis reciſa, omnes poſiti ſuere in naviculam jam mortui, præter Guardianum, adhuc ultimum ſpiritum agentem, ſicque ſine remige per fluvium oſſa, naviculam demiſſa, Dei nutu & fluminis ductu per ducenta milliaria Polonica, uſque ad terram Militum Cruciferorum pervenerunt, ipſomet adhuc Guardiano in vivis ſuperſtite, ſed paulo poſt brevi expirante. Omnes ibidem honorifice ſunt ſepulti anno MCCCLXX. die XIX. Februarii. Ita teſtantur Hieronymus Bucch. & Martinus Baronius. BB. Martyr. *Caſimir. Bierm. art. 22.*

ARGUMENTUM.

Mittitur Thomas Generalis Miniſter ad pacificandos Januenſes. Fidei propagationem per Minoritas urget in Ruſcia Pontifex. Frater Petrus Aragonius Cyprum abit, filiam reginam conſolaturus, & regni rebus fluctuantibus conſulturus. Franciſcus Godienſis cum aliquot ſociis in Tartariam amandatur. Creatur Cardinalis frater Bertrandus Lagerius. Rejiciuntur quædam injuſtæ criminationes, & propagatur Inſtitutum.

I. MAGNI & pernicioſi hoc anno exorti tumultus in civitate Januenſi. Cum enim Gabrielis Adurnii Ducis (de quo ſæpius jam ſermo incidit) adminiſtratio propter inſolitas exactiones ac vectigalia omnibus jam ferme ſupra modum inviſa ac exoſa redderetur, eo per popularem tumultum exauthorato, Dominicus Campofulgoſius, alias Campofregoſus, qui præ ceteris a plebe mirifice amabatur, ſubſtitutus eſt Reipublicæ Princeps. Stabilito Principatu, nihil huic antiquius, neque e re ſua magis, uti putabat, neceſſarium, quam ut capita & præcipuos quoſque Fliſcæ gentis Lavaniæ Comites, ex quorum municipiis popularibus quamplurima inferebantur damna, acri bello perſequeretur. Id dum facit, illi contracta valida manu hoſtium, advocatoque in auxilium Joanne Fliſco conſanguineo, Epiſcopo Vercellenſi; mala & damna pependunt, ſed & civitatem expugnare intentant, excitis ad fœdus per Epiſcopum Vercellenſem Barnabove & Galeatio Vice-comitibus Mediolanenſibus, potentiſſimis Italiæ Tyrannis. Dum in hoc periculo & ſummo diſcrimine res verſantur, Gregorius Pontifex pacis curatorem & Nuncium mittit fratrem Thomam Farignanum Ordinis Minorum Generalem Miniſtrum, ſcriptis ad Ducem & Fliſcos litteris ſequentibus, aliiſque multis ad Archiepiſcopum Januen. ad Manectum de Eſio civitatis Januen. poteſtatem, ad Pambellum de Caſali, Leonardum de Montealto, & Thomam Ottonis potentes cives Januenſes, ad Abbatem inſignis Monaſterii ſancti Siri Januen. ad Joannem Montisferrati, & Thomam Malaſpinæ Marchiones, ut ſedulam adhiberent operam, belligerantes pacificandi.

Mittitur Thomas Generalis Miniſter pacificaturus Januen.

Dilectis filiis Nobilibus viris Nicolao Carolo, & Antonio de Fliſco Lavaniæ Comitibus.

II. *NUper moleſte, & admodum diſplicenter audivimus, inter dilectos filios nobilem virum Dominicum de Campofregoſo Ducem, Conſilium, & Communz civitatis Januen. & quoſdam alios cives dictæ civitatis, & vos ipſos, & alios de domo veſtra fore diſſenſionem, ac diſcordiam ſuſcitatam. Nos igitur ad bonum pacis & concordiæ inter cetera noſtræ mentis deſiderabilia, & ad bonum ſtatum, & tranquillitatem dictæ civitatis, quam ſincere diligimus, veſtræque domus, quam intra noſtræ dilectionis præcordia ſingulariter confovemus, præcipuum, & validum habentes affectum, & reformidantes caritate paterna, mala, quæ poſſent ex hujuſmodi diſcordia provenire; nobilitatem veſtram rogamus attente, ac in Domino exhortamur, vobis ſinceris conſiliis ſuadentes, quatenus ad ſummum pacis auctorem, & bonum patriæ, mentis veſtræ oculos dirigentes, & provida meditatione penſantes quot, & quanta ex diſſenſione, & diſcordia hujuſmodi vobis, veſtræque patriæ, & aliis gravia mala, & pericula poſſint contingere, vos ad re-*

Ex ſecret. ann. 1. fol. 287.

Anno Christi	Gregorii XI	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 164.
1371.	anno 1.	anno 24.	

reformandam concordiam, & unitatem cum prædictis, veſtros animos effectualiter diſpanatis, pro cujus effectu vativo, auctore Domino, conſequendo dilectum filium Thomam, ſacræ Theologiæ magiſtrum, Ordinis Fratrum Minorum Generalem Miniſtrum, Apoſtolicæ Sedis Nuncium, virum utique excellentium virtutum, pacis & concordiæ ac honoris, & ſtatus veſtræ domus, ut accepimus, zelatorem, ad partes illas præſentialiter deſtinamus, cujus pro parte noſtra precibus & exhortationibus acquieſcere, ſuiſque relatibus credere, & annuere velit veſtra devotio cum effectu. Datum Avenione VIII. *Idus Octobris.*

In eumdem modum, dilectis filiis nobili viro Dominico de Campofregoſo, Duci, Conſiliq, & Comuni civitatis Januen.

Dilecto filio Thomæ, ſacræ Theologiæ Magiſtro, Ordinis Fratrum Minorum Generali Miniſtro, Apoſtolicæ Sedis Nuncio.

III. *Litteras tuas nuper benigne recepimus, & ipſas ac illas, quas dilecto filio Magiſtro Franciſco Bruni Secretario noſtro direxiſti, perlegimus diligenter, & ſuper contentis in illis tuam prudentiam, & diligentiam multipliciter in Domino commendantes, ipſam exhortamur attente, ut tuæ diligentiæ, ne ſollicitudinis ſtudiis, totiſque viribus innitaris, ut concordiæ, cujus tractatus in manibus tuis pendet, deſideratus effectus ſine ulterioris moræ diſpendio ſubſequatur. Ad litteras autem reſpondemus in forma, quam continet cedula, præſentibus introcluſa, quas ſibi facies præſentari. Datum ut ſupra.* *Ibid. fol. 324.*

Venerabili fratri Joanni Epiſcopo Vercellen.

IV. *Moleſte audivimus, Venerabilis frater, quod licet ignorare non debeas, quod civitatis Januen. ſtatum proſperum & liberum affectamus, tamen hoſtibus Romanæ Eccleſiæ, ſeu non diligentibus ſtatum ejus adhærens, cum eorum gente armigera dictam civitatem impugnas, ex quo ipſa civitas in manus eorumdem hoſtium poſſet veriſimiliter devenire, quod abſit, quia in magnam periculum dictæ Eccleſiæ, ſuorumque devotorum præcipue & etiam non ſolum Italiæ, ſed aliarum orbis partium redundaret, ac tu, & tui finaliter fruſtraremini ſpe concepta, quin imo ſtatus eorum celerem ex hoc poſſet pati ruinam, de quibus per te geſtis tanto turbamur acerbius, quanto perſonam tuam tenerius diligimus, quantoque accuratius deberes a noſtris & dictæ Eccleſiæ diſplicentiis, præſertim tam gravibus præcavere. Ea propter fraternitatem tuam hortamur attente, diſtricte mandantes, quatenus ab hujuſmodi adhæſione, & impugnatione prorſus abſtineas, & per tuos conſanguineos realiter abſtineri procures, ac inter eos, & dictam civitatem, ſicut utriſque expedit, pacem & benevolentiam ſtudeas reformare, ſeu facere reformari. Nos enim dilectum filium nobilem virum Ducem Januen. ut idem faciat, & ut te, tuos, ac vobis adhærentes taliter ſecuros reddat, quod nulla tibi & eis noxia novitas inferetur, per noſtras litteras & nuncios exhortamur. Datum Avenione* II. *Idus Novembris anno* I. *Ibidem.*

Venerabili fratri Guillelmo Epiſcopo Comaclen. & dilectis filiis Petro Retrocini Præpoſito Eccleſiæ Aquen. & Capellano noſtro, vel eorum alteri.

Ibid. fol. 325. V. *NEgotia civitatis Januen. adeo deteriorari audivimus, quod de ipſius ſtatu plus ſolito dubitamus. Unde volumus, quod cum eritis in prædicta civitate, ſi verum ſit quod offeritur, videlicet quod Venerabilis frater noſter Joannes Epiſcopus Vercellen. dictam civitatem cum gentibus Nobilium virorum Barnabovis, vel Galeatii Fratrum de Vice-comitibus Militum Mediolanen. quos ad hoc idem reputamus, impugnet, & videatis ex hoc dictæ civitati periculum imminere, & dilectus filius Nobilis vir Dux Januen. velit dilectos filios Nobiles de Fliſco, de quorum genere eſt Epiſcopus ſupradictus, eorumque amicos, & ſequaces taliter aſſecurare, quod contra ipſos non faciet noxiam novitatem, nec permittet eorum amicos in civitate memorata male tractari, præhabito ſuper hoc colloquio cum dilecto filio Thoma Ordinis Fratrum Minorum Generali Miniſtro, Apoſtolicæ Sedis Nuncio, ſi vobis & ei videbitur expedire, offeratis dicto Duci auxilium gentis noſtræ, & colligatorum cum Romana Eccleſia nuper conductæ, & eo caſu ipſam gentem vel partem ejus faciatis remanere pro aliquo tempore in dicta civitate, vel diſtrictu ejuſdem. Nos enim ſuper hoc vobis & utrique veſtrum in ſolidum tribuimus, tenore præſentium, poteſtatem. Præterea dicatis, & offeratis eidem Duci, quod ſi velit confidere de Venerabili fratre noſtro Joanne Epiſcopo Albinganen. & credat quod ipſe Epiſcopus poſſit pro ipſorum Ducis, & civitatis ſtatu favorabiliter operari, parati erimus eum ad dictam civitatem confeſtim tranſmittere, & in aliis, quæ circa hoc poterimus, dare operam efficacem. Ipſi enim Epiſcopo Albinganen. taliter intentionem noſtram expreſſimus, quod credimus eum fideliter operaturum, ut inchoatis novitatibus, & paratis periculis obvietur, ſi concedatur ſecuritas prælibata. Et ſi dictus Epiſcopus Vercellen. cui ſcribimus, quod omnino ab hujuſmodi impugnatione deſiſtat, in ſua duritie perſeveret, cum tempus non patiatur hoc nobis reſcribi, ei comminando ſignificetis, quod ſi noſtris mandatis obedire contemnat, contra ipſum taliter procedemus, quod ſibi cedet ad pœnam, & aliis in ſimilibus ad terrorem. Datum ut ſupra.*

Fidei propagationē urget Pontifex in Ruſſia. VI. Laborantibus Minoribus in partibus Ruſſiæ pro converſione infidelium, & aſſidua fidelium inſtructione non ſolum imminutus eſt operariorum numerus, ſed & ſe illis oppoſuit, ut communiter fit, in civitate Lamburgenſi, quidam Joannes Presbyter Wratislavienſis in magnum fidei detrimentum, & Fratrum injuriam. His duobus malis ut mederetur Pontifex in hunc modum decrevit.

Dilecto filio Nicolao de Croſna Vicario Ruſſiæ Ordinis Fratrum Minorum.

Ibid. fol. 334. VII. *EXhibita nobis pro parte tua, & dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Fratrum Minorum commorantium in partibus Schiſmaticorum Ruſſiæ petitio continebat, quod numerus Fratrum ejuſdem Ordinis, qui ad converſionem Schiſmaticorum, & conſervationem ac inſtructionem fidelium ibidem inhabitabant, eſt multipliciter diminutus, in grande diſpendium*

Ca-

Catholicæ fidei, & turbationem ac periculum animarum fidelium prædictorum. Quare nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut providere ſuper hoc de Apoſtolicæ proviſionis remedio dignaremur. Nos igitur, qui fidem ipſam ubique propagari cupimus, & prout poſſumus, procuramus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ triginta Fratres Ordinis ſupradicti, vita & moribus commendabiles, de quibuſcumque nationibus, de quibus tibi videbitur, quique ſponte ad eaſdem partes voluerint proficiſci, abſque licentia obtenta, vel petita ſuorum Prælatorum ſemel tantum recipiendi, eoſque ad dictas partes Ruſſiæ, moraturos in eis ad Dei & fidei ſervitium, conducendi, non obſtantibus regula & conſtitutionibus Ordinis, & aliis contrariis quibuſcumque, plenam concedimus, tenore præſentium, facultatem. Datum Avenione XVI. *Kalend. Decembris anno* I.

Venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Gneſnen., & Cracovien., ac Czeraten. Epiſcopis.

VIII. *Juſtis petentium deſideriis, illis præſertim, quæ defenſionem, & augmentum Catholicæ fidei reſpicere dignoſcuntur, libenter annuimus, & ut conſequantur effectum, favorem Apoſtolicum impartimur. Sane, dilecti filii Nicolaus de Croſna Vicarius partium Ruſſiæ, & alii Fratres Ordinis Fratrum Minorum in eiſdem partibus commorantes, nobis ſignificare curarunt, quod licet ipſi, & quilibet ipſorum in dictis, & nonnullis aliis partibus ſchiſmaticorum & infidelium baptizandi, & alia Eccleſiaſtica Sacramenta conferendi, ac ligandi, & abſolvendi, & nonnulla alia ſpiritualia faciendi, habeant a Sede Apoſtolica plenariam facultatem, cujus vigore nonnullas perſonas utriuſque ſexus partium prædictarum per eos ad Catholicam fidem, & ad obedientiam ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ matris, & Magiſtræ cunctorum fidelium reductas baptizarunt, eiſque hujuſmodi alia Sacramenta contulerunt, ac ipſas abſolverunt a peccatis earum, & alia fecerunt, ſecundum prædictam eis traditam facultatem. Quidam tamen Joannes Presbyter Uratislavien. diœceſis in civitate Lamburgenſi dictarum partium Ruſſiæ Sacerdotem Catholicum verbis ſe aſſerens, ſed factis negans, invidiæ, ut creditur, ſtimulis concitatus, in agro Dominico, ſicut inimicus homo, lethalem zizaniam ſeminans, ponendo ſchiſmata & errores inter fideles & filios Romanæ Eccleſiæ prælibatæ, & eos a dicta fide recedere, & ad infidelitatem, ſeu damnabilem ritum ſchiſmaticorum redire temere, & damnabiliter faciendo, & obviando, ne alii infideles, & ſchiſmatici ad prædictas fidem, & obedientiam convertantur, publice coram fidelibus, nec non ſchiſmaticis & infidelibus prædicavit, & prædicare præſumit, quod idem Vicarius & Fratres prædictam baptizandi, & alia Sacramenta Eccleſiaſtica conferendi, nec non ligandi & abſolvendi facultatem non habebant, & quod baptizati per eos erant rebaptizandi, & eis alia Sacramenta Eccleſiaſtica prædicta conferenda de novo, & abſoluti iterum abſolvendi, ad infidelitatis & ſchiſmatis vomitum ſunt reverſi, & alii a converſione ſalutifera retrahuntur. Alii vero de ſuo ſtatu, quem credunt dubium, non ſine multa perplexitate vacillant, in ipſius Joannis, & multorum aliorum, quos in æternæ mortis præcipitium ſecum trahit, animarum periculum, & manifeſtam damnationem, ac ſcandalum graviſſimum fidelium partium prædictarum. Quare iidem Vicarius, & Fratres nobis humiliter ſupplicarunt, quatenus ſuper iis providere de opportuno remedio, paterna diligentia dignaremur. Nos igitur de præmiſſis merito perturbati, ac intendentes circa ea Apoſtolicæ ſollicitudinis ſtudium adhibere, fraternitati* Ibid. fol. 319.

ti veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios in dicta civitate Lamburgenſi, & alibi, ubi videritis expedire, coram quibuſcumque populis, tam fidelibus, quam infidelibus, & ſchiſmaticis, ex parte noſtra publicari, & dici ſolemniter faciatis, quod iidem Vicarius, & Fratres baptizandi, & alia Eccleſiaſtica ſacramenta conferendi, nec non ligandi, & abſolvendi, & nonnulla alia ſpiritualia exercendi, quæ in conceſſis eis a memorata Sede continentur privilegiis, habent plenariam facultatem, dictumque Joannem Presbyterum & alios, ſi forte ſimilia attentarent, cujuſcumque præeminentiæ, dignitatis, ordinis, ſtatus, vel conditionis exiſtant, etiamſi Pontificali, vel alia qualibet præfulgeant dignitate, ut deſiſtant ab hujuſmodi falſis aſſertionibus, & quorumcumque ſeductione, per cenſuram Eccleſiaſticam, ac ſuſpenſionem, & interdictionem a prædicationis officio, & privationem quorumcumque aliorum ſuorum officiorum & beneficiorum, nec non carcerationem, & alia opportuna remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus tam felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, in quibus cavetur, ne aliquis extra ſuam Civitatem, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam, dietam a fine ſuæ diœceſis ad judicium evocetur, quam aliis quibuſcumque Conſtitutionibus &c. Datum Avenione XVI. *Kalendas Decembris anno* 1.

Fr. Petrus Arag. mittitur Cypriã. *Ann.* 1358. *n.* 3.

IX. Turbatis, & periclitantibus rebus Cypriis, eo deſtinavit Pontifex fratrem Petrum Aragonium, Petri Aragonum Regis patruum, Reginæ Cypriæ Leonoræ, uti ſuperius diximus, genitorem, ut nutantis Regni ſtatum conſolidaret. Litteras dedit ad Joannem Leſignanum Antiochiæ Principem, Regni adminiſtratorem, & Jaquetum Leſignanum Regni Comeſtabulum, ut digne accedentem exciperent, & redeuntem proſequerentur. Omnia graviter peregit Petrus, & pacis fœdera feliciter ſtabilivit.

Dilecto filio nobili viro Joanni de Leſignano Principi Antiochæno.

Ibid. fol. 57.

X. *Cum dilectum filium Petrum de Aragonia, Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, ad Regnum Cypri pro ipſius regni proſpero ſtatu & tranquillo, dante Domino, diſponendo, de Fratrum noſtrorum conſilio, præſentialiter deſtinemus, magnificentiam tuam rogamus, & hortamur attente, tibi nihilominus per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus per tres annos, a die, qua idem Petrus de civitate Barchinonen. pro accedendo ad partes Cypri recedet, uſque ad ipſius reditum computandos, ſingulis diebus proſuis, & familiarium ſuorum expenſis, prout circumſpectioni tuæ videbitur, de redditibus regalibus dicti Regni provideas, in præmiſſis taliter te habendo, quod devotionis promptitudinem non immerito commendare poſſimus. Datum Avenione* II. *Nonas Junii anno* 1.

Fr. Franc. Podien. in Tartariam.

XI. Miſſus eſt in Tartariam Aquilonarem, & inſtitutus Fratrum Vicarius frater Franciſcus de Podio dictus Catalanus, data ei poteſtate ſecum evocandi ex quibuſcumque Provinciis Fratres duodecim.

Dilecto filio Franciſco de Podio Vicario Tartariæ Aquilonaris, Ordinis Fratrum Minorum.

Ex libr. ſecret. an. 1. *f.* 17.

XII. *Probatæ tuæ devotionis zelus, quem habes ad fidem Catholicam, quam, ut teſtimonio fide digno percepimus, in Orientis, & Aquilonis pa-*

partibus, ad conversionem schismaticorum & infidelium, assistente tibi divina gratia, fructuose hactenus prædicasti, & prædicare proponis, non indigne meretur, ut votis tuis, iis præsertim, quæ augmentationem fidei præfatæ respiciunt, liberaliter annuamus. Cum itaque tu in nostra præsentia constitutus, nobis exposueris, quod in dictis partibus messis est multa, operarii vero pauci, & propterea supplicaveris, quod tibi ducendi, & mittendi ad partes easdem aliquos Fratres Ordinis Fratrum Minorum, cujus professor existis, ad prædicandum verbum Dei eisdem schismaticis & infidelibus, & conversos jam ad dictam fidem ejusdem verbi pabulo nutriendum, licentiam concedere dignaremur. Nos tuis supplicationibus inclinati, discretioni tuæ, de qua gerimus fiduciam pleniorem, duodecim Fratres Ordinis præfati, vita et moribus commendabiles, de quibuscumque nationibus, de quibus tibi videbitur, quique sponte ad easdem partes voluerint proficisci, absque licentia obtenta, vel petita suorum superiorum, vel Prælatorum, semel tantum recipiendi, eosque ad dictas, et alias infidelium partes, de quibus tibi videbitur, moraturos in eis ad Dei et fidei præfatæ servitium, ducendi et mittendi, non obstantibus Regula, et Constitutionibus ejusdem Ordinis, etiamsi sint auctoritate Apostolica confirmatæ, nec non privilegiis eidem Ordini concessis, et aliis quibuscumque contrariis, plenam concedimus, tenore presentium facultatem. Datum Avenione III. *Kalendas Januarii anno* I.

XIII. Hoc anno VI. Idus Junii creavit Pontifex Cardinalem fratrem Bertrandum Lagerium de Figiaco Gallum, virum doctum, ex Assisiate Episcopum Glandatensem, titulumque designavit sanctæ Priscæ, quem postea legatum misit in Hispaniam, & successor Urbanus VI. in ipsis Pontificatus auspiciis Episcopum creavit Ostien. Hunc & Bertrandum de Turre videtur invicem confundere Rodulphus, nam & Turritanum cognominat Agerium, & hunc, cui vere Lagerii inditum cognomen, Salernitanum scribit Archiepiscopum, qua dignitate functus est Bertrandus Turritanus. Defecit hic cum universo Cardinalium Collegio ab Urbano VI. & creato Fundis Antipapa Clemente VII. fovit cum reliquis schisma contra Urbanum. Obiit Avenione anno MCCCXCII. VI. Idus Novembris, ibidem sepultus ad suos Consodales. Translatus est hoc anno ab Ecclesia Comaculen. ad Senensem frater Guillelmus Vasco. Obiit mense Januarii anno MCCCLXXVII.

Fr. Bertran. Laget. creatus Cardinalis.

Fr. Guillelmus Episcop. Senen. & Comaculen.

XIV. Promoti sunt ad sacræ Theologiæ magisterium frater Thomas Portugallen. qui Oxoniæ, & Parisiis studuit, Portugalliæ, & Salmanticæ legit, & in Comitiis generalibus Ordinis electus est, ut Cantabrigiæ libros Sententiarum interpretaretur; & Thomas de Roffibus Scotus, qui Parisiis septem liberales artes audivit, & in Scotia Theologiam perlegit, pro cujus promotione Carolus Francorum, & Robertus Scotorum Reges interceserunt. Frater Joannes Cambareti ab Urbano institutus Altararius Basilicæ sancti Petri, Palatii Vaticani, horti, viridarii, aliarumque rerum custos, hoc anno a Gregorio in hoc munere confirmatur, quem etiam Collegio Pœnitentiariorum Apostolicorum aggregatum fuisse, ex hoc constat diplomate.

Fr. Thomas Portugallen.

Fr. Thomas de Roffibus.

Dilectis filiis Joanni Chambereti, Henrico de Buda, Petro de Bardis, Angelo de Campofloris, Nicolao de Ayrolo, Angelo Guerruccii, Jacobo de Uratislavia, Raynerio de Viterbio & Roberto de Timelby Fratribus Ordinum Minorum, Prædicatorum & Eremitarum ſancti Auguſtini, noſtris in alma Urbe Pœnitentiariis.

Ibid. fol. 34.

Pœnitentiarii Urbis confirmantur.

XV. *Grata veſtræ devotionis obſequia, & cura ſollicita, quibus erga Romipetas, & alios pœnitentes, qui ad almam Urbem cauſa peregrinationis, devotionis & pœnitentiæ undique confluunt, laboraſtis hactenus, & continuo laboratis, merito nos inducunt, ut vobis ſimus opportuno tempore gratioſi. Attendentes igitur, quod vos officium pœnitentiariæ, quod in Urbe præfata tempore felicis recordationis Urbani Papæ V. prædeceſſoris noſtri commiſſum vobis fuit, auctoritate Apoſtolica exercendum, prudenter & laudabiliter, ſicut relatione fide digna percepimus, exercuiſtis, & ſperantes, quod illud exercebitis laudabilius in futurum, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vos & veſtrum quemlibet in hujuſmodi pœnitentiariæ officio ex certa ſcientia, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, confirmamus. Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis infringere &c. Datum apud Villam novam Avenion. diœceſis x. Kalend. Octobris Pontificatus noſtri, anno* 1.

Bzov. n° 13.

Fr. Petrus Bonageta gravium infimulatur errorum.

XVI. Hoc anno, ait Bzovius, fratrem Petrum Bonagetam Minoritam nonnullos errores in Aragonia diſſeminaſſe, & ſubſequentem ſententiam ab auctoritate Apoſtolica promeruiſſe; deinde hoc ex directorio Inquiſitorum ſubjicit diploma.

Miſeratione divina Petrus ſancti Euſtachii, & Guillelmus ſancti Angeli Diaconi Cardinales, Reverendis Patribus Tarracon. & Cæſarauguſtan. Provinciarum Archiepiſcopis, eorumque ſuffraganeis; nec non Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis a Sede Apoſtolica in ipſis Provinciis deputatis, ſalutem & ſinceram in Domino caritatem.

Relatione religioſi fratris Nicolai Eymerici Magiſtri in Theologia, ac in dictis Provinciis hæreticæ pravitatis Inquiſitoris, ad audientiam Domini noſtri Papæ nuper pervenit, quod tam in veſtris, quam in ſuffraganeorum veſtrorum Eccleſiis palam & publice per certos religioſos prædicati fuerunt tres articuli ſubſequentes in effectu.

Primus, quod ſi hoſtia conſecrata cadat, ſeu projiciatur in cloacam, lutum, ſeu aliquem turpem locum, quod ſpeciebus remanentibus, ſub eis eſſe deſinit corpus Chriſti, & redit ſubſtantia panis.

Secundus, quod ſi hoſtia conſecrata a mure corrodatur, ſeu a bruto fumatur, quod remanentibus dictis ſpeciebus, ſub eis deſinit eſſe corpus Chriſti, & redit ſubſtantia panis.

Tertius, quod ſi hoſtia conſecrata, a juſto vel a peccatore fumatur, quod dum ſpecies dentibus teritur, Chriſtus ad cœlum rapitur, & in ventrem hominis non trajicitur.

Supplicato igitur per ipſum Inquiſitorem eidem Domino noſtro Papæ ſuper hujuſmodi articulis, ex quorum prædicatione poſſent ſcandala ſuſcitari, ſalubriter provideri, idem Dominus noſter Papa, nobis ibidem præſentibus, vivæ vocis oraculo expreſſe commiſit, quatenus auctoritate ſua Apoſtolica vobis mandaremus, ut omnis more ſublato diſpendio, in dictis veſtris Provinciis, ſub pœna excommunicationis inhibeatis, ne quis deinceps dictos articulos

Anno Christi	Gregorii XI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 164.
1371.	anno 1.	anno 24.	

los publice præſumat prædicare. Nos igitur Petrus, & Guillelmus Cardinales prædicti, hujuſmodi mandatum Apoſtolicum cupientes exequi, ut tenemur, vobis & veſtrum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus & mandamus, ne ab inde in antea dictos articulos, ſeu eorum alterum, ſub eiſdem, vel aliis verbis idem ſonantibus in ſubſtantia, ſeu in effectu, in veſtris Eccleſiis, vel alibi palam ſeu publice prædicari a quoquam permittatis: & hoc ſub pœna excommunicationis, qua contrarium facientes innodetis ipſo facto. Notificantes vobis nihilominus ſimili mandato per ipſum Dominum noſtrum Papam nobis facto, quod idem Dominus noſter Papa fratri Joanni de Latone Ordinis Fratrum Minorum, qui aliquos de dictis articulis in veſtris Eccleſiis frequenter recitando prædicaverat, inhiberi fecit ſub pœna excommunicationis, ne dictos articulos de cetero publice prædicare præſumat. In quorum omnium teſtimonium, ſigilla noſtra præſentibus duximus imponenda. Datum apud Villam novam Avenion. diœceſis, die VIII. *menſis Auguſti an.* MCCCLXXI. *Indictione* IX. *Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris Domini, Domini noſtri Gregorii divina providentia Papæ* XI. *anno* I.

XVII. Nihil hic agitur de fratre Bonageta errores in Aragonia diſſeminante; refertur dumtaxat ex relatione Eymerici Inquiſitoris, certos religioſos prædictos tres articulos in Eccleſiis Provinciarum Cæſarauguſtanæ, & Tarraconenſis prædicaſſe, & Pontificem vetuiſſe ſub excommunicationis pœna ne amplius publice prædicarentur, idque ſpeciali mandato notificatum fratri Joanni de Latone Minoritæ, qui aliquos, non omnes prædictos articulos recitando, non aſſerendo prædicaverat. Hæc eſt ſumma totius ſententiæ, in qua nulla afficiuntur cenſura prædicti articuli, neque condemnantur, ſed dumtaxat prohibetur ne publice prædicentur, quia, ut inquiunt ipſi, ex relatione Eymerici, ad illorum prædicationem poſſent ſcandala ſuſcitari. Unde admiror, Gabrielem Vaſquez non ſemel dixiſſe articulos hos a Gregorio Pontifice ſuiſſe condemnatos; maxime cum ipſe præmittat, eos docuiſſe ſanctum Bonaventuram, & alios non contemnendæ auctoritatis Doctores. Severius loquitur Franciſcus Penna erroneos hos articulos, & valde impios aſſeverans.

Vaſq. in 3. par. tom. 3. diſp. 195. c. 5. n. 46. & 50.

Penna Schol. 14. in 1. par. dirctl.

XVIII. Ego vero ita hos articulos hoc præſertim tempore falſos, exoletos, & contra communem Theologorum ſententiam exiſtimo; ut tamen non acriori ſententia ab Eccleſia expreſſe condemnatos judicaverim, quam ne publice prædicentur, ſi hoc ipſum omnino conſtat, quod ſtatim examinabo; atque ſub Bonaventuræ tempore tot ac tales habuiſſe patronos, ut tunc valde probabiles cenſerentur, neque ſub Gregorio XI. omni probabilitatis aut Doctorum caruerint patrocinio. Sane Alenſis, Albertus Magnus, & ſanctus Thomas, dum de his quæſtionibus agunt, in controverſia poſitas referunt, oppoſitas recenſent ſententias, atque horum articulorum doctrinam ita ſuos habuiſſe indicant patronos, ut quamvis eam ipſi ſecuti non ſint, nulla tamen nota affecerint, neque uti omnino improbabilem rejecerint; imo ſanctus Bonaventura expreſſe ait, ſuo tempore fuiſſe communiorem, & Alenſis problematice defendit articulum ſecundum.

Alen. 4. par. q. 11. memb. 2. art. 2. §. 1.

Albertus in 4. d. 9. a. 5.

Thom. in 4. d. 9. q. 1. a. 2. quæſtiunc. 1.

XIX. Moverant hos Theologorum coriphæos, ne omnino improbabilem hanc reputarent doctrinam, tum rationes, quas ſtatim adducam, tum auctoritas Magiſtri ſententiarum, Hugonis de ſancto Victore, & Innocentii III. qui expreſſe eam tradiderunt, uti ex ipſis eorumdem verbis huc tranſcriptis apparebit. Ita Magiſter: *Illud etiam ſane dici poteſt, quod a brutis animalibus corpus Chriſti non ſumitur, etſi videatur. Quid ergo ſumit*

Magiſt. in 4. d. 13. in fine.

mus, vel quid manducat? Deus novit hoc; atque in hoc ſenſu eum citant, & intelligunt Alenſis, Thomas, & Bonaventura. Hugo Victorinus: *Quando in manibus Sacramentum ejus tenes, corporaliter tecum eſt. Quamdiu ſenſus corporaliter afficitur, præſentia ejus corporalis non aufertur. Poſtquam autem ſenſus corporalis in percipiendo deficit: deinceps corporalis præſentia quærenda non eſt, ſed ſpiritualis retinenda. Diſpenſatio completa eſt, perfectum Sacramentum, virtus manet: Chriſtus de ore ad cor tranſit: melius eſt tibi ut eat in mentem tuam, quam in ventrem tuum. Cibus iſte animæ non corporis eſt. Noli in ipſo quærere conſuetudinem cibi corporalis. Venit ad te ut comedatur, non ut conſumatur. Venit ut guſtetur, non ut incorporetur.*

Hugo lib. 2. de Sacram. par. 8. c. 13.

XX. Innocentius, omnia hæc exſcripſit verbatim ex Hugone, additque: *Ore comeditur, ſed ſtomacho non digeritur. Reficit animum, ſed non effluit in feceſſum. Illud ergo ſane debet intelligi, quod Dominus ait: Omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in feceſſum emittitur, quum conſtet, illud fuiſſe dictum non de ſpirituali cibo, ſed carnali.* Et de ſecundo articulo c. 11. ita ſcribit: *Si vero quæratur, quid a mure comeditur, cum Sacramentum corroditur? vel quid incineratur, cum Sacramentum crematur? Reſpondetur, quod ſicut miraculoſe ſubſtantia panis convertitur in corpus Dominicum, cum incipit eſſe ſub Sacramento; ſic quodammodo miraculoſe revertitur, cum ipſum ibi deſinit eſſe, non quod illa panis ſubſtantia revertatur, quæ tranſivit in carnem, ſed quod ejus loco alius miraculoſe creatus, quamvis hujus accidentia ſine ſubjecto poſſint ſic corrodi, ſicut edi.*

Innoc. lib. 3. de myſter. miſſæ c. 15.

XXI. Bonaventura vero Magiſtrum, & Innocentium, quos citat, ſequutus, poſtquam circa articuli primi & ſecundi doctrinam, præmiſiſſet aliorum Doctorum ſententiam & præcipua fundamenta, quibus etiam nunc recentiores utuntur Theologi, nimirum quod inſeparabili unione adhæreat Chriſti corpus ſpeciebus, quamdiu ſalva eſt forma panis & vini, & quantumvis projiciatur in loca turpia aut immunda, aut a creaturis irrationabilibus rodatur aut comedatur, nullam patiatur injuriam, cum ſit glorificatum & impaſſibile, & nullo modo poſſit inquinari, poſtea ſubjungit: *Quantumcumque autem hæc opinio muniatur, numquam tamen adeo munitur, quando aures piæ hoc abhorreant audire, quod in ventre muris, vel in cloaca ſit corpus Chriſti, quamdiu ſpecies ibi ſubſiſtunt. Propter hæc eſt alia opinio, quod Corpus Chriſti nullo modo deſcendit in ventrem muris. Ratio autem quæ hos movet, eſt, quia Chriſtus non eſt ſub illo Sacramento, niſi eatenus, quod ordinabile eſt ad uſum humanum, ſcilicet ad manducationem, ſed ſicut mus rodit, ita & inhabile facit, & ita Sacramentum eſſe deſinit, & Corpus Chriſti ibi eſſe deſinit, & ſubſtantia panis redit: ut Innocentius dicit; & hæc opinio communior eſt, & certe honeſtior, & rationabilior.* Tertii vero articuli doctrinam licet probabiliter ſuſtineri poſſe affirmet, ita reſolvit: *Nihilominus tamen alia videtur ſecurior, & auctoritatibus magis concordare, quia Corpus Chriſti cum illis ſpeciebus deſcendit ad ſtomachum, & ſub illis eſt, quamdiu illæ ſunt ſub propria forma; & habent rationem reficiendi, & ſecundum ordinationem ad refectionem humanam Sacramentum erat, unde concedunt, quod Corpus Domini eſt in ſtomacho, quia ibi ſunt ſpecies, ut cibus, & ideo ſi evomuntur ſpecies, evomitur Euchariſtia; & ſi ſpecies poſſit ab aliis diſcerni, ſumenda eſſet.* His adde Gloſſam ordinariam in Epiſtolam 1. ad Corinth. c. 11. ad illa verba: *Accipite & manducate*, quæ id ipſum quod Magiſter docet circa ſecundum articulum, quando ſpecies roduntur aut devorantur a brutis animalibus, & Thomam Walden. tom. 2. de Sacramento c. 60.

Rem. in 4. d. 13. ar. 2. q. 1. in cor.

In lib. 3. 2. ad 1.

c.60. necnon Gloſſam in c. *tribus gradibus*, de conſecratione d.2. quæ certum eſſe ait, quod in 3. articulo aſſeritur, nimirum tam cito in cœlum rapi Corpus Chriſti, quam cito ſpecies dentibus teruntur.

XXII. Fundamenta vero præcipua hujus ſententiæ ea ſunt, quod piæ aures horreant audire Chriſtum in cloaca aut ſordido loco jacere, quod in ventrem aut ſtomachum trajiciatur aliis cibis aut excrementis miſcendus, aut quod brutis animantibus deſerviat in cibum, ne hinc occaſionem ſumant hæretici ſacra noſtra irridendi, & propterea judicant, quod majorem huic auguſtiſſimo Sacramento conciliet reverentiam iſta denegare. Deinde illa potiſſima videtur ratio, quod Sacramentum iſtud, ſicut & reliqua, inſtitutum eſt in medicinam & uſum humanum: eatenus ergo putant hi Auctores, Chriſti Corpus remanere ſub ſpeciebus, quatenus uſui deſerviunt humano: quod ſi uſuales eſſe deſinunt, vel per inquinationem ſordium, vel corroſionem a mure, aut aliunde, ajunt deſinere eſſe ſub illis Corpus Chriſti, & redire vel creari ſub eiſdem ipſam, quæ prius extitit, aut alteram panis ſubſtantiam.

XXIII. Quidquid porro ſit de robore aut infirmitate harum rationum, idcirco hæc retuli, non ut doctrinam hanc probabilem velim, aut defendendam aliis objiciam, quam hoc tempore prorſus improbabilem, & periculoſam exiſtimo, ſed ut oſtendam, ſub ſancti Bonaventuræ ſeculo probabilem fuiſſe, & graviſſimos habuiſſe patronos, & propterea Eccleſiam a graviori abſtinuiſſe ſub Gregorio cenſura, quam ut non prædicaretur publice propter ſcandali periculum. Perperam ergo Vaſquez dixit, ab Eccleſia fuiſſe hos articulos condemnatos, Penna valde impios aſſeruit; ac his gravius Eymericus offendit, dum eos ſub titulo *hæreſum ab Inquiſitoribus Aragoniæ, Domini Papæ mandato damnatarum* recenſet. Quid enim amplius factum, quam præceptum ut doctrina alias tantorum Doctorum auctoritate ſuffulta, non proponeretur promiſcuo vulgo ex ſuggeſtis? Propterea ſtatim ampliandа eſt pœna, & dilatanda cenſura, ut impia, erronea, hæretica proclametur? Exemplum ſane ſatis opportunum præ manibus eſt, quo liceat perſpicere injuſtas eſſe hujuſmodi cenſuras. Juſſit Paulus V. ad evitandos populorum tumultus & ſcandala, ne opinio aſſerens, beatam Virginem in originali peccato fuiſſe conceptam, publice e ſuggeſto aut cathedra doceretur, idque ipſum confirmavit Gregorius XV. ejus ſucceſſor, atque amplius addidit, ne etiam in privatis colloquiis de illa ageretur: an propterea graves hi cenſores Bzovius, aut alii inde deducent, vel deduci permittent, ſententiam hanc condemnatam fuiſſe ab Eccleſia, aut erroneam eſſe vel hæreticam? Minime nec immerito condemnabitur, peccabitque, qui ulla affecerit cenſura. Si ergo ſancti Thomæ, aliorumque Doctorum auctoritas ſufficit, ut illa opinio graviorem notam effugiat, ut quid & Bonaventuræ non inferior dignitas, & reliquorum, quos citavimus, Doctorum reverentia non obtineat, ut in hac etiam doctrina a gravibus his abſtineatur cenſuris, maxime cum nihil producant adverſi auctores ponderoſum, præſertim Vaſquez, qui reliquis in hac re diffuſius ſcripſit, quod vel ſolvi, vel ſaltem apparenter infringi non poſſit ex Bonaventuræ fundamentis, quæ largius producit?

Eymer. 2.par.directi. 9.10.

XXIV. Quod vero de Gregorii Pontificis ſententia affertur, præterquamquod, uti dixi, nihil præter publicam prædicationem prohibeat, illud circa veritatem facti ſubeſſe poteſt ſcrupuli, quod in proœmio Domini Cardinales conſuetum loquendi modum prætereant, neque phraſi, aut ſtylo curiæ utantur. Etenim in omnibus Pontificiis inſtrumentis Archiepiſcopi, & Epiſcopi a ſuis Eccleſiis vel reſidentiæ urbibus, non ab integris Provinciis nun-

nuncupantur. Cæſarauguſtanus dicitur Archiepiſcopus ab urbe vel ab Eccleſia, non ab univerſa Provincia, in quam non exercet juriſdictionem eamdem, vel æqualem ei, quam exercet in ſua Diœceſi, intra cujus limites ejus coarctatur ordinaria poteſtas. Secundo plures indicant tunc fuiſſe Inquiſitores in his duabus Provinciis Cæſarauguſtana, & Tarraconenſi a Sede Apoſtolica deputatos, cum unus dumtaxat ibi ſemper fuerit Inquiſitor, imo & ipſi ſtatim ita exprimant, dicentes ſolum Nicolaum Eymericum in dictis Provinciis eſſe hæreticæ pravitatis Inquiſitorem. Tertio ipſe Eymericus in
Direct. v. p. 4. c. 6. 2. parte directorii ait, ſe informaſſe Gregorium Papam, quod ſupradicti articuli de Sacramento altaris, & alii duo de beata Virgine (nimirum quod in Conceptione filii ſui ſic fuit gratia plena, quod deinceps in gratia proficere non potuit, & quod Spiritus ſanctus in die Pentecoſtes nullam gratiam contulit beatæ Virgini, ſed Apoſtolis, quia ita erat gratia plena, quod in gratia proficere non valebat) in prædictis Provinciis publice prædicabantur; & quod idem Dominus Gregorius, præhabito multorum conſilio Magiſtrorum, mandavit dicto Inquiſitori, & Prælatis omnibus partium prædictarum per ſuas litteras, de quibus agitur in prima parte, inquit, hujus operis, ſcilicet directorii, quatenus illos articulos interdicerent per ſententiam excommunicationis in Eccleſiis Cathedralibus partium prædictarum.

XXV. Videat, quæſo, candidus & ſincerus lector, quanta hic rerum diſcrepantia, & quantum diſcordet hæc narratio a relatione ſupraſcripti Cardinalium diplomatis. Non alias, quam has litteras circa hos articulos ille producit in prima parte directorii, & ibi in margine notatur eſſe has ipſas: dicit tamen hic eſſe Pontificis litteras, & ibi referuntur miſſæ & ſcriptæ a Cardinalibus. Dicit æque in illis contineri articulos de Sacramento altaris, & de beata Virgine, & nulla in eis fit mentio beatæ Virginis. Dicit hic eſſe interdictos hos articulos per ſententiam excommunicationis in Eccleſiis Cathedralibus, & illic tantum dicitur præceptum fuiſſe ſub excommunicatione, ne publice prædicarentur. Et ſubjungit; vel præmittit articulis tribus ſupra relatis de Euchariſtia, & duobus de beata Virgine: *articuli autem taliter condemnati ſunt iſti*, ita ut æque condemnatos hos de beata Virgine, atque illos de Sacramento altaris affirmet. At nullum video, qui ejus fidei aut auctoritati innixus aſſerat, aut admittat, hos poſteriores articulos de beata Virgine eſſe condemnatos, neque ipſum Vaſquez, qui ejus fiſus teſtimonio articulos de Euchariſtia condemnatos eſſe perperam aſſeruit, tale quid auſus eſt admittere, nec referre circa articulos de beata Virgine, quamvis diffuſe
Vaſq. 1. 2. in 3. par. diſp. 119. c. 5. de hac egerit quæſtione.

XXVI. Profecto quiſquis, quantumvis ſubtilis ingenii, poſſit hic hærere, & anxius dubitare quid hic ſit ſtabile aut certum, aut cui debeat credere, an Eymerico in prima parte directorii producenti litteras Cardinalitias, an eidem Eymerico in ſecunda parte ejuſdem operis aliter referenti, quam in eiſdem litteris contineatur. Adde ulterius, in illis litteris referri hæc facta eſſe anno MCCCLXXI. anno primo Pontificatus Gregorii, dum Avenione reſideret; & Franciſcum Diagum Provinciæ Aragoniæ Ordinis Prædicatorum hiſtoricum narrare, hæc contigiſſe poſt annum MCCCLXXVII. Poſtquam Gregorius Avenione Romam ſuam curiam tranſtulit, & Eymericus Pontificem ſequutus, Roma in Aragoniam reverſus eſt. Demum hunc Joannem de Latone, cui refertur in litteris Cardinalium indictum ſilentium
Diagus in hiſtor. Provinciæ Arag. l. 1. c. 25. in fine.
Vide an. 1376. circa has propoſitiones in publicis ſuggeſtis, invenio poſt annos quinque a Pontifice commendatum, & honoribus cumulatum, uti amplius referemus anno VI. Pontificatus hujus Gregorii.

XXVII. Hæc

Anno Christi	Gregorii XI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 164.
1371.	anno 1.	anno 24.	

XXVII. Hæc dicta ſint, non tam ad Aragonenſium prædicatorum defenſionem, quorum in hoc genere ſtudium non probo, dum imprudenter & periculoſe hujuſmodi Theologicæ, abſtruſæque difficultates promiſcuo vulgo proponuntur; ſed in ſancti Bonaventuræ optime de Eccleſia Catholica merentis, aliorumque graviſſimorum Doctorum tutelam, quibus æquior debetur reverentia, quam ut ita traducantur, & indignis cenſuris eorum afficiatur doctrina. Illo ſeculo erat probabilis, temporis decurſu Doctorum deſtituta patrocinio, cœpit infirmari & a veritate deficere; ita tamen reverita eſt Eccleſia Bonaventuræ, & coaſſertorum auctoritatem, ut ab omni prorſus expreſſa abſtinuerit cenſura. Ita in multis evenit doctrinis, ut aliquando probabiles, aliquando minus fuerint probabiles, & demum prorſus redderentur improbabiles: *Ex ratione quippe temporis agitur, ut una eademque res ſive ſalubris, ſive noxia judicetur. Imo ipſa Eccleſiaſtica Sacramenta ſuorum temporum viciſſitudines quærunt, vigoremque ſuum ex deputati temporis congruitate concipiunt.* Quot ſunt hodie circa adminiſtrationem Sacramentorum aliter & rectius conſtituta, quam olim fieri conſuevit, idque licite ordinari & declarari definivit Synodus Tridentina. Ea eſt cura magni patris-familias circa domum iſtam Eccleſiæ, ea eſt diſpenſatio Spiritus ſancti, ut nova luce amplius illuminet, & ſuccedentibus ſibi ſeculi manifeſtiores reddat veritates: *Quæ eſt*, inquit graviſſimus Doctor, *Paracleti adminiſtratio niſi hæc, quod diſciplina dirigitur, quod Scripturæ revelantur, quod intellectus reformatur, quod ad meliora proficitur?* Nihil ergo mirum tunc probabiliter hæc ſcripſiſſe Magiſtrum, Hugonem, Innocentium, Bonaventuram, & nunc haud expedire iſta doceri.

Petrus Damian. lib. 5. ep. 11.

Trident. ſeſſ. 21. c. 2.

Tertul. de velan. Virgin. c. 1. Vide quæ diximus lib. de Concept. B. Virg. ſect. 2. tract. 9. in prin.

XXVIII. Huic ferme ſimilis eſt condemnatio fratris Arnaldi Montanerii Villæ Podii Ceritani, vulgo *Puix Cerdan*, in Catalonia, & Diœceſi Urgellenſi, quam Bzovius refert, & pene ſimiles ſunt hæreſes, quas ei Eymericus adſcribit; nimirum quod dixerit Chriſtum & Apoſtolos nil habuiſſe nec in proprio, nec in communi. Secundo quod nullus poſſit damnari, qui deferat habitum ſancti Franciſci. Tertio, quod ſanctus Franciſcus ſemel in anno deſcendat ad purgatorium, & extrahat inde animas eorum, qui ſub ſuis militarunt Inſtitutis. Quarto, quod ejus Ordo durabit in perpetuum. Prima aſſertio reliquis graviorem continet materiam, quippe diu & aſpere controverſam inter Joannem XXII. & Minores, & in ſacra Scriptura non uno in loco expreſſe contentam, circa quam jam præceſſerat ejuſdem Joannis Apoſtolica definitio. At congruam & Catholicam propoſitionem hanc pati interpretationem diffuſe ex Pontificum decretis, & graviſſimorum Doctorum commentariis alias oſtendimus manifeſte. Secunda aſſertio litteraliter & nude intellecta, non tam hæretica, quam ſtulta eſt, neque tam cenſuræ Theologicæ, quam meræ amentiæ notam meretur; ſicuti etiam illa, quam ſe ex publico ſuggeſto declamatam audiviſſe teſtatur Alphonſus a Caſtro, & non ſemel ipſe ab aliis audivi, ſcilicet eum, qui habitum ſancti Dominici ſemel induerit, non poſſe eſſe hæreticum. Sane hæ ineptiæ ſunt, ſi ſtabilitatem, & ſecuritatem fidei aut ſalutis in exteriori reponant veſtimento; ſicuti enim ad vitam æternam conſequendam nihil conducit, potius nocet religioſum geſtare habitum, & religioſis Inſtitutis vitam non adæquare; ita prorſus inane erit ad fidem retinendam, regularem quamcumque induere veſtem, niſi ad fidei præcepta credulitatem componat. At ſi ita intelligantur ut qui vere, & uti bonum monachum decet, Franciſcanum geſtarit habitum, & leges ſui Inſtituti ſervaverit, externæque teſſeræ mores aſſimilaverit internos, prorſus illa vera erit aſſertio; ſicuti & qui ſacrum

Bzov. an. 1372. n. 30. Direct. 2. p. q. 11. in fine.

Refelluntur aliæ injuſtæ etiminationes.

Tom. 7. an. 1323. n. 3.

Caſtro lib. 1. adverſ. hæreſ. c. 9.

Domi-

Dominicanum portarit indumentum, ac ſolidam & Catholicam, quæ in eo ſanctiſſimo Inſtituto viget, ſectetur doctrinam, zelumque & ſpiritum induerit ſui præclariſſimi Inſtitutoris, hæreticos inſectando, non poterit in hæreſim declinare. Adde ſanctorum Inſtitutorum non parvum eſſe patrocinium, ut vel illi ſalutem conſequantur æternam, vel iſti doctrinam retineant Catholicam, & communicationem cum univerſo Sodalitio, non inane eſſe ad iſta ſuffragium. Pia & accommoda interpretatione ſi explicantur hæ propoſitiones, ita poſſunt eſſe Catholicæ, & veræ, ut neque hæreticas, neque falſas eſſe a quopiam poſſit judicari.

Piſan. p. 2. conf. 3. Mare. 2. p. lib. 4. c. 29.

XXIX. Tertiæ aſſertioni adſtipulatur quædam cœleſtis revelatio, quam referunt Bartholomæus Piſanus, & Marcus Ulyſſipponen. neque illa adeo incredibilis, aut nova debet reputari, ut hæretica, aut erronea dicenda ſit. Præſertim cum in aliorum Sanctorum legendis ſimilia inveniantur privilegia, & legatur alios Sanctos poſt mortem animas a purgatorii pœnis liberaſſe. Sanctus Gregorius Turonenſis refert, ſanctum Laurentium Martyrem ſingulis ſextis feriis liberare unam animam e purgatorio. Leander Albertus ſcribit, meritis Alberti Magni, inter ſanctos ab Eccleſia nondum relati, ſex millia animarum a pœnis purgatorii liberata. Sanctus Antoninus ait, viſam animam cujuſdam Fratris Minoritæ per purgatorium, acceptis duabus animabus quorumdam, qui ſibi in hoc ſeculo ſuos reatus erant confeſſi, tranſiiſſe, & cum eis in paradiſum aſcendiſſe. Surius recenſet, Coletam Virginem magna gloria relucentem, ab Angelis in cœlum ductam multis eam ſequentibus animabus, quas ſuis meritis & precibus e purgatorii pœnis liberarat; & Liduvinam ſive Lidevvigem adhuc viventem ductam in ſpiritu ad loca tormentorum, liberaſſe a graviſſimis pœnis animam cujuſdam ſacerdotis. Sed hæc ſicut ad fidem non ſpectant, ita pie credi poſſunt ſine periculo hæreſis, vel rejici cum debita reverentia. Quid vero obſtare queat, quin Deus hac ſpeciali prærogativa quoſdam Sanctos ſublimare poſſit & velit, prorſus me neſcire confiteor.

Greg. Turonen. ſerm. de Laud. S. Laur. Leander in vita Alberti Magni. Antonin. tit. 24. c. 3. §. 12.

Surius 6. Mart. in vita B. Coletæ c. 76.

Idem 14. April. in vita Lidevvig. p. 3. cap. 2.

XXX. Quod quarta continetur aſſertione, a Chriſto promiſſum fuiſſe ſancto Franciſco, referunt auctores non contemnendi. Piſanus, Rodulphus, Gonzaga, & alii; idque perpetuo traditur monumento in lapide quadrangulari Montis Alvernæ, in quo deſcripta vel inciſa diximus quatuor a Chriſto ſancto Franciſco promiſſa, atque inter hæc primum & præcipuum illud eſt, quod ejus Inſtitutum uſque ad mundi finem perſeveraret; idque ipſum indicare videntur illa verba, quæ divus Bonaventura ſancto Franciſco Chriſtum dixiſſe, ita recenſet: *Ego*, inquit, *vocavi, ſervabo & paſcam filios tuos, & aliis excidentibus alios ſubrogabo, ita ut ſi nati non fuerint, faciam illos naſci, & quantiſcumque fuerit impulſibus paupercula hæc concuſſa religio, ſalva ſemper mea munere permanebit*. Alios hujus rei teſtes produximus in opuſculis ſancti Franciſci a nobis editis, & vetuſta quædam carmina ex antiquis Ordinis monumentis eruta, atque hoc quidem privilegium Religioni Franciſcanæ neqnaquam eſſe ſingulare multi contendunt, quin imo & alia religioſa Inſtituta, id ſibi a Deo conceſſum eſſe affirmant.

Tom. 3. an. 1223. n. 34.

S. Bonav. in legen. S. Franc. c. 3.

Tom. 3. colloq. 13. Vide offic. B. Petri Thomæ apud Carmelitas.

XXXI. Hæ ſunt illæ hæreſes; propter quas refert Eymericus, ſe ſimul cum Berengario de Aril Epiſcopo in Cathedrali Eccleſia Urgellenſi publice denunciaſſe Arnaldum hunc hæreticum pertinacem, & propoſitiones has tamquam hæreſes & errores publice condemnaſſe, idque poſt annum decimum nonum a prolatinne ipſarum; fugerat enim in partes ultramarinas Arnaldus cum ad Palinodiam, & publicam abjurationem a Nicolao Roſſelly, Eymerici prædeceſſore conſtringeretur, neque inde amplius reverſus eſt. Quare mi-

nimo

Anno Christi	Gregorii XI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 164.
1371.	anno 1.	anno 24.	

nime verum eſſe poteſt, quod Bzovius ſcribit, eum ſecundo a Nicolao Eymerico criminis convictum fuiſſe, cum ipſe Eymericus id neget, & Gregorius Pontifex in ſuo diplomate, quod Bzovius citat, referat ex narratione Eymerici, eumdem Eymericum Arnaldum citaſſe, non tamen comparuiſſe. Præterea in aliis tribus circa hoc diploma erravit Bzovius, primum, quod anno MCCCLXXII. anno II. Gregorii referat datum, cum expreſſe in regeſto ſcribatur Pontificatus annus III. qui in Chriſti MCCCLXXIII. recurrit: ſecundum, quod miſſum dicat diploma ad Armandum *Ordinis Prædicatorum* Vicarium Aquilonarem, ut comprehenſum Arnaldum ad Sedem Apoſtolicam remitteret, cum expreſſe ita legatur diplomatis inſcriptio: *Dilecto filio Armando de Francia, Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, in ſacra Theologia Magiſtro, Vicario Aquilonari pro dicto Ordine ſalutem &c.* & inferius dicat Pontifex ſe id ipſum, inſtante Eymerico, alias præcepiſſe: *Dilecto*, inquit, *filio Franciſco Cathalano Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, Vicario Aquilonari prædeceſſori tuo*: ſed amotum fuiſſe a regimine antequam reciperet mandatum Apoſtolicum. Viſum eſt fortaſſis Bzovio in Franciſcanum erronem, nonniſi Dominicanum correctorem animadvertere potuiſſe. Tertium mira annorum confuſione hanc eamdem cantilenam repetit Bzovius tomo III. anno MCCCLXXXIV. & ipſo eodem anno ait ex Ferdinando Caſtillio, Eymericum hos errores condemnatſe, & poſt annos novemdecim Judici ſeculari traditum, igne combuſtum. Neque de anno, neque de igne quidquam agit Caſtillius, ſed ſub compendio refert, quæ ipſe habet Eymericus, & certum eſt, numquam comparuiſſe, neque ex Oriente reverſum Arnaldum niſi poſt indictum Eymerico ex regno Aragonio exilium. Pudet me certe & tædet in his nugis verſari, atque hæc, uti alia plura prætermitto, miſſa facerem, niſi infamem hanc hæreſeos labem abſtergere, & contumelioſam hæreticorum catervam, quam ex ſuo Eymerico Bzovius corrivat, a nobiliſſimo Inſtituto optime de fide Catholica merenti, procul facere oporteret, ne in gravem & perpetuam contumeliam hæc abſque animadverſione ad poſteros traducantur.

Caſtillo p. 2. l. 2. c. 4.

XXXII. Conceſſa hoc anno Miniſtro Generali licentia recipiendi domicilium prope Caſtrum Maranulæ, Cajetanæ Diœceſis, ædificandum a nobili viro Honorato Caetano, Comite Fundorum, & ipſius Caſtri univerſitate, ſub vocabulo beatæ Mariæ Annunciatæ propter Eccleſiam, quæ jam dudum ibi ſub hac appellatione conſiſtebat: *Inter Eccleſiaſticos Ordines*, XIV. Kal. Aprilis. Spectat ad Patres Conventuales Provinciæ Terræ-laboris, & Cuſtodiam ſancti Benedicti. Fuiſſe hoc tempore Conventum Minorum apud Burgum de Briſſia, Lugdunenſis Diœceſis, conſtat ex diplomate, quo Pontifex concedit Indulgentias viſitantibus ſacellum beatæ Mariæ Virginis, quod in Eccleſia prædicti Cœnobii conſtruxerat nobilis vir Gerardus Deſtres Dominus de Raquens: *Splendor paternæ gloriæ*, IV. Kal. Aprilis. Eccleſiam Conventus Lauſanen. ſub hoc tempore incendio devaſtatam, hoc anno reædificare cœpiſſe Fratres, apparet ex alio diplomate, quo Pontifex commendat fidelibus ut ſtructuræ cooperentur: *Eccleſiarum fabricis*, VI. Kal. Decembris.

Conv. Maranulæ.

Conv. Briſſien.

Conv. Lauſanen.

XXXIII. In Cartophylacio Monaſterii Clariſſarum Giennen. invenitur diploma Henrici Caſtellæ Regis, hoc anno datum, quod ante hoc tempus fundatam ædem demonſtrat. Sub iſtud tamen tempus fuiſſe reſectum intra urbis mœnia probabile eſt, cum ſedatis contra Mauros, inteſtiniſque Fratrum Petri & Henrici regum bellis, alia multa hujus urbis & regionis Monaſteria reædificata ſunt, uti ex Pontificiis monumentis proxime ſequentibus

Monaſter. Giennen.

Gonza. in Prov. Granaten. Monaſt. 1. Monumen. MSS. hujus Prov.

bus annis referemus. Quis primæ vel ſecundæ ſtructuræ auctor fuerit, omnino neſcitur. Floruit hoc ſacrum domicilium perpetua regulari diſciplina, & plurima Sororum pietate. Adhuc viget memoria Sororum Mariæ a Gratia, quæ anno MDXXX. Quiteriæ a Cruce quæ MDXLIII. Menciæ a Mendoza Giennenſis, quæ MDLVIII. Catarinæ ab Angelis natæ humilibus parentibus in vico Turris Ximenii, quæ MDLXXVIII. Mariæ a ſancto Franciſco, & Franciſcæ a ſancto Antonio Sororum germanarum, quæ MDXEVIII. feliciter obierunt, pœnitentia, humilitate, aſſidua oratione, & univerſa regulari obſervantia illuſtres. Duo lignea beatæ Virginis Mariæ, & ſancti Franciſci ſimulacra habentur hic in veneratione. Illud, quod exuſtis omnibus veſtimentis, & liqueſacta corona, quibus ornabantur, crinium, qui ad ſcapulas pendebant, nullus perierit, & ipſa imago illæſa permanſerit. Iſtud quod cum a quadam Sanctimoniale Granatam, expugnato a Mauris Gienno, abducta in captivitatem, occulte deferretur, atque per ſeptennium coram eo preces virgo funderet, ut ſe a captivitate, tot periculis & calamitatibus ſanctus Inſtitutor, quem imago referebat, eriperet, translata ſit ſimul cum ipſo ergaſtulo, & effigie ad Monaſterium priſtinum Giennenſe, ceteris Sororibus ad tantum prodigium obſtupeſcentibus.

Sorores pietate illuſtres.

Monaſt. Calatajudii.

XXXIV. Occurrit hoc anno memoria translationis alterius Monaſterii, propter bellorum incurſus deſtructi extra muros Villæ Calatajudii, diœceſis Tiraſonen. in Aragonia, & a Regina Aleonora intra mœnia jam ante aliquot annos translati, uti alias diximus. Confirmavit factum hoc anno Pontifex peculiari diplomate: *Iis quæ pro divini cultus augmento*, VI. Nonas Maii. Turolienſis Monaſterii, quod eadem, uti diximus, Regina reædificaverat, Abbatiſſæ Mariæ conceſſit uſum baculi paſtoralis: *Expoſcit tuæ devotionis* eodem die. Scripſitque Cæſarauguſtano Archiepiſcopo ut Monaſterio uniret aliquot beneficia Eccleſiaſtica, quorum redditibus Sororum relevaretur pauperies: *Pietas exigit*, XII. Kalendas Decembris. Clariſſis & etiam egenis Montiſalconis indulſit ne collectas ſolverent: *Exhibita nobis*, X. Kalend. Maii. Juſſit ne Fratres ulli hoſpitio exciperentur infra ambitum Monaſterii Clariſſarum Corporis Chriſti urbis Neapolitanæ, in contigua æde Minorum: *Licet hoſpitalitas*, Nonis Decembris.

Tom. 1. an. 1240. n. 31.

ann. 1369. n. 22.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Litteræ Pontificiæ pro iiſdem.

„ I. PRæter congeſtas, ac in Annalibus relatas epiſtolas ad Angelum
„ de Bibiena, & Thomam Farignanum directas, quas refert Anna-
„ liſta, quamplures ſummum Pontificem expediviſſe ad prædictos Tho-
„ mam, & Angelum hoc anno reperio, ſicut & alias ad eumdem finem ad
„ diverſos Eccleſiæ Antiſtites, Magnates, & Nobiles, a Petro de Alva
„ & Aſtorga ex Vaticano Regeſto indicatas, quas hic referre magni mo-
„ menti haud eſſe reor. Dicam nihilominus XV. Kalend. Maii ad Prælatos

Indic.

„ Eccleſiæ pro fratris Thomæ ſubſidio ſcripſiſſe: *Cum dudum &c.* & XVI.
„ Kalend. Junii. Pro Monialibus Corporis Chriſti Neapolis indultum con-

Ex Vatic.

„ ceſſiſſe: *Solet annuere &c.* ut jam Nicolaus V. anno ſui Pontificatus V.
„ conceſſerat. Inter hæc autem frater Ubertinus de Coriolano Minorita
„ vir doctus & prudens, Friderici Siciliæ Regentis Magiſter, pro pace in-
„ ducenda inter eum, & Joannam Reginam fideliter & ſtrenue ibidem
„ laborabat; quamobrem Gregorius eam pacem ſummopere affectans, pro
„ Ubertino Philippo Imperatori Conſtantinopolitano, Joannæ ſaventi;
„ Ludovico etiam Duci de Navarra, necnon ipſi Friderico; Comiti quo-

que

„ que Oiracii Franciſco Vintimillienſi, Univerſitati Terræ Noti, & pluri-
„ bus aliis, ſub ipſis Kalendis Octobris ſcripſit. Fratricellorum etiam ſor- Contra Fratricellos.
„ dida gens cum apud Siculos eſſet in honore, contra eam Eccleſiæ nimium
„ moleſtam Prælatis ibidem breve direxit: *Moleſta ſignificatio &c.* Idus *Ex Oderic. n.36.*
„ Septembris. Duos quoque ad magiſterium promoveri poſſe indulſit, fra-
„ trem ſcilicet Thomam Portugallenſem, pro quo Cancellario Toloſano,
„ IV. Kalend. Octobris; & alterum fratrem Thomam de Roffibus, pro *Ex Vatic.*
„ quo Cancellario Pariſienſi, V. Nonas Octobris, brevia: *Viri ſacræ &c.*
„ miſit.

„ II. Carcaſum Plinio, & Carcaſo Ptolomæo, Gallis *Carcaſſona*, ci-
„ vitas Epiſcopalis Galliæ Narbonenſis antiqua, ad Atagem fluvium in duo
„ illam dividentem, pars edito loco, altera humiliore, in linguam Occi-
„ tanam inter Narbonem & Toloſam, a prima X. a ſecunda XIV. M. P. galli-
„ cis, lanificio clara, diſtans, vel recentes Sanctimonialium noſtrarum ædes
„ admiſit, vel antiquas intra Burgi mœnia tranſtulit, quod ſecundum (ni
„ fallor ego) Waddingo magis placere videtur: *Licet is &c.* VI. Kalend. *Wadd. ad ann.*
„ Novembris. Per id vero temporis cum fortuito caſu ignis incendio tota *1372.*
„ Lauſanenſis Conventus Eccleſia concremata fuiſſet, pro ejuſdem repara-
„ tione ſeu reædificatione Gregorius per ſuum breve: *Eccleſiarum fabri-* *In regeſt. fol. 106 ſupr. ad an. 1356*
„ *cis &c.* VI. Kalend. Decembris, pias eleemoſynas & caritatis ſubſidia
„ erogantibus quaſdam indulgentias conceſſit, ut eſt videre apud Annali-
„ ſtam. Amadeus vero V. Sabaudiæ Comes, cujus ſupra mentionem ha- Amadeus V. Sabaudiæ legat pro eadem.
„ buimus, per ſuum teſtamentum eidem reſtaurandæ Eccleſiæ ſuæ ditionis
„ temporalis, ſcripto amplo legato, providit: at ſupremæ voluntatis tanti
„ Principis tabulæ anno MCCCLXXXV. referri expectant.

ARGUMENTUM.

Thomas Generalis Miniſter pacem ſtabilit inter Januenſes & Fliſcos, alioſque Principes. In conciliandis aliis utitur Pontifex opera Angeli de Bibiena, & Thomæ Fieſchii, Ordinis Procuratorum; & rurſum Thomæ Generalis Miniſtri in convocandis Principibus contra tyrannos Mediolanenſes & comprimenda hoſtilitate Januenſium cum Cypriis. Aſſumitur tamdem ob res præclare geſtas ad Patriarchatum Gradenſem. Diuturnum multorum annorum diſſidium inter Reges Siciliæ & Trinacriæ prudenter dirimitur alternis Nunciis Minoritis. Aliorum illuſtrium hujus Inſtituti virorum ſolertiæ res graviſſimas committunt Fridericus Rex Trinacriæ, Maria Armenorum Regina, & Urbanus Pontifex. Moritur Ordinis Protector, & multiplicantur domicilia.

I. NON potuerunt anno præterito componi motus bellici, & turbulentiæ Genuenſes inter Ducem Campofregoſum, & Comites Lavaniæ gentis Fliſcæ, quibus ille arcem Rupis-ſciſſæ vulgo *Roccatagliata*, quo ſeſe plerumque ceu in tutiſſimum aſylum, atque refugium recipere ſolebant, ademit. Nullum non impendit in hac re laborem frater Thomas Farignanus Miniſter Generalis Ordinis Minorum, hujus pacis aſſequendæ gratia deſtinatus Nuncius Sedis Apoſtolicæ, uti ſuperius diximus, donec tamdem obtinuit hoc ipſo anno ſub Menſe Majo, uti ſequentes litteræ docebunt, quibus Pontifex dignas ei refert gratias ob negotium feliciter & cum laude peractum. *Vide Bizar. de reb. Genuen. ad hunc annum.* Thomas Generalis Miniſter cóponit res Januen. *Ann.* 1371. *n.* 1.

Dilecto filio Thomæ ſacræ Theologiæ Magiſtro, Ordinis Fratrum Minorum Generali Miniſtro, Apoſtolicæ Sedis Nuncio.

Ex lib. ſecr. an. 2. fol. 257.

II. *Novit tua diſcretio quantum pacis negotium inter dilectos filios nobilem virum Ducem, Conſilium & Commune civitatis Januen. & nobiles de domo de Fliſco, inſidet cordi noſtro, noſque etiam novimus, quantum ſollicitudo tua vigilaverit, & diligens ſtudium tuæ induſtriæ laboraverit in prædictis. Ideoque breviter ſine multis exhortationibus tuæ diſcretioni mandamus, quatenus in laboribus hujuſmodi pii proſequendi negotii tua perſeverantia non frangatur, ſed illud ſemper promptioribus ſtudiis proſequaris. Circa quæ dilectus filius Angelus de Bibena ſacræ Theologiæ Magiſter, tui Ordinis Procurator Generalis, Apoſtolicæ Sedis Nuncius, ex noſtra parte tibi aliqua referet, cujus relatibus credere velis, & annuere cum effectu. Datum* XII. *Kalend. Maii, anno* II.

EIDEM.

Ibid. fol. 263.

III. *Cum lætitia mentis gratias agentes Deo, litteras tuas ſignificantes pacem & concordiam inter dilectos filios nobilem virum Ducem & Communne civitatis Januen. ac nobiles de domo de Fliſco, divino adjutorio reformatas accepimus, & capitula ipſius concordiæ audivimus diligenter, & circa hæc cum exhibitione gratiarum ſcribimus Duci & Communi, aliiſque Nobilibus ſupradictis, quorum omnium litteras, quas tibi cum præſentibus mittimus, eis facies aſſignari, tuque etiam eis pro parte noſtra gratias exhibebis. Quanto autem in hoc pio & arduo negotio tua diſcretio laboraverit, quotque anxietates & tædia proinde receperis, & quibus induſtriæ ac ingenii tui acumine uſus ſis pro effectu votivo hujuſmodi concordiæ conſequendo, conſideratione noſtra, & grata mente complectimur, ac te multipliciter in Domino commendamus. Tu igitur, ſi quid ad hujuſmodi negotii præfationem reſtare videris, animo indefeſſo proſequere, & prædictos Ducem & Commune, ad quos dilectionem ſingularem habemus, & intendimus ipſam per effectum operis demonſtrare, ad ipſorum ſtatum liberum conſervandum, validis pro parte noſtra perſuaſionibus exhorteris. Datum Avenione* VI. *Non. Maii, anno* II.

Dilecto filio nobili viro Dominico de Campofregoſo Duci, Conſilio, & Communi Januen.

Ibidem fol. 262.

IV. *Semper illi ſit honor & gloria, qui pro ſingulari, & hæreditario bono pacem hominibus reliquit in terris, & ex cujus miſeratione conſenſum eſt, ut inter vos, & dilectos filios nobiles viros de domo de Fliſco, pax & concordia reformata ſit, vobiſque gratias uberes agimus, qui ob noſtram, & Apoſtolicæ Sedis reverentiam, ejuſdem Sedis Nuncio mediante, ad reformationem ipſius veſtrot animos benignius inclinaſtis, & in committendo vobis aliqua circa illa ſingularem confidentiam oſtenditis, ex qua concordia ſperamus indubie, quod Civitas veſtra a multis periculis præſervabitur, eidemque multa proſperitatis, honoris, & commodorum proveniet incrementa, ad quæ conſervanda, & augenda parati ſumus, quantum cum Deo poterimus, occurrentibus caſibus, favores impendere ſpeciales. Datum ut ſupra.*

In eumdem modum nobili viro Nicolao Comiti de Fliſco, Comiti Lavaniæ,

niæ, Joanni Epiſcopo Vercellen. Carolo & Antonio de Fliſco Comitibus Lavaniæ, & univerſis de domo de Fliſco.

V. Neque ſolum Genuenſes & Fliſcos pacificaverat Thomas, verum & alios multos viros Principes, qui Genuenſibus primo bellum inferre, a Joanne Epiſcopo Vercellenſi concitati, deinde inter ſe digladiare tentaverant, ab hujuſmodi conatibus revocaverat, Marchiones de Carreto, Montiſferrati, Nobiles de Aſinariis, alioſque quamplures, ut ex ſubjectis litteris conſtabit, uſus in his opera fratris Angeli Nicolai Feducii de Bibiena. Hunc ad confœderandos Principes contra Vicecomites Mediolanenſes deſtinaverat Pontifex Nuncium Sedis Apoſtolicæ in Tuſciam, aliaſque Italiæ partes, quem ob res bene geſtas Epiſcopatu honeſtavit Piſaurienſi; cui in officio Procuratoris Generalis Ordinis ſucceſſiſſe fratrem Thomam de Ficechio invenio in alio diplomate, quo Pontifex Magiſtratum Piſanum rogat, ut ei velint hdem adhibere in iis, quæ ſuo nomine proponet. Bibienenſem vero poſtea miſit Urbanus VI. pro graviſſimis negotiis ad Regem Poloniæ, & Cæſarem in Germania hærentem.

Fr. Angelus de Bibiena Nuncius Apoſtolicus in Tuſciam. Poſtea Epiſcop. Piſaurien. Succedit ei in officio Procuratoris Ordinis frater Thomas de Ficechio.

Dilectis filiis nobilibus viris Manuelli, & Aleramo Marchionibus de Carreto.

VI. *CUm diſplicentia multa percepimus, quod vos, qui manetis in pace, guerram voluntariam intenditis dilectis filiis Duci, & Communi Januen. ſuſcitare, vos & veſtros per hoc magnis damnis, & periculis exponentes, ac magnum generantes in mari & terra Reipublicæ detrimentum. Nos igitur ſtatui veſtro paternæ dilectionis affectu conſulere, ac obviari malis hujuſmodi cupientes, nobilitatem veſtram affectuoſe rogamus, & hortamur in Domino, quatenus abſtinere velitis a tam noxia novitate, nec credatis conſiliis directe, vel indirecte vobis datis, aut dandis impoſterum per aliquos, qui vos, & Januenſes eoſdem deſiderant ſubjugare, & ſi guerram ipſam jam movere cœpiſtis, ab ea vos retrahere per conſilium, & operationem venerabilis fratris noſtri Angelici Epiſcopi Albanen. & dilecti filii Thomæ Ordinis Fratrum Minorum Generalis Miniſtri, Apoſtolicæ Sedis Nuncii nunc exiſtentis in Janua, provide ſtudeatis. Datum Avenione* III. *Idus Martii anno* II. *Ibid. fol.* 13.

Dilectis filiis nobili viro Dominico de Campofregoſo Duci, ac Conſillo, & Communi Civitatis Januen.

VII. *TRactatu pacis inter vos, & dilectos filios nobiles de Fliſco, auctore Domino, reformandæ pendente, ſecundum proſpera & adverſa, quæ diverſis temporibus ſentimus, cor noſtrum interdum recepit de ſpe bona lætitiam, & interdum triſtitiam ex timore adverſi ſucceſſus aſſumpſit; ſed noviſſime intellecto, quod non ſolum ſperatur optata concordia, ſed ex eo, quod dilecti filii nobiles viri Marchiones de Carreto dicuntur diſponi ad movendum vobis guerram in Riparia Occidentis, major in illis partibus commotio formidatur, & ſic veſtri Civitas, & diſtrictus damnoſis nimium, & periculoſis incurſibus premerentur. Nos igitur de his dolentes ab intimis, & quia cortina cortinam trahit, majora ex prædictis pericula pertimentes, pro tantorum evitatione malorum, non pudet nos noſtra paterna precamina ſæpius iterare. Veſtram igitur filiationem obnixius deprecamur, & hortamur in Domino, quatenus præmiſſis conſideratis, ad faciendam dictam concordiam* *Ibid.*

vos reddatis ſolito promptiores, & ſuper hoc conſiliis venerabilis fratris noſtri Angelici Epiſcopi Albanen. zelatoris veſtri ſtatus proſperi, ſi adhuc vobiſcum ſit, fiducialiter intendatis. Datum ut ſupra.

Dilecto filio Thomæ Ordinis Fratrum Minorum, Miniſtro Generali, Apoſtolicæ Sedis Nuncio.

Ibid. VIII. *NUper dolenter audivimus, quod dilectis filiis nobili viro Duci, ac Communi Civitatis Januen. nova guerra per dilectos filios nobiles viros Marchiones de Carreto diſponitur ſuſcitari, propter quod dictæ Civitati eo magis poteſt imminere periculum, quo adverſarios ſuos lethalius lædunt duo inſimul colligati, Reſpublica, atque partes ipſæ ex hoc magnum diſpendium veriſimiliter patientur. Quare diſcretionem tuam rogamus, & hortamur attentius, mandantes, quatenus ad obviandum hujuſmodi periculis, juxta traditam tibi a Deo prudentiam, viis & modis, quibus melius poteris, ſtudeas vigilantius laborare, antequam partes ipſæ, quibus ſcribimus ſecundum formas incluſas præſentibus, provocatæ, laboribus & expenſis a bellorum congreſſibus difficilius retrabantur. Datum Avenione Idibus Martii anno 11.*

In eumdem modum venerabili fratri noſtro Angelico Epiſcopo Albanen.

Dilecto filio nobili viro Secundo Ottoni, Marchioni Montisferrati.

Ibid. fol. 148. IX. *CUm dilecto filio Miniſtro Generali Fratrum Ordinis Minorum noſtris demus litteris in mandatis, ut ad partes Pedemontis pro earum pacifico, & tranquillo ſtatu, & pro bona concordia inter te, & venerabilem fratrem noſtrum Joannem Epiſcopum Vercellen. & dilectos filios nobiles viros Marchiones de Carreto, & de Ceva, ac nobiles de Cotonato, de Solerio, de Ricciis, de Malaballis, de Alferiis, de Peiletis, & de Scarampit, de Aſinariis, de Guttuariis, & de Cartaranis, ac nonnullos alios nobiles reformanda, ſi commode poſſit, perſonaliter accedat, vel dilectum filium Procuratorem dicti Ordinis illuc mittat, nobilitatem tuam rogamus, & hortamur attente, quatenus pro noſtra, & Apoſtolicæ Sedis reverentia, ad bonam concordiam tuum inclines animum, præpares & mentem, ac eidem Generali, ſeu Procuratori in iis, quæ ſuper præmiſſis pro parte noſtra tibi dicet, adhibeas plenam fidem. Datum apud Pontem-forgiæ Avenionen. diœceſis 11. Nonas Junii anno 11.*

In eumdem modum nobilibus de Aſinariis, nobilibus de Guttuariis, & de Cartaranis.

Dilecto filio Generali Miniſtro Fratrum Ordinis Minorum.

Ibid. fol. 139. X. *NUper diſplicenter accepimus, inter dilectum filium nobilem virum Secundum Ottonem Marchionem Montisferrati, ex parte una, & venerabilem fratrem noſtrum Joannem Epiſcopum Vercellen. nec non dilectos filios nobiles viros Marchiones de Carreto de Ceva, & illos de Cotonato, ac nobiles de Ricciis, de Solerio, de Malaballis, de Alferiis, de Peiletis, de Scarampis, de Aſinariis, de Guttuariis, & de Cartaranis, & nonnullos alios nobiles cives, & homines Civitatis Aſten. ejuſque Comitatus & diſtrictus, procurante pacis æmulo, gravem eſſe diſcordiam, quæ non ſolum eis, ſed circumpoſi-*

Anno Christi	Gregorii XI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 165.
1372.	anno 2.	anno 25.	

poſitæ patriæ gravia pericula comminantur, quæ nos anxie cogitantes ac cupientes illis, prout tenemur ex debito paſtoralis officii, per tuum miniſterium obviare, de cujus affectibus bonum pacis ineſſe experientia certa cognovimus, & de cujus induſtria probata in magnis plene confidimus, ad partes illas pro hujuſmodi inter dictas partes ſupputanda diſcordia, & concordia reformanda, ſub fiducia ejus, qui concordiam in ſuis parat, providimus deſtinandum. Ideo diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad partes eaſdem, quod multipliciter affectamus, te perſonaliter conferens, ſtudeas, ſicut bonus operator, & diligens, hujuſmodi omnino amputare diſcordiam, ſtudeas pacem bonorum omnium matrem, inter præfatas partes reformari, ut, præſtante ipſo pacis auctore, ejuſdem diſcordiæ tribulis, interveniente concordia, omnino ſucciſis, noſtris in hac parte deſideriis ſatisfiat, vel eo caſu, quod impeditus, de quo plurimum doleremus, illuc accedere non valeres pro præmiſſis adimplendis, dilectum filium Procuratorem dicti Ordinis illuc mittas. Ut autem in iis efficacius proſpereris, quo majori fueris per nos poteſtate munitus, tibi per te vel dictum Procuratorem tractandi, & firmandi pacem & concordiam inter dictas partes, ipſorumque auxiliatores, & eis adhærentes, nec non pacem, & concordiam hujuſmodi faciendi, auctoritate noſtra, inviolabiliter obſervari. Impeditores quoque, turbatores, fractores, & violatores pacis, & concordiæ hujuſmodi, nec non contradictores quoslibet, & rebelles cujuſcumque ſtatus, vel conditionis exiſtant, etiamſi Pontificali, vel quavis alia præfulgeant dignitate, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendi, plenam concedimus, tenore præſentium, facultatem. Non obſtante ſi eis, vel eorum aliquibus, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod excommunicari, ſuſpendi, aut eorum Terræ interdicto Eccleſiaſtico ſubjici nequeant, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum apud Pontem Sergiæ Avenionen. diœceſis II. *Nonas Junii anno* II.

XI. Ultra hæc commiſſa fratri Thomæ ſimul cum altero Minorita, Guillelmo Epiſcopo Senenſi provincia convocandi ad fœdus, & ſocietatem armorum contra Barnabovem, & Galeatium Vicecomites Regulos Mediolanenſes, Amadeum Comitem Sabaudiæ, Marchionem Montiſferrati, Nicolaum Marchionem Eſtenſem, in civitate Ferrarienſi Eccleſiæ Romanæ Vicarium, & Dominicum Ducem Januenſem, ampla conceſſa auctoritate omnia paciſcendi, & promittendi ad fœdus, & colligationem neceſſaria.

Thomas Gener. Miniſtr. convocat Principes cótra tyrannos Mediolanenſes.

Dilecto filio Thomæ, Ordinis Fratrum Minorum Miniſtro Generali, Apoſtolicæ Sedis Nuncio.

XII. *CUm nuper inter Eccleſiam Romanam, & dilectum filium nobilem virum Amedeum, Comitem Sabaudiæ, pro ſe, ac dilecto filio nobili pupillo Marchione Montiſferrati, cujus idem Comes conſobrinus, & tutor exiſtit, facta ſit liga contra Barnabovem, & Galeatium de Vicecomitibus fratres, & optemus dilectos filios nobilem virum Ducem, & Commune Januen. in hujuſmodi fore liga, & propterea venerabilem fratrem noſtrum Guillelmum Epiſcopum Senen. ad Civitatem Januen. præſentialiter deſtinemus, ad alias partes poſtmodum pro aliis Eccleſiæ prædictæ negotiis profecturum, dictuſque Comes propter hoc ad dictam Civitatem Ambaxiatores ſuos de-* *Ibid. fol. 50.*

debeat deſtinare, volumus, & tuæ diſcretioni, præſentium tenore, mandamus; quatenus proſecutionem hujuſmodi ligæ ſollicites juxta poſſe cum Epiſcopo, & Ambaxiatoribus memoratis. Quod ſi Epiſcopus ipſe non poterit in dicta Civitate, quantum fuerit expediens, remanere, tu omiſſis ſeu dilatis aliis negotiis, quæ tibi injunximus, hujuſmodi negotium proſequaris, donec finale reſponſum fuerit tibi datum. Ceterum ut iidem Dux, & Commune ad hujuſmodi ligam promptiores ſe reddant, obligationem, per quam ipſi dant certum tributum Fratribus ſupradictis, parati ſumus irritare, & viribus vacuare, ac ipſos Ducem, & Commune abſolvere a juramento ſuper hoc præſtito per eoſdem; et ſi præfati Dux, & Commune ad hoc intendere noluerint, formam obligationis eorum, qua ſunt obligati dictis Fratribus, ut præfertur, habere, & nobis deſtinare procures. Datum Avenione VII. *Idus Julii anno* 11.

Similiter eſt ſcriptum de Marchione Eſtenſi.

Venerabili fratri Guillelmo Epiſcopo Seuen. & dilecto filio Thomæ Ordinis Fratrum Minorum Miniſtro Generali, Apoſtolicæ Sedis Nuncio.

Ibid. fol. 45.

XIII. *Quoniam funiculus triplex difficilius rumpitur, & per ſtrictiorem unionem fidelium, malignantium auſus reprimuntur, ac ſtatus Reipublicæ ſolidatur, nos intendentes ad ſtatum Romanæ Eccleſiæ ſponſæ noſtræ, & alias publicum præſertim partium Italiæ conſervandum, & favente Domino, proſpere promovendum, de veſtraque diſcretione in his, & aliis gerentes in Domino fiduciam pleniorem, vobis, & cuilibet veſtrum inſolidum nomine noſtro, & dictæ Eccleſiæ, ac ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, cum dilectis filiis nobili viro Dominico de Campofregoſo, Duce, ac Communi Civitatis Januen. tractandi, ineundi, faciendi, ordinandi, & firmandi confœderationem, colligationem ſeu ligam, uſque ad tempus, de quo videritis expedire, cum illis conventionibus, modis, formis, & articulis, de quibus vobis, vel alteri veſtrum videbitur, duraturas, ac offerendi & promittendi certas gentes armigeras, equeſtres & pedeſtres, de quibus vobis, vel alteri veſtrum videbitur, pro defenſione Provinciarum, Civitatum, Terrarum, Caſtrorum, Villarum, & locorum, ac jurium & juriſdictionum, & bonorum dictæ Eccleſiæ Romanæ, ejuſque ſubditorum & fidelium, necnon dictæ Civitatis Januen. ſuique Comitatus & diſtrictus, & contra nobiles viros Barnabovem, & Galeat. de Vicecomitibus fratres militet de Mediolano, hoſtes & perſecutores dictæ Romanæ Eccleſiæ, ſuorumque ſubjectorum, ac fidelium devotorum & colligatorum, & contra eorumdem fratrum colligatos, fautoret & defenſoret, ſequaces & adhærentes, & alios quoſcumque præſumentes, ſeu qui præſument impoſterum dictam Eccleſiam Romanam, & Civitatem Januen. eorumque colligatos, valitoret, fautores, adhærentes & ſequaces, & colligandos cum eis, ipſorumque Eccleſiæ, Civitatis, & colligatorum, & colligandorum ſubditos, Civitates, Terras, Caſtra, & loca, Villas, necnon jura, juriſdictiones, & bona in Italia dumtaxat conſiſtentes, & conſiſtentia invadere, occupare, turbare, impedire, moleſtare, & gravare, & pro eorumdem invadentium, occupantium, turbantium, impedientium, moleſtantium, ſeu gravantium, ſeu invadere, occupare, turbare, impedire, moleſtare, ſeu gravare volentium, & cuilibet eorum repreſſione, impugnatione, moleſtatione, invaſione, & ſubjugatione, ſecundum quod eiſdem colligandis videbitur expedire, & quaſcumque promiſ-*

Anno Christi	Gregorii XI	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 165.
1372.	anno 2.	anno 25.	

miſſiones, obligationes, ſtipulationes, firmitates, & renunciationes cum adjectione pœnæ, de quibus vobis, vel alteri veſtrum videbitur faciendi, et recipiendi, ac pro his obligandi dictam Romanam Eccleſiam, ejuſque Provincias, Civitates, Caſtra, Terras, Villas, et loca, ubicumque in dicta Italia conſiſtant, et alia faciendi, quæ in præmiſſis, et eorum quolibet, ac circa ea circumſpectioni veſtræ et alterius veſtrum videbuntur opportuna aut utilia, plenam, omnimodam, generalem et liberam, ac ſpecialem, tenore præſentium, auctoritate Apoſtolica, concedimus poteſtatem, ratum et gratum habituri quidquid per vos, vel alterum veſtrum in præmiſſis, et eorum quolibet, ac circa ea tractatum, ordinatum, firmatum, oblatum, et promiſſum, et alias factum fuerit, ſive geſtum. Datum apud Villam novam Avenionen. diœceſis v. *Idus Julii anno* 11.

EISDEM.

XIV. *AD noſtrum ſæpius pervenit auditum, etiam fama publica referente, quod nobilis vir Barnabos & Galeat. de Vicecomitibus Fratres, milites Mediolanen. nonnullas civitates, & terras Lombardiæ, & aliarum partium tyrannice occupantes, & olim civitatem Januen. ejuſque Comitatum, & diſtrictum occupare ſimiliter grandi potentia ſatagentes; tamdem poſt multas, & importabiles, & hoſtiles moleſtias, & oppreſſiones graviſſimas, quas dictis civitati, Comitatui, & diſtrictui, eorumque civibus & incolis intulerant, & continue inferebant, coegerunt per vim & metum, ac moleſtias, & oppreſſiones hujuſmodi, & alias indebite, & injuſte. dilectos filios nobilem virum Ducem, & Commune dictæ civitatis Januen. ad promittendum, & ad dandum eis annuatim, uſque ad quamplures annos certam magnam pecuniæ ſummam, quam ipſe Dux & Commune, timore, non debito, pluribus annis ſolverunt, & ſecundum violentam promiſſionem hujuſmodi debent ſolvere in futurum. Cum autem dicti Fratres ſint hoſtes, & perſecutores manifeſti ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, matris eunctorum fidelium, & reipublicæ deſtructores, noſque vobis & cuilibet veſtrum inſolidum tractandi, & faciendi noſtro nomine, & dictæ Eccleſiæ cum præfatis Duce & Communi contra prædictos Fratres confœderationem & ligam, per alias noſtras litteras dedimus facultatem, prout in ipſis litteris plenius continetur, ac propterea volentes commodo dictorum hoſtium, & detrimentis & damnis dictæ Romanæ Eccleſiæ, ac eorumdem Ducis & Communis opportunis remediis obviare, vobis & cuilibet veſtrum inſolidum, auctoritate noſtra, omnes & ſingulas promiſſiones, conventiones, obligationes dudum per eoſdem Ducem & Commune, ſeu ſingulares perſonas eorum, & quorumlibet aliorum pro eis, ac cautiones, et fide-juſſiones ſuper his quomodolibet factas, præſtitas ſeu datas, & juramenta ſuper his præſtita, tamquam iniqua, injuſta, et violenta, et per vim et contra publicum bonum extorta, caſſandi, irritandi, et annullandi, ac caſſa, irrita, et nulla pronunciandi, declarandi, et decernendi, et ſingulares perſonas, quæ præſtarunt hujuſmodi juramenta, ab eis abſolvendi; et inſuper eiſdem Duci, et Communi, ſub pœnis gravibus, de quibus vobis, vel alteri veſtrum videbitur diſtrictius inhibendi, ne hujuſmodi pecuniam prænominatis Fratribus, vel alteri eorum perſolvant de cetero, & alia faciendi, quæ circa hæc fuerint opportuna, plenam concedimus, tenore præſentium, facultatem. Datum apud Villam novam Avenion. diœceſis,* xv. *Kalend. Auguſti, anno* 11. *Ibid. fol. 46.*

XV. Tot perfunctum pro Eccleſia Catholica laboribus, ob res præclare ge-

Generalis Minister fit Patriarca Gradensis. *Ann.* 1371. *n.* 13.

gestas, sub hujus anni finem honestavit Pontifex Thomam Generalem Ministrum non exiguo honore Patriarchatus Gradensis, Instituto Ordinis Vicario fratre Bertrando, tituli sanctæ Priscæ Cardinale, ex Minoribus, ut diximus, assumpto. Sed nec hic ab opere & labore feriari licuit. Ingravescente enim inter Cyprios & Januenses periculosa contentione, iterum assurgendum fuit ad opus, & nova ineunda sollicitudo, ne hi procederent ad arma, eo præsertim tempore, quo in Oriente Christianorum cervicibus grave imminebat jugum Turcarum.

Ibid. fol. 104.

Venerabili fratri Thomæ Patriarchæ Graden. Apostolicæ Sedis Nuncio.

Jubetur pacificare Genuenses & Cyprios.

XVI. *Propter discordiam nuper inter dilectos filios Januen. et Cyprienses exortam, dilectis filiis nobili viro Duci, et Consilio Antianorum, ac Communi civitatis Januen. scribimus secundum tenorem præsentibus intercluſam. Quare fraternitatem tuam hortamur, mandantes, quatenus apud dictos Ducem, Consilium, et Commune, ut nostris precibus, eisque salubribus, annuant, omnimodam tuam diligentiam studeas adhibere. Datum Avenione* VI. *Kalend. Januarii, anno* II.

Dilecto filio nobili Viro Dominico de Campofregoso Duci, ac Consilio Antianorum, & Communi civitatis Januen.

Ibid.

XVII. *Fide digna, sed amara nimis, quorumdam relatio ad nostrum perduxit auditum, quod hostis humani generis, suscitator indefessus scandalorum inter vos, et Cyprienses (quorum, et nonnullorum Ultramarinorum fidelium una nobiscum confœderationem adversus impios Turcas, sacræ fidei inimicos, persequentes, plus solito Christianos, tractari et fieri, per Apostolicas litteras nuper vobis, et eis suasimus) grande scandalum suscitavit, propter quod adeo provocati dicimini, quod disponitis certas armare galeas, et guerram facere Cyprienſibus prælibatis. Nos igitur advertentes, quod guerra ipsa est nimium periculosa vobis, et eisdem Cyprienſibus, aliisque Christicolis, maxime isto tempore quo iidem Turcæ contra Christianos eosdem suas vires extendunt, et prob dolor! dilatant potentiam, quodque Ambaxiatores eorumdem Cyprienſium, ut fertur, jam fuerant Venetiis ad Sedem Apostolicam profecturi, et quod forsan talia portant, quod de eis poteritis contentari, ac intendentes inter vos et Cyprienses præfatos, concordiam procurare, prudentiam vestram rogamus, et hortamur attentius, vobis sano consilio suadentes, quatenus mature considerantes præmissa, et quod sicut cortina cortinam trahit, sic scandalum scandala generat, et bellum bella producit, ex quibus utræque partes nimium patiuntur, ab omni novitate Cyprienſibus inferenda præfatis velletis penitus abstinere. Datum Avenione*, VI. *Kalend. Januarii, anno* II.

Sequestris Minoritis stabilitur pax inter Siculos Reges. *Ann.* 1350. *n.* 7.

XVIII. Post diuturna bella, alternasque clades, postquam universa Trinacriæ insula Friderico Regi, expulsis externis, superatisque domesticis hostibus, subjecta est, jam tamdem hoc anno stabilita est inter ipsum, & Joannam Neapolitanam, alias Siciliæ nuncupatam Reginam, firma pax & concordia. Pacis actores & Nuncii fuerunt ex parte Friderici frater Ubertinus de Coriolano, sacræ Theologiæ Magister, Minorita, vir doctus, & prudens, ipsius Friderici Magister, & præcipuus Sacellanus, ex parte Joannæ, frater Joannes Episcopus Gravinensis, ejusdem Instituti olim, uti diximus,

mus, Profeſſor, Reginæ confeſſarius, & nobilis vir Leo de Lambertis Miles Neapolitanus. Multæ citro retroque miſſæ litteræ, in quibus maxime commendatur fratris Ubertini in proponendis negotiis prudentia, & in peragendis dexteritas, ob quas Pontifex eum ſuum Sacellanum, & familiarem, & mox Epiſcopum Coricocen. inſtituit. Scriptæ pacis conditiones, quæ ſequuntur. Ut Fridericus regnum Trinacriæ a Joanna acceptum ſerat, eique per procuratorem authoramentum, ac homagium citra ſervitutis nexum præbeat. Ut Fridericus Reginæ quotannis vectigal in urbe Neapoli trium millium unciarum, idque die ſanctorum Petri & Pauli feſto pendat; liber tamen interim a cenſu Romani Pontificis; tum ut pro trimeſtri cujuslibet anni decem triremium, & centum equitum in notabili invaſione Neapolitana Fridericus Reginæ eſſet obnoxius, utque neutri eorum fœdus inire contra alterum cum hoſtibus liceat, ut idem Rex, Joanna defuncta, ab hoc onere liberetur, & Liparam præterea Inſulam recipiat. His addidit Gregorius Pontifex, ut eorum uterque Romano Pontifici, quicumque is fuerit, homagium ut ſubdititius præſtet, & ab eo regna ſe habere cognoſcat. Utque Maria Friderici filia, deficiente modo maſcula ſobole, in regnum, patre defuncto, ſuccedat, non tamen nubat, Romano Pontifice inconſulto aut contradicente. Ut pro arctiori pacis nexu nobilis virgo Antonia de Baucio, Joannæ Reginæ conſanguinea, & Franciſci Ducis Andriæ filia, Friderico Regi uxor tradatur, id curante præ reliquis, uti Pontifex commemorat, Franciſco Vintimilienſi Giracii, & Guliſani Comite.

Fazel. dec. 2. l. 9. cap 6. in fine. Zurita l. 10. cap. 15.

Vide pacis inſtrumenta apud Bzov. ann. 1373. n. 18.

XIX. Pacis promotores præcipui apud Fridericum fuere nobiles Viri Joannes Claromontius, Artalus de Alagona, Jacobus Piſigna, Raynaldus de Criſpo, Peronus de Teruna, Guillelmus Peralta, Matthæus Moncadius, & Minoritæ duo, Nicolaus Meſſanen. ac Petrus Agrigentinus; apud Joannam Philippus Conſtantinopolitanus Imperator nuncupatus, pronepos Balduini Imperatoris, & prædictæ Antoniæ avunculus, Franciſcus Antoniæ genitor, Honoratus Caetanus Comes Fundorum, Ludovicus Navarrius Dux Duratii, Neapoleo Comes Manupelli de Urſinis, & alii. Miſſus deinde ex Ordine Minorum Frater Joannes Epiſcopus Sarlatenſis (non Archiepiſcopus Salernitanus, uti ex errore ſcribunt Fazelius, Zurita, & Bzovius) in Trinacriam Pontificius Legatus, qui nuptias conſecraret, Reges coronaret, & Inſulam a diris, quibus per annos multos involuta erat, abſolveret. Ex plurimis hujus concordiæ inſtrumentis iſta ſubjicio.

Fazel. citat. Zurita citat. Bzov. ann. 1373. n. 19.

Dilecto filio Magnifico Viro Friderico de Aragonia, Inſulam Sicilie Regenti.

XX. *Dilectum filium Ubertinum Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, ſacræ Theologiæ Magiſtrum, Nuncium, & Ambaxiatorem tuum benigne recepimus, & prudenter, & eleganter per eam pro parte tua expoſita audivimus diligenter, & ſtatim illa quibuſdam ex Venerabilibus Fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, debitis modis & formis commiſimus ordinanda, & ſperamus, quod, gratia divina favente, tuæ reconciliationis negotium, & alias circa illud opportuna ad debitum & votivum conſummationis effectum de proximo deducentur, & credimus ad præſentiam tuam eumdem Ambaxiatorem, qui prudenter, ac modeſte ſolliciti ſique ſtudiis tua negotia proſecutus eſt, continuoque proſequitur, in brevi taliter expeditum remittere, quod debebis merito contentari. Tuam igitur nobilitatem bona ſpes foveat, & in præfatæ Eccleſiæ devotione, bonaque di-*

Ex lib. ſecret. an. 2. fol. 278.

ſpoſitione roboret, & confirmet, ſperantem cum magno nectare deguſtare jam dina labiis tuis remota ſuavia ubera, jam dictæ Eccleſiæ Matris tuæ. Nos enim, qui eidem Eccleſiæ, licet immeriti, præſidemus, intendimus in tempore debito ad te ſinum Apoſtolicæ benignitatis expandere, tuamque nobilitatem proſequi favoribus gratiæ ſpecialis. Datum Avenione XII. *Idus Julii, anno* II.

Cariſſimæ in Chriſto filiæ Joannæ Reginæ Siciliæ Illuſtri.

Ibid. fol. 289.

XXI. *Formam tractatus pacis inter ſerenitatem tuam ex parte una, & dilectum filium Ubertinum de Coriolano Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, ſacræ Theologiæ Magiſtrum, Ambaxiatorem, Procuratorem, & Nuncium, ut aſſeritur, dilecti filii magnifici viri Friderici de Aragonia, Inſulam Siciliæ Regentis ex parte altera, habiti, nobis pro parte ſerenitatis ejuſdem, per Venerabilem fratrem noſtrum Epiſcopum Gravinen. tnum confeſſorem, & dilectum filium nobilem virum Leonem de Lamberto militem Neapolitanum legum Doctorem, Nuncios & Ambaxiatores tnos, noſtro conſpectui præſentatam, & ea quæ dicti Ambaxiatores tui pro parte tuæ celſitudinis prudenter & eleganter nobis expoſuerunt, benigne audivimus, & una cum Fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus examinavimus diligenter. Verum quia, ſicut per ipſius tractatus tenorem manifeſte percipitur, de juribus ejuſdem Romanæ Eccleſiæ, ac tuis, tuorumque hæredum, & ſucceſſorum in ipſo tractatu ſufficiens, & debita mentio non fiebat, multaque erant omiſſa, propter quorum omiſſionem poterat directo dominio, & juri quod nos, & eadem Romana Eccleſia habemus in regno præfato, ac tibi tuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus grave præjudicium generari, multaque etiam erant ſuperflue inſerta, & nonnulla etiam minus ordinate poſita, quæ ſuppletionem, emendationem, & alium ordinem requirebant. Ideo prædictum tractatum iſta in forma nobis exhibita non duximus admittendum, ſed pro noſtra providentia, & circumſpectione, ac ſollicitudine, de Fratrum eorumdem conſilio, poſt examinationes multiplices, quæ omiſſa erant, ſuppletis & melius reſecatis, & quæ mutanda erant in meliorem ordinem reformatis, prout nobis rationabile viſum fuit, circa pacem ipſam, ubi tuus & dicti Friderici conſenſus accedat, de eorumdem Fratrum conſilio, juxta formam contentam in capitulis, quæ tibi mittimus in aliis noſtris litteris interclusa, duximus procedendum. Et ſuper matrimonio contrahendo inter ipſum Fridericum, & dilectam in Chriſto filiam nobilem mulierem Antoniam de Baucjo, dilecti filii nobilis viri Franciſci Ducis Andriæ natam, mandavimus diſpenſari. Ideoque ſerenitatem tuam affectuoſe rogamus, & hortamur in Domino, tibi ſanis & ſinceris conſiliis ſuadentes, quatenus tractatum ipſum per nos, ut præmittitur, correctum, & in melius reformatum, ad quem præſentialiter admittendum boni publici conſideratione; & ut mala horrenda tam animarum, quam corporum, quæ diutius regnum tuum miſerabiliter affligerunt, vitarentur, ſed ſpecialiter contemplatione reginalis excellentiæ condeſcendimus, acceptes, approbes, & confirmes. Circa quæ iidem Ambaxiatores, & Nuncii tui, vel alter ipſorum, qui prudenter ac ſollicite honorem excellentiæ tuæ, tuaque negotia proſecuti fuerunt, & ſunt de omnibus plenarie informati, reginalem celſitudinem plenius informare poterunt oraculo vivæ vocis. Datum apud Villam novam Anculen. diœceſis. Kalend. Octobris, anno* II.

Di-

Dilecto filio Magnifico Viro Friderico de Aragonia, Inſulam Sicilie Regenti.

XXII. *EXpectamus cum lætitia diem illum, quo tractatus pacis & concordiæ inter cariſſimam in Chriſto filiam noſtram Reginam Joannam Siciliæ Illuſtrem, & magnificentiam tuam habiti, de quibus per alias noſtras litteras eidem magnificentiæ latius ſcribimus, deducti ſint ad debitum confirmationis effectum, & quod tu homagium, & fidelitatis debitæ juramentum præſtiteris, & alia obſervaveris & feceris ſecundum formam Capitulorum pacis hujuſmodi, quæ tibi mittimus in aliis noſtris litteris interciuſa. Tunc enim te poterimus, ut optamus, in ſpecialem filium noſtrum, & Eccleſiæ Romanæ ſuſcipere, tibique gratiam noſtram & Apoſtolicæ Sedis, erga te in corde noſtro affectuoſe conceptam benignius elargiri, & unctionem, conſecrationem, & coronationem regias tibi impendi facere in civitate Panormitana vel Meſſanen. ſeu alibi infra Inſulam Siciliæ, ubi magis fuerit opportunum. Tua igitur magnificentia tractatu pacis hujuſmodi feliciter conſummato, & per te homagio, & fidelitatis juramento præſtitis, & aliis obſervandis per te, rite & ſolemniter obſervatis, habebit ſuos Ambaxiatores & Nuncios cum ſufficienti mandato ad noſtram præſentiam deſtinare, pro parte tua hujuſmodi unctionem, conſecrationem, & coronationis inſignia humiliter petituros, qui ad hæc concedendum invenient nos libenti animo diſpoſitos & paratos; & interim Venerabilem fratrem noſtrum Joannem Epiſcopum Sarlatenſem, Apoſtolicæ Sedis Nuncium, quem ad partes illas propterea deſtinamus, in Inſula præfata commorari, & expectare faciemus, donec tibi unctionem, conſecrationem, & coronationem hujuſmodi, noſtro & præfatæ Eccleſiæ nomine, largietur. Datum ut ſupra.* *Ibid. fol. 193.*

XXIII. Amicitiæ fœdera iniit prædictus Fridericus Rex cum Duce Januenſi, Ubertino eodem Minorita interlocutore & Nuncio, qui cum Pontifice egit, ut probarentur, dato iſto diplomate, obtinuitque in Friderici Regis gratiam, ut amoveretur a regimine Provinciæ Siciliæ frater Nicolaus Agrigentinas, & ſubſtitueretur frater Franciſcus Meſſanenſis. Frat. Ubertinus Nuncius Regius ad Januenſes. *Ibid. fol. 280.*

Nobili Viro Dominico de Campofregoſo Duci civitatis Januen.

XXIV. *EX relatione dilecti filii Ubertini de Coriolano Ordinis Fratrum Minorum profeſſoris, ſacræ Theologiæ magiſtri, Cappellani & familiaris noſtri, Ambaxiatoris & Nuncii dilecti filii magnifici Viri Friderici de Aragonia Inſulam Siciliæ regentis, intelleximus, quod idem Regens & tua Nobilitas quædam pacta, & conventiones pro utriuſque partis commodo & honore, ac cautela volebatis inire, in quantum ad hoc noſter conſenſus accederet. Nos itaque ejuſdem Regentis, præſertim ut tractatus pacis et concordiæ inter cariſſimam in Chriſto filiam noſtram Joannam Reginam Siciliæ illuſtrem, et ipſum per nos, de Fratrum noſtrorum conſilio, approbatus votrum conſequatur effectum, ac tuæ nobilitatis et civitatis Januen. tuo Ducatui commiſſæ ſtatum et honorem zelantes, de omnibus pactis, et conventionibus honeſtis inter ipſum Regentem, et tuam Nobilitatem iniendis, dummodo ipſa ſint ad Dei, et noſtrum, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ honorem, et noſtris et ejuſdem Eccleſiæ, ac præfatæ Joannæ Reginæ juribus non poſſint in aliquo præjudicium generare, plurimum contentamur, et optamus inter vos amicitiam,* *Ibid. fol. 302.*

tiam, et benevolentiam augeri. Circa quæ idem Ubertinus intentionem noſtram nobilitati tuæ declarabit. Datum ut ſupra.

In eumdem modum, magnifico viro Friderico de Aragonia Inſulam Siciliæ Regenti.

Fr. Joannes Nuncius Reginæ Armeniæ.

Ann. 1351. n. 42.

XXV. Maria Regina Armeniæ Minoris vidua Conſtantini Regis relicta, ſupradicti Philippi Imperatoris neptis, ad magnas anguſtias redacta, propter hoſtiles incurſiones Turcarum, qui ultimum rei Catholicæ inter Armenos minabantur exitium, hoc anno Nuncium miſit fratrem Joannem de Clavaxo Archiepiſcopum Schitien. ex Minoribus, uti ſuperius diximus, aſſumptum, ut ſuppetias reciperet a Pontifice & Principibus Chriſtianis Occidentis. Scripſit Gregorius ad Philippum Imperatorem, ad Joannam Reginam Siciliæ, ad Andræam Contarenum Ducem Venetiarum, & Dominicum Campoſregoſum Ducem Januenſem, ad Joannem Liſignanum Principem Antiochenum, gubernatorem regni Cypri, ad Raymundum Berengarii Magiſtrum Hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitani, ut opi eſſent florentiſſimo regno periclitanti, & ſe valde cupere monſtravit, ut Regina nuberet Ottoni Duci Brunſvicenſi; extant de his diplomata duo, quæ ſequuntur.

Cariſſimo in Chriſto filio Philippo Imperatori Conſtantinopolitano Illuſtri.

Ibid. fol. 4.

XXVI. *Celſitudinis tuæ litteras, in quibus nobis filialiter ſupplicaſti, ut cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Mariæ, Reginæ Armeniæ minoris, Illuſtri neptі tuæ, ſuoque Regno ex Turcarum ſævis hoſtilitatibus in anguſtia, et grandi periculo conſtitutis, de opportuno ſuccurſu fidelium Chriſti providere, Apoſtolicæ ſollicitudinis ſtudio, dignaremur, benigne recepimus, et venerabilem fratrem noſtrum Joannem Archiepiſcopum Schitien. præfatæ Reginæ Nuncium, latorem præſentium, dilecto filio Manuele Armeno, nato quondam Joannis de Leone Militis Januen. interprete ſuo mediante, audivimus, et audiri fecimus diligenter, dolemuſque ab intimis, quod videntes totam fere Chriſtianitatem, illas præſertim ipſius partes, quæ ultramarinis fidelibus ſolebant in neceſſitate ſuccurrere, bellorum turbinibus involutas, non occurrit nobis quomodo dictis Reginæ, et Regno ſuccurri valeat feſtinanter et magnifice, ut articulus neceſſitatis expoſcit. Sed nihilominus ſuper hoc dilectis filiis nobilibus viris Principi Antiochено gubernatori Regni Cypri, ac Venetiarum et Januen. Ducibus, nec non Magiſtro, et Conventui hoſpitalis Hieroſolymitani dirigimus preces noſtras, et ubi tua magnificentia, et prædicti, vel alii vellent circa ſuccurſum præfati Regni aliquem notabilem facere apparatum, nos paratos offerimus dare Indulgentiam in talibus conſuetam. Tuam autem ſublimitatem ad tribuendum ſuccurſum hujuſmodi per nos rogari non expedit, vel induci, cum te ad hoc præ ceteris, ſecundum tuam potentiam voluntarium exiſtimemus. Expediret tamen quod ad tantum negotium apud tot, et ſic diſtantes perſonas, et alias utiliter promovendum, eſſent aliqui ad id idonei, atque voluntarii, et ſollicitі promotores, de quibus ſatis deceret per tuam magnitudinem provideri, ac etiam ſollicitari, rogari, et induci ad ſuccurſum hujuſmodi cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ludovicum Regem Hungariæ illuſtrem, tuum & Reginæ præfatæ conſanguineum, quem Deus in mari & terra grandi potentia roboravit. Verum, quia idem Archiepiſcopus inter alia nobis expoſuit, & veriſimile creditur multum expedire honori, ſtatui, & ſaluti præfatorum Reginæ, & ſuo-*

ſuorum ſubditorum, quod ipſa haberet conſortem de Occidentalibus partibus, genere illuſtrem, ſtrenuum, ac magnanimum, & potentem, aliaſque aptum ad recuperationem, defenſionem, & regimen ſui regni, & hoc merito credimus, ſi talis reperiri valeat, plurimum expedire; diverſis Magnatibus, & partibus mentaliter perluſtratis, occurrit nobis dilectus filius nobilis vir Otto, Dux de Brunſvieh, de genere imperiali Ottonum de Saxonia, conſanguineus dilecti filii nobilis viri Joannis Marchionis Montiſferrati, cujus guerras ſtrenue geſſit, & gerit, & etiam conſanguineus regalium Cypri, cujus Ottonis frater habet in conſortem matrem claræ memoriæ Petri Regis Cypri, a quibus regalibus et fratre propter vicinitatem, utilia poſſet ſubſidia obtinere, qui quidem Otto multum providus, et magnificus, aliaſque virtuoſus fama celebri reputatur; et licet non ſit potens de ſe ipſo, tamen eum ſua prudentia, et ſollicitudine, ſi ad hoc velle intendere, poſſet congregare ſubſidia diverſoram, ſuper quo ſibi nuper feeimas ſcribi, et dictus Arebiepiſcopus vult tranſire per eum, et ejus exquirere voluntatem, quam et alias ejus conditiones poterit indagare, tibique referre, tuque ſuper hoc poteris cogitare, & de ipſo vel alio meliori præfatæ Reginæ tuum ſalubre conſilium deſtinare. Datum Avenione XI. *Kalend. Februarii, anno* II.

Cariſſimæ in Chriſto filiæ Joannæ, Reginæ Sicilie illuſtri.

XXVII. *Cum dilectus filius Manuel Armenus, natus quondam Joannis de Leone militis Januen. Interpres Venerabilis fratris noſtri Joannis Arebiepiſcopi Sebitien. Ambaxiatoris cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Mariæ Reginæ Armeniæ illuſtris, neptis tuæ, ad noſtram præſentiam deſtinati, in negotiis ejuſdem Reginæ fideliter ſe geſſerit apud Apoſtolicam Sedem, et alios labores pro ipſis negotiis eum ſubire oporteat in futurum, ad quos ſe offert fideli promptitudine præparatum, et propterea digne mereatur tuæ ſerenitatis benevolentiam et favorem, ipſum, qui in regno Siciliæ eum ſua familia ſe aſſerit commorari, tuæ celſitudini commendamus. Datum ut ſupra.* *Ibidem.*

XXVIII. Fratris Petri Aragonii viri prudentiſſimi, ſummæ inter ſuos auctoritatis, & in regni rebus adminiſtrandis experientiæ, opera & conſilio Petrus Rex Aragoniæ ejuſdem nepos aſſidue ſub hoc tempore utebatur, ad ſuprema & ſanctiora advocabat conſilia, nihilque religioſo hoc ſuo patruo inconſulto actum volebat. Sed & eumdem in ſollicitudinis ſuæ partem Romani Pontifices ſæpe excitabant, ita ut aliorum ope in multis peragendis, quæ ſolus non poterat, indigeret. Dedit ei amplum hoc anno Pontifex privilegium, quod hic exhibeo. *Zurita lib. 9. ca 51. & 55. Fr. Petrus Aragonius commendatur.*

Dilecto filio Petro de Aragonia Ordinis Fratrum Minorum.

XXIX. *Sinceræ devotionis affectus, quem ad nos, & Romanam geris Eccleſiam, promeretur, ut te favoribus, & gratiis proſequamur opportunis. Hinc eſt quod nos tuis devotis ſupplicationibus inclinati, ut cauſa rationabili exigente, per totum Ordinem Fratrum Minorum, cujus profeſſor exiſtis, eum tuis ſociis ire, morari in Conventibus dicti Ordinis, vel extra ipſos Conventus in locis honeſtis, ſi in hujuſmodi Conventibus locus pro te non eſſet conveniens, vel alia cauſa rationabilis illud exigeret, & ibi ſtare, & remanere, quandiu tibi placuerit, nec non quatuor Fratres, vel plures, ſi indigeas, dicti Ordinis de quacumque ſint Provincia, tibi aſſumere, & quoſcum-* *Ex lit. commun. fol. 123.*

cumque Fratres dicti Ordinis, quos volueris ad loca cujuſvis Provinciæ pro ejus neceſſitatibus mittere, & ipſos ad Villæ ingreſſum, quotiens volueris, licentiare, ac inſuper Fratres Ordinis prælibati pro tuis negotiis ad nos, & Romanam Curiam, quotiens tibi videbitur, mittere, qui ibidem valeant permanere, donec negotia per te eis commiſſa fecerint, & etiam compleverint, quodque ſi aliqua de cauſa aliquem de tuis ſociis habes dimittere, illum, vel illos in illo Conventu, & etiam in Provincia ejuſdem Ordinis, de quibus volueris, collocare poſſis; & inſuper, ut prædicationis, vel alia juſta, & alias pia cauſa, Monaſteria Sororum Ordinis ſanctæ Claræ, & aliarum quarumcumque Monialium cum quatuor ſociis tuis, vel aliquibus aliis maturis, & honeſtis Fratribus dicti Ordinis intrare, & ad hujuſmodi Sorores, vel alias Moniales pro rebus tibi neceſſariis, vel cauſis piis & juſtis aliquos ex tuis ſociis, vel aliis Fratribus prædicti Ordinis Fratrum Minorum, maturis tamen, & honeſtis, dummodo earum, quæ hujuſmodi Monaſteriis præfuerint, ad id accedat aſſenſus; tu quoque, & dicti tui ſocii, vel Fratres, quos tecum duces, ſeu ad dicta Monaſteria mittes, ibidem non comedatis, ſeu etiam pernoctetis, quibuſcumque Monaſteriorum, & Ordinis prædictorum ſtatutis, & conſuetudinibus, ac quibuſvis aliis conſtitutionibus contrariis nequaquam obſtantibus, tenore tibi præſentium, indulgemus. Et nihilominus, ut confeſſor tuus, quem duxeris eligendum, eum te in conſtitutionibus Papalibus, Generalibus, & Provincialibus committere, in omnibus & ſingulis, quæ de ſe non ſunt de genere peccati mortalis, diſpenſare poſſit, Apoſtolica auctoritate tibi, tenore præſentium concedimus, de dono gratiæ amplioris. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c. Datum Avenione 11. *Kalendas Maii anno* 11.

Fr. Berengarius Nuncius Regis Hungariæ. Pontifex ſuccurrit rebus Minorum in Boſnæ Principatu.

XXX. Hujus Petri conſanguineus frater Berengarius de Aragonia, fidei & animarum profectui laudabiliter intendens in partibus Boſnæ hoc anno miſſus a Ludovico Rege Hungariæ, & Vicario Boſnenſi Fratrum Minorum, venit Avenionem ſignificaturus Pontifici, meſſem multam eſſe, operarios vero paucos, & neceſſaria eſſe Fratribus ibidem laborantibus plura, quam habebant, domicilia, atque ex defectu Parochorum, Rectorumve Eccleſiarum, multa ſuboriri dubia ſalutem animarum concernentia. Datis litteris præcepit Pontifex, ne Boſnam volentes animabus Chriſto lucrifaciendis proficiſci impedirent; indulſit, ut nova ædificarent habitacula, & dubia commiſit examinanda viris in Curia doctiſſimis.

Vicario Boſnæ Ordinis Fratrum Minorum.

Ex ſecr. arm. 2. fol. 35.

XXXI. *Decet providentiam Apoſtolicæ Sedis, quæ Catholicæ fidei defenſionem & propagationem præcipuo ſtudio ſatagit promovere, ut illis petitionibus benignius annuat, quæ hujuſmodi defenſionem, & propagationem reſpicere dignoſcuntur. Sane exhibita nobis pro parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri, & Chriſtianiſſimi Principis Ludovici Regis Hungariæ Illuſtris, ac tui, & dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Minorum in Vicaria partium Boſnæ, in quibus pro Ordine ipſius Vicarius exiſtis, degentium, petitio continebat, quod in eiſdem, & etiam Raſſiæ ac Baſarat, & aliis partibus eis vicinis multi Schiſmatici, & Hæretici commorantur, & quod ibidem convertendorum meſſis eſt multa, operarii vero pauci, propter quod expedit in partibus ipſis eſſe plura loca, in quibus prædicatores verbi Dei, ac defenſores & propagatores ejuſdem fidei moram trahant. Quare pro dicta parte*

fuit

fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut tibi recipiendi, fundandi, & conſtruendi hujuſmodi quamplura loca in eiſdem partibus, licentiam concedere dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ac benignum præbentes aſſenſum, diſcretioni tuæ, de qua in his & aliis gerimus in Domino fiduciam ſpecialem, per te, vel alium, ſeu alios, in territorio fori de Bonrich, ſpectante ad nobilem virum Nicolaum de Alta manich, ſub dominio Regis Raſſiæ, duo loca, & in contrata de Glas, ſub dominio dicti Regis Hungariæ unum, & alia novem loca in prædictis Boſnæ, & Raſſiæ, ac Baſarut Civitatibus, & partibus quibuſcumque, quarumcumque, & etiam ſi nullarum diœceſium exiſtant, in quibus ſint Hæretici, vel Schiſmatici, cum conſilio diſcretorum dicti Ordinis, recipiendi, fundandi, & conſtruendi, cum ſingulis Eccleſiis, vel Capellis, ſeu Oratoriis, Campanilibus, Campanis, & Cameteriis, & aliis neceſſariis officinis in ſingulis eiſdem locis, pro uſu & habitatione Fratrum dicti Ordinis, & ipſis Fratribus in eis commorandi, jure Parochialium Eccleſiarum, ſi quæ in eiſdem Civitatibus, & partibus ſunt, vel erunt pro tempore, & alterius cujuſcumque in omnibus ſemper ſalvo, ac conſtitutione felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri prohibente, ut Religioſi Ordinum Mendicantium loca de novo minime recipiant, abſque licentia dictæ Sedis ſpeciali, faciente plenam, & expreſſam de prohibitione hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis nequaquam obſtantibus, auctoritate Apoſtolica, plenam & liberam, tenore præſentium, licentiam elargimur. Et nihilominus tibi, & eiſdem Fratribus, eadem auctoritate, concedimus, quod tu, & ipſi & alii Fratres dicti Ordinis, qui in eiſdem locis, ut præmittitur, conſtruendis pro tempore fuerint, gaudeatis omnibus & ſingulis gratiis, privilegiis, exemptionibus, & libertatibus, quibus in aliis antiquis locis ejuſdem Ordinis gaudetis, & gaudere poſſetis. Nulli ergo &c. Datum Aven. XV. Kalendas Julii anno 11.

Dilectis filiis univerſis & ſingulis Miniſtris Provincialibus, & Cuſtodibus, ac Guardianis Ordinis Fratrum Minorum, eorumque Vicariis, ad quos præſentes litteræ pervenerint.

XXXII. *Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui per univerſum mundum ſuos diſcipulos prædicare, & baptizare tranſmiſit, vices, licet inſufficientibus meritis, gerentes in terris, viris idoneis zelum animarum habentibus, fideique ardore ferventibus, ad convertendum infideles, ac hæreticos, & Schiſmaticos, anhelantibus piis votis, cum fructum converſionis illorum ſpes probabilis repromittit, opportunis convenit nos adeſſe favoribus, eunctique Chriſti fideles, præſertim in Religionis obſervantia, divinis mancipati obſequiis, promptis nos debent ſtudiis imitari. Sane cariſſimus in Chriſto filius noſter, & Chriſtianiſſimus Princeps Ludovicus Rex Hungariæ Illuſtris, accenſus zelo Catholicæ fidei, & dilecti filii Vicarius, & Fratres Vicariæ Boſnæ, Ordinis Fratrum Minorum nuper nobis ſignificare curarunt, quod in partibus Boſnæ, in quibus Schiſmaticorum, & Hæreticorum inhabitat multitudo, multi ex eiſdem Hæreticis, & Schiſmaticis per gratiam Dei, & prædicationem eorundem Fratrum multotiens ad fidem Catholicam converſi ſunt hactenus, & jugiter convertuntur, propter quod, cum ubi meſſis ſit multa, operarii vero pauci, plures in ipſis partibus veriſimiliter converterentur, ſi in eis major copia Fratrum ejuſdem Ordinis haberetur. Quare* Ibid. fol. 56.

idem

idem Rex, ac Vicarius, & Fratres nobis humiliter ſupplicarunt, ut in hac parte providere, Apoſtolicæ ſollicitudinis ſtudio, dignaremur. Nos igitur, qui converſionem hujuſmodi Schiſmaticorum, & Hæreticorum, ac augmentum dictæ fidei ardentibus deſideriis affectamus, conſiderantes, quod idem Ordo in dictis partibus, meriti & gloriæ per converſionem hujuſmodi, dum de manibus Satanæ eruit animas pereuntes, & eas quaſi multiplicatos manipulos reportat ad aream Domini, in ejus cæleſte horreum inferendas, jugiter ſuſcipit incrementum, nec alibi poteſt fructum producere potiorem, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſinguli vos, filii Miniſtri, & in abſentia, vel in defectum alicujus veſtrum, vos filii Cuſtodes, vel vos filii Vicarii Fratribus dicti Ordinis vobis ſubjectis, cupientibus ad dictas partes Boſnæ, ad prædicandum præfatam fidem eiſdem Hæreticis & Schiſmaticis, & jam converſos ad eamdem fidem, ad nutriendum eos pabulo verbi Dei, aliaſque ad famulandum in eis Altiſſimo pergere, ſi eos ad hoc diſcretione, vita, moribus, & litteratura idoneos eſſe crediderit is, ſuper quibus veſtras conſcientias oneramus, eundi ad dictas partes, omni directo vel indirecto impedimento ſemoto, liberam licentiam, & opportunas ſuper hoc veſtras litteras tribuatis. Volumus etiam, quod aliquibus converſis dicti Ordinis Profeſſoribus, qui in eo laici appellantur, volentibus ire ad dictas partes ad ſerviendum aliis Fratribus, ſi eos ad hoc idoneos eſſe repereritis, ſimilem licentiam concedatis. Vos vero, filii Guardiani, Fratribus veſtrorum Conventuum volentibus ire ad ſuos Miniſtros, vel Cuſtodes ad petendum licentiam ab eis pergendi ad prædictas partes, veſtram licentiam non negetis. Non obſtantibus Regula & conſtitutionibus ejuſdem Ordinis, etiamſi ſint per Sedem Apoſtolicam confirmatæ, nec non conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis quibuſcumque. Alioquin præter inobedientiæ culpam, & gravem Dei offenſam, quas in his delinquentes habent merito formidare, in illos veſtrum, qui in hoc malitioſe in detrimentum hujuſmodi negotii pii deliquerint, excommunicationis ſententiam promulgamus, a qua nullus poſſit niſi a Sede Apoſtolica abſolutionis beneficium obtinere. Ceterum cum annuatim in Kalendis Auguſti, ad Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Portiuncula Aſſiſinatæ diœceſis, pro indulgentia ibidem obtinenda, ſoleant multi Fratres dicti Ordinis, cum ſuorum licentia Miniſtrorum, de diverſis partibus mundi confluere, propter quod de bona ipſorum vita, & intentione eſt veriſimiliter præſumendum, dilectis filiis Miniſtro Provinciæ ſancti Franciſci, & Cuſtodi Aſſiſi Ordinis præfati, ſimiliter, præſentium auctoritate, mandamus, quod Miniſter, & in ejus abſentiam vel defectum, Cuſtos præfati, vel alterius eorum Vicarius, illis Fratribus, qui ad dictam indulgentiam in Kalendis Auguſti proxime ſecuturis accedent, & ad dictas partes Boſnæ ire voluerint, ut præfertur, quoſque ad hoc noverit, vel teſtimonio fide digno ſaltem duorum Fratrum ſæpe dicti Ordinis repererit eſſe idoneos, auctoritate noſtra, hujuſmodi licentiam, cum opportunis ſuper hoc litteris largiatur. Alioquin, qui ſecus fecerit, culpam inobedientiæ, & hujuſmodi excommunicationis incurrat ſententiam ipſo facto. Et ne plures, quam ſint neceſſarii Fratres ad dictas partes accedant, volumus & præfato Vicario Boſnæ, ac dilecto filio Berengario de Aragona, ejuſdem Ordinis profeſſori, nuncio præfati Vicarii Boſnæ, ſuper hoc ad Sedem Apoſtolicam deſtinato, in virtute dictæ obedientiæ, & ſub ſimili pœna excommunicationis mandamus, quod ultra numerum 60. Fratrum ejuſdem Ordinis inter litteratos & laicos, vigore præſentium recipere non præſumant. Datum Avenione x. Kalendas Julii anno 11.

Ve-

Venerabilibus fratribus Gauſfredo Coriſopeten. & Franciſco Cavallecen. & Galtero Glauſtren. Epiſcopis, nec non dilectis filiis Guillelmo ſacri Palatii Apoſtolici Magiſtro, & Joanni Cleutrot Pœnitentiario noſtro, ac Iſnardo de Caſtellan. Magiſtro, Regenti in Conventu Avenionen. Prædicatorum, & Eremitarum ſancti Auguſtini Ordinum Profeſſoribus ſacræ Theologiæ Doctoribus.

XXXIII. *AD procurandum ſalutem animarum, non ſolum fidelium Chriſti, ſed etiam deviantium, & alienorum a fide Catholica fideli ſtudio, prout nobis ex alto conceditur, intendentes, de declarationibus dubiorum, quæ prædicantibus Verbum Dei, præſertim inter infideles & Hæreticos, ac Schiſmaticos in remotis partibus conſtitutis ſæpe oriri contingunt, libenter Apoſtolica ſollicitudine providemus, ut ipſi prædicatores de prædicandis, & exercendis per eos certiores effecti, prædicationis miniſterium promptius, & libentius, ac fructuoſius exequantur. Sane dilecti filii Bartholomæus de Alvernia Vicarius dilecti filii Miniſtri Generalis Ordinis Fratrum Minorum, ac Fratres ejuſdem Ordinis in partibus Boſnæ conſtituti, & tamquam apes argumentoſæ circa prædicationem verbi Dei, ac converſionem Hæreticorum, & Schiſmaticorum partium prædictarum, in quibus eorum habitat multitudo, ſuos Nuncios ad Sedem Apoſtolicam deſtinarunt, per quos nobis fecerunt exponi, quod, cum in eiſdem partibus non ſit niſi in quibuſdam utique paucis perſonis, reſpectu reliquæ copioſæ multitudinis errantium, fides Catholica propagata, & non ſint etiam ibidem Eccleſiæ parochiales, & per conſequens, nec Rectores earum, quibus cura immineat animarum, nonnulla dubia eis occurrunt, quorum declaratio ad ſervationem ſuarum conſcientiarum, & ad ſalutem proficeret animarum. Quare iidem Nuncii nobis humiliter ſupplicarunt, ut ipſa dubia, quæ nobis tradiderunt in ſcriptis, declarare ſeu declarari facere, auctoritate Apoſtolica, dignaremur. Nos igitur aliis innumerabilibus, & etiam arduis ſanctæ Romanæ, & etiam univerſalis Eccleſiæ negotiis occupati, ad hæc per nos ipſos intendere non valentes, ac de prudentia & ſcientia veſtrum, qui eſtis in lege Domini eruditi, utpote in ſacra Theologia Magiſtri, & de zelo caritatis, quam habetis ad ſalvendas animas, gerentes in Domino fiduciam pleniorem: diſcretioni veſtræ, tenore præſentium, auctoritate Apoſtolica, committimus & mandamus, quatenus vocatis & adjunctis aliquibus aliis in dicta Theologia Magiſtris, & Doctoribus decretorum exiſtentibus in Romana Curia, de quibus vobis videbitur, ac diligenter viſis & examinatis hujuſmodi dubiis, quæ vobis tradi præcepimus, & quæ haberi volumus præſentibus pro expreſſis, habentes præ oculis ſolum Deum, & ſalutem animarum hujuſmodi attendentes, dubia ipſa, auctoritate noſtra, ſecundum ſacram Scripturam, & canones declaretis, mandantes auctoritate prædicta per eoſdem Vicarium & Fratres, ac alios declarationem veſtram hujuſmodi firmiter teneri, & etiam obſervari. Datum Avenione* x. *Kalendas Julii anno* 11. *Ibid. fol. 87.*

XXXIV. Ad has Hungariæ partes deſtinatum tunc pro arduis fidei negotiis fratrem Nicolaum de Criſma Polonum, invenio in diplomate, quo univerſis utriuſque ſtatus Eccleſiaſtici, & laici proceribus præcipitur, ut eidem & comitivæ, quam ducebat, providerent de ſalvo conductu. Ex tabulis Eccleſiæ Milevitanæ conſtat, fratrem Nicolaum de Papalla Panormitanum ad eamdem fuiſſe hoc anno promotum, per obitum fratris Antonii Fr. Nicolaus de Criſma Nuncius in Poloniam. *In lit. com. fol. 218.*

etiam Minoritæ, de quo alias egimus. Fuit hic prius Capellanus, & Eleemosynarius Friderici III. Siciliæ Regis, mox Reginæ Mariæ Confessarius, & Rector Hospitalis sancti Francisci in insula Milevitana. Et ex aliis litteris Pontificiis comperio, institutos hoc anno Sacellanos Pontificios fratres Julianum Lelli, Joannem Velle, Ubertinum de Coriolano supra memoratum, & Franciscum Messanensem. Fuisse tunc Inquisitorem in Provincia Tusciæ Jacobum de Tholomeis Senensem, atque ab æmulis traductum, in officio Pontificem confirmasse; commissumque Inquisitoribus universis tum ex Minoribus, tum ex Prædicatoribus assumptis, ut severe animadvertant in quosdam a fide Christiana ad Agarenam damnabiliter declinantes, docebunt ista, quæ produco diplomata Pontificia.

Sacellani Pontificii.

Fr. Jacobus Inquisitor Tusciæ.

Venerabili fratri Philippo, Episcopo Sabinen. in nonnullis terris Italiæ Ecclesiæ Romanæ immediate subjectis pro nobis, & Ecclesia Romana in temporalibus Vicario Generali.

XXXV. *Fide digna relatione percepimus, quod nonnulli invidiæ stimulis concitati dilectum filium Jacobum de Tholomeis de Senis, Ordinis Fratrum Minorum, sacræ Theologiæ Magistrum, in Provincia Tusciæ Inquisitorem hæreticæ pravitatis, in dicto ejus officio indebite perturbare, ac ipsum a jam dicto officio falsis exquisitis coloribus facere amoveri conantur. Quorum, si prædicta sint vera, conatibus obviare volentes, ipsumque Jacobum apud nos de litterarum scientia, vitæ munditia, aliisque virtutibus, & moribus, ac administratione laudabili, & utili officii supradicti multipliciter commendatum, prosequi opportunis favoribus cupientes, ipsumque circumspectioni tuæ, quæ prout asseritur, de præfato Jacobo habens notitiam specialem, ipsum instituit in officio antedicto, affectuosius commendamus, mandantes quatenus eumdem non permittas in dicto officio indebite molestari, vel per quoscumque, quavis auctoritate, a præfato officio removeri. Datum Avenione* VII. *Kalendas Februarii anno* II.

Ibid. fol. 246.

Dilectis filiis Fratribus Prædicatorum, & Minorum Ordinum Inquisitoribus hæreticæ pravitatis.

XXXVI. *Admodum dolenter audivimus & narramus, quod non solum quidam de Sarracena impietate ad Christianam fidem conversi, ad eamdem sunt impietatem reversi, verum etiam quamplurimi Christiani veritatem fidei abnegantes, se damnabiliter ad Agarenorum perfidiam transtulerunt, quod tanto magis reprobum fore congnoscitur, quanto ex hoc per Christi fideles nomen sanctissimum quadam familiari hostilitate securius blasphematur. Cum autem huic pesti damnabili congruis, & festinis deceat remediis obviari; universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus infra terminos vobis ad inquirendum contra Hæreticos auctoritate Apostolicæ Sedis designatos, super præmissis, tam per Christianos, quam etiam per Sarracenos inter Christianos morantes inquisita diligenter & sollicite veritate, contra omnes, quos talia inveneritis hactenus commisisse, aut committere in futurum, tamquam contra Hæreticos, contra fautores etiam & receptatores, ac defensores eorum, tamquam contra fautores, receptatores, & defensores hæreticorum procedere studeatis. Sarracenos quoque, qui Christianos utriusque sexus ad dictam eorum perfidiam induxerunt, aut inveneritis deinceps inducentes, pœna debita puniatis. Contradictores &c. Invocato ad hoc, si opus*

Ibid. fol. 52.

Anno Christi	Gregorii XI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 165.
1372.	anno 2.	anno 25.	

ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Datum apud Villam novam Aven. diœceſis III. *Nonas Auguſti anno* II.

XXXVII. Obiit hoc anno VI. Kalendas Septembris in civitate Peruſii ſupradictus Philippus de Cabaſſole, Epiſcopus Cardinalis Sabinus, noſtri Ordinis, uti diximus, optimus Protector, dum Apoſtolica fungeretur legatione in Umbria, Etruria, Campania, & Sabina. Ejus corpus poſtea translatum eſt Avenionem, & ſepultum in Eccleſia ſanctæ Mariæ de bono paſſu Carthuſianorum ſuper flumen Durentiæ. Moritur Philippus Cardin. Protector. *Ann.* 1369. *n.* 5.

XXXVIII. In villa Dolæ, nunc celebri urbe, comitatus Burgundiæ, & diœceſis Biſuntinæ, regio Senatu, & numeroſa Academia inſigni, hoc anno nobiles viri Joannes, & Theobaldus de Boje (quos de Rjes cognominat, & Comites appellat Gonzaga) & Margarita Burgundiæ Comitiſſa, nec non ipſius Villæ univerſitas, Minoribus conſtruxerunt habitaculum in fundo Beauregardi, quem Margarita conceſſit, deprecante fratre Petro Dolenſi, viro Religioſo, regularis obſervantiæ zelatore. Alias de hoc Conventu ſermonem inſtituemus: *Inter Eccleſiaſticos ordines*. III. Kalendas Februarii. In Provincia ſancti Antonii, & Cuſtodia Venetiarum ad Caſtrum Serravallis, Cenetenſis diœceſis, ſub Patriarcha Aquilejenſi, ex Pontificis indulto receperunt, ſive inchoarunt Minores domicilium: *Sacræ veſtræ Religionis*. II. Idus Decembris. Præ Eccleſiæ foribus ſcribit Rodulphus hæc verba eſſe inciſa. Conv. Dolenſis. *Gonz. in Prov. S. Bonav. Con.* 10 *Vide Foder. de hoc Con.* Conv. Serravallis.

M. CCCLXVII. (legendum omnino LXXVII.) *die* XI. *menſis Junii completum fuit hoc opus, quod fecit fieri ſer. Bartholomæus Hoſpes*. In quodam lapide hæc alia conſpiciuntur.

MCCCLXXXIII. v. Nonas Octobris.

Hæc in honore Dei ſunt Virginis, atque Mariæ
Et præcurſoris Chriſti fabricata Joannis
Franciſcique Patris, Antiſtitis & Nicolai,
Antonius Cuſtos, & Chriſtopherus.

Fundatori monumentum poſitum eſt anno MCCCXCIV. die III. Octobris.

XXXIX. Similiter indulſit Pontifex circa aliud domicilium recipiendum in portu Cæſenatenſi, provinciæ Bononiæ, & cuſtodiæ Forilivii: *ſacræ Religionis veſtræ*, II. Idus Decembris. Sæviente bello inter Pontificios, & Eccleſiæ rebelles, multa deſtructa ſunt ſub hoc tempore Regularium Monaſteria, multa etiam in arces converſa, atque inter hæc Minorum urbis Ortanæ, de quo alias locuti ſumus. Scripſit hoc anno Pontifex Philippo Epiſcopo Cardinali Sabinenſi Legato Pontificio, & Minorum Protectori, de quo paulo antea egimus, ut pro alio fabricando de proventibus Romanæ Eccleſiæ conſiſtentibus in ſuæ legationis Dominio, juxta damni illati menſuram ſatisfieret: *Cum dudum pro ſecuritate*, X. Kalend. Maii. Hoc anno die XXVI. Februarii initium accepiſſe Cœnobium Minorum in oppido Montis-Bodii provinciæ Piceni, & cuſtodiæ Æſinæ, indicat Petrus Rodulphus, ſed antiquius faciunt monumenta illinc tranſmiſſa, in quibus refertur, Nicolaum IV. ſub Pontificatus fine Indulgentias conceſſiſſe Eccleſiam illius Cœnobii viſitantibus, quam tamen conceſſionem ego non reperi in ejus regeſto inter innumeras illas, quas ſub tertio & quarto anno ejuſdem Pontificis conjunxi. Situm eſt in ipſo oppidi foro, quo fit ut illuc frequenti popu- Conv. Portus Caſenaten. Conv. Ortæ. *Ann.* 1359. *n.* 17. & 1369. *n.* 9. Conv. Montis-Bodii.

lorum concurſu oppidani conveniant ad ſacras functiones, & quinque numeroſas in eadem Eccleſia inſtituerint confraternitates. Jacet in peculiari ſacello ſuo nomini ſacro, & eleganter exculto ſanctus Gaudentius Epiſcopus Ariminenſis, & martyr inſignis, inſculpto in tabula marmorea præ altaris fronte hoc cœnotaphio.

RELIQUIÆ S. GAUDENTII MARTYRIS.

S. Gaudentius Ariminen. Epiſcopus, tempore Conſtantii Imperatoris Ariani, conciliabuli Ariminen. acta reſcindens, vario tormentorum genere a Proconſulis militibus trucidatus eſt. Cujus oſſa obſcuro loco condita, divinitus inventa, poſt ſeptuaginta annos in hoc monumentum a fratre Petro Toſſignan. ex Ordine Minorum Convent. Senogalliæ Epiſcopo & Comite, inſpectante populo Bodiano, & ejus ſumptibus, illata ſunt anno MDXCIV.

In baſi tabulæ. *Lavit ſtolam in ſanguine agni.* In circuitu cratis ferreæ: *Vivet in æternum: coronam meruit decorit.* Die III. Auguſti ſolemni cultu ejus recolitur memoria, & reliquiæ populis exponuntur. Floruerunt hic aliqui Viri ſpectabiles, inter quos celebriores connumerantur Joannes Vergarius, & Julius Santutius a Montephilotrano, Epiſcopus ſanctæ Agathæ Gothorum; cujus vitæ compendium inciſum eſt lapidi marmoreo prope altare præcipuum, quod nos dabimus alias oportunius. Ita capax & commodum eſt hoc Cœnobium, ut in eo celebrata ſint hoc ultimo ſeculo quinque Comitia Provincialia.

Rodul. fol. 254. Conv. Narnien.

XL. Hoc tempore, ſub Gregorio XI. conditum Cœnobium Narnienſe, ſcribit Petrus Rodulphus. Ego tamen vetuſtius dixerim ex quibuſdam illius ædis monumentis, quæ longe ante hoc tempus conſtructum inſinuant: fortaſſis reconditum hoc tempore, ſicuti & Clariſſarum Monaſterium, bellorum injurias paſſum, quod mox dicemus. Et certe ſatis credibile eſt, in frequenti & opulenta civitate, recto itinere inter Romanam Curiam & civitatem Aſſiſii ſita, per quam aſſidue Fratres tranſire oportebat, & quam ipſum ſanctum Franciſcum ſua præſentia, & patratis miraculis decoraſſe diximus, celerius & facilius Minoribus conceſſum domicilium, quam ut poſt annos centum ſexaginta & amplius ab inſtituto Sodalitio illud obtinuerint. Quid ſi fortaſſis typographiæ vitio immutatus ſit ordo characterum, & pro Gregorio IX. Gregorius XI. ſit ſuppoſitus? Ex hoc loco denominationem accepit cuſtodia Narnienſis, quam etiam ſub ſancti Bonaventuræ tempore, inter ſancti Franciſci provinciæ cuſtodias ſextam enumeravimus.

Tom. 1. ann. 1213. n. 17.

Tom. 4. ann. 1260 n. 14.

Conv. Ceſſolonis. Gonz. in Prov. March. Con. 28.

XLI. Circa hoc tempus extructum humile tuguriolum a Patribus Clarenis ſeſquimilliari dumtaxat ſpatio a Tolentino, nobili Piceni oppido, ſancti Nicolai Tolentinatis corpore inſigni, a Ceſſolone præterlabente fluvio cognominatum, autumant aliqui; nihil tamen reperio ſtabile circa ætatem aut auctorem. Ceſſit ultimo hoc ſeculo Patribus Obſervantibus provinciæ Marchiæ, ſub quibus aliquale accepit incrementum, ſuppeditantibus Tolentinatibus neceſſaria, quibus prima tribuitur ab aliquibus origo.

Conv. Tudelanus. Tom. 1. an. 1214. n. 29 & an. 1369 n. 11. Gonza. in Prov. Burgen. Conv. 3. Monumen. MSS. hujus Prov.

XLII. Hoc anno translatum eſt intra urbis mœnia Cœnobium Tudelanum in regno Navarræ a ſancto Franciſco conſtructum, quod ingraveſcente bello inter Caſtellæ & Navarræ Reges, diximus fuiſſe deſtructum. Carolus non Paulus II. uti tunc ex Gonzaga exſcripſimus (neque enim in ſucceſſione Regum Navarrærum ullus fuit Paulus, & vere Carolus II. tunc regnabat, qui transferendi Sedem licentiam Regio diplomate hoc anno XII. Maii Fratribus indulſit) opus inchoavit, & Carolus III. filius abſolvit. In Eccleſia multa ſunt Principum & Heroum mauſolæa: ad latus epi-

epiſtolæ in ſacello majori conſpicitur ſepulcrum ſereniſſimæ Joannæ Joannis Aragonii, & Candidæ ſive Blanchæ regni ex Carolo III. hæredis filiæ, & Ferdinandi Catholici Regis ſororis, inſculpto Hiſpano idiomate hoc epitaphio. *Hic jacet Domina Joanna Infans Navarræ, filia Domini Regis Joannis, & Dominæ Blanchæ proprietariæ regni Navarræ. Anno* MCCCCXXII. *die* XXII.... E regione ad latus Evangelii aliud conſurgit Regium Mauſolæum, in quo dicitur conditum cor unius ex Regibus Navarræis. Omnibus tamen venerabilius beati Patris Gerardini viri piiſſimi & doctiſſimi, anno MCCCCXXXIII. defuncti ſepulcrum, cujus corpus cum poſt annos LXX. ad nobile depoſitum in ſacello prædicto ex latere Evangelii transferretur, inventum eſt integrum & illæſum: hinc vero denuo translatæ ſunt ſacræ reliquiæ ad latus oppoſitum, & conditæ in pulchro tumulo deaurato, depicta exterius effigie. Translationem primam ſuis ſumptibus fieri curavit anno MDXXIII. nobiliſſima & devotiſſima Varaizorum familia, retenta ſibi pio devotionis affectu prima ſepultura; ſecundam fecit anno MDCXII. frater Matthæus de Montoya, tunc cœnobiarcha. Sanctum corpus ſumma religione & pietate colunt Tudelani. Extat etiam in eadem Eccleſia ſacellum ſancti Bernardini, populi frequentia celebre, in quo plura aſſidue miracula ejus meritis fieri contingit. Spectabat jus patronatus ad Vaſcones Reges, quem poſt plurimos annos tranſtulerunt in nobiliſſimam ex eiſdem Regibus deductam familiam Henriquiorum de la Carra, quæ ſpecioſiſſimum in majoris ſacelli medio poſuit ſibi ſepulcrum.

Regia ibidé ſepulcra.

B. Gerardinus ibidem requieſcit.

XLIII. Huic Cœnobio multa contulit beneficia ſtirps prædicta Varaizia de platea ſanctæ Mariæ nuncupata, cui ſanctus Franciſcus fertur ſuos diſcipulos commendaſſe, ab eaque petiiſſe ad primævam domicilii fabricam auxilium; quod contuliſſe indicavit lapis magnus marmoreus erutus ex imis ruderibus primi ædificii, cum ibi ante aliquot annos extrueretur pauperum Xenodochium. Habet hæc familia honorificum cemeterium in ædis capitularis, ad ſe etiam ſpectantis, medio: conceſſit vero jus ſepulturæ Fratribus in eodem ſacello ad latus Evangelii, & familiæ Varaizorum a ſancto Joanne cognominatæ, ab hac proſapia exortæ, ad latus oppoſitum. Primum omnium hujus Conventus hoc dicitur ſacellum, ad quod propterea, ex primæva illic lucrandi indulgentias conſuetudine, accedunt cives in die ſacro Portiunculæ. In hujus loci tabellario multa aſſervantur diplomata Pontificia & Regia, præſertim unum Fratribus ſatis honorificum datum Tudelæ, anno MCCLXXI. in dominica quinquageſimæ per Euſtachium Beumarem regni Navarræ pro Regina Joanna gubernatorem, in quo præcipit Lupo Ortiz, urbis Præfecto, ut Fratribus per omnia faveat, maxime circa jus ſepulturæ, quod ſacerdotes ſeculares turbare nitebantur. Tranſiit hic locus, anno MCLXVII. Pio V. præcipiente, a Patribus Conventualibus, ad Obſervantes.

Familia Varaizia.

Vide Garibay. lib. 26. c. 20.

XLIV. Hoc etiam anno conceſſa licentia Fratribus tranſferendi ſuum domicilium intra mœnia Caſtri Coneclani, alias Coneliani, diœceſis Cenetenſis in Provincia ſancti Antonii & cuſtodia Veneta, cum in primo loco ob frequentia bellorum diſcrimina eis tuto habitare non liceret: *Sacræ veſtræ Religionis*, II. Idus Decemb. translationem hanc factam eſſe an. MCCCLXVII. perperam ſcribit Rodulphus, fortaſſis ſcribendum erat MCCCLXXVII. facile hujuſmodi error ſolet irrepere. Hic jacet beatus Marcus Hungarus prope aram majorem, in ſacello illuſtris Comitis Petri Montis-Albani, cujus ope oppidani a Barbarorum direptione liberati ſunt. Cum enim in mœnibus hoſtilia ſigna inimici pene firmarent, videntes Fratrem quemdam vili veſte ac-

Conv. Coneclani.

Rodul. fol. 271. & 123.

B. Marcus Hungarus.

accinctum, ſed magna claritate in ſupremis mœnibus ſplendentem, territi receſſerunt. Simili diplomate dato eodem die, facta eſt Fratribus provinciæ Bononien. & cuſtodiæ Forolivienſis facultas transfereodi Cœnobium intra muros civitatis Britinorienſis. Hoc in loco floruit frater Bernardinus Barilius, hæreticæ pravitatis Inquiſitor. Invenio hoc anno mentionem alterius Conventus in Burgo ſancti Severini Salernitanæ diœceſis, in diplomate, quo Pontifex multas largitur Indulgentias inviſentibus Eccleſiam, a ſancta Maria Annunciata nuncupatam, quibuſdam diebus feſtivis: *Dum præceſſa meritorum*, III. Nonas Aprilis. Hujus loci non meminit Piſanus: Rodulphus vero in provincia Neapolitana, & cuſtodia Salernitana recenſet Cœnobium ſanctæ Severinæ, conſtructum tamen ait anno MDXXXII. a Dominis de Inſuſinis. Unde vel hic locus alius eſt ab illo, vel hi Domini non tam conſtruxerunt, quam reſtituerunt. Sub hoc anno deſtructum omnino fuiſſe Conventum Setabienſe in regno Valentiæ, propter bellum inter Aragonum & Caſtellæ Reges deſæviens, uti alias memoravimus, conſtat ex diplomate, quo Pontifex indulſit nobili viro Vitali de Villa nova oſſa ſuorum conſanguineorum condita in ſacello, a ſuo patruo conſtructo, ſed tunc cum univerſo Conventu deſtructo, transferre ad aliud a ſe conſtruendum in Eccleſia Minorum urbis Valentinæ: *Exhibita nobis*, II. Kalend. Maii.

Conve. Bricinorien.

Conv. S. Severini.

Conv. Setabien. *Tom. 7. an. 1343. n. 39.*

XLV. Varia occurrunt hoc anno Clariſſarum Monaſteria, quorum tamen fundatio erat antiquior: ſanctæ Mariæ Jacobi urbis Nolanæ, de quo ſuperius locuti ſumus, cui Pontifex domum & hortum relicta per Rogerium de Sabina caſtri Summæ, diœceſis Nolanæ, ut in eis Clariſſarum extrueretur Monaſterium, adjudicavit, dum non ſuppetebat facultas novum ædificandi: *Ad audientiam*, XIII. Kalend. Aprilis. Clariſſis Montis Albani conceditur facultas, ut ſuum Monaſterium extra muros ædificatum, & propter bellorum injurias deſtructum, liceat in ipſam urbem transferre: *Sacræ veſtræ religionis*, VI. Idus Junii. Deinde per varias litteras alia eis conferuntur privilegia. Translatum etiam propter eaſdem rationes intra mœnia Burgi Carcaſſonenſis aliud Monaſterium: *Splendor paternæ gloriæ*, XI. Kalend. Novembris, & *Licet is de cujus munere venit*, VI. Kalend. Novembris. Similiter Monaſteria Toloſanum, de quo ſupra actum eſt, & Narnienſe: *Apoſtolicæ Sedis benignitas*, IX. Kalend. Decembris, & *Cum dudum pro ſecuritate* X. Kalend. Maii. Viennæ Auſtriæ, Patavienſis diœceſis, fuiſſe hoc tempore Clariſſarum Monaſterium, cujus conſtruendi conceſſam ſuperius facultatem memoravimus, conſtat ex data facultate nobili mulieri Viridi Duciſſæ Auſtriæ illud ingrediendi viſum Catarinam Monialem dicti Monaſterii, ſororem Leopoldi Ducis Auſtriæ ſui conſortis: *Devotionis tuæ ſinceritas*, II. Idus Aprilis. Elias Reuſnerus in Genealogia Imperatorum, & Principum, conſtructum ait ab Anna filia Friderici Pulchri Exarchi Auſtriæ, & Iſabellæ Jacobi Regis Aragonum filiæ, quæ Poloniæ Rege ſponſo ante nuptiarum ſolemnia amiſſo, nupſit Carinthiæ Comiti, quo etiam orbata, ex dote ſua hoc, inquit, ædificavit Monaſterium, in eoque monaſticam vitam ſuſcepit anno MCCCXLIV. XIX. Kale. Januarii: ſed dum ſuperius diximus illud ædificandi conceſſam facultatem Rodulpho Auſtriæ Duci, ſub annum MCCCLXIII. fortaſſis de ampliori ſtructura, vel Monaſterii translatione id poteſt intelligi.

Monaſt. Nolan. *Ann. 1354. n. 13.*

Monaſt. Montis-Albani.

Monaſt. Carcaſſonen.

Ann. 1353. n. 11. Monaſter. Toloſan. & Narnien. Monaſt. Viennæ. *Ann. 1363. n. 25.*

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. CUm fratrem Thomam Miniſtrum Generalem, ob præclare geſta in „ ſuis muneribus ad Patriarchatum Gradenſem Pontifex evexiſſet, quan-

quamdam executorialem: *Acceſſuri ſunt &c.* XIII. Kalend. Februarii, eidem commiſit. Scripſit vero Archiepiſcopo Strigonienſi ut bellum ſacrum Ultramarinum indiceret: *Dudum multorum &c.* X. Kalend. Aprilis; ſicut & Joanni Palcologo Græcorum Imperatori pro eodem negotio: *Cum prægrandi &c.* XI. Kalend. Julii. Sed pro fratre Angelo Nicolao Feducio de Bibiena præfato ſuo Nuntio, Nicolao, & Franciſco Jordano ambo de Urſinis; necnon Lucæ Sabello Domicello Romano, Franciſco de Vico urbis Præfecto, & Fortunato Senatori; ſicut etiam Epiſcopo Camerini, & Angelo de Viterbio Theſaurario Tuſciæ, & omnibus quidem ſub II. Idus Septembris: at ſui Sacellani officio cohoneſtato fratri Didaco de Placentia: *Virtutibus clarens &c.* Idibus Septembris; & dimiſſo ad magiſterium fratri Nicolao Mutio: *Viro ſacræ lectionis &c.* XI. Kalend. Decembris, eumdem inſtituit in Marchia Tarviſina Inquiſitorem: *Religionis zelus &c.* X. Kalend. Decembris. *Indic. ex Vatic.* *Ex Odor. n. 3.*

II. Dola urbs, non in Britannia Minori finitima Dinanto; ſed in ſequanis clariſſima & egregie munita, ad Dubim fluvium, Burgundiæ Comitatus caput, inter Veſuntionem & Divionem, academia & Senatu clara, licet Epiſcopali dignitate careat, hoc anno Fratres noſtros admiſit, fratris Petri Dolenſis opera, ut ex Gonzaga commemorat Waddingus. Hic vero Petrus de Dola habitum Religionis Seraphicæ in Conventu Mirabellenſi ſuſceperat anno MCCCLX. in Obſervantia autem regulari proficiens in provincia Turoniæ, cui præfatus Conventus Mirabelli adſcriptus eſt; adeo placuit Nobilibus Joanni ac Theobaldo de Boje (quos de Ries cognominat, & Comites appellat Gonzaga) necnon Margaritæ Burgundiæ Comitiſſæ, & Villæ Univerſitati, ut ejus amore Minoribus noſtris ædes conſtruxerint in fundo Beauregardi, quem præfata Margarita eidem petenti conceſſit. Fuit autem Petrus vir probatæ vitæ, regularis Obſervantiæ zelator, eximiæque ſanctitatis; & ibidem in Territorio Veſuntino ſupremum diem clauſit. *Petrus de Dola fit Frat. Minor.* *Obiit ibidem in Domino.*

ARGUMENTUM.

Mittuntur frater Thomas Patriarcha Gradenſis, & frater Guillelmus Epiſcopus Narnien. pacificaturi Cyprios & Januenſes. Advocatur ad hoc ipſum in Curiam frater Petrus Aragonius, Leonoræ Cypriæ Reginæ genitor. Thomas Patriarcha deſtinatur ad componendas lites inter Regem Hungariæ, Auſtriacos & Venetos. Jubetur Januenſes confœderare contra Vicecomites Mediolanenſes. Angelo de Bibiena committitur cura tumultus urbis compeſcendi. Inquiſitores Minoritæ in Marchia Tarviſina. Conferuntur privilegia Minoritis Boſnenſibus, animarum ſalutem indefeſſe curantibus. Celebrantur Comitia generalia, & inſtituitur Ordinis Primicerius frater Leonardus a Giſonibus. Creatur Ordinis Protector Guillelmus Cardinalis. Reformatores Ordinis mittit Pontifex in Hiſpaniam. Creantur Epiſcopi. Extruuntur Cœnobia.

I. ANNO proxime elapſo jacta ſunt ſemina implacabilis diſcordiæ inter Cyprios & Januenſes, quæ incomparabile paravit Cypriis exitium. Erant ea in inſula Genuenſibus & Venetis frequentia, ac magna commercia. Interfectus autem fuerat in urbe Nicoſia a ſuis fratribus Joanne & Jaqueto, aliis Jacobo, Luſinianis, Petrus Rex, de quo ſæpius locuti ſu- *Foliet. l. 8. hiſt Genuen.* *Oritur implacabile diſſidiú inter Cyprios & Januenſes.*

ſumus, cui Petrus filius in regnum ſucceſſerat, ſacrumque ſollemne parabatur, diadematis de more accipiendi; quæ res magnam contentionum cauſam Genuenſibus & Venetis præbuit, utriſque ad primum honoris locum in eo ſacro tendentibus. Patruis pueri Regis, penes quos omnium rerum arbitrium & poteſtas erat, Venetæ nationi ſtudentibus, ſecundum Venetos judicatum eſt; primuſque illis tributus locus. Graviter & iniquo animo Genuenſes injuriam tulere; impotenteſque iræ acerbitatem alto animo inſidentem in ipſo convivio exprompſerunt, omni verborum aſperitate in Venetos invecti. Ceterum non ſatis verbis tantam injuriam ultam rati: facta quoque addenda ſtatuentes, poſtero die gladios togis occultantes in regiam veniunt; conſilio primi loci, a quo non per æquitatem judicii ſeſe dejectos putabant, armis retinendi. Quam rem cum Veneti reſciviſſent, Genuenſes apud Regem, & patruos nefaria arma in Regis ipſius caput ſumpſiſſe, occultiſque gladiis ſe cinxiſſe criminantur.

II. Facile fuit imbecillem ætatem mendacio circumvenire; præſertim patruis animo in Genuenſes iniquo, occaſione illos evertendi lætis: ſimulque cum illis nonnullis ex Procerum primoribus Regem inſtigantibus. Igitur Rex Genuenſes cum gladiis comprehenſos, haud quæſito, qua de cauſa ſe ſe illis cinxiſſent, pro manifeſto parricidio non modo injuſto, ſed horribili quoque genere ſupplicii affecit, ex ſummo ædium faſtigio dejectos. Neque crudelitas ipſis parricidij inſimulatis terminata eſt, ſed totam nationem complexa: Genuenſibus toto regno diſſipatis, inſontibus, quoſque nulla non modo conſpirationis, ſed ne ſcientiæ quidem ſuſpicio attingeret, diligenter conquiſitis, ac per ſummum ſcelus necatis; uno tantum ex iis elapſo, eoque gravi vulnere in ore accepto, qui rem Genuam nunciaret. Placida quoque ac lenta ingenia tam atrox injuria accendiſſet. Genuenſium quidem animi natura præfervidi, ac perciti ita in Cyprios exarſerunt, ut ceteris omiſſis curis, in ea, quæ ad tantam injuriam ulciſcendam pertinerent, comparanda & expedienda omnem cogitationem intenderint: claſſe ingenti decreta, cujus præfectus deſignatus eſt Petrus Fulgoſius Ducis frater: quæ dum omni ope comparantur, & inſtruuntur, placuit interea Damianum Catanium Juriſconſultum cum ſeptem triremibus in Cyprum mitti ad res præmoliendas.

III. Interea hoc anno Genuæ magno animorum ardore claſſis ingens præparabatur triremium ſex & triginta, præter jam miſſas in Cyprum omni armamentorum ac bellicorum apparatuum genere cumulate inſtructas, additis onerariis, ac varii generis corbitis & numeratis præter nauticam turbam, quatuordecim millibus pugnatorum. Ex hac animorum commotione, & armorum præparatione timens Pontifex magnum belli oriturum incendium, eo periculoſius, quo majori Chriſtianorum malo Cyprienſium vires infirmarentur, qui contra Orientales & Aſiaticos hoſtes ingenti virtute paſſim dimicabant, modis univerſis agendum judicavit, ut ab hujuſmodi vindictæ libidine Genuenſes revocaret. Interpoſuit Regis Galliæ, aliorumque Principum auctoritatem, ſuoſque miſit Legatos, ut pacem peſuaderent, primo fratrem Thomam ex Minorita Patriarcham Gradenſem, deinde Minoritam alterum fratrem Guillelmum Epiſcopum Narnienſem, & Joannem de Abbatibus Palatii Apoſtolici auditorem, miſſis his litteris ad Patriarcham.

Mittuntur pacificatores Minoritæ.

Ve-

Anno Christi	Gregorii XI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 166.
1373	anno 3.	anno 26.	

Venerabili fratri Thomæ Patriarchæ Graden. Apoſtolicæ Sedis Nuncio.

IV. *Intelleximus diſplicenter, quod dilecti filii nobilis vir Dux, & Commune civitatis Januen. aſſerentes nonnuiiis Civibus ſuis gravem in regno Cypri per dilectum filium nobilem virum Joannem de Liſiniaco Principem Antiochenum, & gentes ſuas fuiſſe factam injuriam, ad vindictam contra dictum Principem magnum faciunt apparatum. Nos itaque conſiderantes, quod hoc fieri non poſſet abſque invaſione dicti regni, & ſi fieret, Chriſti fidelibus illarum partium non modica detrimenta, & ſcandala, & diminutio fidei Chriſtianæ, ac favor, & vigor ejuſdem fidei, & Chriſtiani nominis hoſtibus ſequi poſſent, ipſumque regnum, quod in ipſorum hoſtium faucibus ſitum exiſtit, & eſt tamquam murus & vallum ceteris illarum partium colentibus nomen Chriſti, magnis damnis & periculis poſſet exponi. Quodque non ſolum idem Princeps, qui feciſſe injuriam dicitur, ſed etiam cariſſimus in Chriſto filius noſter Petrus Rex Cypri illuſtris, qui juvenis eſt, purus & innocens, majorem exinde reciperet læſionem, aliaque mala & pericula tam animarum, quam corporum debent veriſimiliter formidari, malis & periculis hujuſmodi deſideramus remedium adhibere. Tua igitur fraternitas excitans ingenii tui vires, ex parte noſtra prædicta, in conſiderationem prædictorum Ducis & Communis deducat, eoſdemque affectuoſius roget, & efficaciter in Domino exhortetur, ut pro divina & noſtra & Apoſtolicæ Sedis reverentia, & pro evitatione tantorum maiorum, ab hujuſmodi apparatu & invaſione prorſus abſtineant, præſertim cum nobis relatione innotuerit fide digna, quod prædicti Rex & Princeps ad præſentiam noſtram ſuos Ambaſciatores, quos expectamus in brevi, hac de cauſa mittant. Noſque intendamus cum effectu interponere partes noſtras, quod per dictos Regem, & Principem eiſdem Duci, & Communi fiat debita ſatisfactio, ſi quam in regno præfato Cives eorum injuriam paſſi ſunt. Age igitur in hoc valenter & provide, ita quod tanta mala, quæ ex hujuſmodi invaſione ſequi poſſent, induſtriæ tuæ cooperante Miniſterio evitentur, & pax & concordi ſubſequantur. Datum Avenion. XIII. Kalend. Februar. anno III.* Ex ſecr. ann. 3. fol. 255.

EIDEM.

V. *Ad procurandum Concordium inter cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Petrum Regem Cypri Illuſtrem, ſuoſque Regnicolas ex una parte, ac dilectos filios nobilem Virum Ducem, & Conſilium, ac Commune Civitatis Januen. ſuper exorta inter eos diſcordia ex altera, venerabilem fratrem noſtrum Guillelmum Epiſcopum Narnien. & dilectum filium Magiſtrum Joannem de Abbatibus decretorum Doctorem, Cappellanum noſtrum, ac Apoſtolici Palatii cauſarum Auditorem, Apoſtolicæ Sedis Nuncios, latores præſentium ad dictos Ducem, Conſilium, & Commune tranſmittimus de præſenti. Quare cum multum habeamus cordi dictam concordiam, fraternitatem tuam hortamur attente, mandantes, quatenus eoſdem Nuncios tuis conſiliis dirigas in agendis, ac eis aſſiſtas favoribus opportunis. Datum Avenione X. Kalendas Maii, anno III.* Ibid. fol. 17.

VI. Venit ſub hoc tempore ex partibus Cypri nobilis vir Joannes Laſcari miles Conſtantinopolitanus, ex ſtirpe Imperatoria, qui dum de his turbis, imminentibuſque periculis agere vellet cum fratre Petro de Aragonia, Fr. Petrus Aragonius in Curiâ evocatur.

nia, Reginæ Eleonoræ genitore, per has litteras Petrus ad Curiam a Pontifice convocatur.

Dilecto filio Petro de Aragonia, Ordinis Fratrum Minorum Profeſſori.

Ibid. fol. 117.

VII. *Nuper dilectus filius nobilis vir Joannes Laſcari Miles Conſtantinopolitanus, qui de partibus Cypri venit, nobis expoſuit, quod ipſe aliqua ſtatum proſperum & tranquillum, cariſſimi in Chriſto filii noſtri Petri Regis Cypri illuſtris, & ſui Regni concernentia habet tibi dicere, ſuper quibus etiam antequam ad Romanam accederet Curiam, cum cariſſima in Chriſto filia noſtra Eleonora Regina Cypri illuſtri filia tua, contulit, quæ ſcripto non vult commendare, & quod ipſe multum affectat, te ad nos accedere, ut ea in noſtri præſentia tibi dicere poſſit. Quocirca circumſpectionem tuam hortamur attentius, quatenus, ſi commode poſſis, & tibi videatur, ad nos venias ſine mora, vel ſi venire non poſſis, aliquam fidelem perſonam & ſinceram, de qua plene confidas, huc tranſmittas, cui dictus Miles præmiſſa omnia dicere poſſit, & etiam declarare. Datum Avenion. x. Kalend. Martii anno* III.

Fr. Thomas Patriarcha pacificat Hungaros & Auſtriacos.

VIII. Exortis aliis diſſidiis inter Ludovicum Hungariæ Regem, & Albertum ac Leopoldum Auſtriacos, atque Andream Venetorum Ducem, & Franciſcum de Carraria, in civitate Patavina Imperialem Vicarium, miſſus eſt etiam pacificator Thomas prædictus, qui feliciter diſſidentes ad concordiam reduxit, ut ex ſubjectis apparebit inſtrumentis.

Venerabili fratri Thomæ Patriarchæ Graden. Apoſtolicæ Sedis Nuncio, ſalutem.

Ibid. fol. 295.

Inter cunctos Chriſti fideles, præſertim ubi Reges & Principes tanguntur, & magna poſſunt Chriſti fidelibus pericula ex eorum diſſentionibus provenire, vigere pacem & concordiam cupientes, & de tuæ circumſpectionis induſtria in multis, magnis, & arduis comprobata, gerentes in Domino fiduciam ſpecialem, fraternitati tuæ mandamus, quatenus pro pace & concordia inter cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ludovicum Regem Hungariæ illuſtrem, & dilectos filios nobiles viros Albertum, & Leopoldum Auſtriæ, & Andream Contareno Venetiarum Ducem, ac Commune Venetiarum, Caſtellan. Diœceſit, & Franciſcum de Carraria militem Paduan. in civitate Paduan. Imperialem Vicarium, auctore Domino, reformandis, interponas efficaciter ſolitæ tuæ diligentiæ partes, ut tuo cooperante in præmiſſis miniſterio ſtudioſo, juxta deſiderii noſtri votum, effectus pacis & concordiæ laudabiliter ſubſequatur: nec tamen putamus, quod in accedendo propterea ad eoſdem Regem, & Duces Auſtriæ fraternitatem eamdem oporteat laborare, ſed exiſtimamus quod in Venetiis, & in civitate Paduan. prædictis, tractatus hujuſmodi concordiæ ſufficienter poſſit haberi, & ſi divina gratia favorit, feliciter conſummari. Nos enim eiſdem Regi, Ducibus, & Communi, ac Franciſco ſcribimus in forma, quam continent cedulæ præſentibus interclusæ, quibus litteras, quæ diriguntur eiſdem, facias, prout tibi videbitur, præſentari. Datum Avenion. IV. Kalend. Julii anno III.

Eidem.

IX. *Multum gratanter audivimus, quod te prudenter, & ſollicite operante, inter dilectos filios nobiles Viros Ducem, & Commune Venetiarum ex una parte, & Franciſcum de Carraria militem in civitate Paduan. Imperialem Vicarium ex altera, eſt concordia reformata, de quo Deo gratias agimus, & tuæ fraternitatis diligentiam multipliciter commendamus. Volumus autem, quod capitula ſeu copiam inſtrumenti dictæ concordiæ nobis deſtinare procures. Et ne quod factum eſt ad prædictorum ſalutem, vertatur in damnum & periculum Eccleſiæ prælibatæ, cum prædictis Duce, & Franciſco, & aliis ſollicitis ſtudiis opereris, quod gentes partium prædictarum diſpergantur, ne faciant Comitivas, præſertim dictæ Eccleſiæ, ſuiſque colligatis, & fidelibus nocituras. Datum Avenion. III. Idus Octob. anno III.* Ibid. fol. 88.

X. Hoc etiam tempore Barnabos, & Galeatius Vicecomites, Mediolanenſes Tyranni modis omnibus Eccleſiæ jura devaſtabant, & Pontificios perſequebantur, quare Gregorio viſum eſt, contra eos præter alios, de quibus diximus, convocare Genuenſes, qui vel propter bellum, quod in Cyprios parabant, vel aliis de cauſis detrectabant aut cunctabantur paciſci fœdus cum Pontificiis. Cura iciendi fœderis injuncta eſt prædicto Patriarchæ fratri Thomæ, cui etiam cooperatus eſt ad alios miſſus frater Petrocinus Mantuanus ſacræ Theologiæ Magiſter, & Provinciæ ſancti Antonii Ordinis Minorum Miniſter. At Vicecomites ulturi horum & aliorum contra ſe Minoritarum ſtudium, inter reliquas injurias, fratrem Franciſcum Ferracanum, quod in detractores Pontificiæ auctoritatis inveheretur, primum e ſuggeſto deturbare comminatus eſt Galeatius, deinde civitate exegit, mox Barnabos, duos ejuſdem Inſtituti viros, quod ejus tyrannidem & erga Pontificem inobedientiam palam increparint, viros exuſſit. Minoritæ colligant Principes adverſus tyrannos Mediolanenſes.

Venerabili fratri Thomæ, Patriarchæ Gradenſi, Sedis Apoſtolicæ Nuncio.

XI. *Litteras tuæ Fraternitatis benigne recepimus, & eas, & illas, quas dilecto filio Magiſtro Franciſco Bruni Secretario noſtro direxiſti, perlegimus, & eis tuam diligentiam commendantes, breviter reſpondemus; quod nos magis pro bono publico & defenſione & augmento libertatis, honoris & ſtatus civitatis Januen. quam ſemper ſincere dileximus & diligimus, cum dilectis filiis nobili viro Duce, ac Commune ejuſdem Civitatis, ligam & confœderationem fieri affectavimus & optamus, quam pro aliquo noſtro, & terrarum, nobis & Eccleſiæ Romanæ immediate ſubjectarum commodo ſpeciali. Si ergo liga hujuſmodi fieri poſſet, ſatis eſſet nobis placitum & acceptum: ſi autem id nequeat obtineri, divinæ providentiæ, quæ omnia recte providet & diſponit, relinquatur. Sed illud, quod magis inſidet nobis cordi, eſt, quod præfati Dux, & Commune in vera devotione, & dilectione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſicut fecerunt hactenus, & de præſenti faciunt, perſeverent; nec Tyrannis illis immanibus adhæreant, aut faveant ullo modo. Ad hoc igitur eos, quos bene diſpoſitos eſſe putamus, fortius animare procures. Inter cetera notificamus eis, quod ſicut fide digna relatione percepimus, de ipſorum Territorio ad Terras Serezanæ, & Lavenciæ, ac alias, quæ per Tyrannos eoſdem detinentur, victualia in noſtrum, noſtrarumque gentium præjudicium defe-* Ibid. fol. 255.

runtur. Et ex hoc ex parte noſtra exhorteris & roges, ut ab hujuſmodi victualibus deferendis, aut aliis favoribus præfatis Tyrannis, aut eorum fautoribus & gentibus gentes ſuas prorſus faciant abſtinere: eorum inſuper conſiderationi proponent, quod per proceſſus, & ſententias per nos, de Fratrum noſtrorum conſilio, in Conſiſtorio publico, & cariſſimum in Chriſto filium Carolum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum factas & latas, ipſorum Tyrannorum fautores, complices & ſequaces, aut eis dantes conſilium, auxilium, vel favorem, gravibus pœnis, & ſententiis ſpiritualibus & temporalibus innodantur. Tua itaque Fraternitas, ut ad propoſitum revertamur, ſi videat quod ad ligam hujuſmodi ſtatim venire velint, advertens, quod in hoc tempus per excuſationes frivolas, & ficta ſubterfugia non trahatur, effectum ligæ hujuſmodi ſolitæ diligentiæ ſtudio proſequaris. Alioquin prædictos Ducem & Commune bene diſpoſitos & firmatos, ſicut de eis ſemper ſperavimus & ſperamus, & etiam per effectum advertimus, in noſtra & ejuſdem Eccleſiæ devotione, ac dilectione dimittens, perfice iter tuum, nobis quid exinde feceris, reſcripturus. Datum Avenione XIII. *Kalendas Februarii anno* III.

Dilecto filio nobili viro Ludovico de Gonzaga militi Mantuan. in Civitate Mantuan. Imperiali Vicario.

Ibid. fol. 296.

XII. *Sicut plurics alias ſignificare curavimus, ita nunc quædam contingentia iniquitatis filios Barnabovem, & Galeatium de Vicecomitibus de Mediolano, Eccleſiæ Romanæ, ac tuæ nobilitatis communes hoſtes, dilecto filio Petrocino de Mantua, ſacræ Theologiæ Magiſtro, Provinciæ ſancti Antonii Ordinis Fratrum Minorum Miniſtro, eidem nobilitati referenda duximus imponenda, cujus pro parte noſtra relatibus adhibeas plenam fidem. Datum Avenione* II. *Nonas Julii anno* III.

Frater Angelus de Bibiena Urbis pacificator.

XIII. Neque ſuis turbis & tumultibus carebat urbs Romana variis exortis diſſidiis; primo inter nobilem virum Jordanum de Urſinis, & Geraldum Abbatem Monaſterii majoris prope Turonem, Gubernatorem aliquarum urbium ditionis Eccleſiaſticæ: ſecundo inter populum Romanum, & nobilem virum Lucam de Sabello Domicellum: tertio inter eumdem populum, & Comites Anguillariæ: quarto inter eumdem, & aliquot Eccleſiæ Miniſtros. His pacificandis amandatus eſt frater Angelus de Bibiena, ſacræ Theologiæ Magiſter, & Ordinis Minorum in Curia Romana Procurator Generalis, de quo ſupra ſermonem inſtituimus, datis litteris ad prædictos populum, & Heroes, ad nobiles Viros Nicolaum de Urſinis Comitem Nolanum, patrimonii beati Petri in Tuſcia Rectorem, Franciſcum Jordani de Urſinis Militem Romanum, Fortunatum de Feliciſſimis militem Tudertinum, Urbis Senatorem, Franciſcum de Vico Urbis præfectum, ac Baptiſtam fratrem, & Lucam Epiſcopum Camertem ejuſdem Urbis in ſpiritualibus Vicarium. Do dumtaxat ad Populum Romanum tranſmiſſas.

Ann. 1372. n. 5.

Dilectis filiis Populo Romano ſalutem.

Ibid. fol. 78.

XIV. *His dicbus dolenter auditis diſcordia ac guerra, inter vos, & dilectum filium nobilem virum Lucam de Sabello, Domicellum Romanum exortis, & quæ oriri videbantur inter vos, & dilectos filios nobiles viros Comites Anguillariæ, ſtatim vobis, & eiſdem nobilibus direximus exhor-*

exhortatoria ſcripta noſtra, donec ſuper iis aliquam perſonam idoneam mitteremus; nunc dilectum filium Angelum de Bibiena Ordinis Fratrum Minorum, in Romana Curia Procuratorem Generalem, in ſacra Theologia Magiſtrum, harum latorem, de noſtra intentione ſuper iis informatum plenarie, ad veſtram, & dictorum Nobilium præſentiam deſtinamus, cui ſuper iis, quæ de præmiſſis diſcordiis, & aliis, ſi quæ vos tangentes orirentur, quod abſit, vobis ex parte noſtra narraverit, ſicut reverentes, devoti, & obedientes filii, quos in pace & tranquillitate degere continue affectamus, curetis fidem plenariam adhibere. Datum apud Villam-novam Avenionen. diœceſis VII. *Idus Septembris anno* III.

EISDEM.

XV. *Tanta eſt dilectio, quam ad vos præcipuos noſtros, & Eccleſiæ Romanæ filios gerimus, & geſſimus etiam in Minoribus conſtituti, quod cum aliqua ſiniſtra relatio, quantumcumque fide digna nobis de veſtra filiatione refertur, cum non ſubſit cauſa, quæ pateat, non poſſumus ei fidem credulam adhibere; ſed quia interdum latet morbus incognitus, qui non curatus a principio ſumit augmentum, & difficulter feram recipit medicinam, cum audiverimus vos contra Officiales, & Terras dictæ Eccleſiæ adeo fore turbatos, quod concepiſſe videmini contra Civitatem noſtram Sutrium, & alias Terras ejuſdem Eccleſiæ vobis vicinas facere noxiam novitatem, quod abſit, dilectum filium Angelum de Bibiena Ordinis Fratrum Minorum, in Romana Curia Procuratorem Generalem, in ſacra Theologia Magiſtrum, harum latorem, virum utique circumſpectum, & umatorem unitatis & pacis, de noſtra intentione plenarie informatum, ad vos providimus deſtinandum, cui ſuper iis, quæ de præmiſſis vobis ex parte noſtra narrabit, velitis fidem plenariam adhibere. Datum apud Villam-novam Avenionen. diœceſis* V. *Idus Septembris anno* III. *Ibid. fol. 80.*

XVI. Fuit hoc tempore Inquiſitor contra hæreticam pravitatem in Provincia Sancti Antonii Marchiæ Tarviſinæ, ac Civitate Veronenſi frater Bonifacius de Corneclario, qui dum ab hoc munere cuperet abſolvi, ei ſuffectus eſt per fratrem Bertrandum Cardinalem Ordinis Vicarium, frater Nicolaus Mutius Venetus, qui in hoc genere adlaboraret fratri Ludovico de ſancto Martino Inquiſitori ibidem deputato per Urbanum V. Confirmata hæc voluit ſua auctoritate Gregorius; deinde ei magiſterii gradum conferri voluit per fratrem Franciſcum Caronellum de Corneclario, ac mox eum impenſe commendavit Leonardo Generali Miniſtro hoc anno electo. Do litteras, quibus eſt inſtitutus & confirmatus Inquiſitor. Frater Bonifacius Inquiſitor in Marchia Tarviſina. Item frater Nicolaus Mutius, & Ludovicus a S. Martino.

Dilecto filio Nicolao Mutio de Venetiis, Ordinis Fratrum Minorum Profeſſori, in Provincia ſancti Antonii Marchiæ Triviſanæ Inquiſitori hæreticæ pravitatis.

XVII. *Religionis zelus, litterarum ſcientia, vitæ ac morum honeſtas, & alia merita probitatis, quibus perſonam tuam fide dignis teſtimoniis juvari percepimus, nos inducunt, ut petitiones tuas, illas præſertim, quæ Catholicæ fidei favorem reſpiciunt, ad exauditionis gratiam admittamus. Sane petitio pro parte tua nobis exhibita continebat, quod nuper vacante officio hæreticæ pravitatis in Provincia ſancti Antonii Marchiæ Triviſanæ, dilectus filius noſter Bertrandus, tituli ſanctæ Priſcæ Presbyter Cardina-* *Ex lib. commun. fol. 11.*

nalis, Vicarius Generalis Ordinis Fratrum Minorum, per Sedem Apoſtolicam deputatus, te in dicta Provincia, ac in civitate Veronen. & loco Venetiarum, Caſtellan. diœceſis, ac omnibus & ſingulis aliis locis ejuſdem Provinciæ Inquiſitorem hæreticæ pravitatis, auctoritate hujuſmodi Vicariatus, prout ad ipſum ſpectat, per ſuas patentes litteras ſigillo Generalis Miniſterii dicti Ordinis, quo idem Cardinalis ratione dicti Vicariatus tunc utebatur, prout utitur, munitas, quorum tenores de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, inſtituit, prout in eiſdem litteris plenius continetur. Quare pro parte tua fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut hujuſmodi inſtitutionem, auctoritate Apoſtolica confirmare de benignitate Apoſtolica, dignaremur. Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, inſtitutionem prædictam, auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Et inſuper tibi, ut in dicto loco de Venetiis, in quo prædictum officium per fel. record. Urbanum Papam V. prædeceſſorem noſtrum, dilecto filio Ludovico de ſancto Martino, Ordinis Fratrum Minorum Profeſſori, in ſacra Theologia Magiſtro, in dicta Provincia Inquiſitori, per ipſius prædeceſſoris litteras conceſſum extitit, ut idem Ludovicus in dicto loco de Venetiis ſolus hujuſmodi officium exercere poſſet, dictum Inquiſitionis officium una cum prædicto Ludovico, libere ac licite exercere, ac omnibus & ſingulis privilegiis & libertatibus & immunitatibus, quibus Inquiſitores dicti loci de Venetiis, uti & gaudere conſueverint, uti & gaudere valeas, conceſſione hujuſmodi eidem Ludovico, ut præfertur, facta, quibuſcumque privilegiis, indulgentiis, vel litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, etiamſi de illis, & totis eorum tenoribus eſſet in præſentibus ſpecialis & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio facienda, nequaquam obſtantibus, tenore præſentium, auctoritate Apoſtolica, indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis, & conceſſionis infringere &c. Tenor vero dictarum litterarum prædicti Cardinalis talis eſt. Frater Bertrandus miſeratione divina S. R. E. tituli ſanctæ Priſcæ Presbyter Cardinalis ſacri Ordinis Fratrum Minorum Profeſſor, & ejuſdem Ordinis, auctoritate Apoſtolica, Vicarius Generalis: dilecto nobis in Chriſto fratri Nicolao Matio de Venetiis, Provinciæ ſancti Antonii Ordinis ſupradicti ſalutem in Domino. Nuper vacante Inquiſitionis officio in provincia ſancti Antonii Marchiæ Taruiſin. in Verona, & aliis locis ejuſdem provinciæ per Sedem Apoſtolicam deputato, per abſolutionem a nobis factam dilecti nobis in Chriſto fratris Bonifacii de Corneclario Inquiſitoris olim provinciæ ſupradictæ, cupientes dicto officio de perſona idonea providere, de multorum Magiſtrorum, & aliorum plurium Fratrum conſilio & aſſenſu, de cujus teſtimonio informati in prædicta provincia ſancti Antonii Marchiæ Taruiſin. in Venetiis & Verona, & aliis locis omnibus & ſingulis ejuſdem provinciæ, ut prædicitur, a Sede Apoſtolica deputatis, auctoritate privilegiorum Generalibus Miniſtris a Sede præmemorata indultorum, quibus gaademus ad præſens, ex commiſſo a Sede eadem nobis Ordinis antedicti Minorum Vicariatus officio, Inquiſitorem hæreticæ pravitatis inſtituimus, & inſtitutum præſenti declaramus ſcriptura. Mandantes tibi ad meritum obedientiæ ſalutaris, quatenus prædictum Inquiſitionis officium per nos tibi injunctum, fideliter & ſollicite in prælibata Provincia, & locis dictis exequaris zelo fidei orthodoxæ, odio, gratia, & favore poſtpoſitis, ad extirpandam hæreticam pravitatem, imitando ſemper canonicas ſanctiones. Fratres vero omnes, & ſinguli etiam dictæ Provinciæ in omnibus, quæ ad tuum ſpectant officium, tibi favorabiliter aſſiſtere & obedire firmiter per obedientiam teneantur. In quorum prædictorum teſtimonium atque

Anno Christi	Gregorii XI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 166.
1373.	anno 3.	anno 26.	

que robur, præſentes litteras fieri fecimus, & ſigilli Generalis miniſterii, quo utimur pro præſenti, mandavimus appenſione muniri. Vale in Chriſto, & ora pro nobis. Datum Avenion. die XIII. *menſis Januarii anno Domini* MCCCLXXIII. *Pontificatus ſanctiſſimi Patris, & Domini D. Gregorii divina providentia Papæ XI. anno* III. *ſigilletur, regiſtretur. Regiſtrata. Datum Avenion. Idib. Februarii anno* III.

XVIII. In partibus Boſnæ, in confinibus Hungariæ, in dominio Ruſſiæ, & Inſula Corſicæ laudabiliter ſuam operam navarunt Minores circa hæreticos convertendos, & Schiſmaticos reducendos. Dedit itaque Pontifex in partibus Boſnæ, & Hungariæ terminis, in quibus non erant erectæ parochiæ, aut deſtinati peculiares animarum Rectores, baptizandi, & alia Sacramenta parochialia conferendi poteſtatem. Eamdem conceſſit auctoritatem in terra Lamburgæ in Ruſſia, quantumvis obſiſteret Epiſcopus Luhucenſis, & in Corſica reconciliandi hæreticos ad fidem converſos, atque cum eiſdem converſandi, abſque ullo incurrendæ cenſuræ Eccleſiaſticæ periculo, liberam fecit poteſtatem. Omnia hæc largius & amplius conſtabunt ex litteris Pontificiis, quas ſub hoc anno producimus in regeſto.

Egregie laborat Minoritæ in reducendis hæreticis.

Ann. 1371. *n* 6. *&* 10.

XIX. Celebratum eſt hoc anno die V. Junii Capitulum Generale in civitate Toloſana, præſidente fratre Bertrando Cardinale ſanctæ Priſcæ, Ordinis Vicario. Electus eſt in Miniſtrum Generalem frater Leonardus de Rubeis, ex Giſonibus, Campaniæ ſelicis oppido oriundus, ſacræ Theologiæ Magiſter, Provinciæ Terræ laboris, ſive Neapolitanæ Miniſter. In his Comitiis quibuſdam de cauſis ſtatutum eſt, ut viſitatores Provinciæ Tuſciæ ſumi deberent ex Provincia Bononienſi, & Provinciæ Mediolanenſis ex Tuſcana. Decretum etiam fuit ut liceret provinciæ Tuſciæ mittere ſuos adoleſcentes ad ſtudia, ſive Academias Bononienſem, Patavinam, Januenſem, & Montis-peſſulani; ad Florentinam vero deſtinarent Provincia Romana, Calabriæ, Sclavoniæ, Romaniæ, & Franciæ. Recenſito deinde numero Fratrum, qui ab ultimis Comitiis uſque ad iſta obierunt, aſcendiſſe compertum eſt ad mille tercentum quadraginta quinque, pro quibus ſolemnes exequiæ celebratæ ſunt, & ſtatutum ut in omnibus Provinciis eiſdem parentarent. Miſit ad hæc Comitia Pontifex triadiplomata, in quibus manifeſte certe in univerſum Sodalitium ſuum explicat affectum, rogans & præcipiens, ut in Generalem Miniſtrum electores aſſumant eum, quem bono Ordinis regimini noverint expedire, eaſque habeat qualitates, quas ſanctus Franciſcus dicitur, inquit, deſcripſiſſe (alludit ad collationem illam de conditionibus Miniſtri Generalis, quam nos inter alia ejuſdem ſancti Viri Opuſcula edidimus.) Eum etiam petant protectorem, qui Ordinis profectui & patrocinio invigilet, inhibeantque electo Miniſtro, ne ullum ſibi ſubſtituat Vicarium Ordinis, qui ſibi ſubditus non ſit. Prohibitionem hanc inde occaſionem ſumpſiſſe credibile eſt, quod Miniſtri Generales alio in terras longinquas diſceſſuri, Vicariam poteſtatem committebant in aliquibus Provinciis ſive regnis vel Cardinalibus, vel Eccleſiarum Prælatis, forte ut majorem inirent apud eos gratiam, aut ampliori horum auctoritate turbæ aliquæ ſedarentur, aut firmius eorum regimen ſtabiliretur. Demum omnibus ad Capitulum accedentibus amplas conceſſit Pontifex Indulgentias.

Capitulum generale 59. Toloſæ. Frat. Leonardus a Giſonibus Miniſter Generalis. Statuta hujus capituli.

Scribit ad capitulares Pontifex.

Tom. 3. *collat.* 26. *Ibid. fol.* 50.

Di-

Dilectis filiis universis, & singulis Definitoribus, Ministris, Provincialibus, Custodibus & ceteris aliis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum, in Capitulo generali dicti Ordinis Tolosæ de proximo celebrando convenientibus, salutem.

Ex secret. ann. 3. fol. 50.

Hortatur ut idoneum eligant Ministrum Generalem.

XX. *Ordinem vestrum, grandibus meritis, dono scientiæ, & spirituali fructu in Dei Ecclesia radiantem, gerentes in sinceræ caritatis visceribus, desideramus ardenter illum sic sancte, sicque provide secundum Deum & sanctam intentionem beati Francisci Patris vestri continuæ gubernari, quod semper de virtute in virtutem proficiat, numero augeatur, & meritis, fulgorque virtutum & doctrinæ ipsius jugiter illuminet Ecclesiam prælibatam. Ad gubernationem itaque hujusmodi post cœlestis Gubernatoris providentiam, quæ piis desideriis est semper optanda, & devotis precibus imploranda, Generalis Ministri præfati Ordinis, tamquam ipsius capitis, & directoris præcipui, probitatem & idoneitatem necessarias existimamus, ut ex ejus directione primaria ceteris ad ipsius Ordinis regimen deputatis, imitationis exemplum, & norma utilis regiminis tribuantur. Ideoque cum Generalis Ministeriatus officium vacare noscatur ad præsens, & electio futuri Ministri Generalis per vos immineat faciendа, devotionem & discretionem vestram monemus, & hortamur in Domino, vobis nihilominus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione maledictionis æternæ, per Apostolica scripta mandantes, quatenus considerantes mature, quod a certis citra temporibus multæ dissentiones & scandala, quod dolenter referimus, in ipso Ordine sunt exorta, ad quæ tollenda radicitus vir magnæ caritatis, & prudentiæ, justitiæ, ac animi virtuosi in dicto officio plus solito noscitur opportunus, timoremque Dei & zelum ad bonum statum ejusdem Ordinis, vestrarum conscientiarum oculis præferentes, quibuslibet affectione carnali, precibus, promissis, minis, timore, & passione semotis, & consideratis conditionibus, quibus idem Pater vester Generalem Ministrum dicti Ordinis dicitur descripsisse, illum pure & simpliciter eligatis, quem credatis esse debere pro pace, quiete, observantia regulari, ac bono statu, & reformatione dicti Ordinis, propagationeque Catholicæ fidei meliorem. Et ut omnes, & singuli in hujusmodi electione votem habentes, eo purius & rectius dirigant, & habeant suos effectus & voces, quo in eis fuerint liberiores, & etiam tutiores, vobis omnibus sub dicta interminatione, & excommunicationis pœna præcipiendo mandamus, quatenus omnia condicta, colligationes, conventiones, pacta, promissiones, & obligationes per vos invicem super hujusmodi electione facienda, vel etiam impugnanda, forsitan facta, statim post lectionem præsentium, invicem remittatis, & vos mutuo absolvatis, & nos etiam ad cautelam, ea omnia, etiamsi sint juramento, virtute obedientiæ, vel alia quacumque firmitate vallata, tamquam attentata contra bonum dicti Ordinis, auctoritate Apostolica, præsentium tenore, dissolvimus, revocamus, & nullius penitus esse decernimus firmitatis, & omnes in præmissis quomodolibet obligatos absolvimus ab eisdem. Et nihilominus omnes & singulos, qui hujusmodi nostri mandati fuerint contemptores, excommunicationis sententia innodamus, a qua per alium, quam per Romanum Pontificem, nisi constituti in mortis articulo, non possint absolutionis beneficium obtinere. Per hoc autem pura, & sincera, ac caritativa, collationes, & condicta super iis facta, & facienda sine fermento malitiæ non intendimus prohibere. Ceterum super quibusdam tangentibus bonum statum & honestatem jam dicti Ordinis, mittimus*

Anno Christi	Gregorii XI	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 166.
1373.	anno 3.	anno 26.	

timus quædam Capitula præſentibus interclusa, quæ diligenter audire & ſuper eis, & aliis quæ obſervantiam regularem, ac pacem, quietem, & unitatem Ordinis præfati reſpiciunt, unanimiter & concorditer providere ſalubriter ſtudeatis, pro nobis, & tota Dei Eccleſia Altiſſimum exorantes. Datum Avenione XII. *Kalendas Junii, anno* III.

Dilectis filiis Diffinitoribus Capituli generalis Ordinis Fratrum Minorum, Toloſæ de proximo celebrando.

XXI. *CUpientes Ordinis veſtri, quem carum habemus, & ſincera caritate proſequimur, procurare commoda, & diſpendia evitare, ex certis rationabilibus cauſis ad hoc pro bono pacis dicti Ordinis animum noſtrum moventibus, vobis per Apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus cum in Capitulo generali prædicti Ordinis de proximo celebrando Toloſæ, Miniſter Generalis, cujus miniſteriatus vacat officium, debeat eligi, ſtatim cum fuerit electus, ſibi ex parte noſtra inhibere curetis, & nos etiam tenore præſentium inhibemus, ne conſtituat aliquem Vicarium ſuum, qui ſibi ſubditus non exiſtat. Et inſuper ipſum Miniſtrum, & alios de Capitulo generali dicti Ordinis, ad quos ſpectat nominare præfati Ordinis Protectorem, & pro ipſo eidem Ordini dando, noſtro Apoſtolatui ſupplicare, ex parte noſtra exhortari curetis: eis nihilominus in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna, quam in contrarium facientes ferimus, diſtricte mandando, quod remotis quibuslibet precibus, timore, amore, & affectione, illum in Protectorem pure & ſimpliciter nominent, quem putaverint pro bono ſtatu jam dicti Ordinis meliorem. Alioquin illo remoto, nos alium poneremus, eiſque notum facimus, quod nos ſuper poteſtate Protectoris ejuſdem certas inhibitiones & ordinationes, pro bono & quiete jam dicti Ordinis duximus faciendas. Datum Avenione* XII. *Kalend. Julii, anno* III.

Ibid. fol. 51.

Prohibet ne inſtituatur Vicarius Generalis extra Ordinem.

Jubet ut petant idoneum Protectorem.

Dilectis filiis univerſis, & ſingulis Fratribus Ordinis Minorum in Capitulo generali ejuſdem Ordinis, Toloſæ de proximo celebrando, convenientibus ſalutem.

XXII. *VEſtrarum animarum ſaluti providere paterna diligentia cupientes, at pro laboribus veſtris veniendi ad veſtrum Capitulum generale, veſtrorum itinerum præter aliam divinam retributionem vobis exinde debitam, etiam aliquali noſtra gratia gaudeatis, Nos de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis in memorato veſtro Capitulo præſentibus, & abſentibus Fratribus Ordinis veſtri, qui ad prædictum Capitulum venientes, impedimento legitimo præpediti nequibunt præſentialiter intereſſe, vere pœnitentibus & confeſſis, ſeptem annos, & ſeptem quadragenas de injunctis vobis, & illis pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Datum Avenione* XII. *Kalendas Junii, anno* III.

Ibid.

Indulgentias largitur iis qui interſunt Capitulo.

XXIII. Abſolutis Comitiis, abiit Miniſter Generalis Avenionem, & communibus Patrum ſuffragiis petiit a Pontifice in Protectorem Guillelmum Judicis Lemovicenſem, tituli ſancti Clementis Cardinalem, Clementis VI. ex ſorore Nepotem, virum doctum & prudentem, ab Innocentio VI. Legatum in Hiſpaniam deſtinatum. Sed paululum ſupervixit, obiit enim anno ſequenti IV. Kalend. Maii Avenione. Quis ei in hoc Protectoris mu-

Guillelmus Cardinal. Protector.

nere ſucceſſerit, non invenio: ante annum MCCCXC. alterius Protectoris mentionem non comperio. Præmiſerat autem amplam declarationem Gregorius circa auctoritatem Protectoris, quam eo uſque qui præceſſerant Cardinales aliquot, extenderunt & ampliarunt, ut nihil non facerent in religione, eaque circa res familiares, ſua dignitate impares, & amplitudine inferiores præciperent, quæ turbas maximas, & in Miniſtrorum ordinario regimine frequentem generabant confuſionem. Conſtitutionem hanc Gregorii approbavit Sixtus IV. expreſſitque caſus, in quibus Fratres ad Protectorem deberent recurrere; deinde utriuſque litteras confirmavit Julius II. quorum diplomata ſuis dabimus temporibus, præmiſſo hic Gregoriano, quod aliqui ex tranſpoſitis numerorum notis perperam tribuunt Gregorio IX. uti videre eſt apud Emanuelem Rodericum, & Cordubam in notis ad compendium privilegiorum. Agunt plerique diffuſe de hac Protectoris auctoritate, quos nos citavimus in notis ad regulam ſecundam a ſancto Franciſco conſcriptam. Nihil tamen nunc in hac re firmum aut ſtabile, dum Reverendiſſimi D. D. Cardinales, juxtæ applaudentem ſibi Pontificis gratiam, aut arridentem auram, hanc reſtringunt, vel dilatant poteſtatem.

Declarat Pontifex Protectoris auctoritatem.

Ad perpetuam rei memoriam.

XXIV. *Cunctos Chriſti fideles, ſuper quibus curam, ex debito officii ſummi Pontificatus gerere obligamur, per præſidentiæ eiſdem ſic caritative, ſicque provide, ac juſte cupimus gubernari, quod illi in viam mandatorum Domini dirigantur, & ii ex merito præſidialis ſollicitudinis uberius ſuperna remunerationis præmium nanciſcantur. Sed hæc nimirum in illis deſideramus ardentius, & affectuoſiori ſtudio procuramus, quorum alii a mundanis abſtracti, & gravibus pœnitentiis diditi, cœleſtibus inhiant, & ad illas per contemplationis pennas ſuavius & altius elevantur ut aquilæ, & cum Maria parte optima perfruuntur. Alii vero ſanctam ſollicitudinem Marthæ ſectantes, celebrationi divinorum vacant ſolertius. Alii diſcunt & docent Dei ſcientiam, & alii plebem inſtituunt in eadem, aliique ferventioris ſpiritus ardore ſuccenſi, non timentes, ſed amantes barbaras nationes, ad illarum converſionem pergunt intrepidi, ut valeant ad dominicam aream multos afferre manipulos, & de talentis eis creditis Domino bonam reddere rationem. Hi profecto ſunt Fratres Ordinis Minorum in Dei Eccleſia multiplicibus ſplendoribus radiantes; quorum ſonus prædicationis, & ſanctitatis opera præ ceteris religionum profeſſoribus, uſque ad extremum terræ noſcitur exiviſſe. Hi ſunt, quos Deus numero multiplicavit, & meritis quibuſque, ſicut & aliis bene currentibus in ſtadio militantis Eccleſiæ, æternum bravium, quod certaturi apprehendere ſatagunt, elargitur: & propterea nos de ipſis digne curam vigilem gerimus, ut eos in his ſanctis operibus nil impediat, nil perturbet, ſed ipſi opportunæ quietis dulcedine potiantur. Sane cum in beati Franciſci regula, cujus iidem Fratres Profeſſores exiſtunt, hæc verba contineantur expreſſe, videlicet:* Ad hæc per obedientiam injungo Miniſtris, ut petant a Domino Papa unum de ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, qui ſit Gubernator, Protector, & Corrector iſtius Fraternitatis, ut ſemper ſubditi & ſubjecti pedibus ejuſdem S. R. E. ſtabiles in fide Catholica, paupertatem, & humilitatem, ac ſanctum Evangelium Domini noſtri Jeſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſervemus, *iidem Fratres exiſtentes pro tempore, hujuſmodi protectorem dictæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem ſucceſſivis temporibus petierunt a Sede Apoſtolica, & etiam habuerunt, ſed aliqui eorum-*

Ex ſecreto anni, fol. 31.

Regul. Min. cap. ultim.

Anno Christi	Gregorii XI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 166.
1373.	anno 3.	anno 26.	

rumdem Protectorum putantes forte bene, & licite agere, a certis citra temporibus ſuam poteſtatem nimium extendiſſe dicuntur in pluribus, ex quibus in ipſo Ordine gravamina, turbationes, & onera ſunt exorta. Nos igitur, ut idem Ordo in ſua primæva quiete remaneat, de virtute in virtutem eat aſſidue, quibuslibet amotis præpeditis, eradicatiſque ſpinis & tribulis, fructum non ſolum conſuetum, ſed etiam uberiorem afferat, ad radicalem ſubmotionem turbationum, & ſcandalorum hujuſmodi jam exortorum, & ne exoriantur impoſterum, providere, at ejuſdem Ordinis Protectoribus, qui erunt pro tempore, tum nullus ſit ad præſens Ordinis præfati Protector, tranſgreſſionis ſuæ poteſtatis occaſionem tollere efficaci remedio cupientes, auctoritate Apoſtolica, eiſdem Protectoribus diſtrictius inhibemus, ne præſumant, quæcumque ordinata, ſtatuta, ſeu diſpoſita, aut ordinanda, ſtatuenda, & diſponenda per Generalia, vel Provincialia Capitula infringere, reprobare, corrigere, ſuſpendere, diſpenſare, ſeu contra ea, vel eorum aliquod quomodolibet immutare, niſi contra præmiſſos articulos in præfata regula, ut præfertur, poſitos, vel aliquem ipſorum exiſterent manifeſte. Aut quemcumque Prælatum ſeu Officialem dicti Ordinis, ſeu alicujus loci ejuſdem quocumque nomine nuncupetur, ponere, ſeu inſtituere, aut deponere, deſtituere, ſeu privare, aut a ſuo officio ſuſpendere, vel impedire ſuper ejus libero exercitio quovis modo, aut aliquem Fratrem Ordinis antedicti, ad lectoratum, aut quamtumque lecturam, ſeu ſtudium vel gradum promovere, aut promotos ab eis removere, ſeu etiam revocare, aut de loco ad locum mittere, vel mutare, ſive alicui eorumdem Fratrum eundi ad quodcumque Monaſterium, vel locum alium, aut dictam vel aliam perſonam licentiam impertiri. Et ne inſuper quemvis ſingularem Fratrem Ordinis memorati, de quocumque crimine, vel delicto punire, vel a pœna, ſeu pœnitentia liberare, aut eam imminuere, augere, vel immutare, aut etiam alicui Fratri locum, tameram, cellam, libros, vel alias res dicti Ordinis concedere, vel ejus uſui deputare, aut quæcumque per Prælatos ejuſdem Ordinis, aut alias deputata, quomodolibet amovere, ne etiam de rebus aut de correctione Fratrum dicti Ordinis, niſi in præmiſſis caſibus contentis in præfata regula, ſeu eorum aliquo, ſe aliquatenus intromittere quovis modo, itaquod dictus Ordo, ſeu Fratres ejuſdem in nullo ſubſint futuris Protectoribus, niſi dumtaxat in caſu, in quo ipſorum Fratrum communitas, vel generale Capitulum, quod abſit, a præfatis articulis, vel eorum aliquo deviarent. Alioquin ſi ſecus fecerint, id decernimus irritum, & inane. Et nihilominus Fratres, qui contra hujuſmodi noſtram inhibitionem quidquam impetrabunt, ſeu poſt inhibitionem hujuſmodi utentur etiam per alios impetratis, puniantur illis pœnis, quibus eſſent pro gravibus culpis ſecundum ſtatuta dicti Ordinis puniendi, & ſint nihilominus actibus privati legitimis, & a ſuis, ſi quæ habeant, ſuſpenſi officiis ipſo facto. Ceterum nos eoſdem futuros Protectores hortamur attentius, quod per facti efficaciam ſic commiſſi ſibi officii procurent effectum, quod Ordo ipſe per eos non lædatur in aliquo, ſed potius ab adverſis, ſi quando forſitan imminebunt, ſuo opportuno defenſionis clypeo protegatur, & a noxiis præſervetur, ſic acturi provide, & æquitatis, at modeſtiæ limites ſervaturi, ut non trahatur ad noxiam quod proviſum extitit ad ſalutem, ſed ex caritativis geſtis eorum Ordo præfatus quietem & conſolationem percipiat, & ipſi Protectores magnum apud Deum præmium ſortiantur, & ſuper contrario non oporteat dictæ Sedis providentiam aliud remedium adhibere. Nulli ergo &c. Datum apud Pontem Sergiæ Avenion. diœceſis, VI. Kalend. Junii, anno III.

Nullus hoc tempore Protector.

XXV. Deturpata valde erat facies Religionis in regno Caſtellæ, propter bellorum tumultus inter Petrum olim Regem, & Proceres Regni, deinde inter eumdem, & Henricum fratrem, expulſis ex multis Cœnobiis Fratribus, & per incertas ſedes divagantibus. Hinc atque ex liberrima vita Petri, multorumque Optimatum & Præſulum, qui in ſuas partes vocabant Superiores Religionum, introductæ ſunt in Regularium ſodalitia irregulares conſuetudines & deformitates. Judicavit ergo Pontifex ſui muneris eſſe his malis obvenire: quare miſſo ex Gallia fratre Arnaldo Serrano ſacræ Theologiæ Magiſtro, & Provinciæ Aquitaniæ Miniſtro, adjectiſque ſociis ex Hiſpanis fratre Didaco de Placentia, alias de Palentia, Toletani Cœnobii, & Joanne Gonſalvi de Opta Conchenſis lectoribus, & mox tertio Joanne de Ubtea, alias de Ubeta, quos ab omni Superiorum Regularium, præterquam prædicti Arnaldi obedientia, exemit, datiſque litteris ad Henricum Regem, & Reginam conſortem, Ordinis nitorem, in iis partibus reſtituere aggreſſus eſt. Damus hìc commiſſionis inſtrumenta, alia daturi de hac ipſa re, anno ſequenti.

Mittuntur reformatores in Hiſpaniam.

Cariſſimo in Chriſto filio, Henrico Regi Caſtellæ Illuſtri.

Ex lib. ſecr. fol. 76.

XXVI. *CUm nos cupientes, quod Fratrum Minorum, & ſanctæ Claræ Ordines, qui in Regno tuo Caſtellæ dicuntur in pluribus deformati, ad ſtatum reformationis debitæ reducantur, & propterea præfati Minorum, dilecto filio Arnaldo de Serrano Miniſtro Provinciæ Aquitaniæ, in ſacra pagina Magiſtro, & ſanctæ Claræ Ordinum prædictorum, dicto Arnaldo, ac dilectis filiis Didaco de Placentia, & Joanni Gonſalvi de Opta Toletan. & Conchen. locorum Ordinis Fratrum Minorum Lectoribus, viſitationem & reformationem duxerimus, auctoritate Apoſtolica, committendas, ac deceat & expediat, quod ipſi Viſitatores propter correctiones, quas facient, ſecuritate plenaria perfruantur, Serenitatem tuam, quæ lætari debet, quod in ipſo Regno ad laudem Dei, & ejuſdem Regni cuſtodiam & proſperitatem, decor Religionum ſervetur, & quidquid illum obnubilat, extirpetur, rogamus attente, quatenus ob reverentiam Dei, & Apoſtolicæ Sedis & noſtram, eiſdem Viſitatoribus favorem & ſecuritatem regios, ſi illos petierint, digneris efficaciter impertiri. Datum apud Villam-novam Avenionen. diœceſis* IV. *Kalendas Septembris anno* III.

In eumdem modum cariſſimæ in Chriſto filiæ Reginæ Caſtellæ Illuſtri.

GREGORIUS EPISCOPUS.

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad futuram rei memoriam.

Ibid. fol. 73.

XXVII. *EX certis rationabilibus cauſis noſtrum inducentibus animum, dilectos filios Didacum de Placentia, & Joannem de Opta Toletan. & Conchen., locorum Lectores, ac Joannem de Ubtea Ordinis Fratrum Minorum profeſſores ab omni obedientia, ſuperioritate, & juriſdictione quorumcumque ſuorum Superiorum dicti Ordinis, auctoritate Apoſtolica, præſentium tenore, eximimus, ac ſub noſtra & Apoſtolicæ Sedis protectione recipimus gratioſe, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna eiſdem Superioribus diſtrictius inhibentes, ne contra eoſdem exemptos, viſi-*

viſitando, corrigendo, mandando, vel alias quomodolibet procedant, nec eos impediant in officiis, & ſtatibus eorumdem: alioquin quidquid contra noſtram inhibitionem hujuſmodi fuerit attentatum, decernimus irritum & inane. Et ne ipſi exempti præter nos videantur Superiore carere, eos curæ, & correctioni, ac ſuperioritati dilecti filii Arnaldi de Serrano Miniſtri Aquitaniæ, ejuſdem Ordinis in ſacra pagina Magiſtri, uſque ad noſtrum beneplacitum ſubmittimus per præſentes. Nulli ergo &c. Datum apud Villam-novam Avenionen. diœceſis, Idibus Septembris anno III.

XXVIII. Anno præterito diximus, fratrem Ubertinum de Coriolano, Friderici Trinacriæ Regis Legatum, ſive Oratorem ad Pontificem, propter res bene geſtas, aſſumptum fuiſſe ad Epiſcopatum Coricorenſem; cum vero conſecrationis munus apud Sedem Apoſtolicam recepiſſet, & ad perficienda negotia injuncta celeriter regredi oporteret, ante præſtitum fidelitatis juramentum, commiſit Pontifex Joanni Epiſcopo Sarlaten. Apoſtolicæ Sedis Nuncio, & Epiſcopo Catanien. ut illud ab eo reciperent; poſtea promotus eſt ad Epiſcopatum Pactenſem. Epiſcopum inſtituit Monopolitanum fratrem Joannem, qui obiit anno MCCCLXXX. „ Fuit a ſacris confeſſioni- „ bus Reginæ Joannæ I. adhæſitque Clementis VII. factioni. „ Deinde Pontifex Sacellanum ſuum creavit Didacum Palentinum, unum ex ſupradictis reformatoribus regni Caſtellæ, quo honore cum alios plurimos tum ipſe, tum prædeceſſores ex regularibus Inſtitutis affeciſſent, idque in Religionum detrimentum cederet propter privilegia, & exemptiones ab obedientia Superiorum, quæ prædicti Sacellani prætendebant, declaravit Gregorius, omnes in univerſum ſubjacere, & ſubeſſe debere ſuorum Prælatorum correctioni, dato hoc diplomate.

Fr. Ubertin. Epiſc. Coricoren.

Fr. Joann. Monopolitan.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Fr. Ubertinus Confeſſarius Reginæ Joannæ.

Sacellanos Pontificios ſubjicit correctioni ſuperiorum.

GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

XXIX. *AD Romani Pontificis providentiam circumſpectam ſic Sedis Apoſtolicæ privilegia & indulta moderari pertinere dignoſcitur, quod ex eis materia malignandi nulli detur; ac perſonæ, quæ ſub Religionis habitu vacare debent, a ſtudio piæ vitæ, a bono obedientiæ, & a perſeverantia divini ſervitii nullatenus retrahantur. Sane nuper ad noſtrum relatio fide digna perduxit auditum, quod nonnulli Religioſi etiam Mendicantes, qui in Capellanos Sedis Apoſtolicæ ſe recipi procurant, propterea bonum obedientiæ & correctionem recuſantes, per mundum, & ut plurimum ſine Superiorum ſuorum licentia, ſæpius evagando diſcurrunt; & quandoque ad Romanam Curiam accedunt, aſſerentes ſine hujuſmodi Superiorum ſuorum licentia ſe hoc facere poſſe: Nos igitur in præmiſſis, prout ex debito tenemur paſtoralis officii, ſalubriter providere cupientes, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, ſtatuimus, volumus, & etiam ordinamus, quod omnes & ſinguli Religioſi quorumcumque Ordinum, etiam Mendicantium, dictæ Sedis Cappellani, qui ſunt, & in antea erunt, perinde eorum Superioribus, & correctioni ipſorum in omnibus, & per omnia ſint ſubjecti, ac ſi prædicti Cappellani non eſſent: non obſtantibus exemptionibus, & aliis quibuſcumque privilegiis, indulgentiis, & gratiis, & litteris Apoſtolicis Cappellanis dictæ Sedis, vel alias communiter vel diviſim ſub quacumque forma, vel expreſſione verborum*

Ex ſpecul. Min. tract. 1. fol. 18.

rum a dicta Sede conceſſis, vel impoſterum concedendis, etiamſi de illis plena & expreſſa mentio, ac de verbo ad verbum in præſentibus fit habenda, quæ quo ad hæc alicui in nullo volumus ſuffragari. Nulli ergo &c. noſtræ conſtitutionis, voluntatis, & ordinationis infringere &c. Datum Avenione v. *Idus Novembris Pontificatus noſtri anno* III.

Conv. Lübregamus.

Gonz. in Provin. Hungar. S. Mariæ n. 24. & 25.

Conv. Nechſenius.

XXX. Hoc anno conſtructus eſt Conventus Lumbreganus in Hungaria, per Joannem Gaz, Minoritico Inſtituto valde addictum. Ejuſdem temporis cenſetur Conventus Nechſenius in eodem Regno a fidelibus erectus, & poſt aliquot annos a venerabili Patre fratre Gregorio Dobſanio reformatus. Verum eſt, conceſſam hoc anno licentiam Minoritis ſex loca recipiendi, vel conſtruendi circa metas Hungariæ in partibus Boſnæ, & Walachiæ. An inter iſta ſex hæc duo computanda veniant, ignoramus: *Inter ceteros Ordines*. Kalendis Junii. Simili etiam diplomate, ac pari cauſa hæreticos convertendi, & fideles inſtruendi, facultatem impetrarunt quatuor domicilia in Corſica recipiendi. Hoc eodem anno, vel circiter, ait Gonzaga, Fratres humile ſibi ædificaſſe domicilium in Hiſpania in deſerto loco, cui ſanctus Michael de Monte nomen eſt M. D. P. ab Alcozerio Conchenſis diœceſis Oppido, ubi religioſiſſime vixerunt uſque ad annum MDLXIX. quo tum propter Oppidanorum, tum propter ſuam commoditatem, ſedem mutarunt, erecto ex communibus facultatibus, aliorumque eleemoſynis prope oppidi vallum Cœnobio meliori, ſub invocatione ſanctorum Angelorum. Ego tamen alias dicam quid ſentiam circa prioris domicilii originem, cujus antiquitati adſtipulatur Henrici II. Regis diploma in hujus Monaſterii cartophylacio aſſervatum, quo Fratribus ex vicino regio nemore ligna excidendi concedit faculiatem.

Gonz. in Provin. Carthag. Con. 4.

Conv. S. Michaelis de Monte.

Ann. 1384.

Conv. Beatien.

Idem in Provin. Granaten. Con. 3.

XXXI. Ante hoc tempus erat in ſuburbiis civitatis Beatien. vulgo *Baeza*, olim Epiſcopalis, nunc diœceſis Giennen. in Hiſpania, Minorum Cœnobium, ſub titulo ſancti Leonis; ſed dum vigentibus in illa regione belli Sarracenici turbinibus, inde periculum civitati imminerct, ad ima fundamenta totum ædificium cives dejecerunt. Rebus vero compoſitis, obtinuerunt hoc anno Fratres facultatem ædificandi intra Urbis mœnia aliud Cœnobium: *Sacræ veſtræ Religionis*. IV. Idus Julii. Obiit hic vir religioſiſſimus non

Fr. Michael Aquilarius.

ſine ſanctitatis opinione, frater Michael Aquilarius laicus, qui a teneris unguiculis Deo fideliter inſervivit. Ejus corpus poſt ſeptennium effoſſum, integrum & illæſum inventum eſt, quod majorem excitavit erga eumdem populi venerationem.

Conv. Giennen.

Gonz. in Provin. Granat. Con. 6.

XXXII. Similiter accidit Conventui Giennenſi, etiam in ſuburbiis extructo, & per Sarracenos urbem occupantibus deſtructo. Recuperata vero a Chriſtianis civitate, impetrarunt Fratres facultatem illum reædificandi intra muros, accepto diplomate ejuſdem tenoris & temporis cum antecedente. Hujus loci originem longe poſteriorem facit Gonzaga, conſtructum aſſerens circa annum MCCCCXX. ex publicis Giennenſium facultatibus; fortaſſis tunc completum ædificium. Anno MDXXVII. die II. Maii prandentibus Fratribus corruit repentina ruina refectorium, divina tamen providentia nullum ex triginta Fratribus menſæ aſſidentibus oppreſſit neque læſit. Huic loco benefecit, & frequentibus eleemoſynis ſuccurrit reverendiſſimus Dominus Balthaſſar de Sandoval Cardinalis ſanctæ Crucis in Hieruſalem, Excellentiſſimorum Comitum Altamiræ filius, Epiſcopus Giennen. vir pius, & profuſæ liberalitatis erga pauperes, cujus beneficentiam & munificentiam paſſim hoc noſtrum experitur Collegium, & ego multiplicem in me

Balthaſſar Card. Sandovalius.

hu-

Anno Christi	Gregorii XI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 166.
1373.	anno 3.	anno 26.	

humanitatem. Aſſervantur hoc in loco aliqua poſteriorum Pontificum diplomata, quæ ſuis dabimus temporibus, & alia quorumdam Hiſpaniæ Regum, quibus Procuratores, vel Syndicos Fratrum ab omni tributo, & contributione volunt immunes.

XXXIII. Conceſſa eſt hoc anno Fratribus Provinciæ Maguntinæ, ſeu potius illius Provinciæ, in qua Maguntina domus conſiſtebat (nulla enim Ordinis Provincia ita cognominabatur) recipiendi in loco Brettenbrumien. prope Caſtrum de Monte-ſancto Conſtantien. diœceſis, domum conſtruendam a nobilibus viris Alberto Comite de Werdenberg, & Hugone, Alberto, ac Henrico, prædicti Alberti natis, ipſius caſtri ac loci Dominis: *Sacræ veſtræ Religionis*. III. Nonas Maii. An vero hi Domini locum hunc conſtruxerint, neſcio; non invenio enim hujus loci mentionem inter monumenta Germanica ad me miſſa, neque apud eos, qui de Cœnobiis Ordinis ſcripſerunt. Diximus alias, conceſſam facultatem Fratribus provinciæ Hiberniæ recipiendi Cœnobium in inſula Manniæ, in villa ſeu parochia ſanctæ Columbæ, conſtruendum a Guillelmo de Monte-acuto. Hoc autem anno ſcribit Pontifex, ut Eccleſiam jam conſtructam per ſe, vel per alium conſecret Epiſcopus Laudanenſis, quia Epiſcopus Sodorenſis, quem illius loci diximus Ordinarium, longe inde diſtabat: *Juſtis petentium deſideriis*. IV. Nonas Julii. Quis vero fuerit hic Epiſcopus Laudanenſis vicinior, difficile eſt ſcire; in antiquis enim Epiſcopatuum deſcriptionibus hujuſmodi diœceſim non invenio. Quid ſi fortaſſe corruptum ſit nomen, & ſcribendum ſit Laudunenſis, qui Epiſcopatus eſt in Gallia ſub Archiepiſcopo Remenſi? An forte hic miſſus Nuntius, vel Legatus Apoſtolicus ad prædictas Inſulas; quod indicare videtur illa poteſtas *per ſe, vel per alium Antiſtitem* Eccleſiam conſecrandi. An demum tunc peculiaris aliquis Epiſcopus in tractu Laudanen. alias Lothien. in Scotia, quem Camdenus in ſua Britannia accurate deſcribit, ab illa Provincia ita cognominatus? Lectori curioſius hæc diſcutienda relinquo.

Conv. Brettenbrumien.

Ann. 1367. n. 15.

Conv. S. Columbæ.

XXXIV. Alias diximus, Biterris in Gallia Narbonenſi extra urbem conſtructum Clariſſis Monaſterium, ſed propter ingruentia bella Anglorum ſub annum MCCCLXIV. in urbem translatum. Mutatam hoc tempore & inchoatam fabricam probat hujus anni diploma Pontificium, quo Epiſcopo Biterrenſi injungitur, ut in fabricæ ſubſidium ex incertis legatis certam eis tradat ſummam pecuniæ: *Iis quæ perſonarum*. XV. Kalendas Martii. Ante triennium & ultra, deſtructo propter bellorum diſcrimina Monaſterio ſanctæ Claræ Villæ de Reynoſo, Palentinæ diœceſis, & ipſa villa ad deſolationem redacta, Moniales fugerunt ad urbem Palentiæ, ubi in alienis ædibus totis tribus annis commorantes, obtinuerunt facultatem aliud ſibi Monaſterium conſtruendi: *Sacræ Religionis zelus*. Idibus Julii. Fundaſſe vero ædem Palentiæ ſub anno MCCCLXXVII. nobilem virum Alphonſum Henriquex Caſtellæ Admiratum, ſcribit Gonzaga, quod uti probabile ſit, ita illud improbabile quod adjungit; nimirum eumdem heroem ante quatuor annos, nimirum hoc ipſo MCCCLXXIII. illud primum ædificaſſe in villa de Reynoſo, cum aperte conſtet ex litteris Pontificis, ante annum MCCCLXX. Reynoſinum Monaſterium fuiſſe deſtructum. Dabimus ſub annum MCCCCXL. litteras Eugenii IV. quæ multam huic translationi lucem dabunt. Inſigne nunc eſt, & numeroſum Virginum collegium, & piarum Monialium ſeminarium. Inter has ſupereſt memoria Candidæ, ſive Blanchæ Henriquez, ſororis prædicti fundatoris, & Ferdinandi Catholici Caſtellæ Regis conſanguineæ, quæ viliora domus obſequia adeo in ſe ſuſcepit, ut conſocias omnes humilitate

Tom. 5. ann. 1280 n. 15. Monaſt. Biterren.

Monaſt. de Reynoſo.

Gonz. in Provin. Concep. Mon. 5.

Piæ hujus Monaſter. Moniales.

tate ſuperaverit; Catarinæ Tortoles, quæ in oratione noctes ducebat inſomnes; Ludovicæ Villalobos, quæ quidquid in aliis conſpiciebat virtutis, in ſe ſtudebat colligere; Catarinæ de Bertavillo, quæ anno MDLXXXV. Mariæ Diez, & Mariæ de Rua, quæ circa ann: MDXC. & Mariæ de Reynoſo, quæ ann. MDXCVII. relicta magna ſuæ pietatis & virtutis opinione, feliciter obdormierunt. Hujus Monaſterii obſequiis, Sacramentis miniſtrandis, & Sororibus erudiendis quinque adſunt Minoritæ. Cuſtodiuntur in choro debita cum veneratione Sanctorum egregiæ reliquiæ, Belgio miſſæ a venerabili Patre fratre Andrea a Soto, Provinciæ Conceptionis graviſſimo & piiſſimo alumno, Sereniſſimæ Belgarum Principis Iſabellæ Claræ Eugeniæ Confeſſario, meo, dum viveret, amico ſpectatiſſimo. Habetur, ibidem in concavo altari, per modum tumuli elaborato, ſimulacrum Chriſti Salvatoris defuncti, adeo ad artem dolatum, ut ipſam carnem, & membra propria Chriſti in conſpectum objicere videatur. In urbis tribulationibus & neceſſitatibus ultimum hoc ſuppetit malorum refugium, effigiem hanc in publicis educere ſupplicationibus.

Monum. MSS. ejuſdem Provin.

Tom. 5. an. 1290. n. 35. Monaſt. Ubetenſe. Hoc anno, n. 30. & 31.

XXXV. Diximus alias, Monaſterium Clariſſarum Ubetenſe in Regno Granatæ ante annum MCCXC. fuiſſe conſtructum, nunc ſub hoc tempore deſtructum comperimus a Sarracenis, ſimul cum aliis religioſis domibus, quas ſupra tetulimus, extra muros urbium & caſtrorum, hoſtium incurſionibus expoſitas. Obtinuerunt itaque Moniales hoc anno a Pontifice facultatem ſe transferendi intra mœnia villæ, præſertim cum Ubetenſes permittere nollent, ut in priori loco prope, ſed extra villam, domum reædificarent: *Sacræ Religionis*. IV. Idus Julii.

Varia indulta.

XXXVI. Conferuntur hoc anno indulgentiæ viſitantibus facellum ſanctæ Crucis ſitum in Eccleſia Minorum oppidi Pinarolii Taurinen. diœceſis, ad quod devote magna confluebat populi multitudo; necnon inviſentibus ſtatutis diebus Eccleſiam ſanctæ Catarinæ Interamnen. Ordinis ſanctæ Claræ. Monaſterio ſancti Viti Piſan. domus aliquot donantur. Clariſſæ Bononienſes abſolvuntur a contributione cujuſdam ſubſidii intuitu paupertatis. Areſtanenſibus ſcribitur, ut velint vendere quaſdam poſſeſſiones. Xativenſibus ut diligenter agant de converſione ſervorum Sarracenorum, quorum plurimos habebant utriuſque ſexus, atque in hoc pietatis genere præirent aliis in exemplum. Tranſmittuntur quatuor Clariſſæ Monaſterii ſanctæ Mariæ Magdalenæ civitatis Veronen. ad reformationem & reſtaurationem Cœnobii ſanctæ Luciæ prope Veronam, Ordinis ſancti Benedicti. Harum rerum inſtrumenta videre licebit in Regeſto Pontificio.

Conv. Arſcot 3. ordinis.

XXXVII. Habuiſſe hoc anno Fratres tertii Ordinis domum in Arſcot in Germania inferiori, mihi conſtat ex diplomate Pontificis, quo ait ſe ad petitionem Reyneri de Aſchebroet Miniſtri domus Arſcoten. de tertio Ordine ſancti Franciſci, Leodien. diœceſis, tranſcribi curaſſe ex regiſtro Nicolai IV. regulam Fratrum Pœnitentum. Magno prædoni & Eccleſiæ rebelli in Ducatu Spoletano Vannillo Narduccio viam hanc pœnitentiæ ingreſſo, ſuſcepto habitu ſancti Franciſci tertii Ordinis, Pontifex ignovit hoc anno reatus omnes, ejuſque nomen, proceſſus contra eum habitos, & ſententias latas expungi juſſit ex libris Curiæ Ducatus Spoletani.

Vannillus Narduccius.

SUP-

Anno Christi	Gregorii XI	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 167.
1374.	anno 4.	anno 27.	

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. Præter ea, quæ de Valentino Morigienſi, & Antonio Raffagno
„ Waddingus ad annum ſequentem refert, plures Pontificis epiſto-
„ las commendatitias pro fratre Valentino ad diverſos expeditas, indicatas
„ habemus; ut Franciſco Ambroſii de Canoba, Francinolo Nicolæ, Lam- *Indicul. ex Vat.*
„ frechino de Pagonda, Novarienſibus, nec non Vicario Epiſcopi ejuſdem
„ urbis; ſicut etiam eidem fratri Antonio de Raffagnis præfato, pro eo-
„ dem Valentino, ut eſt videre apud Petrum de Alva, & Aſtorga.
„ II. Conceſſit etiam Pontifex Thomæ de Bozolaſco, & Bartholomæo
„ Characio ultra ea, quæ Annaliſta ad annum ſequentem recenſet, poſſe
„ creare Tabeliones, diſpenſare circa defectum natalium, commutare vota *Ex Vatic.*
„ cum triginta perſonis, pro ſingulis his datis litteris: *Cum te &c.* Ka-
„ lend. Auguſti: ac tamdem pro Viſitatoribus Ordinis in provincia Caſtel-
„ læ, bellorum occaſione a regulari diſciplina excidentis opportune provi-
„ dit: *Ex relatione veſtra &c.* IV. Kalend. Januarii.

ARGUMENTUM.

Mittuntur ad Græcos Viri docti Ordinis Prædicatorum & Minorum, acturi de unione utriuſque Eccleſiæ. Minoritæ in partibus Hungariæ & Tartariæ diligenter incumbunt Schiſmaticorum converſioni. Alii continent Novarienſes in fide Eccleſiæ. Frater Thomas Patriarcha Gradenſis ſuæ Eccleſiæ reformationi invigilat. Reſtauratur diſciplina regularis, & propagatur Religio.

I. Diximus ſuperius, Joannem Palæologum Græcorum Imperatorem *Ann. 1369. n. 1.*
in ipſa Urbe & Baſilica ſancti Petri publice abjuraſſe ſchiſma Orientalis Eccleſiæ, & promiſiſſe ſe adhæſurum fidei & doctrinæ Romanæ, & curaturum ut ſibi ſubditi ad eamdem reducerentur unionem. Sed dum cunctatur, & Græci in ſuo perſiſtunt errore, petunt tamen inſtanter auxilium & ſubſidium contra Turcas, Imperium undique invadentes, decrevit hoc anno Pontifex mittere Thomam de Bozolaſco Priorem Provincialem Ordinis Prædicatorum in Lombardia, & fratrem Bartholomæum Cherracii, aliis Characii, Ordinis Minorum ſacræ Theologiæ Magiſtrum, adjunctis ſociis duobus Præceptoribus Ordinis ſancti Joannis Hieroſolymitani, quos *Mittuntur nuncii ad Græcos acturi de unione.*
tamen poſtea revocavit, acturos de unione per Græcos ſtabilienda, & ſubſidio per Latinos conferendo. Per hos Sedis Apoſtolicæ Nuncios ſcripſit Simoni Archiepiſcopo Thebano, qui cum illis Conſtantinopolim iret, & negotiis commiſſis incumberet. Demetrio autem Chidonii, Philippo domicello, univerſis & ſingulis Eccleſiarum & Monaſteriorum Prælatis, ac perſonis Eccleſiaſticis nobilibus viris, ac populis Conſtantinop. ac univerſæ Græciæ, Joanni Cantacuzeno olim Imperatori, Ordinis ſancti Baſilii profeſſori, Poteſtati & Communi terræ Peyræ, Franciſco Cathalucii Domino inſulæ Metelini, Maximo Laſcari Abbati Monaſterii ſancti Diomedis Conſtantinopolitano, & aliis Orientalibus Orthodoxis, ut reliquos ad unitatem Eccleſiaſticam adducerent, commiſit: quod Turcarum impetus, magis a concordia fidei, quam ab armatis militibus & copiis, quas ſubmittere volebat, frangerentur. Ipſas miſſionis litteras exhibeo.

Cariſſimo in Chriſto filio Joanni Palæologo Imperatori Græcorum Illuſtri, ſalutem &c.

Ex lib. secret. fol. 47.

II. *Circa tuam, & populorum tuo Imperio ſubjectorum ſpiritualem & temporalem ſalutem, auctore Domino, proventuram, & ad obſiſtendum impietati ſæviſſimorum Turcarum, hoſtium ſacri nominis Chriſtiani, meditatione paterna ſæpius cogitantes, ſuper unione ipſorum populorum, cum ſancta Eccleſia Romana matre & Magiſtra cunctorum Chriſtifidelium, ſi forte ejuſdem unionis dies advenerit, dante Domino, facienda: & ſuper præſtando tuo culmini, & eiſdem populis potenti auxilio, contra dictos Turcas, per eandem Eccleſiam & Latinos, & quibuſdam aliis, quæ hujuſmodi ſalutem proſpiciunt, tibi plenius exponendis vivæ vocis oraculo, dilectos filios Thomam de Bozolaſco Provincialem Lombardiæ ſuperioris, & Bartholomæum Cherracii Prædicatorum & Minorum Ordinis profeſſores, in ſacra Theologia Magiſtros, nec non Bertrandum Frece, & Heſſonem Slegillez Neapolitanæ, & Friburg præceptoriarum Præceptores Hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitan. Apoſtolicæ Sedis Nuncios, harum latores, de noſtra intentione plene informatos, ad tuæ Celſitudinis præſentiam deſtinamus, quibus ſuper his quæ Imperiali ſerenitati ex parte noſtra narraverint, velis fidem plenariam exhibere. Datum Novis Aveunionen. diœceſis, VIII. Kalend. Auguſti, anno IV.*

Dilecto filio Thomæ de Bozolaſco Priori Provinciali Lombardiæ ſuperioris, & Bartholomæo Cherracii Ordin. Prædicatorum & Minorum ſacræ Theologiæ Magiſtris, Apoſtolicæ Sedis Nunciis &c.

Ibid. fol. 43.

III. *Ad propagationem Catholicæ fidei, ſuper cujus cuſtodia ſumus, licet inſufficientibus meritis, a Domino deputati, & quorumlibet gloriantium nomine Chriſtiano, ſed deviantium a gremio ſacroſanctæ Romanæ ac Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, matris & magiſtræ cunctorum Chriſtifidelium, cui, auctore ipſo Domino, præſidemus, reductionem ac obedientiam & reverentiam ipſius Eccleſiæ paſtorali ſollicitudine intendentes, viam & formam hujuſmodi devils tenemur oſtendere, per quas ſalubriter ad dictum gremium poſſint accedere, in eoque perpetuo permanere. Sane cum vos viros utique fideles & prudentes, habentes zelum Catholicæ fidei, & in lege Domini eruditos, pro certis arduis etiam dictæ fidei negotiis tractandis, &, auctore Domino, promovendis, ad civitatem Conſtantinopolitan. intendamus de proximo deſtinare: Nos attendentes, quod tam in ipſa civitate, quam in aliis partibus ultramarinis, per quas tranſire habebitis, nonnullæ ſunt perſonæ utriuſque ſexus, Eccleſiaſticæ, & regulares, ac ſeculares, quæ ab unitate ſanctæ, Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ ſunt præciſæ, ac ſperantes in Spiritu, qui ubi vult ſpirat, quod per ipſius gratiam & veſtram induſtriam, ac ſanctam prædicationem, nonnullæ ex perſonis eiſdem ad dictam venient unitatem ac obedientiam, & reverentiam debitam, & devotam dictæ Eccleſiæ, extra quam non eſt ſalus, vobis, & utrique veſtrum in ſolidum per vos, vel alium, ſeu alios, auctoritate noſtra, perſonas eaſdem cujuſcumque ſexus, ſtatus, ordinis, dignitatis, vel conditionis exiſtant, etiamſi Pontificali, Imperiali, regali, vel alia qualibet dignitate ſeu præeminentia fulgeant, ad dictam unitatem recipiendi, & corpori ipſius Eccleſiæ uniendi ſecundum ſubſcriptam formam in talibus per dictam Eccleſiam conſuetam ſervari: quæ ta-*

Anno Christi	Gregorii XI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 167.
1374.	anno 4.	anno 27.	

talis eſt. Ego talis &c. Profiteor & credo ſanctam Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum &c. Ut in profeſſione alias miſſa ſub Clemente IV. Pontifice, uſque ad finem. *Et inſuper cum eiſdem Perſonis Eccleſiaſticis, quæ dum erant in hujuſmodi ſchiſmate, etiam ſcienter, quoſcumque ordines, etiam ſacerdotalem, ab Epiſcopis ſchiſmaticis, ſeu hæreticis, etiam eis in contemptum fidei adhærendo receperunt, auctoritate noſtra, per manus impoſitionem abſolvendi & reconciliandi, etiam ad cautelam ſi dubitarctur an alias fuerint abſoluti, & reconciliati, ac diſpenſandi ſuper ipſis ordinibus, ſeu eorum executione, ipſoſque ad eoſdem ordines habilitandi, & habiles reddendi, etiamſi ante diſpenſationem, poſt converſionem tamen eorum, in ipſis ordinibus miniſtrarunt. Et inſuper quibuslibet Antiſtitibus gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habentibus, perſonis eiſdem hujuſmodi Ordines etiam omnes, ſi de ipſorum collatione dubitetur, una & eadem die ad hoc per dictam Eccleſiam conſueta, & etiam Dominica de novo, alias tamen juxta formam ejuſdem Eccleſiæ, conferendi, & ipſis perſonis hujuſmodi Ordines recipiendi, licentiam tribuendi. Et tam vobis etiam inſolidum, quam ipſis Antiſtitibus hujuſmodi perſonis poſt ſuſceptionem dictorum Ordinum, ad quæcumque dignitates, perſonatus, officia, & beneficia cum cura vel ſine cura obtenta per eos, a Catholicis vel Schiſmaticis collata eiſdem, etiamſi dignitates ipſæ majores poſt pontificales in Cathedralibus, & principales in Collegiatis Eccleſiis exiſtant, retinere licite valeant, perinde ac ſi ante collationes eis factas, de ipſis ſuper prædictis omnibus plene diſpenſatum fuiſſet, diſpenſandi, fructuſque per eos ex beneficiis ipſis perceptis remittendi eiſdem, & ad alia ſimilia in poſterum obtinenda, ſi eis canonice conferantur, etiam habilitandi, & alia circa hæc agendi, quæ veſtræ circumſpectioni expedientia videbuntur, quibuſcumque Apoſtolicis, & aliis conſtitutionibus, nec non ſtatutis & conſuetudinibus Eccleſiarum hujuſmodi contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis nequaquam obſtantibus, plenam & liberam concedimus, tenore præſentium, facultatem. Datum Novis Avenion. diœceſis, Nonis Auguſti, anno* IV. Tom. 4. an. 1367. num. 2.

Dilectis filiis Magiſtro & Conventui domus Hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitani, ſeu ejuſdem Magiſtri Locumtenenti.

IV. *Cum dilectos filios Thomam de Bozolaſco Priorem Provincialem Lombardiæ ſuperioris, & Bartholomæum Cheraſii Fratrum Prædicatorum, & Minorum Ordinum profeſſores in ſacra Theologia Magiſtros, nec non Bertrandum Froſe, & Heſſonem Slegrheltz Neapolitan. & Friburg. Præceptoriarum Præceptores Hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitan. Apoſtolicæ Sedis Nuncios, latores præſentium, ad civitatem Conſtantinopolitan. pro certis arduis negotiis deſtinemus, diſcretioni tuæ, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis, quam ſingulares perſonas veſtras, ſi hujuſmodi noſtro mandato contempſeritis, ſeu neglexeritis obedire, incurrere volumus, eo ipſo diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus præfatis Nunciis, ſeu illis ex eis, qui ad dictam civitatem proficiſcentur, de galea bene armata, in qua tute & commode ſtare poſſint, a Romana Curia uſque ad dictam civitatem, & ab inde uſque ſaltem ad terras regni Siciliæ circa Farum, veſtris expenſis providere curetis, in hoc vos taliter habituri, quod digne commendari de prompta obedientia valeatis. Datum apud Villam-novam Avenion. diœceſis* VIII. *Kalend. Octobris, anno* IV. Ibid. fol. 52.

Univerſis & ſingulis, ad quos præſentes pervenerint.

Ibidem. V. *Nuper pro certis fidei Catholicæ & Apoſtolicæ Sedis negotiis dilectos filios Thomam de Bozolaſco Priorem Provincialem Lombardiæ ſuperioris, & Bartholomæum Cherraeii Prædicatorum & Minorum Ordinum Profeſſores, in ſacra Theologia Magiſtros, nec non Bertrandum Froze, & Heſſonem Slegherletz Neapolitan. & Friburg. Præceptoriarum Præceptores ſancti Joannis Hieroſolymitani, Apoſtolicæ Sedis Nuncios, per noſtras litteras ad civitatem Conſtantinopolitan. diſpoſuimus deſtinandos: & nonnullis Principibus, aliiſque perſonis ſcripſimus per noſtras litteras Apoſtolicas, quod ipſis quatuor Nunciis, ſuper iis, quæ eis dicerent ex parte noſtra, fidem plenariam adhiberent, prout in ipſis litteris plenius continetur. Cum autem poſtmodum ex certis cauſis Bertrandum & Heſſonem præfatos revocaverimus pro præſenti a nunciatione præfata, & intendamus, quod dicti Thomas & Bartholomæus conſummationem negotiationis hujuſmodi proſequantur, omnes & ſingulos quibus, ut præfertur, ſcripſimus, rogamus attente, quatenus dictis Thomæ & Bartholomæo, vel eorum alteri, non obſtante abſentia præfatorum Bertrandi & Heſſonis fidem velint indubiam adhibere. Datum ut ſupra* VI. *Kalend. Octobris, anno* IV.

Revocantur duo ex Nunciis.

Ann. 1373. n. 18. Inter Hungaros & Tartaros laudabiliter agunt Minoritæ.

VI. Magno ſtudio in partibus Ruſſiæ, Boſnæ, aliiſque Hungariæ metis Shiſmaticorum converſioni, hoc tempore, uti diximus, invigilarunt Minoritæ; in ea etiam parte, quæ Tartaros reſpicit, & Walachonum patria dicebatur, non mediocrem poſuerunt operam, juvante & favente Ludovico Hungariæ Rege, ut ejurato ſchiſmate Græcanico, ad unitatem fidei reverterentur, aliiſque fierent in exemplum, ut ad idem ovile Catholicum redire cogitarent. Unum oberat, quod Epiſcopum proprium nondum habebant, qui ex officio paſtorali huic novello gregi invigilaret, & ex Hungaris propter aliquas cauſas eum recipere detrectabant. Scripſit Pontifex ad Strigonien. & Colocen. Archiepiſcopos, ut ex ſententia Regis, quid expediret ſaluti populorum admonerent, & an huic Pontificali muneri inter eos exercendo idoneus eſſet frater Antonius Spalaten. Ordinis Minorum, qui linguam dictæ gentis callebat, & longo tempore inter ipſos converſatus multos convertit & baptizavit.

Venerabilibus Fratribus Strigonien & Colocen. Archiepiſcopis.

Ibid. fol. 55. VII. *Ad noſtri Apoſtolatus auditum perduxit relatio fide digna, quod circa metas regni Hungariæ verſus Tartaros, eſt multitudo quorumdam populorum, qui Walachones vocantur, & vivunt ſecundum ritum & ſchiſma Græcorum, & ſunt ſimpliees homines, ſed convertibiles ad converſionem & obſervationem veræ fidei Chriſtianæ, ſi ad hoc ſollicitis & caritativis ſtudiis inducantur. Quodque licet eariſſimus in Chriſto filius noſter Ludovicus Rex Hungariæ illuſtris, fervidus zelator fidei Chriſtianæ certam partem dictorum popalorum procuraverit, & fecerit ad fidem præfatam converti; tamen ipſi converſi non habent proprium Antiſtitem, nec proprios ſacerdotes, & de ſaecrdotibus Hungaris, licet paucis, interdum accedentibus ad eos pro miniſtrandis Eccleſiaſticis Sacramentis, aut diverſitatum linguarum, aut morum, vel ex aliis cauſis non ſunt bene contenti, propter quod nec converſi bene ad eorum ſalutem proficiunt, nec ad ipſam fidem alii convertuntur;*

Anno Christi	Gregorii XI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 167.
1374.	anno 4.	anno 27.	

tur; & quod propterea expediret eiſdem popalis Epiſcopum præfici Catholicum ſcientem eorum linguam, & in lege Domini eruditam, ejuſdemque fidei zelatorem præcipuum, qui ſciret ac vellet in dicta fide & virtutis operibus præfatos conſervare converſos, & ad converſionem aliorum anhelaret caritatis ardore, nec non ſacerdotes idoneos promoveret ad curam hujuſmodi populorum, & alia faceret, quæ ad Pontificale officium pertinerent; & quod ſi hæc fecerit, ſperatur quod iidem populi ad præfatam fidem converterentur, & perſiſterent in eadem, ſuper quibus noſtræ fuit proviſionis officium imploratum. Nos de hujuſmodi converſione jam facta, & ſpe ulterius, quæ ſperatur fieri, exhilarati quam plurimum, & proinde agentes Altiſſimo gratiarum humiles actiones, & volentes de ipſis, ut debite provideamus, in eis plenius informari, fraternitati veſtræ, de qua in his & aliis gerimus in Domino fiduciam pleniorem, per Apoſtolicas ſcripta committimus & mandamus, quatenus ſuper his, præfati Regis communicato conſilio, per vos, vel alium ſeu alios, quid circa & magis fieri pro animarum ſalute & propagatione dictæ fidei expediat; & in quo loco erigenda ſedes Epiſcopalis, quomodoque dotanda Eccleſia Epiſcopalis hujuſmodi, & ſub quibus finibus ejus diœceſis diſtinguenda & limitanda, & cui Metropolitano ſubjicienda exiſterent, & de ceteris circumſtantiis, & aliis opportunis vos plene informare, & quidquid inde inveneritis nobis per veſtras litteras veſtris ſigillis munitas, vel inſtrumenta publica referare curetis, ut eis viſis, maturius deliberare poſſimus, quid in hac parte utilius ſecundum Deum agere habeamus. Datum Avenione III. *Idus Octobris, anno* IV.

Eisdem.

VIII. *Hodie ad audientiam noſtram perducto ex relatione fideli, quod certa pars multitudinis nationis Walachonum, qui circa metas regni Hungariæ verſus Tartaros commorantur, ſecundum ritus & ſchiſma Græcorum vivebant, prout longe major pars eorum adhuc vivit, procurante cariſſimo in Chriſto filio noſtro Ludovico Rege Hungariæ illuſtri, converſa fuerat ad ſacræ fidei Catholicæ veritatem, & quod alii de multitudine ipſa faciliter converterentur cum aſſiſtentia dicti Regis, ſi in partibus eorumdem Walathonum erigeretur Eccleſia Cathedralis, & Epiſcopus præficeretur eidem, cum ipſi Walachones, ut dicitur, de ſolo miniſterio ſacerdotum Hungarorum non ſint bene contenti. Nos fraternitati veſtræ certa ſuper his indaganda per vos, & nobis fideliter referenda, per alias noſtras litteras duximus committenda, prout in ipſis litteris plenius continetur. Cum autem, ſicut eadem relatio ſubjungebat, dilectus filius frater Antonius de Spalato, Ordinis Fratrum Minorum profeſſor, qui linguam dictæ nationis ſcire aſſeritur, & qui tempore dictæ converſionis multos ex dictis Walachis converti ſſe, baptizaſſe, & magnum fructum ex ſua prædicatione animabus eorum dicitur attuliſſe, ſatis habilis & utilis ad convertendum Walachos reliquos non converſos ad fidem præfatam, ſi præficeretur in Epiſcopum multitudini antedictæ: Nos de præmiſſis, ut agamus cautius, cupientes de his, ne ſcientia, vita, & moribus dicti Antonii habere notitiam certiorem, eidem fraternitati, de qua gerimus in Domino plenam fidem, per Apoſtolicas ſcriptas committimus & mandamus, quatenus de præfatis, ſcientia, vita, ac moribus dicti fratris Antonii, ac etiam aliorum qui utiliores eſſe poſſent hujuſmodi Eccleſiæ, ſi erigeretur, & converſioni Walachonum præfatorum, ſuper quo veſtras conſcientias oneramus, ſindeatis vos diligentius informare, & quæ per informationem ipſam re-*

Ibidem.

repereritis, nos per veſtras litteras authenticas harum ſeriem continentes, curetis reddere certiores. Datum Avenione ut ſupra.

Vide de his Caroli. Epiſc. lib. 1. & 2. de Novaria.

IX. Vicecomitum tyrannorum Mediolanenſium crudele dominium, intolerabileſque exactiones pertæſi aliquot populi, ab eis hoc tempore defecerunt. Inter hos rebellarant incolæ Vallis Oſolæ alias Oſſulæ, Novarien. diœceſis, quæ ſub titulo Comitatus, ſeu potius Comitatuli ad immediatum & plenum dominium Epiſcoporum Novarienſium ſpectabat, ex dono Henrici I. Imperatoris, ab anno MXIV. uſque ad annum circiter MCCCCLXX. quo Eccleſiæ Novarienſi, ſedente Hieronymo Palavicino, adempta eſt, & translatum dominium in Sfortias Mediolanenſes. Erat vero illo defectionis tempore Epiſcopus Novarienſis Oldradus Galeatio tyranno, vel beneficentiæ, vel conſanguinitatis titulo devinctus, quem propterea ab adminiſtratione ſpiritualium & temporalium Pontifex duxerat ſuſpendendum, deputatis aliis, qui regerent, Vicariis. Hos itaque populos, ut in fide & officio contineret Pontifex, atque ad reſiſtendum Galeatio animaret, ſubmiſit occulte fratrem Valentinum de Morigiis virum in rebus agendis expertum, datis his litteris honorariis.

Fr. Valentinus de Morigiis deſtinatur ad Novarien.

Dilectis filiis univerſis, & ſingulis Fratribus Ordinis Minorum, ad quos præſentes pervenerint.

Ibidem fol. 5.

X. *Cum dilectus filius Valentinus de Morigiis Ordinis veſtri, lator præſentium, pro quibuſdam noſtris, & Romanæ Eccleſiæ negotiis ad certas partes de noſtro mandato accedat, ad noſtram præſentiam rediturus, vobis, & cuilibet veſtrum diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ſi ipſe Valentinus ad evitanda pericula, quæ veriſimiliter poſſet incurrere, ſuum dimitteret habitum, & iret ſine ſocio, ſuper quibus ſibi ex certis cauſis licentiam dedimus, volentes quod propterea apoſtaſiæ, vel aliam notam, ſeu reatum non incurrat, eum nullatenus moleſtetis, præſentibus per duos menſes proximos ſecuturos tantummodo valituris. Datum Avenione* XI. *Kalendas Februarii anno* IV.

Dilectis filiis univerſis, & ſingulis hominibus tam nobilibus, quam plebeis Vallis Oſolæ Novarien. diœceſis.

Ibid. fol. 53.

XI. *Lætanter audivimus, quod vos antiquam & ſinceram devotionem, quam ad Romanam Eccleſiam ſemper in veſtris cordibus habuiſtis, licet ob jugum tyrannicum, quod vos premebat, eamdem devotionem nequiveritis oſtendere, longo tempore retroacto, nuper vigore magnanimitatis aſſumpto, dictum jugum depoſuiſtis, viriliter contra iniquitatis filium Galeaz de Vicecomitibus, tyrannum Mediolanenſem peſſimum, viriliter rebellando, & dictæ Eccleſiæ fideliter adhærendo, de quibus fidelitatem veſtram dignis laudibus commendamus, hortantes eamdem, quod in devotione hujuſmodi conſtantibus animis permanentes, ad fortificandum ſtatum veſtrum, & honorem ejuſdem Eccleſiæ, ac debilitandum vires tyranni præfati, vicinos veſtros ſub dicto jugo adhuc detentos ad rebellandum ſimiliter veſtris perſuaſionibus inducatis, & ad id tutius & citius perficiendum eis veſtra auxilia fraterne offeratis, & etiam tribuatis. Ut autem ſecuriores ſitis in caſibus opportunis, diverſis perſonis Eccleſiaſticis, ac nobilibus, Communitatibus, & univerſitatibus vobis vicinis preces noſtras dirigimus, ut ob reverentiam noſtram vobis*

bis præbeant auxilia & favores. Ceterum multum doluimus & dolemus, quod, ſicut audivimus, de rebellione prædicta, aliqui vicini veſtri recuſantes rebellare vobiſcum, licet nitentes præfati favore tyranni, fuerint tempore rebellionis hujuſmodi interempti, cum capi & fugari potius debuiſſent; quare vos rogamus attentius, quatenus a talibus crudelitatibus de cetero penitus abſtinere curetis; & cum, ſicut alias vobis ſcripſimus, venerabilis frater noſter Oldradus Epiſcopus Novarien. ratione Eccleſiæ Novarien. immediatus Dominus veſter, & ſubditus noſter, per dictum tyrannum ſit quodammodo captivatus, eum ab adminiſtratione ſpiritualium & temporalium dictæ Novarien. Eccleſiæ duximus ſuſpendendum, in partibus veſtris certis per nos Vicariis, & adminiſtratoribus, auctoritate Apoſtolica deputatis, ſicut in noſtris litteris inde confectis plenius continetur. Quibus Vicariis ſecundum earumdem litterarum tenorem curetis firmiter obedire, prout hoc dilectus filius Valentinus de Morigiis Ordinis Fratrum Minorum profeſſor, lator præſentium, plenius vobis dicet oraculo vivæ voci; cujus bonis exhortationibus ſuper præmiſſis vobis ex parte noſtra faciendis, per eum humiliter intendatis. Datum Avenione IV. Nonas Octobris anno IV.

XII. Eodem tempore ſubmiſſus a Pontifice Minorita alter, Antonius de Raffagnis ad Vallem Sieidam, alias & rectius Seſitem, vulgo Seſiam, ejuſdem diœceſis Novarienſis. (in quâm, & reliquas rerras Imperii per tyrannos Mediolanenſes occupatas, auctoritatem exercebat Pontifex) ut ad excutiendum grave tyrannorum jugum hortaretur.

Fr. Antonius de Raffagnis ad eoſdem. *Vide cit. Caroli. tract. de Montanis loci.*

Dilectis filiis univerſis, & ſingulis hominibus Vallis Sieidæ, Novarien. diœceſis.

XIII. *De fidelitate & diſcretione dilecti filii Antonii de Raffagnis Ordinis Fratrum Minorum, latoris præſentium, confidentes, ſibi quædam, quæ pro honore & ſtatu noſtris, & Romanæ Eccleſiæ, ac pro bono ſtatu veſtro, & partium vicinarum ex parte noſtra vobis exponere debeat, duximus committenda. Quare Univerſitatem veſtram hortamur attente, & auctoritate Imperiali, quam habemus in omnibus terris Imperii, quæ per tyrannos de Mediolano detinentur, vobis diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus eidem Antonio ſuper iis, quæ circa hæc vobis pro dicta parte noſtra narraverit, curetis fidem plenariam adhibere, & cum tempus fuerit, obedire. Datum Salon. Arelaten. diœceſis V. Kalendas Junii anno IV.* Ibid. fol. 20.

Dilectis filiis univerſis, & ſingulis Fratribus Ordinis Minorum, ubicumque conſiſtentibus, ad quos præſentes pervenerint.

XIV. *Cum per dilectum filium Antonium de Raffagnis, Ordinis veſtri Fratrum Minorum, harum latorem, certas noſtras litteras, pro quibuſdam noſtris, & Eccleſiæ Romanæ negotiis deſtinandas duxerimus, & prout ipſe Antonius nobis retulit, quidam Fratres dicti Ordinis, ſpiritu temeritatis aſſumpto, videre conati ſint hujuſmodi litteras, de quo plurimum perturbamur; Univerſitati veſtræ in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna, quam ſecus attentantes incurrere volumus ipſo facto, diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus dictum Antonium ſolum, vel ſociatum, eum habitu, vel ſine habitu dicti Ordinis, ſuper quibus ſibi licentiam conceſſimus, hinc ad ſex menſes proxime ſecuturos, ire, ſtare libere permittatis,* Ibid. fol. 50.

tatis, non præſumentes velle videre litteras, quas deferet, nec vos de ipſo intromittere quoquomodo; alioquin contra facientes graviter puniemus. Datum apud Pontem Sorgiæ Avenionen. diœceſis IV. *Nonas Septembris anno* IV.

XV. Thomas Farignanus Patriarcha Gradenſis, tot ſunctus legationibus pro componendis aliarum Provinciarum tumultibus, & prudenter adminiſtratis rebus ſuæ fidei commiſſis, convertit ſe ad reformationem ſui Patriarchatus, ne aliorum intentus profectui ſuas oves negligere videretur. Ut integre faceret, amplam dedit Pontifex his litteris facultatem.

Venerabili fratri Thomæ Patriarchæ Graden.

Ibid. fol. 7.

XVI. *AD noſtri Apoſtolatus auditum nuper grata perduxit expoſitio fide digna, quod tua Fraternitas noviter promota ad Graden. Eccleſiam, perſonas Eccleſiaſticas utriuſque ſexus tuæ Provinciæ ſic invenit multiplicis diſſolutionis vitiis laborare, quod jam incepit in eis viſitationis officium exercere, de quo tuos zelum & ſollicitudinem plurimum in Domino commendamus, te Apoſtolicis perſuaſionibus exhortantes, quatenus inchoatam hujuſmodi perſeveranti ſtudio proſequaris. Et ut ipſa eo efficacius exequi valeas, quo majori fueris poteſtate munitus, tibi, per te, vel alium, ſeu alias perſonas honeſtas & providas, Deum timentes, ac zelum reformationis Eccleſiaſtici ſtatus, ac ſalutis animarum habentes, hujuſmodi viſitationis, necnon reformationis, correctionis, & punitionis officium in Eccleſiis, Monaſteriis, & locis, ac perſonis utriuſque ſexus, exemptis, & non exemptis dictæ Provinciæ, cujuſcumque ſint dignitatis, ſtatus, & ordinis, præter Religioſos Mendicantes; etiamſi Monaſteria, & loca hujuſmodi Ciſtercien. Cluniacen. Camaldulen. ac beatæ Claræ, & Monialium exiſtentium ſub cura Fratrum Prædicatorum exiſtant, plenarie faciendi, ac contradictores, auctoritate noſtra, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendi, & convocandi ad hoc, ſi opus fuerit, auxilium brachii ſecularis: non obſtantibus exemptionibus, & quibuſvis aliis privilegiis, & litteris Apoſtolicis Ordinibus præfatis, ſeu perſonis eorumdem ab Apoſtolica Sede conceſſis; ac ſtatutis & conſuetudinibus Eccleſiarum & Monaſteriorum hujuſmodi contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis; etiamſi de eis, ac ipſorum Ordinibus, & locis, ac nominibus & cognominibus propriis eſſet plena & expreſſa, ac de verbo ad verbum in præſentibus litteris mentio facienda: ſeu ſi eiſdem Ordinibus & perſonis eorum, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim &c. quod loca & perſonæ Ordinum ipſorum per alium viſitari, quam per perſonas ſuorum Ordinum; & tam ipſæ perſonæ, quam alii prædicti ſuſpendi, vel excommunicari, ſeu ipſi, & dictorum Ordinum loca interdici non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam &c. de indulto hujuſmodi mentionem. Et qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali; cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, tuæ juriſdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, quæ quo ad hoc ipſis nolumus aliquatenus ſuffragari, plenam concedimus, tenore præſentium, facultatem, præſentibus poſt biennium minime valituris. Datum Avenione* IV. *Kalendas Februarii anno* IV.

Et-

Eidem.

XVII. *Ad ea quæ ſtatum ſalubrem Eccleſiarum & Monaſteriorum reſpiciunt, libenter intendimus, illiſque favorem Apoſtolicum impertimur. Dudum ſiquidem per nos accepto, quod tu perſonas Eccleſiaſticas utriuſque ſexus in tua Provincia conſiſtentes, auctoritate Metropolitica inceperus viſitare. Nos cupientes, quod tu hujuſmodi viſitationis officium perſeveranti ſtudio proſequereris, ut illud eo efficacius exequi poſſes, quo majori fores poteſtate munitus, tibi auctoritate Apoſtolica per te, vel alium, ſeu alios hujuſmodi viſitationis officium in Eccleſiis & Monaſteriis, ac locis aliis, & perſonis utriuſque ſexus exemptis, & non exemptis, dictæ tuæ Provinciæ, etiamſi Monaſteria & loca hujuſmodi Ciſtercien. &c. vel ſub cura Fratrum Prædicatorum exiſterent, plenarie exercendi; & contradictores &c. compeſcendi, & invocandi ad hoc ſi opus &c. per noſtras certi tenoris litteras, quas poſt biennium a data litterarum ipſarum computandum, minime valere voluimus, plenam conceſſimus facultatem, prout in eiſdem litteris plenius continetur. Cum autem, ſicut nuper accepimus, tu poſtmodum infra dictum biennium, quod adhuc durat, tam tua auctoritate Metropolitica, quam etiam vigore dictarum litterarum hujuſmodi viſitationis officium in Monaſterio Monialium ſancti Zachariæ Ordinis ſancti Benedicti, Caſtellan. diœceſis, quod de tua Provincia exiſtit, exercens, & cupiens, quod dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſa & Conventus ipſius Monaſterii ſub debita clauſura, prout de jure debent, honeſte viverent & morarentur, quædam, quæ in ipſo Monaſterio correctione, & reformatione indigebant, ſalubriter corrigere & reformare cæpiſſes, præfatæ Abbatiſſa & Conventus falſo aſſerentes, ſe a quibuſdam ordinationibus & mandatis, eis per te factis, licitis & honeſtis, fore gravatas, ab eis ad Sedem Apoſtolicam frivole appellarunt, ac appellationem ſuam hujuſmodi dilecto filio Magiſtro Guillelmo Gualterii Cappellano noſtro, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditori, per nos committi obtinuerunt. Idemque Auditor, ad inſtantiam dilecti filii Procuratoris Abbatiſſæ & Conventus præfatarum, tibi per ſuas litteras inhibuit, ne in hujuſmodi viſitationis officio, quoad Monaſterium ſancti Zachariæ præfatum, vel ejus perſonas ulterius procederes quoquo modo. Nos igitur, qui de malitia appellationis hujuſmodi ſumus plenarie informati, cupientes, quod præfatum Monaſterium ſancti Zachariæ per te ſalubriter reformetur, hujuſmodi commiſſionem per nos dicto Auditori factam nuper duximus revocandam; ac inhibuimus eidem Auditori, ne de hujuſmodi appellationis cauſa ſe ulterius intromitteret. Volentes itaque, quod tu hujuſmodi viſitationis & correctionis officium per te, ut præfertur, inceptum, ſalubriter ac utiliter proſequaris; Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus appellatione, commiſſione, & inhibitione præmiſſis nequaquam obſtantibus, hujuſmodi viſitationis, & correctionis officium, tam in dicto ſancti Zachariæ, quam in aliis Monaſteriis, ac locis Eccleſiaſticis dictæ tuæ Provinciæ ſollicite exerceas, juxta præfatarum noſtrarum tibi directarum continentiam litterarum: non obſtantibus etiam omnibus aliis, quæ in eiſdem litteris noſtris voluimus non obſtare. Datum apud Villam-novam Avenionen. diœceſis, VII. Kalendas Octobris, anno IV.* *Ibid. fol. 33.*

XVIII. Reformationem Ordinis Minorum & ſanctæClaræ in regno Caſtellæ, aliiſque Provinciis ſubjectis, proſecuturi Fratres, quos ſupra nominavimus, varia acceperunt hoc anno a Pontifice poteſtatis ſibi commiſſæ in- *Ann. 1373. n. 25*

incrementa. Amandata etiam cura reformandi Conventus Avenionenſis fratribus Stephano de Regula * Pœnitentiario Pontificio, & Bartholomæo Characii, ſacræ Theologiæ Magiſtro, poſt hoc viſitationis munus ad Græcorum Imperatorem deſtinato: *Ad noſtrum non ſine diſplicentia*. VII. Kalendas Aprilis. Generali Miniſtro fratri Leonardo injuncta etiam cura ſedandi turbas exortas in Provincia ſancti Franciſci, & inde removendi ſeditionis auctores; necnon in aliis Provinciis, in quibus expedire judicabat, Miniſtros deſtituendi, alioſque ſubſtituendi: *Claret in terris*. V. Kalendas Octobris. Cum vero Fratres indefeſſe laborarent in converſione animarum ſi & fidei propagatione in partibus Boſnæ, Bulgariæ, & Walachiæ, ſcript, eidem Miniſtro Pontifex, ut Fratrum morientium libri illinc non exraherentur, non obſtante conſtitutione, quæ cavebatur, ut libri ubicumque decedentium remitterentur ad Conventus, in quibus Fratres erant initiati: *Cum ſicut audivimus*. IV. Idus Julii. Eidem Miniſtro Generali indultum, ut fratri Matthæo de Hadeſco provinciæ Anglicanæ, poſt viginti quatuor annorum continua exercitia in ſcholaſtica palæſtra, a ſe paulo antea ad Magiſterium Licentiato, lauream conferret. Fuit hic vir doctus, in rebus agendis peritus, & in ſuorum Conſodalium regimine commendatiſſimus.

Varia indulta. * *alii* de Tegula.

Ibid. fol. 65. 4. Kalendas Octobris.

XIX. Alteri ejuſdem Provinciæ, ſacræ Theologiæ Magiſtro Philippo de Torrington collata eſt Eccleſia Archiepiſcopalis Caſſelenſis in Hibernia, per obitum Thomæ O Carroll. Miſſus eſt Legatus a Richardo II. Angliæ Rege ad Urbanum VI. qui in regreſſu ſub annum MCCCLXXIX. conatus eſt perſuadere tum privato colloquio, tum publica concione prædicto Regi, ut Galliam invaderet, aſſeverans facilem fore victoriam contra homines diris devotos ab Urbano vero Pontifice, quia Antipapæ Clementi VII. adhærebant. Exceſſit e vivis anno MCCCLXXX. die XXII. Novembris, cum ſex annis Archiepiſcopatum adminiſtraſſet. Electus eſt hoc anno Epiſcopus Aſſiſias frater Nicolaus Petri, per obitum Thomæ Rachani etiam Minoritæ, uti diximus ſuperius. Incidimus in quædam monumenta provinciæ ſancti Franciſci, quæ hoc determinato anno obiiſſe referunt fratrem Matthæum Narnienſem in ſuæ urbis Conventu, miraculis illuſtrem, quorum aliqua retulimus ſub noſtræ Religionis primordiis, noſtros auctores ſecuti, qui hominem incerto tempore defunctum ad illud reduxerunt.

Fr. Philippus Archiep. Caſſelen.

Vide Cathal. Archiep. Caſſellen. & Rodſingam. ſub ann. 1379.

Fr. Nicol. Epiſc. Aſſiſii. *Ann. 1369. n. 20.*

Fr. Matth. Narnien. *Tom. 3. anno 1241. n. 27.*

XX. Collabente Religione, & diſſoluta in multis Provinciis regulari diſciplina, in ea, quæ ſancti Franciſci nuncupatur, mirifice reſtaurabatur, per fratrem Paulutium Trincium, quem ſupra diximus in ſolitario monte Brulliani reformationi Ordinis initium dediſſe. Acquiſiverat enim alia ſex humilia tuguriola, in quibus initiabantur, qui ex ſeculo adveniebant, vel religioſius inſtruebantur, qui laxioris vitæ pertæſi ex aliis Provinciis, aut Cœnobiis advolabant. Vivebant tamen ſub obedientia Miniſtri prædictæ Provinciæ ſancti Franciſci, qui ne creſcerent, intra humiliuni domuncularum limites continebat. Venerat autem hoc anno in Umbriam Generalis Miniſter; exploravit, probavitque hominum virtutem, candidos mores, animum a faſtu alienum, vitam tranquillam, a turbis ſemotam, propoſitæ reformationis tenacem, placuitque ſuſceptum iter, per quod reliquos Conſodales judicabat hos pauculos paulatim ducturos ad perfectam ſui Inſtituti obſervantiam. Cupiens itaque, ut multiplicarentur, & ad alias Provincias extenderetur hæc reformatio, conceſſit fratri Paulutio, & cooperariis pauperculorum locorum Guardianis amplam facultatem, ut quo vellent, propria auctoritate Fratres mitterent, quoties expediret. Exemplar facultatis con-

Ann. 1368. n. 11.

Propagatur regularis obſervantia.

conceſſæ extractum ex ipſo authographo aſſervato cum aliis litteris ad Paulutium datis in archivo Cœnobii ſancti Damiani prope Aſſiſium, hic exhibeo, ex quo loca quæ tunc poſſidebant hi futuræ magnæ gentis novi duces, lector percipiet.

XXI. *In Chriſto ſibi cariſſimis Fratribus Paulutio Vagnotii de Fulgineo, ac Guardianis Eremitoriorum, ſeu locorum dicto fratri Paulutio commiſſorum, videlicet, Carcerit beati Franciſci, Piſtiæ, Jani, Montis-Lucii, Montis-Jovis, Montis Jonis, & Stronconii, frater Leonardus Ordinis Fratrum Minorum Generalis Miniſter & ſervus, ſalutem & pacem in Domino ſempiternam. Ut pro neceſſitatibus, ſeu utilitate præfatorum locorum, vos, & quilibet veſtrum, veſtrique Vicarii ire, ac etiam mittere poſſitis, & poſſit, Fratres ſibi commiſſos ad quæcumque loca provinciæ ſancti Franciſci, & extra in Provinciis convicinis, quotieſcumque diſcretioni veſtræ, ſeu alicujus veſtrum videbitur expedire, dilectioni veſtræ, tenore præſentium, concedo. Valete in Chriſto Jeſu, & orate pro me. Datum Peruſii* VIII. *die Julii* MCCCLXXIV.

XXII. Hæc opportune conceſſit Paulutio Generalis Miniſter, cum ille haud contemnendo beneficio totum affecerit Sodalitium. Infamis illa Fratricellorum ſecta toties ab Eccleſia proſcripta, ſuos habuit Peruſii fautores uti ſuperius narravimus; unde magno illuc coierunt numero, & domicilia ſibi conſtituerunt intra & extra civitatem. Ficta religione, mentita paupertate, & fallaci hypocriſis larva, cum egregiam conciliaſſent in populo opinionem, inſultare modis omnibus cœperunt Franciſcanis, ea in urbe degentibus, obiicientes eis vel ampliores ædes, vel molliores veſtes, vel cibos lautiores, quam arcta a ſancto Franciſco præſcripta paupertas videretur permittere. Atque eo uſque horum pervenit temeritas & inſolentia, ut pertranſeuntibus Fratribus, quorum induſia vel ſudariola ad collum paterent, in ipſis plateis manus injicerent, extractoque linteo, coram populo interrogarent, an hæc illa vitæ Franciſcanæ auſteritas? aut an ſecundum Franciſci Regulam hæc liceret geſtare? His aliiſque modis ita exprobrabant Minoribus, vere a prima Ordinis ſemita non parum declinantibus, ut ſolos ſe ſancti Franciſci ſectatores apud rudem plebem oſtentarint, & Minoritas in tantum deduxerint populi contemptum, ut in publicum prodire aliquando timerent.

Ann. 1368. n. 4. Inſolentia Fratricellorum Peruſii.

XXIII. Ad has anguſtias Fratres redacti cogitare cœperunt, quod ſupereſſet remedium. Multi multa propoſuerunt, ſed prudentius unus, nihil opportunius opponi poſſe fictis Franciſcanis, quam veros & rigidos ſancti Franciſci ſectatores, atque hos evocandos ex Eremo Brulliani, quorum auſtera vita, & integra regulæ obſervantia poſſit Fratricellorum infringi præſumptio, & hypocriſis revelari. Placuit conſilium, evocatiſque fratre Paulutio & ſocio, quem ille aſſumpſit laicum, ſuas expoſuerunt tribulationes, quibus ut ferventi oratione, & publica ad populum exhortatione mederentur, præ reliquis Miniſter Provincialis, injunxit. Paulutius ſuperioris obſecuturus præcepto, longa præmiſſa prece, ad publicum evocare congreſſum ſuperbos Fratricellos, & populo quales eſſent ſtatuit manifeſtare, qui coram populo Fratrum detraxerunt opinioni. Statuta diſceptationi die, indignati Fratricelli non alios ſibi obiici congreſſores, quam idiotas laicos, contemnere cœperunt Paulutii humilitatem. At ille reſpondens, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in Dei virtute fidentem ſemet certamen inire: quod illud argumentum, interrogavit, per quod illi ſe veros ſancti Franciſci diſcipulos, & reliquos probarent eſſe degeneres. Obie-

A fratre Paulutio Fulginate reprimitur.

cerunt illi Fratribus laxiorem vitam, multiplicem regulæ tranſgreſſionem, & alia, quæ adverſari videbantur ſtatui Franciſcanorum; ſe vero in laboribus multis & ærumnis, undique a prælatis agitatos, ab Inquiſitoribus ad necem perquiſitos, adamuſſim ſancti Franciſci obſervare præcepta. Ad hæc Paulutius: *Nihil ſanctius Franciſcus ſtrictiori & pluries repetito præcepto imperavit ſuis Fratribus, quam ut Pontifici obedirent Romano: vos præceptum hoc omnium potiſſimum flocci penditis, Papæ non obeditis, ab eo inſtitutos Præſules contemnitis: ut quid ergo de vana ſancti Franciſci ſequela gloriamini, & dum ſubſtantiam ipſam abiicitis, viridantium obiicitis ſpeciem foliorum?* Manifeſto convicti argumento obmutuerunt, orto ingenti murmure in populo, qui, dum plane conſtitit de veritate facti, exſibilare & deſpectui habere cœpit, quos prius habuit venerationi.

Lepida contentio Fratricellorum.

XXIV. His acceſſit, quod Nobilis quidam Peruſinus commodaverat aliquot ex his Fratricellis partem domus æſtivæ, quam extra civitatem habebat. Dum vero ſub hoc ipſo diſputationis tempore animi recreandi cauſa ipſe in alteram ſeceſſiſſet partem, ſecreto obſervavit per rimulas, duos ex iſtis nebulonibus inter ſe acriter contendentes, quorum unus alteri obiiciebat nimiam præſumptionem, quod ſe tamquam Papam venerari, & pro vero Papa coli vellet; ille vero huic inſolentiam, & ſacrilegam temeritatem, quod ſibi canonice electo nollet obtemperare. Audito deinde convictos a Paulutio inobedientiæ erga Romanum Pontificem, diligentius cœpit illorum ſcrutari vitam & mores, quos dum vere hæreticos proſcriptos, & ſubdolos comperit tenebriones, qui in latibulis & angulis falſam ſibi effingebant hierarchiam Pontificum, Cardinalium, & Antiſtitum, male affectos abegit, & peſtifera illorum revelata hypocriſi cum dedecore, ignominia, & verbere multo, inſequentibus & inclamantibus pueris, a toto territorio Peruſino exularunt.

Conv. S. Franciſci de Monte Peruſii.

XXV. Ob hanc inſignem obtentam victoriam, & reſtitutum in populo honorem, adjudicarunt Fratres Paulutio & ſociis Cœnobium ſancti Franciſci a Monte nuncupatum, extra urbem ſitum, & facile ſuggeſſerunt Miniſtro Generali, alias viris piis propitio, ut præfatam concederet facultatem, quo vellent Paulutius, ſuæque familiæ Guardiani aut Vicarii, Fratres amandandi; qua ratione factum eſt, ut brevi nova hæc creſceret plantula, & religioſum multiplicaretur Inſtitutum. Qui de hoc congreſſu ſcribunt, eodem tempore, & ob relatam cauſam, domo iſta Peruſina donatos Fratres ſubjungunt. Errant itaque, qui ſub annum MCCCLXIX. hæc contigiſſe referunt, cum etiam hoc anno in recenſu domorum, in ſupradictis Generalis Miniſtri litteris expreſſo, non contineatur Peruſina, quippe aliquot poſt dies vel menſes in poteſtatem recepta. Errant itidem, qui anno primo ſui Pontificatus aſſerunt, Gregorium in quodam Indulgentiarum diplomate, hujus Inſtituti enumeraſſe domos undecim, atque inter has Peruſinam, cum hoc Pontificatus quarto ſeptem dumtaxat recenſeantur, atque inter illas ſileatur Peruſina.

Jacobil. in vita Paulut. cap. 8.

Gonza. in Prov. March. Conv. 25.

XXVI. Obtinuiſſe Patres Clarenos loca multa in Piceno, ob venerationem Angeli Clareni, de quo ſæpius alias, & diſcipulorum induſtriam, ſatis liquet ex multis, quæ nos ſparſim retulimus, domiciliis. Inter hæc connumerandum venit humile Cœnobium ſancti Liberati, ante, vel circa hoc tempus in quadam ſolitudine V.M.P. ab oppido ſancti Geneſii, & III.M. a Sarnano conſtructum. Locus eſt accommodus vitæ contemplativæ, & virtutibus exercendis. Prodierunt ex eo viri pietate inſignes, inter quos emicuit frater Liberatus clariſſimis ortus natalibus, quem in ejuſdem loci Eccleſia jacere, miraculis multis fulſiſſe, & a quodam ſummo Pontifice ſanctum

Conv. S. Liberati.

Fr. Liberatus.

ap-

Anno Christi	Gregorii XI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 167.
1374.	anno 4.	anno 27.	

appellatum, atque hinc Cœnobiolo & adjacenti regioni *ſancti Liberati* nomen adhæſiſſe ſcribit Gonzaga. Quis hic fuerit Liberatus non comperio, alium omnino a liberato Maceratenſi, de quo ſæpiſſime ſermonem inſtituimus, reputo; uterque tamen fuit Angeli Clareni ſectator. Aliud habebant anguſtius & humilius domicilium prope Matelicam, verſus Montem ſancti Vicini ſancto Joanni ſacrum, ſpirituali vitæ ſatis opportunum, ab ipſis Clarenis hinc inde conquiſitis eleemoſynis fabricatum. Quo vero tempore originem acceperit, penitus neſcitur. Utraque domus ceſſit Patribus regularis Obſervantiæ, deficientibus Clarenis. *Indid. Conv. 33. Conv. S. Vicini al. Matelicæ & Joannis.*

XXVII. Hoc anno ait Rodulphus, ortum habuiſſe Cœnobium Trainæ in provincia Siciliæ & cuſtodia Meſſanenſi; ſed dum addit annum fuiſſe quartum Urbani VI. errat vel in anno, vel in Pontifice. Annus hic quartus erat Gregorii, non Urbani, cujus turbulenta electio incidit in annum MCCCLXXVIII. & Pontificatus quartus, in annum MCCCLXXXII. recurrit. Erat eo in loco, extra urbem ſito Abbatia ſancti Michaelis, in qua, ſub ædibus haud omnino opportunis annis centum commorati ſunt Fratres; donec Trainenſes ſuis ſumptibus commodiores adjecerunt, conceſſo etiam intra urbem hoſpitio. Data hoc anno facultas Fratribus Vicariæ Boſnæ conſtruendi domos ſeptem in partibus ſeu Territoriis Tucimii, Wilkuike, Verbas, & Sane, ut commodius inſiſtere poſſent ſchiſmaticorum converſioni, & Catholicorum inſtructioni: *Inter ceteros Ordines*, VIII. Kalendas Auguſti. Sub hoc tempore extabat Conventus Salloni Arelaten. diœceſis; in eo quippe teſtatur Pontifex *ſe hoc anno die Pentecoſtes ſolemniter celebraſſe*, & indulgentias concedit in eadem feſtivitate deinceps Eccleſiam viſitantibus: *Splendor paternæ gloriæ*, XII. Kalend. Junii. Conceſſa hoc anno facultas Guardiano & Fratribus ſancti Emiliani Burdegalen. diœceſis, ut domum ſuam intra Villæ muros ædificarent, quia, quam diximus extra ſitam, deſtructa eſt a Rectoribus Villæ propter bella, quæ inter Galliæ & Angliæ Reges vigebant: *Devotionis veſtræ*, II. Kalend. Auguſti. *Rodul. fol. 280. Conv. Trainæ.* *Conv. Salloni.* *Conv. S. Emiliani Burdeg.*

XXVIII. Occurrit hoc anno mentio Conventus Montiſgranarii Firmanæ Diœceſis, in diplomate, quo Pontifex quaſdam largitur indulgentias inviſentibus ſtatutis diebus ſacellum ſanctæ Barbaræ in Eccleſia Minorum conſtructum. Ex monumentis autem e Piceno miſſis probabiliter conjicio ante annum MCCL. conſtructum Conventum. Etenim præterquam quod campana fuſa ſit anno MCCLXXXI. circumductis iſtis verbis: *Memor eſto filiorum tuorum. Alleluja. Ave Maria &c.* Extat diploma Gerardi Epiſcopi Firmani, quo anno MCCLIX. duas Eccleſias rurales ſanctæ Mariæ, & ſanctæ Barbaræ unit Eccleſiæ Minorum in agro Montiſgranarii jam conſtructæ. Cum vero Fratres a ſicariis, & externis hoſtibus plurimum vexarentur, ſub Eugenio IV. anno MCCCCXXXI. domum tranſtulerunt ad oppidi plateam, obtento fundo pactis quibuſdam conditionibus a Patribus Eremitis Ordinis ſancti Auguſtini. Prodierunt ex hoc loco, præter alios, Magiſter Franciſcus Marius multis ſui Ordinis functus officiis, ac demum hæreticæ pravitatis Inquiſitor Piſis, ubi anno MDCVI. deceſſit; & Magiſter Franciſcus Pacificus Inquiſitor in civitate & Dioec. Adrien. *Conv. Montiſgranarii.* *Franciſcus Marius Inquiſitor Piſan.* *Franciſcus Pacificus Inquiſitor Adrien.*

XXIX. Abbatiſſa, & Sorores Clariſſæ de Cargnano Taurinen. Diœc. deſtructo, propter bella, quæ in illis partibus viguerunt, ſuo Monaſterio, ædificare cœperunt ante hunc annum aliud infra oppidi muros; cujus Eccleſiam, quæ tunc extruebatur, inviſentibus Pontifex indulgentias largitur: *Licet is, de cujus munere venit*, XIII. Kal. Februarii. Similiter inviſentibus Eccleſiam Clariſſarum de Deneye, Elien. Diœc. in Anglia: *Licet is, de cujus*, *Monaſt. Cargnani.* *Monaſt. de Deneye.*

jus, 11. Idus Decembris, & Monaſteria omnia Provinciæ ſancti Franciſci voluit a tributis, & collectis immunia: *Paſtoralis officii*, eodem die.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Litteræ Apoſtolicæ. *Indic. ex Vatic.*

I. QUarto Idus Januarii datis litteris Apoſtolicis pro eleemoſynis ſancti Franciſci Aſſiſinatis: *Sedis Apoſtolicæ &c.* & ad fratrem Thomam Rachami de Amelia, olim Miniſtrum Provinciæ ſancti Franciſci, & nunc Epiſcopum Aſſiſienſem: *Nuper admodum &c.* IV. Kal. Februarii, Summus Pontifex in Sarracenos Paleſtinam occupantes expeditionem ſollicitaturus, diverſis Principibus Chriſtianis de tanto negotio ſcripſit, nempe Philippo Burgundiæ, Joanni Lancaſtriæ, & Joanni Bituricenſi Ducibus, necnon Eduardo primogenito Angliæ, Edmundo Comiti Cantabrigiæ, Comiti etiam Herefontiæ, Bertrando Comeſtabulo Franciæ, & Philippo de Maceriis Cancellario Regni Cypri, ſingulis ſub eodem tenore & data: *De menſe &c.* XV. Kal. Junii. Deſtinato fratre Franciſco Caſalenſi ad Fridericum Trinacriæ Regem, pro eodem ad Henricum Rubeum, & Manfredum de Claromonte: *Dilectum filium &c.* XIV. Kal. Junii: ſicut etiam ſub eodem tenore eidem Regi Trinacriæ XIV. Kal. Januarii. Franciſco vero Borilli ſacræ Theologiæ Magiſtro, & Inquiſitori hæreticæ pravitatis in Arelaten. Aquen. Ebredunen. ac Tarantaſien. Civitatibus, Diœceſibus, & Provinciis, ut contra concubinarios ſevere procederet, commiſit: *Cum nos &c.* XV. Kal. Julii. Fratri autem Thomæ Patriarchæ Graden. pro Magiſterio fratris Bartholomæi: *Viri ſacræ &c.* V. Kal. Maii: & Cardinali Guillelmo Farinerio item pro Magiſterio fratris Ludovici, XV. Kal. Julii, & Miniſtro Aquitaniæ pro magiſterio fratris Bernardi: & Gualtero Epiſcopo pro magiſterio fratris Thomæ Roſi X. Kal. Novembris litteras expedivit. Ad Eccleſiæ Dublinenſis inſulas fratrem Robertum elegit, & pro ejus conſecratione breve dedit: *Cum nos pridem &c.* IX. Kal. Novembris. Eſt autem Dublinum C. Archiepiſcopalis Hiberniæ, ad Modonum fluvium totius Inſulæ clariſſima, in ea ſiquidem edium ſtructura elegantior, & populi ſuaviores, ore litorali propinqua, media jacet inter Armacam in Septentrionem, & Waterfodiam in Auſtrum ad LX. M. P. diſtans: Eblana antiquis dicta.

Top. Ferr.

II. Superiori anno ſeptuageſimo tertio, poſt ſeculum decimum tertium a Chriſto nato, Genuenſes ingenti Claſſe maritima parata, Petro Fregoſio, cum Dominico Cattaneo præfectis, Cypriam injuriam, quam ob æmulos Venetos paſſi fuerant in Regis publica inauguratione, fortiter vindicarunt: etenim XV. die Auguſti Famam Auguſtam, vel Famauguſtam Græcis *Hamcoſton* dictam, Civitatem Epiſcopalem Cypri maritimam in ora ad ortum verſa, amplam, nobilem, & emporium frequens, arcta obſidione cinctam, Eleonoræ matris Petri Regis, Petrini nuncupati, opera, in ſuam poteſtatem redegere; & occiſis injuriæ auctoribus, ſive miniſtris, Jacobum Luſignanum Antiochiæ Principem, Regiſque patruum, cum ejuſdem filiis duobus captivum habuere. Anno autem fere integro cum ſuæ Reipublicæ nomine regnum tenuiſſet Fregoſius, tamdem animi tanta magnitudine, quanta fortitudine arripuerat, Petro Regi Luſignano ſub certis pactis & conditionibus in publico inſtrumento pacis & concordati, acto in regali Palatio Nicoſiæ, & camera cubiculari magna ejuſdem Illuſtriſſimi Regis hoc anno MCCCLXXIV. Indictione XII. die Sabati XXI. menſis Octobris expreſſis reſtituit. Ex eo vero publico inſtrumento noſcimus

Anno Christi 1375.	Gregorii XI. anno 5.	Caroli IV. Imp. anno 28.	Religionis Minorum anno 168.

„ ſcimus Terræ Sanctæ Miniſtrum eo tempore Jacobum de Placentia, &
„ Conventus Fratrum Minorum Nicoſiæ Guardianum alterum Jacobum de
„ Botrono extitiſſe; hi ſiquidem inter alios teſtes numerantur. Genuam
„ cum claſſe regreſſus Fregoſius, pro merito ſuæ virtutis, fortitudinis, & in
„ Patriam fidelitatis, a cunctis Civibus feſtanter exceptus, a Magiſtratu plu-
„ ribus privilegiis donatus fuit. Ceterum Genuenſes, quorum fortitudo a
„ pietate & religioſitate pendens per Orbem glorioſe micabat, quas gratias
„ Deo referrent ſecum revolventes, & in patrociniumi Seraphici P.S.Fran-
„ ciſci accepta beneficia referentes, in memoriam præfatæ victoriæ, quotan-
„ nis die XI. Octobris publicam Proceſſionem ad ejuſdem Eccleſiam, & pal-
„ lium aureum, cum quadam quantitate cereorum, Deo in ſacrificium lau-
„ dis offerendum, publico decreto ſtatuerunt.

Memorab. obſequium Genuenſium in S. P. F. *Juſtin. lib. 4. fol. 140.*

ARGUMENTUM.

Urgetur unio Eccleſiæ Occidentalis, & Orientalis. Agitur de recuperatione Terræ Sanctæ, & demum de reprimenda invaſione Turcarum. Multa occurrunt monumenta Inquiſitorum Minoritarum in Gallia, Italia, Syria, & Ægypto. Petrus Aragonius vocatur in Curiam. Joannes Caſalenſis Nuncius Pontificis ad Fridericum Regem Siciliæ. Creantur Epiſcopi. Moriuntur Gondiſalvus, Bernardus de Quiros, & Bonavita Lugenſis pietate illuſtres. Propagatur reformatio Ordinis. Multiplicantur Cœnobia.

I. Venerat hoc anno Conſtantinopoli Avenionem Joannes Epiſcopus Taurien. & Pontifici præter cetera narravit, Joannem Cantacuzenum, qui ex Imperio Græcorum reduxit ſe ad clauſtra ſancti Baſilii, in publica diſputatione habita inter Patres Ordinis Prædicatorum, qui in Armeniam majorem tendebant, & Prælatos quoſdam Græcos, Eccleſiæ Romanæ Primatum confeſſum palam fuiſſe, multoſque bene diſpoſitos erga unionem utriuſque Eccleſiæ, eamdem valde deſideraſſe: attamen quoſdam ex Græcis ita pertinaciter ſuo adhærere ſchiſmati, ut qui Latinis nomen dabant, modis omnibus vexarint. Judicavit Pontifex ſui muneris eſſe his ſubvenire, & litteris auxiliari, eo præſertim tempore, quo miſſis Apoſtolicis Nunciis ad Imperatorem Palæologum, uti diximus anno præcedenti, unionem urgebat, & Græci copias auxiliares contra Turcas petebant, & expectabant a Pontifice. De his ſcripſit ad prædictos Nuncios Ordinum Prædicatorum & Minorum, datis etiam his litteris ad Imperatores, patrem, & filium.

Multi ex Græcis unionem expetunt.

Alii detractant

Num. 1.

Eam urget Pontifex.

Carissimo in Christo filio Joanni Palæologo, Imperatori Græcorum Illustri.

II. *Imperiales litteras de rubeo colore, & ut videbatur, tua manu in litera Græca ſcriptas, per manus venerabilis fratris noſtri Joannis Epiſcopi Tauriſien. latoris præſentium recepimus benignitate paterna, ipſarumque tenorem in litteram Latinam translatum pleno ſuſcepimus intellectu, & benigne audivimus ea, quæ pro tuæ Celſitudinis parte nobis expoſuit Epiſcopus prælibatus, ad illaque ſingula reſpondimus, prout idem Epiſcopus tibi dicet. Nuncii etiam noſtri, quos ad præſentiam tuæ Majeſtatis, jam ſunt tres menſes, tranſmiſimus, aliqua ſuper hujuſmodi expoſitis nobis per dictum Epiſcopum eidem Celſitudini enarrabunt. Ceterum, quia ſenſimus, quod nonnulli*

Ex ſecret. an. 5. fol. 5.

nulli Græci, tam Clerici, & Religioſi, quam Laici civitatis Conſtantinopolitanæ, qui relicto damnato ſchiſmate, ſunt effecti Catholici, & magiſterio S. R. E. volunt intendere; ſuis bonis, & dignitatibus, ac ſtatibus privantur; multæque moleſtiæ per alios Græcos in dicto ſchiſmate remanentes inferuntur eiſdem, de iis merito pertarbamur, & per ea datur nobis materia præfatæ civitati contra impios Turcas inſidiatores, & oppreſſores ipſius, & tuos, minime ſuccurrendi. Ideoque Imperialem ſublimitatem tamquam Catholicam requirimus, & rogamus attentius, quatenus, ſi cupis habere gratiam Dei ac noſtram, & prædictæ Eccleſiæ auxilium & favorem, contra eoſdem Catholicos talia fieri de cetero non permittas. Ceterum quia intelleximus, quod iidem Turcæ poſt factam per te treugam cum ipſis, præfatam civitatem in non parva multitudine intrare, in illaque nonnulla enormia patrare præſumunt, timemus ne tuam Serenitatem decipientes, eamdem occupent civitatem. Idcoque tibi paterne conſulimus, quod ſuper hoc caute ſtudeas obviare. Datum Aventione v. Kal. Februarii anno v.

Magnifico viro Emanueli Palæologo, Imperatori Græcorum illuſtri, gratiam in præſenti, per quam obtineat gloriam in futuro.

III. *Per ea, quæ nuper per dilectos filios certos Nuncios noſtros, quos ad illuſtrem genitorem tuum tranſmiſimus, eidem genitori ſignificavimus, poteris cognoſcere evidenter, quod erga præfatum genitorem, ac te, alioſque natos ejus, & totum Græcorum Imperium, pietas & compaſſio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diffunditur viſceroſe, unionemque ipſorum Græcorum cum ipſa Eccleſia, ceteriſque Latinis materna ſollicitat caritate, ac deviantibus filiis conſtitutis in magno diſcrimine offert ſuæ propitiationis auxilium, ſi ad ejus gremium voluerint remeare. Propterea cum dictam unionem eidem Imperio non ſolum ſpiritualiter, ſed etiam temporaliter in unum opportunam idem genitor, ac tua Sublimitas, aliique nati ejus, & totum ipſum Imperium ardentibus deſideriis debeant affectare; & affectum eorumdem operum exhibitione monſtrare, ut dicta pietas ſemper maneat, manens creſcat, creſcens fructificet, tuque, ac idem genitor, & fratres tui, ceterique Græci fructum accipiatis hujuſmodi animarum & corporum refectivum; indecens eſt, & Deo diſplicitum, ſi ex parte juvandorum præbeatur rependium ingratitudinis adjuvanti, ſi pro bono malum, pro beneficio ſupplicium, pro caritate crudelitas, & pro dilectione odium iniqua retributione reddatur. Audivimus ſiquidem cum multa diſplicentia cordis noſtri, quod cum nonnullæ perſonæ Eccleſiaſticæ, & ſeculares civitatis Conſtantinopolitanæ divino lumine illuſtratæ, relicto ſchiſmate, in quo damnabiliter hactenus perſtiterunt, ad gremium ejuſdem Eccleſiæ ſalubri ſint converſione reductæ, propter hoc ab aliis in ſchiſmate remanentibus prælibato, ſunt ſuis dignitatibus, beneficiis, locis, & bonis aliis ſpoliatæ, proſcriptæ, & pœnis multiplicis perſecutionis afflictæ, in gravem offenſam Dei, ac injuriam noſtram, & Eccleſiæ memoratæ. Quare Serenitatem tuam requirimus, quatenus ſi cupis Eccleſiæ præfatæ amorem, unionem, & favorem, eiſdem perſonis reſtitui facias omnia, quibus ſunt propter converſionem hujuſmodi ſpoliatæ, ipſaſque impoſterum ob reverentiam Apoſtolicæ Sedis & noſtram, defendas Imperialis brachio poteſtatis. Ceterum, quia intelleximus, quod Turcæ &c.* ut in præcedenti uſque ad finem. *Datum ut ſupra.* *Ibid. fol. 4.*

IV. Ut vero ſuppetias mitteret Imperatori, & militem qui occurere poſſit

poſſit Turcarum tyrannidi, Terramque ſanctam ſacris fidei myſteriis, & Catholicæ religionis origine venerandam, a Barbarorum liberare ſervitute, omnes Chriſtianos Principes ad fœdus & bellum ſacrum excitare decrevit, multis rationibus, & quorumdam ex ultramarinis partibus advenientium relatione perſuadens, tempus fore maxime opportunum hujuſmodi expeditioni. Præ reliquis credidit hæc explicanti fratri Martino Catalano, alias de Aragonia (nam & ille principatus Cataloniæ Aragonio includitur imperio) Guardiano Bethleemitano, viro ſincero, quem ad Carolum Francorum Regem deſtinavit, ut ipſi, & aliis Principibus non aliter perſuaderet afflictis Orientis Chriſtianis, & rebus Syriæ deperditis mederi, quam olim Petrus Eremita Gallus, ſtatura puſillus, & quantum ad exteriorem hominem, perſona contemptibilis, teſte Archiep. Tyrenſi, Urbanum II. & optimos quoſque Europæ Principes ad hoc ipſum iter excitavit, & Chriſtianos, Urbemque ſanctam a Sarracenorum immani jugo liberavit. Sæpiſſime viri pii ad hæc Pontifices Romanos extimularunt, eoque acrius, quo gravius expendunt Chriſtianorum injurias, & ſacræ Urbis, fidei noſtræ ſeminarii, contumelias. Quam non adhibuit diligentiam S. Bernardus, ut Eugenium III. Ludovicum Gallorum, & Conradum Romanorum Reges, cum aliis Principibus, ad Hieroſolymitanam expeditionem ſuſcitaret, licet *triſtior poſtea ſequeretur eventus; & exinde grave contra eum quorumdam hominum, vel ſimplicitas, vel malignitas, ſcandalum ſumpſerit*? Beato Joanne Capiſtrano Minorita hortatore, Calixtus III. ingentem collegit exercitum, & claſſem miſit in Mahometem tyrannum. Atque hoc ipſo anno ad iſtud ſacrum bellum Pontificem excitabat ſanctiſſima Virgo Catarina Senenſis, quæ uti ſcribit ſanctus Antoninus, *Zelo ſuccenſa fidei aeceſſit uſque ad Avenionem ad Gregorium, ſuadens ei tranſitum ad Terram ſanctam.*

Cupit Pontifex recuperare Terram ſanctam.

Tyren. de ſacro bello lib. 2. c. 9.

Vita S. Bernard. l. 3. c. 4.

Antonin. tit. 23. c. 14. §. 9.

V. Nihil ergo mirum, ſi tot ex Oriente deprecantibus, opportunum tempus nunciantibus, aliis ex Africa, & Europa cohortantibus, Pius Pontifex ſerio hoc bellum indixerit. Hac de cauſa ad Carolum Gallorum, & Eduardum Anglorum Reges pacificandos Pileum Archiepiſcopum Ravennatem, & Guillelmum Epiſcopum Carpentoraten. Nuncios miſerit, ut coadunatis viribus in communem hoſtem procederent, & ſcriptis litteris ad Philippum Burgundiæ Ducem, pacis arbitrum, ad Joannem Ducem Lancaſtriæ, Joannem Ducem Bituricen. Eduardum Aquitaniæ & Walliæ Principem, Eduardi Angliæ Regis primogenitum, Edmundum Comitem Cantabrigiæ, Thomam Comitem Herefordiæ, Bertrandum de Cliquino, Comitem-ſtabuli Franciæ, Philippum de Mazeriis Cancellarium Regni Cypri, alioſque Principes omnes invitarit ad Chriſtianum ineundum fœdus contra communem Chriſtianorum inimicum. Prius eum deterrebat ab inſigni hoc conatu, & glorioſo facinore adoriundo bellum domeſticum inter Reges Chriſtianos, & populos Italiæ deſæviens; ſed ſacrum hoc bellum, reliqua haud ita ſacra, aut juſta extincturum, a prædicta virgine ſancta Catarina ſibi perſuaderi facile permiſit. Cum enim ille regeret tempus tot Principum, & Italiæ diſſidiis turbulentum, importunum videri: *imo vere* (inquit illa) *nunc maxime opportunum eſt, adeoque nullium efficacius remedium ad diſſidia hæc tollenda ſuppetit, quam ſi fœdus ſanctum ſanciatur, quo omnes paribus animis in communes Chriſti & Chriſtianorum hoſtes conſpirent, ibi ſuos animos & impetus, ſuos pugnandi ardores iraſque effundent, eaque ratione privatas ponent lites & odia.* O utinam hæc uti veriſſima, ita orbi Chriſtiano ſumme proficua, conſiderarent noſtri ævi Principes, qui ſuis ſe armis jugulant, domeſticas vires infirmant, hoſtis potentiam corroborant, & propriis ruinis

Raymund. in vita S. Catarina.

inimici magnificant imperium! Quanto æquius & Chriſtianius Chriſtianum nomen & fidem, collectis viribus illius inferant dominio, qui lites & bella inter eos ſerere molitur, ut ipſis Chriſtianorum armis Chriſti cultum evertat. Sed proh dolor! canimus ſurdis, inteſtinis odiis eligunt noſtri Principes magis ſemetipſos, quam Turcam opprimere, & proprias potius, quam Chriſti ulciſci volunt injurias. Sed ad Gregorium redeamus, & piam exhibeamus ejuſdem epiſtolam, qua candidum & religioſum aperit pectus, & ſanctum ſubveniendi afflictis in Oriente Chriſtianis deſiderium.

Cariſſimo in Chriſto filio Carolo Regi Franciæ illuſtri.

Ibid. fol. 330. VI. *IIs diebus, cum homo miſſus a Deo, cui nomen erat Joannes de Caſtello, Ambianen. diœceſis, ut teſtimonium perhiberet de lumine, quod in tenebris erat ortum, cum gratiſſimis novis de partibus Sarracenorum adveniens, noſtram præſentiam adiiſſet, ipſum ad tuam devotam ſublimitatem talia nova, ut firmiter credimus, geſtientem audire, cum noſtris litteris celeriter duximus deſtinandum; & inter alia ſcripſimus, quod dilectum*
Fr. Martinus de Catalonia. *filium Martinum de Catalonia Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, tunc de dictis partibus venientem, de iis plenius informatum expectabamus de proximo, quem per nos plene auditum, ad te celeriter mitteremus, ea quæ nobis expoſuiſſet, tuæ celſitudini relaturum. Nunc autem illo proſequente, qui tantæ ſuæ rei dedit initium, dictum Martinum quem, ex bono teſtimonio nobis lato de ipſo, reputamus veracem, non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed ex mera puritate locutum, per nos miroſe, delectabiliterque auditum, expoſita per dictum Joannem, licet eum, ut aſſerit & credimus, ultra mare non noſceret, comprobantem, & cum eo dilectum filium Nicolaum Malavenam civem Vigintimillienſem, qui ut retulit, captus olim a Sarracenis, & venundatus in ſervum, Chriſto Salvatore noſtro, & ejus fide damnabiliſſime abnegatis, multis annis inter Sarracenos permanſit, eorumque linguam, potentiam, ſtatum, & terras plene ſe noſſe aſſerit, & in narratis per dictum Joannem, & Martinum etiam concordantem, ad tuam præſentiam deſtinamus. Dilecti quoque filii Nobiles Viri Corſeletus de Hamcurla Miles, & Joannes Pelizon Domicellus Rothomagen. & Turonen. diœceſis de peregrinatione Terræ ſanctæ, & aliarum Ultramarinarum partium noviſſime redeuntes, & aſſerentes, ſe partes peragraſſe præfatas, & ſatis de præmiſſis ſentire, ea omnia concordi aſſertione confirmant, a quibus hæc poteris indagare. Ii ſiquidem, & etiam quidam alii in hoc uno concordant, quod Sarraceni quamplurimi Terræ ſanctæ & Ægypti, neſcimus qua revelatione, ſeu cujus timoris incuſſione attoniti, aſſerunt, legem execrabilem Mahometi de proximo defecturam, paſſagiumque fidelium, quos Francos appellant, nimia timiditate formidant; itaque timor ipſorum incubuit ſuper eos, quorum alii ad*
Joſue 8. n. 9. *defenſionem, alii ad fugam, alii vero ad profeſſionem Catholicæ fidei ſe diſponunt; & illud, quod in dicta Terra ſancta Raab peccatrix dixit Joſue, tunc Duci Iſraelitici populi prælibati, videlicet,* novi quod Dominus tradidit vobis terram, *nunc per ora multorum Sarracenorum erga Chriſticolas aſſeritur ſæpius renovari. De partibus quoque Africæ, in quibus adoratur idem impius Mahometus, quidam Chriſtianus diſcretus, videlicet dilectus filius Nobilis vir Aymarus Alphonſi, Miles Iſpalen. advenit pro certis ſpiritualibus gratiis Apoſtolicæ Sedis pro ſe, & nonnullis Chriſtianis commorantibus in eiſdem partibus obtinendis, & refert ſimilem timorem, & credulitatem proximæ defectionis dictæ execrabilis legis exiſtere in dictis partibus Africanis,*

nis, & hoc ex antiquis prophetiis, ſeu Aſtrologorum judiciis aſſerunt ſe habere. Et licet talibus non innitatur Apoſtolica gravitas, tamen non ſunt omnimode reſpuenda, ſed notanda per ſervidos Chriſtianos. Legitur enim in ſcriptura divina, quod Madianitæ ſomnii revelatione perculſi, inferendum eis a Gedeone excidium præſenſerunt. Judic. 7. 13. *Legimus etiam de paſſagio glorioſiſſimo & fœliciſſimo fidelium, cui præfuit quondam Gotfridus de Bolione, quod quidam Petrus Eremita dictæ diœceſis Ambianen. qui in ejuſdem Terræ ſanctæ partibus fuerat ex devotione moratus, & Agarenorum conditiones, & ſtatus noverat, licet ſecundum ſeculum puſillus exiſteret, ſua prædicatione, & proſecutione promovit & vidit feliciter conſummari. Sentimus quoque nonnullas perſonas Deo devotas, ex divina, ut pie credendum eſt, revelatione ad hujuſmodi paſſagium aſſici, & anhelare, & ad id noſtri Pontificatus officium ſacere excitari. Non eſt igitur negligendum, quod tantis bonis indiciis præſignatur, cum non ſit abbreviata manus Domini Dei Sabaoth, quin poſſit etiam inſperata mirabilia operari. Etſi quiſquam dicat, quod propter talium relatus non ſit paſſagium inchoandum, tamen negare non debet, quin ſit excitatione Apoſtolica ſuadendum. Sicut enim de virgula tenui arbor prodit excelſa, ſic ex parvis principiis ſæpe grandia ſubſequuntur. Devoti quoque Principes Chriſtiani iis auditis, ſi Deus eis inſpiraverit hactenus, vel inſpiret ad præſens velle, & poſſe conceſſerit, ad paſſagium Ultramarinum in tempore opportuno, intendere poſſunt, & debent ab aliis iſta ſcientibus inquirere veritatem. Et ſicut Moyſes Dux Iſraelitici populi ſpiritu Dei doctus, & ductus ex promiſſione divina ad eamdem terram poſſidendam, cum dicto populo proficiſcens, Joſue, & Caleph ad ipſam terram, & ſtatum ejus inquirendos occulte, cauta proviſione præmiſit, ſic poſſunt ſuos fidos exquiſitores præmittere, & veritatem præmiſſorum ſubtiliter indagare, ut ſi reperiant ita eſſe, poſſint conſultius in hujuſmodi negotio dirigere actus ſuos.* Num. 13. 3. *Hæc igitur non ponenda ſub veſtræ taciturnitatis modio, ſed ſuper candelabrum ut ſaltem devotiſſimis Principibus, ſuiſque ſecretis & prudentibus proceribus luceant, ingenti tuæ devotioni digne providimus referanda, ut tuus ex iis inardeſcat affectus, ad hujuſmodi opus Domini per te, vel alium exequendum, ut bellorum tuorum, quæ habes cum Chriſtianis præpedia, ſtudio ſubmoveas promptiori, & ut examine deliberatiori diſcutias ad quid ſit potius intendendum, & quis ſit honor celebrior, quæ utilitas potior, & quis labor glorioſior deheat regia deliberatione præferri, & an dimitti mundana modica propter Deum, ut ad ejus obſequium & animarum ſalutem, non ad cupiditatem terrenam, regna in terris ampliſſima, & demum cœleſtia aequirantur: magnificentiam tuam per aſperſionem ſanguinis Domini noſtri Salvatoris cordialius obſecrantes, quatenus propter hujuſmodi ſanctiſſimi negotii diſpoſitionem tam bonam, per eumdem Joannem, ut credimus, jam relatam, & per præfatos Martinum & Nicolaum plenius referendam, ad pacem quæ inter te, & cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Eduardum Regem Angliæ illuſtrem tractatur, clementius & ferventius inducaris. Et ſi pax ipſa ſequatur, de dicto negotio Terræ ſanctæ, invocata Spiritus ſancti gratia, incipias cogitare, prout idem Spiritus præcordiis tuæ devotionis infundet, nobiſque referare digneris tuum propoſitum, quod ſi ad hoc per te, vel alium exequen. Deo inſpirante, firmetur, nos proſequemur conſiliis fidelibus, & favoribus opportunis; maxime cum ſentiamus multos ſtatuum diverſorum ad præfatum negotium aſpirare; eſt ſiquidem admiratione non vacuum, & ſpei erectivum non modicæ, quod tot diverſi viri fideles de climatibus profecti diverſis, tempore tractatus dictæ pacis concurrant ad hujuſmodi paſſagium ſuadendum; & tu, & idem Rex, & utriuſ-*

utriuſque veſtrum proceres intelligatis in dicta pace voluntatem Regis Regum advenire clementer, & ipſam faciatis libentius, liberalius, & celerius propter ipſum; & bellum ejus aggrediendo avidius, præmio quod debetur pacificis, & corona, quæ promiſſa eſt legitime certantibus, gaudeatis. Multi quoque qui multa patraverunt execrabilia, in hoc bello Domini, ut ſperandum eſt, per ipſius miſericordiam purgarentur. Datum apud Villam-novam Avenion. diœceſis XV. *Kalend. Junii anno* V.

In eumdem modum, Eduardo Regi Angliæ illuſtri.

Dilecto filio Leonardo Ordinis Fratrum Minorum Miniſtro Generali.

Ibid. fol. 72.

VII. *Cum dilecti filii Martinus de Aragonia, olim Guardianus loci Bethleem, & Gerardinus de Liuerio ejus ſocius, Ordinis Fratrum Minorum profeſſores, pro certis bonis negotiis dudum ad præſentiam noſtram de partibus Ultramarinis acceſſerint, eoſque ad dictas partes remittamus ad præſens, diſcretioni tuæ, præſentium tenore mandamus, quatenus dictos Martinum, & Gerardinum habens pro noſtra reverentia commendatos, eos, quominus propoſitum iter perficere valeant, minime impedias, & ab aliis Miniſtris & Cuſtodibus, aliiſque Officialibus & Fratribus quibuſcumque tui Ordinis non ſinas aliquatenus impediri, quinimo præcipias ſincera caritate foveri; ſuper iis etiam concedendo litteras opportunas. Datum Avenione* XII. *Kalend. Decembris, anno* V.

VIII. Dum huic ſacræ expeditioni totus incumbit Gregorius, ecce regrediuntur Conſtantinopoli miſſi ad Palæologum Imperatorem Nuncii, Thomas Bozolaſcus, & Bartholomæus Cherracii Ordinis Prædicatorum & Minorum profeſſores, & quod Pontifex ſe timuiſſe in litteris ad Imperatorem datis, aſſerebat, referunt eveniſſe; nimirum ex diſſenſione & ſchiſmate Græcorum, creviſſe Turcarum potentiam, & urbem ipſam Conſtantinopolitanam factam eſſe ſub tributo. In hoc rerum ſtatu cogitavit Pontifex non tam agendum de recuperatione Terræ ſanctæ, quam de cohibendo impetu Sarracenorum, ne Principatum Achaiæ invaderent, aut in Romaniam vel Bulgariam tranſirent. Scripſit proinde ad Principes Chriſtianos, ut ſibi auxilio eſſent dum claſſem & militem mittere proponit; & Joannæ Siciliæ Reginæ, miſſo fratre Bartholomæo, uno ex prædictis Nunciis, per litteras omnia intimavit.

Frater Bartholomæus Nuncius ad Reginam Siciliæ.

Cariſſimæ in Chriſto filiæ Joannæ Reginæ Siciliæ Illuſtri.

Ibid. fol. 65.

IX. *Placido auditu percepimus, quod tua fervens devotio ad Chriſti ſervitia inardeſcens, multum deſiderat ad Terram ſanctam paſſagium fieri generale, in quo ob reverentiam noſtri Salvatoris, qui in ea operatus eſt ſalutem humani generis, exponens vires ſuas, de quo devotionem eamdem diguis in Domino laudibus commendamus. Verum, cariſſima filia, cum ſtatus Chriſtianitatis adeo in maligno ſit poſitus, quod non videmus ad hoc præſenti tempore poſſe intendi, niſi operante illo, qui eſt Omnipotens, & qui dixit, & facta ſunt, & ſæpius inſperata contedit, facitque mirabilia magna ſolus, appareret illa diſpoſitio, quæ non videtur ad præſens, & impii Turcæ, ſævi hoſtes nominis Chriſtiani, non ceſſent Chriſtianos diverſarum partium aſſidue impetere, ac ſubjicere ſuæ crudeliſſimæ ditioni, Chriſtiana fide, ſine qua non eſt ſalus, ſæpius abnegata; & civitas Conſtantinopolitana dictis Turcis jam tri-*

tributaria eſt, prout a pluribus fide dignis, etiam noſtris Nunciis, quos dudum ad eam, & ejus Imperium direximus, & noviter reverſi ſunt in magno periculo conſtituti, qua perdita reputarentur omnes aliæ partes fidelium Orientis, & Ipſi Turcæ appropinquarent nimium Principatui Aebajæ, & etiam Regno tuo, cum de ſuecurrendo illis partibus non ſit ulterius habenda dilatio, ad impediendum tranſitum Turcarum de Turebia in Romaniam, & Bulgariam, nonnullas gentes armigeras de Fratribus Hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitani, & de aliis fidelibus in bono numero, & quamplures galeas, ſi tuum, & aliorum fidelium, ut ſperamus, tribuantur auxilia, intendimus deſtinare, iique omnes cum gratia Dei, ut cum aliquali potentia dicti Imperatoris, aliorumque fidelium Ultramarinorum, & Citramarinorum, & cum beneficio indulgentiæ Crucis ſecundum opiniones dicti Imperatoris, aliorumque peritorum in talibus ſperantur ſucceſſus proſperos adepturi; & quod ita proſperetur iſtud Dei negotium, quod parabitur via ad dictum paſſagium generale, & quod majus eſſet, per hunc ſuecurſum impendendum Græcis, ſperatur indubie ipſorum converſio ad ſanctæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ unitatem, & aliter ipſa converſio obtineri non poteſt, quia plura Imperia, & Regna Schiſmaticorum, ut membra caput veriſimiliter ſequerentur. Quare pietatem tuam eximiam ex parte Dei, cujus res agitur, & noſtra, requirimus & rogamus attentius, quatenus provide conſideranſ, quod obviando dictis Turcis, non ſolum opus præfatæ fidei agitur, ſed dictorum Principatus, & Regni tranquillitati conſultius providetur, & quod facilius, & expedientius eſt, juvare periclitantes ne pereant, quam tentare nunc recuperationem Terræ ſanctæ præfatæ, quæ longis temporibus eſt detenta; quodque ſi Turcæ in præfato Principatu, & terris ei vicinis, ac Inſulis Ultramarinis prævalerent, quod abſit, omnis ſpes recuperationis dictæ Terræ ſanctæ proculdubio tolleretur, præfatam tuam devotionem ad hujuſmodi ſuccurſum velis, prout debes, convertere, & de galeis & aliis gentibus, & navigiis, & victualibus reginalis liberalitatis dexteram, prout de tua devotione confidimus, ad noſtram, & aliorum ſolationem, ut ſperamus, magnifice aperire; referendo cito nobis, quid intendis facere in hac parte, ut iſtud ſanctum negotium certius & felicius, dante Domino, diſponatur. Ceterum tuæ Serenitati volumus eſſe notum, quod claræ mem. Philippus Imperator Conſtantinopolitanus, cujus Principatus, & terras gubernas; dudum dum viveret, pro dicto negotio obtulit unam galeam, & unum lignum bene armata per eum tenenda, quandiu dicta unio perduraret. Super quibus & aliis dependentibus ab eis, Celſitudini regali latius exponendis, dilecto filio Bartholomæo Cherracii, Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, in ſacra Theologia Magiſtro, Regenti in Conventu Avenionen. Apoſtolicæ Sedis Nuncio, latori præſentium, uni ex eiſdem Nunciis, de iis plenius informato, velis fidem plenam adhibere, Datum Avenion. VI. Kalendas Novembris anno V.

Venerabili fratri Bernardo Archiepiſcopo Neapolitano, ac dilecto filio Joanni Priori Domus Neapolitanæ, Ordinis Cartuſien.

X. IN favorem Catholicæ fidei, cujus profeſſores de Ultramarinis partibus ab impiis Tureis nimium opprimuntur, & pro ſalute animæ, ac honore coriſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Joannæ Reginæ Siciliæ Illuſtris, ac tutela ſui Regni, tibi de ſcribendo per eam decenti præſidio ac ſubſidio contra eoſdem Turcas ſentimus ſecundum formam præſentibus interclusam. Veſtram igitur diſcretionem, quam ad dictum negotium ardenter affici credimus, exhor- *Tab. fol. 66.*

exhortamur, mandantes, quatenus præfatam Reginam, & Magnates sui Regni ſuper contentis in hujuſmodi litteris noſtris, & aliis exponendis eidem Reginæ & vobis per dilectum filium Bartholomæum Cherracii, Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in ſacra Theologia Magiſtrum, Apoſtolicæ Sedis Nuncium, harum latorem, quantum poteritis, inducatis, dictoque Nuncio aſſiſtatis conſiliis, & favoribus opportunis. Datum Avenione VI. *Kalendas Novembris anno* V.

In eumdem modum nobilibus viris Jacobo de Capro Comiti Camerario regni Siciliæ, Ligorio Zurulo Logothetæ, ac protonotario, Angelo de Carolis magno Seneſcallo, Hugoni de ſancto Severino Domicello, Domino Sapencoriæ, Americo de Cavalcantibus, & Thomæ de ſancto Severino militibus Neapolitanis.

XI. In provincia Delphinatus adeo ſuccrevit hæreticorum numerus & audacia, ut hoc anno contempſerint ſanctæ Inquiſitionis Miniſtros, & palam contra eos rebellarint in civitatibus, diœceſibus, ac provinciis etiam Arelaten. Aquen. Ebredunen. Viennen. ac Tarantaſien. Ex Prælatorum negligentia libere & impune graſſabatur magna hujus malæ ſobolis multitudo; quam ut extirparet Pontifex, ſcripſit pungentes litteras ad Eccleſiarum Prælatos, ad Provinciarum Rectores, ad Carolum Franciæ Regem, ad Principes, quorum intererat. Miſit deinde Antonium Maſſæ Epiſcopum, Sedis Apoſtolicæ Nuncium, qui in expurgandis his Provinciis adlaboraret, Fratribus Franciſco Borilli, & Bertrando de ſancto Guillelmo, Ordinis Minorum, hæreticæ pravitatis in illis partibus Inquiſitoribus. Horum juriſdictioni adjecit urbem, diœceſim, & provinciam Tarantaſienſem; utque commodius, & liberius ſuam exercere poſſent auctoritatem, injunxit Eccleſiarum Prælatis, ut copioſam pecuniæ ſummam miniſtrarent pro carceribus fabricandis, & alendis incercaratis. Multis hæc conſtant litteris Apoſtolicis iiſque graviſſimis, quas ad ſanctæ Inquiſitionis majeſtatem huc tranſcribimus, ne pereant. Tædium fortaſſe lectori pariet tot ſimul collectas conſpicere; majoris tamen ſunt momenti quam ut omitti debeant; cui diſplicuerit omnes legere, percurrat, quas velit, vel tranſcurrat univerſas.

Fr. Franciſcus & frater Bernardus Inquiſitores in Gallia.

Cariſſimo in Chriſto filio, Carolo Regi Franciæ Illuſtri.

XII. *Zelus Catholicæ fidei, & tui honoris & meritl nos inducit, ut pro defenſione dictæ fidei, præſertim in tuis partibus, devotionem Excellentiæ Regiæ fiducialiter requiramus. Quare ex dilecti filii Inquiſitoris hæreticæ pravitatis partium Delphinatus Viennen. expoſitione didicimus, quod in dictis partibus hæreticorum multitudo copioſa conſiſtit, quos nonnulli Nobiles partium earumdem, poſtpoſito Dei timore, foventes, non permittunt eumdem Inquiſitorem procedere contra illos; & quod dilectus filius nobilis vir Gubernator Delphinatus ejuſdem contra tales de favore ſui officii requiſitus, illum impendere negligenter omittit, propter quæ multiplicantur execrabiles hæreſes, & hæreticorum inficientium illas & vicinas Patrias, numerus, proh dolor! continue adaugetur. Unde, ſi ſuper iis cum tuæ devotæ Celſitudinis auxilio, ſine quo non poteſt juſtitia miniſtrari, celer & efficax remedium non apponatur, in omnibus dictis partibus, & etiam Regno vepres & ſpinæ hæreticalium errorum poſſent cito ſuccreſcere non de facili evellendæ, in periculum animarum graviſſimum, & obnubilationem claritatis Catholicæ, ſinceritatis fidei orthodoxæ, quam tui Chriſtianiſſimi & incliti progenitores non ſolum defenderunt viriliter, ſed magnifice extulerunt. Ea propter regiam Majeſtatem requirimus, inſtantiuſque rogamus, quatenus ſuper præmiſſis tam*

Ibid. fol. 29.

tam devoto, tamque ferventer, & efficatiter, atque celeriter non ſolum litteralibus mandatis, ſed nunciis & executoribus ferventibus, audacibus, & devotis, ad dictas partes per te mittendis, prout tanta materia exigit, providere feſtines, quod exinde tua multiplicentur merita apud Deum, & præconium in hoc Dei negotio, quod cuncta præcellit, glorioſius extollatur. Ceterum ut Regnum ipſum, in quo nonnulli errores in fide dicta pullulare dicuntur, omni labe erronea expurgetur, devotionem tuam ſollicitamus, & rogamus attentius, quatenus Inquiſitorem Franciæ velis ad tuam præſentiam evocare, & per eum de iis, quæ reperit in ſuo officio, plenarie informari, & ſuper illis offerre, ac præſtare tuum auxilium, & favorem: ſuper quibus Venerabilis frater noſter Epiſcopus Pariſienſis, cui nuper in noſtra conſtitato præſentia aliqua de præmiſſis verbo commiſimus tuæ celſitudini referenda per eum, & ſibi nunc etiam ſcribimus, ſollicitabit celſitudinem prælibatam. Datum Avenione Nonis Maii anno v.

Venerabili fratri Epiſcopo Pariſien.

XIII. *Iis diebus cum in noſtra fuiſti præſentia, tuæ fraternitati narravimus ea, quæ nobis erant relata de multis hæreticis in Delfinatu Viennen. morantibus, & de favore Nobiliam dicti Delfinatus, qui præſtabatur eiſdem, ac etiam de negligentia dilecti filii nobilis Viri Gubernatoris Delfinatus ejuſdem, non curantis contra eoſdem hæreticos favere dilecto filio Franciſco Borilli, ſacræ Theologiæ Magiſtro, Inquiſitori hæreticæ pravitatis in illis partibus conſtituto, & tibi commiſimus, proat noſti, quod cariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Regi Franciæ illuſtri hæc ex parte noſtra exponeres viva voce, at ſuper eis debite provideret. Nunc autem eidem Regi ſcribimus ſecundum tenorem præſentibus intercluſum, & litteras noſtras dicti tenoris cum iis mittimus alligatas, unde ipſas litteras eidem Regi præſentes, ac ſollicites, quod pro tam pio ac urgenti fidei Orthodoxæ negotio mittat celeriter Nuncios zelantes, & litteras opportunas: alioquin contra dictos Gubernatorem & nobiles procedere cogeremur. Datum ut ſupra.* Ibid. fol. 30.

Dilecto filio Nobili Viro Amadæo Comiti Sabaudiæ.

XIV. *Zelus Catholicæ fidei, ac tui honoris & meriti nos indutit, ut pro defenſione dictæ fidei, præſertim in tuis partibus nobilitatem tuam requiramus. Sane ex dilecti filii Inquiſitoris hæreticæ pravitatis partium tui Comitatus Sabaudiæ, & aliarum tuarum terrarum, expoſitione didicimus, quod in dictis & aliis eis vicinis partibus hæreticorum multitudo copioſa conſiſtit, & quod nonnulli hæretici aliarum partium ad eaſdem tuas terras confugiunt, & ex eo tute morantur in ipſis, quod quidam Nobiles partium earumdem eos, poſtpoſito Dei timore, foventes, non permittant eumdem Inquiſitorem procedere contra illos, propter quod multiplicantur exetrabiles hæreſes, & hæreticorum inficientium illam, & vicinas partes numerus, proh dolor! continue adaugetur. Unde ſi ſuper iis cum tuo auxilio, ſine quo non poteſt juſtitia miniſtrari &c.* ut in num. 12. uſque ad *extollatur*; *& nos contra nobiles & alios tuos ſubditos defendentes, & foventes eoſdem hæreticos, exigente juſtitia, quam nullo modo poſſemus omittere, procedere non cogamur. Ceterum, ut contra hujuſmodi hæreticos, & fautores eorum efficacius procedatur, venerabilem fratrem noſtrum Antonium Epiſcopum Maſſan. Apoſtolicæ Sedis Nuntium, harum latorem, ad dictas partes dirigimus, cui velis tuam aſſiſtentiam adhibere in conſilio ac auxilio & favore, ac credere indubie ea, quæ de præfatis ex parte noſtra tibi duxerit referenda. Datum ut ſupra.* Ibidem.

Di-

Dilecto filio nobili viro Antonio de Vinayo Domino, Militi Viennen. diœceſis.

Ibidem. XV. *EX dilecti filii Franciſci Borilli Inquiſitoris hæreticæ pravitatis partium Delfinatus Viennen. expoſitione didicimus, quod in dictis partibus multitudo copioſa hæreticorum conſiſtit, quos tu, & nonnulli ſubditi tui confoventes, non permittitis eumdem Inquiſitorem procedere contra illos, propter quod multiplicantur execrabiles hæreſes, & hæreticorum inficientium illam, & vicinas patrias, numerus, prob dolor! continue adaugetur. Unde ſi ſuper iis celer & efficax non apponatur remedium, in omnibus dictis partibus veprès & ſpinæ hæreticalium errorum poſſent cito & multo magis fucreſcere, non de facili evellendæ, in periculum animarum graviſſimum, & obnubilationem claritatis Catholicæ, & ſinceritatis fidei orthodoxæ. Ideoque cum non intendamus, ſicut nec debemus, talia ſub conniventia pertranſire, & de diverſis remediis duxerimus providendum. Nobilitatem tuam requirimus, & hortamur, nihilominus tibi per Apoſtolica ſcripta, & ſub pœnis juris præcipiendo mandantes, quatenus hujuſmodi hæreticis & fautoribus eorum, nullum auxilium, conſilium, vel favorem exhibere præſumas, quinimo dicto Inquiſitori cum tuo brachio ſeculari fideliter & efficaciter aſſiſtas, ac obedias in præmiſſis, quotieſcumque per eum fueris requiſitus, ſic in præmiſſis acturus, quod exinde nullum animæ, ſtatus, & honoris tuorum jacturam incurras, ſed potius apud Deum meritum, & in ſeculo gloriam aſſequaris. Memoria enim deſtructionis ſtatus quondam Comitis Tholoſani, qui licet alias reputaretur Catholicus, tamen quia hæreticos ſuſtinebat in ſua domo, quid ſibi ex hoc acciderit, eſt ex dicta memoria omnibus de iſtis partibus manifeſtum. Ceterum ut contra hujuſmodi hæreticos, & fautores eorum efficacius procedatur, venerabilem fratrem noſtrum Antonium Epiſcopum Maſſan. Apoſtolicæ Sedis Nuncium, harum latorem ad dictas partes dirigimus, cui tuam aſſiſtentiam exhibeas in conſilio fideli, ac auxilio & favore, credaſque indubie ea, quæ de præfatis ex parte noſtra tibi duxerit referendum. Datum ut ſupra.*

Eodem modo Nobilibus Viris Joanni de Viriaco, Bernardo de Montelorico Theſaurario Delfinatus, Eleonoræ Dominæ Caſtri Villani relictæ quondam Joannis Baſtardi, Viduæ Viennen. diœceſis, Artando de Archiis Ballivo Ebredunen. & Brianſoneſii, & Domino de Malebeco, Gaufrido Domino de Claromonte, Ademario de Roſſilion. Domino de Amo, Militibus Viennen. diœceſis, & dilectis nobilibus viris Conſilio Curiæ Delphinalis.

Dilecto filio Nobili Viro Carolo, Domino de Banuilla, Militi Gubernatori Delfinatus Viennen.

Ibid. fol. 31. XVI. *EX dilecti filii Inquiſitoris hæreticæ pravitatis partium Delfinatus Viennen. expoſitione didicimus, quod in dictis partibus hæreticorum multitudo copioſa conſiſtit, quos nonnulli Nobiles partium earumdem, poſtpoſito Dei timore, foventes, non permittunt eumdem Inquiſitorem procedere contra illos, adeo quod nonnulli hæretici anno iſto contra judicium, ſeu officium dicti Inquiſitoris publice rebellarunt; & quod tu contra tales de favore tui officii requiſitus, illum impendere negligenter omittis, propter quæ multiplicantur execrabiles hæreſes, & hæreticorum inficientium illam, & vicinas patrias, numerus, prob dolor! continue, in periculum animarum graviſſimum, & Regii, ac tui honoris non modicum detrimentum adaugetur. Qua-*

Anno Christi	Gregorii XI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 168.
1375.	anno 5.	anno 28.	

Quare nobilitatem tuam requirimus, rogamus, & hortamur attente; nihilominus tibi per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus præteritam negligentiam ſic emendare procures, eidem Inquiſitori contro quoslibet hæreticos, & ſuſpectos de hæreſi, ac contra quoslibet Nobiles, & alios fautores & defenſores eorum, tui auxilii & favoris brachium prompte ac efficaciter impendendo, ac in iis, quæ ad ſuum ſpectant officium, fideliter obediendo, juxta canonicas ſanctiones, quod non oporteat nos, qui pati tantum diſerimen dictæ fidei non debemus, contra tuam hujuſmodi negligentiam nimium utique periculoſam, aliud remedium, quod non poſſemus, nec deberemus omittere, prout ad noſtri Apoſtolatus ſpectat officium, adhibere, & ſi hoc contemneres agere, magnum proculdubio incurreres periculum ſtatus tui. Ceterum ut contra hujuſmodi hæreticos, & fautores eorum &c. ut in ſupericribus. Datum ut ſupra.

Venerabilibus Fratribus Viennen. Ebredunen. & Tarantaſien. Arobicpiſcopis, nec non Valentin. Vivarien. Gratianopolitan. & Gebennen. Epiſcopis.

XVII. *Quamvis negligentia in ſpiritualibus rebus perniciosa cenſeatur, cum aut periculum, aut ſaltem detrimentum afferat animarum; ſed illa perniciosiſſima fore dignoſcitur, cum non corriguntur errores in Catholica fide ſuborti, in qua fundamentum religionis Chriſtianæ conſiſtit. Ideoque digna turbatione movemur, cum reperimus in Fratribus & Coepiſcopis noſtris negligentiam, ac culpam reprehenſione dignisſimam, & per Sedem Apoſtolicam nullatenus tolerandam. Audivimus ſiquidem ex relatione dilecti filii Franciſci Borilli in ſacra Pagina Magiſtri, Inquiſitoris hæreticæ pravitatis, in veſtris civitatibus & diœceſibus deputati, quod in eis hæreticorum multitudo moratur, etiam ab antiquo, contra quos vos, & prædeceſſores veſtri negligenter omiſiſtis veſtrum officium exercere; unde fit quod multiplicantur execrabiles hæreſes, & hæreticorum numerus, proh dolor! adaugetur. Nos igitur ad obviandum tantis fidei periculis merito excitati, Inquiſitorem præfatum ad partes veſtras remittimus, & Venerabilem fratrem noſtrum Antonium Epiſcopum Maſſan. Apoſtolicæ Sedis Nuncium harum latorem, cum eo remittimus, diverſis litteris Apoſtolicis communitos, prout ipſi vobis plenius oraculo vivæ vocis exponent, cui Nuncio ſuper iis, quæ vobis de præmiſſis ex parte noſtra narrabit, curetis fidem indubiam adhibere; & cum ad officium veſtrum ſpecialiter ſpectet, tantam iabem de veſtris finibus expurgare, fraternitati veſtræ diſtrictius injungimus, quatenus non ſolum eiſdem Nuncio & Inquiſitori veſtris conſiiiis, favoribus, & auxiliis efficaciter aſſiſtatis, ac vos, Vicarios & ſubditos veſtros reddatis favorabiles & benignos, ſed etiam voſmet dictum ſervitium veſtrum omni futuro tempore, cum omnimoda ſollicitudine, & fidei zelo ferventi ſtudeatis intrepide exercere, & in caſibus, in quibus cum eodem Inquiſitore convenire, procedereque debetis, caritative ac benigne conveniatis, omni difficultate, & tarditate ſemota, ipſoſque Nuncium & Inquiſitorem, & eorum gentes cum veſtra, & veſtrorum ſubditorum potentia, ab eorumdem hæreticorum incurſibus fideliter defendatis, & præſervetis inoffenſos, nec non carcerandos per eoſdem Nuncium & Inquiſitorem in veſtris recipiatis carceribus, & ſecundum eorumdem Nuncii & Inquiſitoris, vel alterius eorum diſpoſitionem carcerandis, eiſdem alimenta neceſſaria miniſtretis. Sic in præmiſſis acturi, quod veſtrum implentes officium, nobis non præſtetis materiam con-* Ibid. fol. 21.

contra veſtram negligentiam aliud remedium adhibendi. Datum Avenione nonis Maii, anno V.

EISDEM.

Ibidem. XVIII. *Licet ea, quæ in Romana Curia, quæ communis eſt omnium patria, publicantur, ad eunctorum perveniſſe cenſeantur notitiam, tamen quia ſpecialis publicatio expedire videtur, fraternitati veſtræ, auctoritate Apoſtolica, præſentium tenore, mandamus, quatenus in veſtris Cathedralibus, & ſingulis Eccleſiis Parochialibus veſtrarum civitatum & diœceſum ſingulis diebus Dominicis & feſtivis, ſaltem per totum unum annum, & ex tunc quotiens reputabitis expedire, & alias dilectus Inquiſitor hæreticæ pravitatis in veſtris partibus exiſtens pro tempore, vos ſuper hoc duxerit requirendos, intra miſſarum ſolemnia exiſten. populis ad divina, faciatis publicari, & exponi populis in vulgari, quod nos, & prædeceſſores noſtri Romani Pontifices ab antiquo tempore citra, annuatim in Cœna Domini publice, in Palatio Apoſtolico, præſente populi multitudine copioſa, excommunicavimus, & anathematizavimus, & nos per præſentes anathematizamus & excommunicamus ex parte Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, auctoritate quoque beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, ac noſtra, omnes Gazaros, & Patarenos, Pauperes de Lugduno, Arnaldiſtas, Speroniſtas, Paſſaginas, & Fratricellos, ac quoſcumque alios hæreticos, quocumque nomine cenſeantur, ac omnes fautores, receptatores, credentes, & defenſores eorum; mandetiſque de publicatione hujuſmodi fieri inſtrumenta publica dilecto filio eidem Inquiſitori, expenſis Rectorum Eccleſiarum, in quibus facta fuerit hujuſmodi publicatio, aſſignanda. Datum ut ſupra.*

Dilecto filio Inquiſitori hæreticæ pravitatis in Arelaten. Aquen. Ebredunen. & Viennen. ac Tarantaſien. civitatibus & diœceſibus ac Provinciis, auctoritate Apoſtolica, deputato.

Ibidem fol. 22. XIX. *Cum, ſicut relatibus fide dignis dolenter audivimus, in partibus Arelaten. Aquen. Ebredunen. & Viennen. civitat. & diœc. & Provinciarum, & certarum aliarum terrarum tuæ inquiſitionis, ſint nonnullæ perſonæ utriuſque ſexus infectæ diverſis erroribus hæreticæ pravitatis; & hoc ex defectu prædicatorum Catholicæ puritatis, qui in dictis partibus non fuerunt hactenus, nec ſunt etiam de præſenti; nos partes ipſas hujuſmodi expurgari erroribus cupientes, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus dilectos filios Priores & Miniſtros, ac Provinciales & Cuſtodes Fratrum Ordinum Prædicatorum, Eremitarum ſancti Auguſtini, & Carmelitarum, ac Minorum dictarum civitatum, diœceſium, & Provinciarum, ac partium vicinarum eiſdem, ex parte noſtra requiras, & in virtute ſanctæ obedientiæ mandes eiſdem, quod Fratres locorum & Cuſtodiarum, prout eis ſubſunt, in lege Domini eruditos, ac honeſtæ vitæ, & morum gravitate conſpicuos, & Orthodoxæ fidei zelatores, ſcientes idioma partium prædictarum, ad illa ipſarum partium loca, quæ eis inſinuaveris, ſtudeant fideliter deſtinare, in illis ad tuum beneplacitum permanſuros ac prædicaturos, maxime contra errores præfatos, ſaluberrimum verbum Dei. Datum ut ſupra.*

Ei-

EIDEM.

XX. *Fide dignis relatibus dolenter audivimus, quod in provincia Tarantaſien. limitibus tuæ inquiſitionis contigua, ſunt nonnullæ perſonæ utriuſque ſexus infectæ labe hæreticæ pravitatis, & quod hoc ex eo maxime accidit, quia in ipſa provincia nullus eſt Inquiſitor pravitatis ejuſdem. Nos igitur volentes in hac parte, prout expedit providere, civitatem, diœceſim, & dictam provinciam Tarantaſien. ſi nullus ſit Inquiſitor in eis, præfatæ Inquiſitioni adjicimus per præſentes; volentes, ac ſtatuentes, quod in eiſdem civitate, diœceſi, & provincia tuum officium, ſicut in ceteris partibus tibi decretis, debeas exercere. Nulli ergo &c. Datum Avenione* II. *Nonas Maii, anno* V. *Ibidem;*

Venerabili fratri Antonio Epiſcopo Maſſan. Apoſtolicæ Sedis Nuncio, & dilecto filio Franciſco Borilli, Ordinis Fratrum Minorum Profeſſori, in ſacra Theologia Magiſtro, in Ebredun. Vienn. & Tarantaſ. &c. Inquiſitori hæreticæ pravitatis.

XXI. *Apoſtolatui noſtro ſignificare curaſtis, vos magnam multitudinem hæreticorum capiſſe, & tenere carceribus mancipatos, & quod tot ſunt, quod eis alimenta miniſtrare nequitis; quare ſuper hoc nos conſulere curaſtis: nos igitur veſtræ conſultationi reſpondemus, quod cum hujuſmodi peſtis hæretica ex negligentia Ordinariorum increverit, & quod propterea dicti Ordinarii verbo, opere, ac ſumptibus ad extirpationem dictæ peſtis debent attentius laborare, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum, Ordinarios provinciarum, in quibus tu fili Inquiſitor officium inquiſitionis exerces, ad præbendum de bonis ſuarum Eccleſiarum eiſdem carceratis, qui ſunt de ſuis civitatibus, vel diœceſibus, ſufficientia alimenta, auctoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellatis: invocato ad hoc &c. brachii ſecularis: non obſtan. ſi eis, vel eorum aliquibus, communiter &c. quod interdici &c. per litteras Apoſtolicas non facientes &c. hujuſmodi mentionem. Volumus autem quod ſi unus Ordinarius in hoc, conſideratis ſuis facultatibus, nimium gravaretur, eum ſecundum diſcretionem vobis datam a Domino, faciatis per alios vicinos Ordinarios relevari. Et nihilominus expenſæ alimentorum hujuſmodi, faciendis eas, reſtituantur de male ablatis & incertis, quæ ad hoc per alias noſtras litteras duximus deputanda. Datum Avenione nonis Octobris, anno* V. *Ibid. fol. 37.*

Jubet præberi alimenta carceratis.

Venerabilibus Fratribus Arelaten. Aquen. Ebredunen. Viennen. & Tarantaſien. Archiepiſcopis, eorumque ſuffraganeis.

XXII. *Ad robur Catholicæ fidei, ſine qua non eſt ſalus, dignoſcitur pertinere, ut pernicioſi hæretici, depravatores & impugnatores ejuſdem fidei, eorumque fautores, tam ad pœnam, quam ad cuſtodiam in carceribus & vinculis arceantur, ne labe ſuæ contagionis peſtiferæ puritas fidelium maculetur. Sane quia in aliquibus veſtris civitatibus & diœceſibus nonnulli hæretici, quod dolenter referimus, per dilectos filios Inquiſitores pravitatis hæreticæ in dictis veſtris civitatibus & diœceſibus deputatos, reperti dicuntur, opportunum fore dignoſcitur, quod quamplures, & ma-* *Ibid. fol. 49.*

Et ſieri carceres in quibus hæretici detineantur.

magni, & fortes muri, ſeu carceres, pro talium perverſorum detentione celeriter habeantur: & propterea nos provida deliberatione mandavimus, ut in civitatibus Ebredunen. Viennen. & Avenionen. hujuſmodi carceres conſtruantur, & pro expenſis fabricæ ipſorum carcerum, & pro alimentis carcerandorum in eis, & pro proviſione eorumdem Inquiſitorum, ſuorumque familiarium, & pro certis aliis expenſis neceſſariis pro Inquiſitionis dictæ pravitatis officio exercendo, quatuor millia videlicet florenorum auri de Florentia ſemel, & ultra hujuſmodi ſummam florenorum, annuatim uſque ad quinque annos proxime futuros, pro hujuſmodi alimentis, proviſione, & aliis expenſis dicti officii, octingentos florenos auri de male ablatis, & legatis incertis earumdem veſtrarum Civitatum & diœceſum duximus deputanda, & pro prædictis omnia & ſingula male ablata, & legata incerta hujuſmodi dictarum veſtrarum Civitatum & diœceſum, donec dicta ſumma quatuor millium florenorum ſemel, & integre, & annuatim prædicti 800. floreni perſoluti, auctoritate Apoſtolica applicavimus, & exigi decrevimus & levari. Quocirca fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus infra tres menſes, a præſentatione præſentium vobis facta, computandos, ſinguli, videlicet, veſtrum per vos, vel alios in veſtris civitatibus, diœceſibus & provinciis, omnes & ſingulas pecunias male ablatorum, & legatorum incertorum prædictorum, uſque ad præfatas ſummas quatuor millium & octingentorum florenorum auri pro primo anno, & ex tunc ſingulis annis, quatuor annorum ex tunc proxime futurorum, præfatam ſummam 800. florenorum petere & exigere; ipſaſque pecunias ex tunc, quam cito commode poteritis, venerabili fratri noſtro Epiſcopo Avenionen. & dilecto filio Franciſco Borilli Ordinis Fratrum Minorum Profeſſori, in ſacra Theologia Magiſtro, in dictis veſtris civitatibus, diœceſ. & provinciis Inquiſitori pravitatis ejuſdem, vel eorum Vicariis ad hoc mandatum habentibus ab eiſdem, tranſmittere ſollicite ſtudeatis, ab eis opportunas recognitionis & quietationis litteras, vel inſtrumenta publica recepturi. Quod ſi jam dicta ſumma 4000. florenorum infra præfatos tres menſes forſan nequiverit exigi, eam ex tunc bona fide, quam cito commode poteritis, exigatis; alioquin quemlibet veſtrum contemnentem, ſeu malitioſe negligentem hujuſmodi noſtris obedire mandatis, excommunicationis ſententiam incurrere volumus eo ipſo: & nihilominus donec hujuſmodi ſuam culpam emendaverit, & abſolutus a dicta ſententia fuerit, a receptione male ablatorum, & legatorum incertorum hujuſmodi, ſit ſuſpenſus. Ceterum volumus & mandamus, quod venerab. Fratribus noſtris ſuffraganeis veſtris, auctoritate noſtra prædicta diſtrictius inhibeatis, ne interim donec dictæ ſummæ florenorum, ut præfertur, integre fuerint aſſignatæ, de quo a præfato Epiſcopo Avenionen. vos, & ipſi ſuffraganei informationem habebitis, hujuſmodi male ablata, & legata incerta recipere, aut recepta in alios uſus convertere quoquomodo præſumant: alioquin in eos dictas excommunicationis, & ſuſpenſionis ſententias proferatis. Sic itaque mandata præfata exequi ſtudeatis, quod de zelo fidei, & prompta obedientia commendari merito valeatis. Datum apud Villam novam Avenion. Diœceſ. XV. Kalend. Julii anno V.

Ve-

Venerabili Fratri Epiſcopo Avenionen. & dilecto filio Franciſco Borilli, Ordinis Fratrum Minorum Profeſſori, in ſacra Theologia Magiſtro, in Arelaten. Aquen. Ebredunen. & Tarantaſien. Civitatibus, Diœceſibus & Provinciis hæreticæ pravitatis Inqaiſitori.

XXIII. *CUm per alias noſtras litteras mandaverimus, quod de male ablatis & legatis incertis, Civitatum, Diœceſum, & Provinciarum Arelaten. Aquen. Ebredunen. & Tarantaſien. ſumma quatuor millium florenorum auri de Florentia expendenda ſemel, pro ædificandis carceribus, in quibus nonnulli infecti labe pravitatis hæreticæ teneri debeant mancipati, & octingenti floreni auri annuatim, uſque ad quinque annos proxime futuros pro alimentis includendorum in carceribus prælibatis, & pro certis aliis expenſis faciendis in hujuſmodi negotiis fidei, vobis debeant aſſignari, prout in eiſdem litteris plenius continetur, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus hujuſmodi pecunias, eum eas receeperitis, in loco communi & tato faciatis reponi; tuque fili Inquiſitor, tres partes ipſarum pecuniarum pro præmiſſis, eum opportunum fuerit, per te vel alium, ſeu alios fideles & providos, recipias & expendas. Quartam vero partem dictarum pecuniarum dilecto filio Bertrando de ſancto Guillelmo, ejuſdem Ordinis profeſſori, in dicta Theologia Magiſtro, ac in dictis Civitatibus, Diœceſ. & Provinciis Inquiſitori pravitatis ejuſdem, per vos, vel alterum veſtrum pro prædictis carceribus et expenſis volumus aſſignari, qui, et tu Franciſce, de ipſis teneamini reddere rationem debitam illi, vel illis, quem, vel quos ad id duxerimus deputandos. Datum apud Villam novam Avenion. Diœc. XV. Kalend. Julii anno V.* Ibid. fol. 50.

Venerabili fratri Antonio Epiſcopo Maſſan. Apoſtolicæ Sedis Nuncio, ac dilecto filio Franciſco Borilli, Ordinis Fratrum Minorum &c.

XXIV. *CUm vos, adverſus nonnullos hæreticos, ſeu de Catholica fide ſuſpectos, ac receptatores & defenſores eorum, qui in Ebredunen. Viennen. ac Tarantaſien. Civitatibus, Diœceſ. & Provinciis commorari dicuntur, præſentialiter deſtinemus, & veriſimiliter contingere poſſit, quod ipſi hæretici, ſuſpecti, & receptatores, ac defenſores, ad alias partes forſitan fugient & mirabuntur, ut eorum malitiæ efficaciter obvietur, vobis, vel alteri veſtrum per vos, vel alium ſeu alios, eoſdem hæreticos, ſuſpectos, receptatores, & defenſores, in quibuſcumque partibus proſequendi, & ubique locorum capiendi, ſeu faciendi capi & detineri, ac contra ipſos, & fautores ipſorum, mediante juſtitia, procedendi, & ad vos remitti ſub fida cuſtodia faciendi, de ipſiſque alias juſtitiam miniſtrandi, & locorum Ordinarios, & ſeculares potestates, & alios contradictores & rebelles, auctoritate noſtra, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendi, & ad hoc, ſi opus fuerit, invocandi brachium ſeculare: non obſtan. ſi alicui, vel aliquibus in eiſdem partibus inquiſitionis dictæ pravitatis officium, etiam a Sede Apoſtolica ſit commiſſum, & tam ſel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, in quibus cavetur, ne aliqui, auctoritate litterarum Apoſtolicarum, ultra certa loca et numerum, ad judicium evocentur, quam aliis conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis quibuſcumque, ſeu ſi alicui, vel alquibus prædictorum, vel aliis communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit in-* Ibid. fol. 51.

indultum, quod interdici &c. vel ultra loca ad judicium evocari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam et expreſſam, ac de verbo &c. mentionem, et quibuslibet privilegiis, ac litteris Apoſtolicis quibuſcumque locis, perſonis, vel ordinibus, ſub quacumque forma vel expreſſione verborum, ab eadem ſede conceſſis, de quibus, quorumque totis tenoribus, etiam de verbo ad verbum in noſtris litteris mentio ſit habenda; et per quæ præſentis mandati noſtri effectus valeat quomodolibet impediri, plenam concedimus, tenore præſentium, facultatem. Datum apud Villam novam Avenion. Diœceſ. 11. Kalendas Julii anno v.

Dilectis filiis Nobili Viro Gubernatori, ac Conſiliariis Delphinatus Viennen.

Ibid. fol. 38. XXV. *Dolemus filii, multaque admiratione movemur, quod, ubi tam propter ſtrictum mandatum cariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Regis Francorum illuſtris vobis directum, quam ob debitum veſtri officii ſperabamus in negotio fidei adverſus hæreticos, quorum labe Delphinatus Viennen. quem regitis (prob dolor) multipliciter fœdatus continue reperitur, veſtrum, ut jura præcipiunt, adhiberi auxilium, conſilium, et favorem, et Delphinatum ipſum ad laudem Dei, exaltationem dictæ fidei, animarum ſalutem, conſolationem noſtram, ac regium, et veſtrum honorem perpetuum, tam abominabili fœditate purgari, contrarium experimur. Nam nuper venerabilis frater noſter Antonius Epiſcopus Maſſan. Apoſtolicæ Sedis Nuncius, et dilectus filius Franciſcus Borilli, Ordinis Fratrum Minorum profeſſor, in ſacra Theologia Magiſter, in dicto Delphinatu, et certis aliis partibus Inquiſitor hæreticæ pravitatis, quædam nobis ſcripſerunt de veſtris negligentiis, et impedimentis deteſtabilibus contenta in ſchedula præſentibus intercluſa, quæ ad veſtram revocamus memoriam, ut providentes veſtris honori et ſaluti, ea curetis efficaciter et celeriter emendari; de qua emendatione vos paternis et Apoſtolicis monitis exhortamur, ſcituri quod ſuper iis ſcribemus eidem Regi, cui tamquam Chriſtianiſſimo Principi, talia veſtra geſta, et defectus diſpicerebunt ab intimis, ut ſuper iis dignetur de efficaciori remedio celeriter providere. Inter alia vero vos hortamur, per Apoſtolica ſcripta vobis mandantes, quod de ſecuritate perſonarum dictorum Nuncii, et Inquiſitoris, ſuorumque Vicariorum et Commiſſariorum, familiarium, et auxiliatorum, curetis realiter provideri. Datum Aven.* v. *Kal. Jan. anno* v.

Inquiſitor in Syria & Ægypto Minorita.

XXVI. In Syriæ & Ægypti partibus audivit Pontifex multos ex peregrinis Catholicis illuc confluentibus, fide abnegata, contra eamdem moliri. Ne vero malignantium creſceret multitudo, obviandum judicavit Pontifex, inſtituto pravitatis hæreticæ Inquiſitore in illis regionibus Miniſtro Provinciali Terræ Sanctæ Ordinis Minorum; eos vero qui abjurata hæreſi aut Mahometiſmo, ad cor redibant, recipiendi auctoritatem indulſit eidem Miniſtro, Martino de Aragonia, & Gerardo de Lyneyo ſupra memoratis.

Dilecto filio Miniſtro Provinciali Terræ ſanctæ Ordinis Fratrum Minorum, ſecundum morem ejuſdem Ordinis.

Ibid. fol. 44. XXVII. *Inter ſollicitudines innumeras & immenſas, quæ noſtris humeris incumbunt, iis potiſſime perurgemur, ut noſtræ operationis miniſterio de vinea Domini Sabaoth, cujus nobis, licet immeritis, eſt cura com-*

commiſſa, hæretici, quæ velut vulpeculæ inter ſarmenta latentes, conantur eamdem multipliciter demoliri, penitus extirpentur, fideſque Catholica, eradicatis prorſus cunctis erroribus, proſperetur fortius, & amplius dilatetur, talesque ad id peragendum cupimus deputare perſonas, quarum honeſta converſatio exemplum præbeat puritatis, & erudita labia doctrinam tribuant ſalutarem. Sane cum, ſicut ad noſtrum, non ſine gravi mentis perturbatione, pervenit auditum, in Terræ ſanctæ, ſeu Syriæ, & Ægypti partibus, ad quas multi confluunt peregrini Chriſtiani, quidam ex eis hæretici contra eamdem fidem Catholicam, & ſanctam Romanam Eccleſiam damnabiliter inſurrexerint, & inſurgere alii timeantur. Nos cupientes adverſus hujuſmodi perniciosam peſtem ſalubriter providere, ac ſperantes, quod tu ſcies & poteris per tuæ diligentiæ ſtudium, in dictis partibus hujuſmodi hæreticis, & derogantibus dictæ fidei, opportunis remediis obviare, ac inibi hujuſmodi fidei fructuoſos palmites ampliare, te Inquiſitorem hæreticæ pravitatis in dictis Terræ ſanctæ, Syriæ, & Ægypti partibus, uſque ad ejuſdem Sedis beneplacitum, auctoritate Apoſtolica, deputamus: diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandantes, tibique in remiſſionem peccaminum injungentes, quatenus in caritate Dei, hominum timore poſtpoſito, virtutem ſpiritus induens, prædictum Inquiſitionis officium in eiſdem partibus, prout tanti negotii utilitas ſuadebit, ſub ſpe mercedis æternæ efficaciter proſequi, & exequi ſtudeas, diligenter in hujuſmodi negotio proceſſurus, tam ſecundum indulgentias, & privilegia Inquiſitoribus pravitatis ejuſdem, auctoritate Apoſtolica deputatis, ſeu officio Inquiſitionis ejuſdem, ab eadem Sede conceſſa, quam ſecundum canonicas ſanctiones: per hujuſmodi autem deputationem de tua perſona in hujuſmodi Inquiſitionis officio per nos factam, locorum Ordinariis, quominus ipſum Inquiſitionis officium, ſuper labe præfata, prout volunt canonicæ ſanctiones, exercere valeant, nec non prædictis, vel quibuſcumque aliis privilegiis, tuo ordini, ſeu officio dictæ Inquiſitionis, ſi quæ ſint eis a dicta Sede conceſſa, nullum volumus præjudicium generari. Datum Avenione IV. Kalendas Januarii anno V.

Dilectis filiis Miniſtro Terræ ſanctæ, & Martino de Aragonia, ac Gerardo de Lyneyo, Ordinis Fratrum Minorum Profeſſoribus.

XXVIII. *Sicut de damnabili devio filiorum errantium ſancta mater Eccleſia pietate materna dolet ab intimis, ſic de ipſorum reditu ad iter ſalutis exultat in Domino, eoſque libenter admittit ad ejus clementiæ lenitatem. Sane dolenter accepimus, quod in nonnullis partibus, quas Soldanus Babyloniæ detinet, inter Sarracenos nonnulli dudum Chriſtianam Religionem profeſſi, & ſacri Baptiſmatis fonte renati, converſantur & habitant, qui antiqui hoſtis fraude decepti, vel adulatione blanda ſeducti, aut tormentorum timore perterriti, aut animorum levitate, abnegantes ſalvificum nomen Chriſti, ab auctore ſalutis ſe alienos fecerint, & adhæſerint & adhærent abominabili ritui Mahometi, & lapſi ſunt in nonnulla alia, hæreſes, ſchiſmata, perfidiam, & errores; quodque quidam ex eis ſæniori ducti conſilio, ad cor reverſi & pœnitentes de præmiſſis, cupiunt errata corrigere, & in humilitatis ſpiritu agere pœnitentiam de commiſſis, ac corpori dictæ Eccleſiæ, extra quam non eſt ſalus, cum devotione fervida reuniri. Nos igitur qui cunctorum ſalutem cupimus, neminem perire volentes, ac pœnitentes hujuſmodi, ut dum habent emendandi ſpatium, futuræ iræ terrorem effugiant, opportunis favoribus proſequi affectantes, de veſtraque diſcretione gerentes* Ibid. fol. 45.

in

in Domino fiduciam ſpecialem, vobis, & cuilibet veſtrum, auctoritate Apoſtolica, ab eiſdem pœnitentibus, cujuſcumque gradus, dignitatis, ordinis, ſtatus, vel conditionis extiterint, in partibus illis dumtaxat exiſtentibus, recipiendi in forma Eccleſiæ conſueta, abjurationem ritus prædicti, & quorumcumque hæreſis, ſchiſmatis, perfidiæ, & errorum, in quæ lapſi fuerint, illoſque ex eis, de quibus per eorum confeſſiones, & veriſimiles conjecturas apparuerit, quod vere pœnitentes exiſtant, ab hujuſmodi reatibus, & aliis eorum peccatis, qui alicui veſtrum confeſſi fuerint, hac vice dumtaxat abſolvendi, injunctis eis pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, & aliis, quæ de jure fuerint injungenda, & inter alia, quod in hujuſmodi abnegationis, & adhæſionis, ac alia, hæreſes, ſchiſmata, perfidiam, & errores de cetero non incident, ac ipſius pœnitentiæ parte peracta, in obedientiæ ſignum, ad profeſſionem fidei Catholicæ admittendi, ipſamque profeſſionem ab ipſis recipiendi, ac eos corpori dictæ Eccleſiæ reintegrandi, & reuniendi, abſolvendique etiam ipſos, & eorum quemlibet ab excommunicationis, & aliis ſententiis, atque pœnis juris, et hominis, quas propter abnegationem, et adhæſionem, hæreſes, ſchiſmata, perfidiam, et errores hujuſmodi incurrerunt, nec non diſpenſandi cum ipſis ſuper irregularitatibus, ſi quas forte ob præmiſſa, et eorum occaſione incurrerint, eoſque habilitandi ad famam, dignitates, ordines, officia, et honores, et reſtituendi ad eadem; necnon ad poſſeſſiones, bona, et jura alia quælibet, quibus propter abnegationem, adhæſionem &c. præfata, per proceſſus Apoſtolicos, et jura alia canonica, vel civilia privati, vel ſuſpenſi exiſterent, dummodo in eis non ſit alteri jus quæſitum, ac in, et ſuper præmiſſis, et quolibet præmiſſorum cum eis, et eorum ſingulis, eadem auctoritate, etiam diſpenſandi; et alia faciendi, quæ circa hæc fuerint opportuna, quibuſcumque privilegiis, proceſſibus, et litteris Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus, nec non ſtatutis, et conſuetudinibus tam veſtri, quam quorumcumque aliorum ordinum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia vallatis, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri poſſet quomodolibet, vel differri, etiamſi de eis eorumque totis tenoribus habenda eſſet in noſtris litteris mentio ſpecialis, nequaquam obſtantibus, plenam concedimus, tenore præſentium, facultatem. Datum Avenione VII. *Kalendas Decembris anno* V.

Fratres Gabriel Inquiſitor in Provincia Romana. Fr. Petrus Lyppi in Tuſcia. *Bzov. hoc anno n.* 8. *Tom.* 7. *anno* 1346. *n.* 4.

XXIX. Erat tunc in Urbe & Provincia Romana Inquiſitor frater Gabriel Viterbienſis, Pontifici ob laudabilia obſequia Sedi Apoſtolicæ exhibita ſumme carus, quem propterea ſummopere commendat Miniſtro Generali. In provincia Tuſcana frater Petrus Lyppi, quem perperam Philippum vocat Bzovius: hic monuit Florentinos ante aliquot annos ſtatuta quædam contra ſacrum Inquiſitionis tribunal condidiſſe, quod nos alias narravimus, eaque adhuc inconcuſſe apud eos ſervata impedimento eſſe, ne officium ſuum, ſecundum ſanctiones canonicas libere poſſit exercere. Horum exemplum peccaverant Piſtorienſes ſimiles ferentes leges, quas ut utrobique revocarent, ſcripſit Pontifex, commiſſa facultate prædicto Inquiſitori, ut reſipiſcentes a cenſuris, quibus involvebantur, abſolveret.

Dilecto filio Leonardo Miniſtro Generali Ordinis Fratrum Minorum.

Ibid. fol. 114. Commendatur Inquiſitor Romanus.

XXX. *Cum dilectus filius Gabriel de Viterbio, Ordinis Fratrum Minorum Profeſſor, qui in Urbe, & Provincia Romana ſecundum morem dicti Ordinis Inquiſitor hæreticæ pravitatis exiſtit, noſtris, & Roma-*

ac

næ Eccleſiæ obſequiis de mandato noſtro laudabiliter inſtiterit, & adhuc inſiſtat de præſenti, & propterea eum proſequi velimus favoribus opportunis; circumſpectionem tuam rogamus, & hortamur attente, quatenus præfatum Gabrielem, ſuis exigentibus meritis, nobis earum, in hujuſmodi Inquiſitionis officio manuteneas, & manuteneri facias, & in illis, quæ poteris pro noſtra, & Apoſtolicæ Sedis reverentia, habeas favorabiliter commendatum. Datum apud Villam-novam Avenionen. Diœceſis. VI. Kalendas Auguſti, anno V.

Dilectis filiis Prioribus artium, & Vexillifero juſtitiæ populi, & Communi Civitatis Florentinæ.

XXXI. *Zelus Catholicæ fidei & ſalutis animarum veſtrarum nos comedit & indevit, ut iis, quæ ipſis fidei & ſaluti contrariari ſentimus, opportunæ proviſionis remediis obviemus. Sane fide digno relatu admodum diſplicenter audivimus, quod olim anteceſſores veſtri civitatem Florentinam regentes, quædam Statuta in derogationem officii Inquiſitionis pravitatis hæreticæ, ineonſultis motibus condiderunt, propter quæ inconcuſſe ſervata, officium præfatum in dicta civitate, ejuſque diſtrictu non poteſt, ut debet, ſecundum ſanctiones canonicas libere exerceri, & multa ſunt commiſſa impune, quæ fuiſſent merito puniendæ. Nos igitur ex iis, quæ vix credere poſſumus, Salvatori noſtro, cujus vices, licet indigni, tenemus in terris, fideique ſuæ præfatæ gravem injuriam, & ſacrorum canonum, quibus regitur univerſalis Eccleſia, provenire contemptum, veſtras gravari animas, & gloriam civitatis ejuſdem nimium maculari cernentes, diſcretionem veſtram paterna caritate requirimus, & hortamur in Domino, vobis nihilominus per Apoſtolica ſcripta mandantes, quod tamquam viri Catholici & prudentes, non ſolum inchoare, quod malum eſt, ſed & illud approbare ac proſequi, æquale fore vitium, diſcreto ac devoto judicio examinantes, hujuſmodi ſtatuta faciatis de libris veſtris penitus aboleri, dictoſque canones & leges ſuper dicto officio editas, ſicut ſervantur ab aliis terrarum Dominis & rectoribus Catholicis, firmiter ſervaturi, ac dicto officio tanto promptius ac devotius præbeatis veſtra auxilia & favores, quanto ad ea, ex culpa ſervationis hujuſmodi deteſtabilium ſtatutorum, vos magis obnoxios filiali recognoſcere humilitate debetis, ut in agro veſtræ devotionis extirpatis ſpinis, & vepribus, fructus ſalutis earumdem animarum veſtrarum copioſior, & Deo amabilior producatur, & per hæc veſtro conſulatis honori, ac noſtram, & Apoſtolicæ Sedis benevolentiam mereamini ampliorem. Nos enim veſtræ ſaluti paterno providentes affectu, dilecto filio Petro Lyppi, Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, in ſacra Theologia Magiſtro, Inquiſitori pravitatis ejuſdem in partibus Tuſciæ, omnes & ſingulos, qui condendo, ſcribendo, aut ſervando, ſeu ſervari faciendo ſtatuta præfata, aut ſuper eis dando conſilium, vel favorem, Jure vel hominis ſententias incurrerunt, ab ipſis abſolvendi plenam conceſſimus per alias noſtras litteras facultatem. Datum Avenione VII. Idus Martii anno V.*

Ibid. fol. 15.

Jubet revocari leges injuſte latas contra officiū Inquiſitionis.

Dilectis filiis nobilibus viris Potcſtati, Capitaneo, Antianis, ac Conſilio, & Communi Civitatis Piſtorien.

XXXII. *Mirari cogimur & dolere, quod, ſicut nuper fide digna narratione percepimus, nonnulla ſtatuta quæ contra officium Inquiſitionis hæreticæ pravitatis, olim a veſtris prædeceſſoribus condita extiterunt, ſer-*

Ibid. fol. 16.

ſervata ſunt hactenus, & ſervantur de præſenti, in injuriam Dei, ac Catholicæ fidei, & eorumdem prædeceſſorum, & veſtrarum animarum præjudicium, & veſtræ dedecus Civitatis. Nos igitur iis obviare, ne proceedant de cetero, paterna diligentia cupientes, Nobilitatem & diſcretionem veſtram requirimus, ac rogamus attentius, & monemus, vobis nihilominus per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus, ſi eſt ita, quod vix credere poſſumus, hujuſmodi ſtatuta protinus abolentes, ſicut devotionis, & obedientiæ filii, velitis vos reddere favorabiles & promptos erga liberam executionem officii præfati. Nos enim dictæ veſtræ ſaluti paterno providentes affectu, dilecto filio Petro Lyppi, Ordinis Fratrum Minorum &c. ut ſupra, facultatem. Datum ut ſupra.

XXXIII. Diuturnis ſævientibus bellis inter Mauros, Granatenſes, Benamarinos, & Chriſtianos in Hiſpania, plurimi ex fidelibus ducti ſunt in ſervitutem. Hos, ut a duro Sarracenorum jugo redimerent Chriſtiani, miſſis litteris, conſtitutiſque Commiſſariis, qui redemptionis pretium colligerent, commendavit Pontifex. Curam hanc in regnis Caſtellæ injunxit Petro de Guadalfaiara Priori Monaſterii de Luperiano Ordinis ſancti Auguſtini Toletanæ diœceſis; in regnis vero Aragonum, Valentiæ, & Majoricarum fratri Petro de Aragonia. Paulo poſt injunctam hanc Provinciam, eumdem vocavit in Curiam, ut concordiæ ineundæ, & pacis poſt ſæva bella firmandæ, inter Petrum Cypri Regem, ejuſdem fratris Petri ex filia nepotem, & Ianuenſes intereſſet. Hoc fortaſſis tempore fecit tranſcribi illud exemplar revelationum ſanctæ Birgittæ, quod Cardinalis Turrecremata refert in tractatu præfixo ad eaſdem revelationes, ubi eum conſanguineum vocat Regis Galliarum.

Fr. Petrus de Aragonia vocatur in Curiam.

Turrecr. c.1. ante finem.

Dilecto filio Petro de Aragonia, Ordinis Fratrum Minorum Profeſſori.

Ibid. fol. 40.

XXXIV. *Pietatis intentos operibus, quibus Catholica fides attollitur, & ſalus fidelium procuratur, Sedes Apoſtolica gratiis & remiſſionibus, per quas iidem fideles, favente divina gratia, animarum ſuarum ſalutem facilius conſequi poterunt, inducere conſuevit. Sane nuper ad noſtrum pervenit auditum, in Granatæ & Benamarinæ regnis Sarracenorum, plura millia Chriſtianorum per impios Agarenos detineri captivos, quorum nonnulli longa captivitatis inedia defatigati, in damnationem animarum ſuarum, fidem Chriſtianam abnegantes, hactenus ſe ſubjecerunt, & ſæpiſſime ſubjiciunt legi impii Mahometi. Nos igitur de iis dolentes ab intimis, & liberationi eorumdem Chriſtianorum providere ſalubriter cupientes, Diſcretioni tuæ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, deputandi in regnis Aragonum, Valentiæ, & Majoricarum, & aliis terris cariſſimi in Chriſto filii noſtri Petri Regis Aragonum illuſtris, aliquas perſonas fideles, Eccleſiaſticas, etiam religioſas, vel ſeculares, Deum timentes, & avaritiam execrantes, de quibus tibi videbitur, ad recipiendum eleemoſynas, quas fideles dictorum regnorum pro redemptione, & liberatione dictorum captivorum voluerint elargiri, eaſdemque eleemoſynas diſpenſan. pro redemptione & liberatione præfatis; ita quod de receptis & expenſis, ſeu diſpenſatis teneantur tibi reddere rationem, ſuper quibus omnibus tuam, & ipſarum perſonarum per te deputandarum conſcientias oneramus, plenam concedimus, tenore præſentium facultatem. Datum Avenione* XII. *Kalendas Decembris anno* V.

Ej-

Eidem Petro Infanti de Aragonia, Ordinis Minorum.

XXXV. *CUm nuper ad noſtram præſentiam acceſſerit dilectus filius Jacobus de ſancto Michaele legum doctor, Ambaxiator cariſſimi in Chriſto filii noſtri Petri Regis Cypri illuſtris, cum plena poteſtate pro ipſo Rege, cum dilectis filiis Januen. concordiam tractandi, &, dante Domino, perficiendi, ac in hoc tua præſentia, ſaltem quod ſit in Romana Curia, multum utilis reputetur, devotionem tuam attente requirimus & rogamus, quatenus ſine difficultate qualibet ad nos perſonaliter accedere non poſtponas. Datum Avenione* III. *Nonas Decembris anno* V. *Ibid. fol. 78.*

XXXVI. Dilexit Fridericum Trinacriæ Regem Gregorius, Regnumque illud a Siculo, ſive Neapolitano ſua auctoritate ante aliquot annos diviſum, regiis liberis ſtabiliri cupiens, mortua Antonia Regina ex inopinato caſu, Pontifex aliam ei conjugem procurabat. Ea erat Maria Luſitaniæ Infans Petro I. & Conſtantia, Jacobi Aragonum Regis filia, Regibus Luſitanis progenita; olim conjux Infantis Ferdinandi, fratris Petri IV. Regis Aragonii. Detinebatur hæc a Petro Aragonio in aula, timens ex ejus receſſu in Luſitaniam, & domum paternam, ſuborituras aliquas turbas, contendente illa ſibi deberi ditiones, & fortalitia mariti. Prævaluit tamen apud Regem Pontificis auctoritas, ut dimitteretur, & Avenioncm veniret, eam comitante ſorore Catarina Malona, Moniale Monaſterii ſanctæ Claræ Calaguritani, quam ſecum retinebat ex Pontificis diſpenſatione. Præſentem hortatus, ut matrimonium cum Friderico iniret, eam præcipuam ſubeſſe vidit difficultatem, quod illa Regni turbas, & ſciſſionem exhorruerit. Hanc ſuperavit Gregorius, ſuam opem promittens, ut Friderico omnia reſtituerentur, omneſque parerent. Miſit itaque fratrem Joannem Caſalenſem Minoritam ad Fridericum, qui moneret, ut procuratores mitteret ad ſacra matrimonialia contrahenda, de aliis ſui Regni rebus cum eo ageret, & ſuaderet, ut ſibi Romanum iter meditanti, aliquot mitteret triremes.

Vide Zuritam lib. 9. c. 56.

Ex lib. commun. fol. 119.

Fr. Joann. Nuncius Pontif. ad Frideric. Regem Siciliæ.

Cariſſimo in Chriſto filio Friderico Regi Trinacriæ Illuſtri.

XXXVII. *SIcut tuæ Serenitatis circumſpectio advertere potuit, nos ſemper erga excellentiam tuam ſincerum & ſingularem habuimus dilectionis affectum, & quantum potuimus, operam dedimus, & labores impendimus pro exaltando regio ſtatu tuo, idemque propoſitum in nobis ſemper fortius augetur. Hinc eſt, quod pro te de honorabili & utili matrimonio cogitantes, oculos noſtræ conſiderationis adduximus ad dilectam in Chriſto filiam nobilem mulierem Mariam Infantiſſam Portugalliæ, genere quidem præclaram, honeſtate, prudentia, ceteriſque virtutibus ac moribus inſignem, forma ſpectabilem & decoram, jamque eum ea, quæ ad Curiam Romanam a modico tempore citra advenit, de contrahendo matrimonium tecum, colloquium habuimus, & haberi fecimus tractatum, ſperantes, ſi quod hujuſmodi matrimonium, Deo volente, ad effectum deduceretur, tuæ Serenitati honor accreſceret, & conſolatio; quies, & jucunditas, tuique Regni exaltatio, & multa commoda provenirent. Sed cum ad retrahendum eamdem ab hujuſmodi matrimonio, multa ſibi dubia proponantur, illud eſt inter cetera grovius, quod ſibi relatum eſt, quod tua Celſitudo non habet bene effectuale dominium, & regimen regni tui, ſed ſciſſum in partes, occupatur pro majori parte a* *Ibid. fol. 203.*

Baronibus & Nobilibus dicti Regni: ſed nos quoque eidem Infantiſſæ ſpem dedimus, quod pro Apoſtolicis favoribus & auxiliis, quæ parati ſumus impendere, excellentiæque tuæ virtutibus, regnum præfatum reintegrabitur, & tuæ Serenitati terrarum & jurium ſuorum integra reſtitutio fiet, & debita reverentia & obedientia impendetur. Quare Excellentiam tuam rogamus, & hortamur in Domino, quatenus certum Procuratorem & Nuncium, cum ſufficienti mandato, ad hujuſmodi matrimonium contrahendum, & dotalia alia in talibus conſueta aſſignandum, & aſſicurandum quantocius ad Romanam Curiam mittere non poſtponas. Ceterum, fili cariſſime, noſtris exhortationibus adjicimus, quod tua Serenitas in ſe augeat & roboret magnanimum, ſicut excellentem decet Principem, animum & vigorem in amorem Dei, ne animam tuam ledas, continue perſiſtendo, divinoque cultui inhærendo, & Eccleſias, Eccleſiaſticaſque perſonas præcipue venerando, quæ facilius conſequeris, ſi omnes vitioſos, & impudentes deferas, & bonis & virtuoſis hominibus latera tua cingas, ex quibus præter retributionem æternam, tibi honor & gloria ſequetur, & augebitur, & roborabitur tui Regii ſolii celſitudo; & nos in hoc recipiemus complacentiam ſingularem, & animabimur ad exaltationem tuam vigoroſius promovendam. Circa quæ venerabilem fratrem noſtrum Epiſcopum N. vel aliquem, ſeu aliquos hic in Romana Curia exiſtens. Procuratores ad hoc legitime conſtituas, ut hujuſmodi matrimonii negotium celeriter & feliciter compleatur, nec a quoquam valeat impediri. Circa quæ dilecto filio Joanni de Caſali, Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, latori præſentium, quædam tuæ Serenitati in ſecreto referenda duximus imponenda, cujus pro parte noſtra relatibus plenam fidem adhibeas, & illa prudenter & effectualiter exequaris. Datum Avenione Nonis Decembris anno V.

Eidem.

Ibid. fol. 107. XXXVIII. *Dilectum filium Joannem de Caſale, Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, latorem præſentium, pro quibuſdam tuum, Regnique tui bonum ſtatum tangentibus, per nos ſibi commiſſis negotiis, ad tuæ Serenitatis, ac nonnullorum ipſius Regni Baronum præſentiam deſtinamus. Ipſius itaque Joannis pro parte noſtra circa hæc, ac circa ſubventionem aliquarum galearum pro noſtro ad partes Italiæ tranſitu, per Celſitudinem tuam nobis faciendam, relatibus adhibeat eadem Serenitas plenam fidem. Datum Avenione XIV. Kalendas Januarii anno V.*

In eumdem modum mutatis mutandis, nobilibus viris Manfredo de Claromonte, regni Trinacriæ Admirato, Henrico Rubeo Comiti Adoni, Franciſco de Ventimilio Comiti regni Trinacriæ, majori Camerario, Philippo de Ventimilio Comitatus Miſcrete Domino, Regni Mareſcallo, Artali de Alagona Comiti Miſcrete, Regni magno Juſtitiario.

Miechov. in Chronic. Reg. Polon. lib. 4. c. 23. XXXIX. Hoc anno Ludovicus Hungariæ & Poloniæ Rex, miſſis Nunciis ad Gregorium Pontificem, Halicien. oppidum Archiepiſcopali, Premislien. Chelmen. & Wladimirien. Epiſcopali honore inſigniri obtinuit. Ad Metropoliticam Halicien. Eccleſiam Jacobus Polonus fuit conſecratus, & Sedi ſuæ Eccleſia Græci ritus fuit aſſignata. Ad Præmislien. frater Henricus Ordinis Minorum, natione Alemannus, genere nobilis, primus Epiſcopus fuit aſſumptus. Erat hoc tempore Epiſcopus Urbinas frater Guillelmus, ut ex quibuſdam monumentis illinc amandatis percipio „ Hic adhæſit partibus Clementis VII. a quo anno primo ſui Antipapatus translatus eſt ad „ Patriarchatum Conſtantinopolitanum, adminiſtrationemque cœpit Ecclé-

Frater Henricus Epiſcop. Premislien. primus.

Frat. Guillelm. Urbinas.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

„ cleſiæ Hydruntinæ XII. Kalend. Februarii. Similem cum Guillelmo ſortitus eſt fortunam frater Angelus Feduccius a Bibiena, de quo ſupra non „ ſemel locuti ſumus: hic etenim cum iſto anno aſſumptus eſſet ad Epiſcopatum Piſaurienſem, ſub Archiep. Urbinate, & adhæſiſſet poſtea Clementi VII. Antipapæ, ab Urbano VI. ſub annum MCCCLXXXI. ſuo gradu dejicitur. Conſecravit altare ſacrorum Stigmatum in Monte „ Alvernæ, ut infra dicemus „ Eccleſiæ Cavallicenſis, ſive Cabellicenſis in Gallia frat..... deſtinatus Nuncius a Pontifice ad Joannam Siciliæ Reginam, qui pro Franciſci Baucii regiæ ſtirpis, a Regina in vincula conjecti, quod Materam civitatem Tarentino principatui per vim adjicere vellet, libertate & juſtitia interpellaret. Ita teſtantur monumenta quædam Bibliothecæ Vaticanæ de rebus Siciliæ. Nomen Epiſcopi in monumentis non exprimitur: ſed Claudius Roberti in ſerie Epiſcoporum Cabellicen. Philippo Pathe, anno MCCCLXXII. defuncto, ſubjicit Guillelmum de Cabanis. Fratri Thomæ Patriarchæ Gradenſi hoc anno injunctum, ut multos Archiepiſcopos & Epiſcopos, ſuis derelictis in Ultramarinis partibus Eccleſiis, per Patriarchatus Aquilejen. & Gradenſem, & ditionem Venetam commorantes, ad ſuas cogeret reſidentias: *Quanto delinquentes*, III. Kalend. Junii, anno V.

Inde Patriarcha Conſtantinopolit. Et Adminiſtrator Hydruntinus. Frater Angelus Epiſcop. Piſaurian. Frater.... Cabellicen.

XL. Hoc anno Jacobus Balearium Infans, & Reginæ prædictæ Joannæ conjux, dum conſanguineo Aragonum Regi Petro IV. bellum infert, pro recuperando regno, & dominio paterno, ſive venefica potione, ſive naturali ægritudine, de quo eſt inter ſcriptores controverſia, in Caſtellæ regni terminis moritur, & ad Minorum templum Sorianum ſepelitur. Neapoli obiit v. Auguſt. 1. Raymundus Baucius Comes Soleti, magnus regni Siciliæ Camerarius, qui prope Averſam pulchrum templum extruxit, duabus ex hydriis Cananæis inſignitum. Sepulcrum erexerat ſibi marmoreum in ſacello a ſe conſtructo ad magnificum Clariſſarum templum Neapolitanum, ubi hoc appoſito pro illius temporis ratione, Epitaphio, magna pompa conditus eſt; cum ante aliquot annos, videlicet anno MCCCLXII. die XXII. Julii, ejus conſanguineus Ludovicus Comes Gravinæ ſepultus ſit ad aliud ejuſdem Urbis Clariſſarum templum ſanctæ Crucis, prope ſepulcrum Sanciæ Reginæ.

Jacob. Rex Neapol. apud Minores ſepultus. *Zurita lib. 10. c. 18. Marian. de reb. Hiſpan. lib. 17. c. 18.* Raymundus Baucius. *Vide Sumont. l. 3. ad hunc ann. & ann. 1362.*

Magnanimus, ſuplens, inſignis, providus unus
Clauditur hoc ſaxo, non fama, carne ſepultus.
Baucia quem genuit clara et generoſa propago,
Magnificos qui eduxit avos; ſibi Baucia tellus.
Mente Deum veritus Raymundus, et ipſe verendus.
Non terrena fuit, potius cæleſtis imago,
Soletique Comes, regni Camerarius hujus,
Militiæque decus, virtutis amator, et omnes
Jure bonos coluit, quantum res publica paſſa eſt
Morte ſua docuit, ad cælica regna vocatus.
Mille fluunt anni ter centum ſeptuaginta
Quinque ſimul poſitis, Indictio denaque terque
Auguſtus tunc menſis erat, tunc quinta dieſque.

XLI. Obiit item hoc anno frater Gondiſalvus Bernardus de Quiros, nobiliſſimæ Quiroſiæ familiæ apud Hiſpanos Princeps, qui partes ſecutus Henrici Comitis de Traſtamara, Alphonſi XI. regis filii, dum contra Petrum Crudelem fratrem bellum geſſit & vicit, regno potitus, poſt ſuperata in

Moritur frater Gondiſalvus Quiros.

innumera pericula, & conſtitutum in folio Henricum, quando tot laborum ſperare poſſet mercedem, aula relicta, Franciſcanis nomen dedit in cœnobio Ovetenſi. Condiderat ipſe prius majus Eccleſiæ ſacellum, in quo poſt aliquot annos vitæ religioſe tranſactæ, honorifice ſepultus eſt, ad latus Evangelii, appoſito hoc Epitaphio idiomate Hiſpano.

Jacet hic nobilis Miles Gundiſalvus Bernaldus de Quiros ſenior, filius Guttierry Gonçales de Quiros, & Donnæ Marqueſiæ conjugis, qui Henrico II. Regi inſervivit in Caſtellæ regnis & extra, toto illo tempore quo aberat, indignationem veritus Petri fratris. Venit in hoc ſacrum Cœnobium vitæ finem poſiturus, ubi ſuſcepto habitu ſancti Franciſci deceſſit, anno MCCCLXXV.

Item beatus Bonavita.

XLII. Obiit hoc anno Kalendis Martii in oppido Lugi Diœceſis Immolen. in Romandiola beatus Bonavita, ibidem humili genere ſatus, qui ab ineunte ætate virtutis & pœnitentiæ operibus addictus, tertii Ordinis ſancti Franciſci habitum aſſumpſit. Nullus eo continentior, nullus humilior, nullus in egenos pro ſua conditione liberalior. Ad tantam demum pervenit vitæ perfectionem, ut per ſignum ſanctæ Crucis quamplurimos curaverit infirmos, ſpiritus malignos ab obſeſſis fugaverit, fluvium Lugo adlabentem in duas partes ſigno Crucis a ſe diviſum ſicco pede, ſimul cum bobus quos minabat, tranſierit, pauperibus alimenta divinitus miniſtrata exhibuerit, & alias plura dederit, abſque prioris ſubſtantiæ detrimento. Ignem oppidum Lugenſe, & vicum Laudælongæ depaſcentem ſigno Crucis extinxit, & multa alia patravit miracula, per quæ magnum pietatis & ſanctitatis nomen obtinuit. Deceſſit anno ætatis trigeſimo ſeptimo, ſepultus honorifice ſub altari ſacelli ſancti Antonii, quod ab eo poſtea frequentius denominationem accepit, ubi multis effulget miraculis. Caput ſervatur in ſacrario in pulchra theca deaurata, & publicæ venerationi exponitur diebus feſtivis & circumferri ſolebat in ſupplicationibus Rogationum, & Corporis Chriſti. Habetur ejus vita diffuſe ſcripta apud Lugenſes, ex qua compendium iſtud excerpſi.

Favent ſuperiores Regular. Obſervantiæ.

XLIII. Leonardus Generalis Miniſter non parum promovit hoc tempore inchoatam Ordinis reformationem, multa concedens Regularis Obſervantiæ ſectatoribus privilegia, quæ illorum propagationi, conſervationi & quieti judicavit opportuna. Injunxit etiam Provinciæ ſancti Franciſci Miniſtro fratri Petro de Sora, ut peculiarem eorum curam ſuſciperet, & tenellam plantulam beneficiorum foveret irriguo. Ita ſibi commiſſum ipſe hac fatetur Epiſtola.

In Chriſto ſibi Cariſſimo fratri Paulutio de Fulgineo, frater Petrus Fratrum Minorum in Provincia ſancti Franciſci Miniſter, & ſervus, ſalutem & pacem in Domino ſempiternam.

Cum Reverendus Pater Miniſter Generalis multas gratias tibi conceſſit, & inter alias pro pace & conſervatione locorum tibi commiſſorum, conceſſit, ut videlicet, in dictis locis Fratres incognitos non recipias, niſi prius habito de eis laudabili teſtimonio, & etiam quod ſi quis Frater dictam familiam perturbaret, provideatur ſibi de remedio opportuno tranſlationis, vel alio; & cum me in refugium, ſicut decet, tibi dederit; idcirco paternaliter tibi condeſcendens & caritative prædictas gratias, tenore præſentium, tibi confirmo. Addens inſuper, quod quandocumque alicui Fratri de dicta familia per me aliqua littera obedientialis vel licentia mitteretur, nequa-

Anno Christi	Gregorii XI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 168.
1375.	anno 5.	anno 28.	

quaquam detur executioni ſine ſpeciali mandato tuo. Datum in ſacro Conventu Aſſiſii VI. *Auguſt. anno* MCCCLXXV.

XLIV. Hic opportune quatuor peculiarium nuncupationum hoc tempore in Ordinem introductarum rationem & cauſam explicare placebit. Ea ſunt, *fratres Conventuales*, *Fratres Eremitoriorum*, *Fratres Familiæ*, & *Fratres regularis Obſervantiæ*. Verum eſt ab Innocentii IV. tempore Conventuales dictos, qui collegialiter in Conventibus vivebant, uti ſuo loco expendimus: hoc tamen tempore cœpit ſtrictius ſumi hoc nomen, ad eoſque dumtaxat referri, qui ſtrictiorem vitam non ſequebantur, aut ad eremitoria & habitacula paupercula non declinabant. Dum enim fratris Pauli ſectatores in tuguriolis & eremitoriis vivebant, *Conventuales* vocabantur, qui in magnis conventibus habitabant, atque ita cœpit opponi hoc nomen & Eremicolis. Deinde multiplicata hac reformatione, peculiare factum eſt illis, qui reformationem non admittebant, atque in eo ſenſu nunc hoc nomen uſurpatur. Dicti ſunt etiam aliquando *clauſtrales* ex amplis & magnis clauſtris, ſed ſuppreſſo hoc agnomine, & aliis, quæ ignarum, vel malevolum affigebat vulgus, hac dumtaxat Conventualium appellatione diſcriminantur a reliquis congregationibus. *Fratres Eremitoriorum* e regione dicebantur, qui loca illa deſerta, & ſolitaria Eremitoria nuncupata, ſub diſciplina fratris Pauli incolebant; ſed paulo poſt defecit hoc nomen, dum ab eremitoriis ad occupanda etiam & reformanda majora Cœnobia Conventualium tranſierunt. *Fratres Familiæ* dicti, quia a peculiari Inſtituto, peculiaris dicebatur familia, uti ex litteris Miniſtrorum Generalium & Provincialium ad fratrem Paulum ſcriptis conſtat, atque hoc nomen adhæſit in hunc uſque diem, præſertim in Italia: *Fratres regularis Obſervantiæ* non ſtatim ſub his initiis dicti; ſed longe poſt, & vocabulum auctoritatem ſumpſit a Decreto Concilii Conſtantien. in quo ſub hoc nomine iſtud vitæ genus majorem ſumpſit firmitatem, & ad omnes diffuſum eſt nationes; atque ita paſſim ubique hujus Inſtituti Fratres nuncupantur.

Unde variæ appellationes Fratrum in eodem Ordine? *Tom. I. an. 1250. n. 1. ann. 1252. n. 25.*

XLV. Hoc anno in die Converſionis ſancti Pauli, uti alias diximus, frater Angelus Feduccius a Bibiena, de quo ſupra cum honore actum eſt, Piſaurienſium Epiſcopus, conſecravit altare præcipuum Eccleſiæ Stigmatum ſancti Franciſci in monte Alvernæ, & Sanctorum ſacravit reliquiis. Deinde ſequenti die cœmeteria benedixit, & auctoritate ſibi commiſſa a Joanne de Albergotis Aretino Epiſcopo, illius loci Dioceſano, octuaginta dierum indulgentias conceſſit ſancti Franciſci veſtigia in illo monte viſitantibus. Dedit hoc anno Gregorius Pontifex facultatem fratri Martino Aragonio, de quo ſupra egimus, ædificandi prope ſacellum ſancti Nicolai extra Bethlehem Minoritarum habitaculum: *Inter cunctos Ordines* VII. Kalend. Octobr. Adjecit etiam, ut idem Martinus Miniſter & Cuſtos Terræ Sanctæ, ac Gerardus de Lyneyo, poſſent præſcribere tempus peregrinorum incolatui in eadem regione: *De religioſa diſcretione* VII. Kalend. Decembr. Fratribus domus Mirandæ in Aſtariaco, Auxitanæ Dioceſ. extra muros a Joanne Comite Aſtariaci, ante aliquot annos conſtructæ, licentiam dedit eamdem intra villæ ambitum reædificandi: *Inter Eccleſiaſticos Ordines* III. Kalend. Februar. Et Miniſtro, ac Fratribus provinciæ Auſtriæ, ut in oppido de Pulka, Patavien. Dioceſ. conſtruerent Cœnobium in loco, quem olim conſtituerat eis nobilis vir Purkardus Comes de Retheze, ex conſenſu Ducum Auſtriæ, qui oppidum contulerunt in feudum: *Sacræ religionis* II. Kalendas Martii. Habitaſſe hoc tempore Fratres ad Criſtam Arnaldi, Dien. Dioceſ. conſtat ex con-

Tom. I. An. 1213. n. 41.

Ann. 1710. n. 14. Varia indulta.

Hoc ann. n. 4. Conv. Bethlehem.

Conv. Mirandæ.

Conv. Pulkæ.

Conv. Criſtæ Arnaldi.

conceſſione Pontificia, qua viſitantibus Capellam beatæ Catarinæ in Eccleſia Minorum ſitam, indulgentias largitur: *Cum itaque perpetua* IV. Nonas Julii.

Monaſt. S. Agnetis Hiſpalen.

XLVI. Dedit etiam nobiliſſimæ fœminæ Mariæ Coronel, olim viri principis Joannis de la Cerda conjugi, regum Franciæ Caroli, & Caſtellæ Henrici conſanguineæ, quæ jam Clariſſis nomen dederat, facultatem ædificandi in civitate Hiſpalen. & propriis olim ædibus, Monaſterium ſanctæ Claræ, quadraginta Monialium capax, ſub invocatione ſanctæ Agnetis: *Decens reputamus & honeſtum*, V. Nonas Octobris. Sero nimis inchoatum judicat Gonzaga circa annum MCCCXCIII. huic vero Heroinæ alterius Monaſterii in regno Caſtellæ fundationem tribuit. Fuiſſe ferunt fœminam ſpecioſiſſimam, & propterea a Petro Rege cognomento *crudeli* ardenter concupitam. Ad anguſtias quaſdam redacta, cum nullis precibus, lacrymis, aut arte importunum amatorem excutere poſſet; arrepto ex igne torre, faciem deturpavit, ſpeciem perire malens, quam animam; ſed cum neque hac ratione regis laſcivientis inſidias præcavere, aut furorem inſequentis effugere potuiſſet, feſtina cucurrit ad Monaſterium ſanctæ Claræ, tamquam ad ſacrum aſylum; ubi dum Regem illius amore inſanientem, clauſtra violaturum timet, rogat, ut viva ſepeliatur, glorioſam potius eligens mortem, quam famam maculare, aut in Deum peccare. Initum conſilium, ut in horto non tam fovea ſepeliretur, quam levi injecta terra abſconderetur, donec amentis Regis furor deferveſceret. Mirabile dictu! vix hortulanus foveam levi terra contexit, quando univerſa ſuperficies ſpiſſiſſimo petroſelino virentibus foliis cooperta fuit: ita ut furibundus Rex clauſtra ingreſſus, omnia domus penetralia, & hortum ſcrutatus, quam deperierat, minime potuerit invenire. Magnum ſane hoc divinæ protectionis, & fœmineæ virtutis, qua poſtea mirifice fulſit, argumentum.

Gonza. in Prov. Bethica Monaſt. 2.

Monaſt. Theranul.

XLVII. Reliquerat quondam Sabina uxor Jacobi Bartholomæi de Theramo, civis Aprutini facultates aliquas ut in civitate Therami conderetur Monaſterium Ordinis ſanctæ Claræ beatæ Agneti dicatum, ſed dum non ſufficerent operi quæ legavit, Joanna Regina reliqua adjunxit, & Pontifex Monaſterii ædificandi tribuit facultatem: *Piis devotorum Principum*, VI. Kalend. Decembris. Fuiſſe ſub hoc tempore aliud Monaſterium Clariſſarum in urbe Neapolitana, ſub invocatione ſanctæ Agathæ invenio in diplomate, quo Pontifex indulgentiam concedit ad Eccleſiam venientibus in quibuſdam feſtivitatibus. Sed vel titulus in alium tranſivit, vel hoc Monaſterium unitum eſt alteri, ita ut jam non ſit hujus appellationis memoria; neque enim qui de Eccleſiis ſcribunt Neapolitanis, hujus meminerunt: *Splendor paternæ gloriæ*, V. Kalend. Decembris. In alio diplomate occurrit memoria Monaſterii ſanctæ Catarinæ de Pruvino Senonen. diœceſ. cujus Abbatiſſa Iſabella de Vernolio hoc anno renunciavit officio in manibus fratris Adæ de Domno Martino, Miniſtri provinciæ Franciæ, ſacræ Theologiæ Magiſtri: *Juxta paſtoralis officii*, IV. Nonas Julii.

Monaſt. S. Agathæ Neapol.

Monaſt. S. Catarinæ Pruvinen.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Litteræ Pontificiæ.

Indic. ex Vatic.

„ PAuca hoc anno occurrunt, quæ addamus, exceptis ſiquidem quibuſdam Apoſtolicis litteris, uti ſunt directæ ad Antoniam Monialem „ pro recitatione officii: *Religionis zelus &c.* V. Kalend. Februarii; & ad „ Miniſtrum Generalem quibus ei injungit, ut in Capitulo Generali celebrando Aquilæ duos Magiſtros eligat: *Sicut debetur &c.* VI. Idus Maii, &c ad

„ & ad eumdem pro magiſterio fratris Caſtrobitonii III. Idus Junii, & „ fratris Antonii Marcellini Idibus Junii, & Patriarchæ Gradenſi. Item „ pro magiſterio fratris Joannis de Cremona, Ludovicoque de Venetiis, „ pro magiſterio fratris Petri Majoris, & Archiepiſcopo Caſalen. pro ma„ giſterio fratris Uperti; ac etiam fratri Franciſco, pro magiſterio etiam „ fratris Nicolai Buldaba: *Viri religioſi* ſub data a Petro de Alva & Aſtorga „ indicata; uil aliud calamum remoratur: quamobrem tranſimus ad annum „ ſequentem: lacrymis tamen admonemus Turcam Adrianopoli potitum, in „ ea ſedem fixiſſe.

ARGUMENTUM.

In Delphinatu, & ſtatu Veneto laudabiliter ſuo funguntur officio Inquiſitores Minoritæ. Creantur Epiſcopi, Sacellani Pontificii, & ſacræ Theologiæ Magiſtri. Florent viri doctrina, & pietate illuſtres. Magno miraculo ulciſcitur ſanctus Franciſcus ſui Ordinis injuriam. Celebrantur Comitia Generalia, & præſcribitur modus regimini locorum Terræ ſanctæ. Gregorius Pontifex Curiam in Italiam transfert. Multiplicatis domiciliis Inſtitutum propagatur.

I. NON ſegniter laboravit in expurganda provincia Delphinatus ab hæretica labe frater Franciſcus Borilli ſacræ Theologiæ Magiſter, hæreticæ pravitatis Inquiſitor, uti anno præcedenti diximus. Tot enim in carceres conjecit, ut oportuerit Pontificem has, quæ ſequuntur, ad Gubernatorem Delphinatus, univerſoſque fideles, litteras ſcribere, ut alimenta in vincula conjectis, dum ſpatium exhiberetur pœnitentiæ, miſericorditer adminiſtrarent. Frat. Franciſcus Inquiſitor Delphinatus impigre agit. *Ann.* 1375. n. 11.

Dilectis filiis Nobili Viro Gubernatori, ac Conſilio Delphinatus.

II. *AD pietatis opera tanto vos confidentius exhortamur, quanto magis devotionem veſtram decet in iis jugiter exerceri. Sane nuper non ſine cordis amaritudine, accepimus, quod in Delphinatu, & ei circumvicinis partibus, in quibus dilectus filius Franciſcus Borilli, Ordinis Fratrum Minorum profeſſor, Magiſter in Theologia, Inquiſitor hæreticæ pravitatis, auctoritate Apoſtolica, deputatus exiſtit, adeo potenter hæreticæ infidelitatis error invaluit, quod ibidem quamplurimi a via veritatis prorſus averſi, euntes poſt devium falſitatis, ac ſeipſos diverſis, & variis hæreſibus maculantes, peſtiferas ad concutiendum Orthodoxæ murum fidei machinas conſtruunt, ipſumque ſubvertere faciſis, & vulpinis impulſibus fallacium argumentationum intendunt. Verum cum eidem Inquiſitori ad talium iniqua proſternendum molimina, favor veſter ſit quamplurimum opportunus, eamdem devotionem veſtram nobis caram, ut carius poſſumus, deprecamur, quatenus pro noſtra, & Apoſtolicæ Sedis reverentia, ac etiam veſtræ ſalutis intuitu, contra hujuſmodi hæreticos, credentes, fautores, defenſores, & receptatores eorum fic inſargere ſtudeatis, ſicque eidem Inquiſitori circa tam pium ſibi commiſſum officium ſalubriter exequendum, conſiliis, auxiliis, & favoribus opportunis aſſiſtatis, quod veſtro mediante ſuffragio, per ejus ſacrum miniſterium, ac ſtudium vigil, & ſollicitudinem indefeſſam, partes prædictæ ab hujuſmodi pravis contagiis, aſſiſtente Dei gratia, expurgentur, ac fidei* Ex lib. commun. Chartaceo fol. 11.

Catholicæ nitor multiplicetur, & ſolidetur ibidem, ac clarius & lucidius eluceſcat in Dei honorem, & ejuſdem fidei incrementum. Ac inſuper permittatis, ac etiam ordinetis, quod præfatus Inquiſitor, donec certa vadia ſive grangia ſibi fuerint aſſignata, de bonis hæreticorum damnatorum interim percipiat, ſicut eſt hactenus fieri conſuetum, & in præmiſſis, prout plene confidimus, taliter vos habeatis, quod omnipotentem Dominum, de cujus negotio agitur, vobis conſtituatis propitium, noſque providæ veſtræ devotionis promptitudinem non immerito commendare poſſimus. Datum Avenione XV. *Kalen. Junii, anno* VI.

Univerſis Chriſti Fidelibus.

Ex lib. 3. de curia fol. 75.

III. *Cum auxilia captivorum computentur inter opera pietatis, decet fidelium pietatem carceratis quibuslibet, qui egeſtate laborant, de bonis ſuis collatis a Deo, miſericorditer ſubvenire. Cum itaque, ſicut accepimus, dilectus filius Franciſcus Borilli Ordinis Fratrum Minorum Profeſſor, ſacræ Theologiæ Magiſter, Inquiſitor hæreticæ pravitatis, nonnullos pravitatis hæreticæ labe infectos, & etiam diffamatos carceribus ad pœnam, ſeu cuſtodiam mancipaverit, qui propter eorum paupertatem in eiſdem carceribus nequeunt ſuſtentari, niſi pia largitione fidelium ſubveniatur eiſdem intuitu pietatis. Nos cupientes quod carcerati hujuſmodi alimentorum defectu non deficiant, & ſpatium pœnitudinis habeant in eiſdem carceribus, ut Chriſti fideles cauſa devotionis carceratis præfatis manus porrigant adjutrices, univerſitatem veſtram monemus, rogamus, & hortamur attente, vobis in remiſſionem peccaminum nihilominus injungentes, quatenus de bonis vobis a Deo collatis, pro alimentis carceratorum hujuſmodi, pias eleemoſynas, & grata caritatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionem veſtram carcerati prædicti valeant ſuſtentari, & vos per hæc, & alia bona, quæ, Domino inſpirante, feceritis, poſſitis ad æternæ beatitudinis gaudia pervenire. Datum Avenione* XVIII. *Kalend. Septembris, anno* VI.

Declaratur diſtrictus Inquiſitionis venetæ.

IV. Conſuluit, hoc anno Pontificem Inquiſitor Venetus frater Ludovicus a ſancto Martino, an in diſtrictu ſibi commiſſo comprehendebantur Patriarchatus Aquilejen. & Gradenſis, ac civitas Equilina; cui per has epiſtolas, in quibus dubitandi cauſa aperitur, reſponſum eſt.

Dilecto filio Inquiſitori hæreticæ pravitatis in loco Venetiarum, Caſtellanæ diœceſis, & in nonnullis civitatibus, & aliis diœceſibus eidem loco vicinis deputato.

Ibid. fol. 29.

V. *Ad noſtri Apoſtolatus officium pertinere dignoſcitur, ut ſuper iis, quæ Catholicæ fidei conſervationem reſpiciunt, curemus ſollicite providere. Sane pro parte tua fuit nobis expoſitum, quod in litteris Apoſtolicis, in quibus exprimuntur civitates, & diœceſes, in quibus habes Inquiſitionis pravitatis hæreticæ officium exercere, error hujuſmodi invenitur, videlicet, quod loco* Aquilejen. diœceſis, *diœc.* Forojulien. *eſt poſita, quæ in illis partibus non exiſtit, quamvis certa & principalis dicta Aquilejen. diœceſis pars ſeu patria, in qua civitas Aquilejen. eſt ſita,* Forojulium *vulgariter appelletur: quodque hujuſmodi non obſtante errore, tu, tuique in dicto officio prædeceſſoret exercuiſſis, prout tu exerces in dicta diœceſi Aquilejen. in eadem videlicet parte, quæ appellatur* Forojulium, *officium præliba-*

tum;

tum; licet in aliis partibus dictæ diœcesis consistentibus, extra hujusmodi partem, seu patriam Forojulii, dictum officium, tu, & iidem prædecessores non consueverint, propter errorem hujusmodi, exercere, nec etiam per Inquisitorem alium exerceatur in non modicum fidei detrimentum. Quare pro dicta parte fuit nobis humiliter supplicatum, ut providere super hoc de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus merito inclinati, volumus, & tenore præsentium, auctoritate Apostolica, statuimus & concedimus, quod in dicta civitate Aquilejen. & tota ejus diœcesi, si alius Inquisitor dictæ pravitatis non sit in ea, vel ejus parte specialiter deputatus, valeas dictum officium libere exercere. Nulli ergo &c. nostræ voluntatis, & concessionis &c. Datum Avenione Nonis Februarii, anno VI.

EIDEM.

VI. *EXigit Apostolicæ sollicitudinis debitum, ut ea, quæ sunt in favorem Catholicæ fidei, & contra perversores ejusdem, liberaliter concedamus. Sane Apostolatui nostro fuit pro parte tua narratum, quod in litteris Apostolicis tui officii, inter civitates & diœcesis tibi, & tuæ Inquisitionis hæreticæ pravitatis officio deputatas, & nominatim expressas, civitas & diœcesis Graden. quæ modicæ & in Insula constitutæ sunt, & etiam civitas Equilin. cum sit destructa, & formam civitatis non habeat, licet & in ea sit etiam Cathedralis Ecclesia quamvis discooperta, multipliciterque destructa; & ejus diœcesis utique modici spatii, & deserta plurimum existat, ac pauciſſimæ personæ in eis habitent, non sint scriptæ; & quod in eis alius Inquisitor dictæ pravitatis officium non exercet, propter quod aliqui hæretici interdum ad easdem civitates & diœceses confugiunt, tuque non audes in eis procedere contra ipsos. Quare pro dicta parte nobis extitit supplicatum, ut providere super hoc de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, & benignum præbentes assensum, dictas Graden. & Equilin. civitates & diœceses, dummodo alteri Inquisitori dictæ pravitatis deputatæ non sint, præfato officio, quod tibi per hujusmodi litteras Apostolicas competit, tenore præsentium, auctoritate Apostolica, adjungimus; volentes ac decernentes, quod in eis tu, tuique in ipso officio successores, sicut in aliis civitatibus & diœcesibus, tibi, & eis assignatis & deputatis, libere possitis dictum officium exercere. Nulli ergo &c. nostræ adjunctionis, voluntatis, & constitutionis &c. Datum Avenione Nonis Februarii, anno* VI. *Ibidem.*

VII. Prælatos Ecclesiarum hoc anno institutos invenio hos, qui sequuntur; (aliorum enim sub Innocentio VI. Gregorio XI. & Urbano VI. creatorum provisiones, & nomina exciderunt) fratrem Matthæum Neopatrensem Archiepiscopum in Achaia, per mortem Francisci: *Romani Pontificis,* VIII. Idus Februarii: Simonem Aretinum Cretensem Episcopum, sub Archiepiscopo Athenienſi, per obitum Pericivallis: *Apostolatus officium,* XVI. Kalend. Julii: Benedictum de Nigroponte Andrensem, sub eodem Archiepiscopo, per mortem Nicolai, eisdem litteris & die: Philippum Ardizoni Davalien. sub eodem Archiepiscopo, per mortem Antonii: *Divina disponente clementia,* V. Kalend. Februarii: Nicolaum Agrigentinum Emonen. sive Ænonienſem (erat olim hæc civitas Istriæ, ad Nauporti fluminis ostia, inter Justinopolim, & Parentium) sub Patriarcha Aquilejenſi, per mortem Martini: *Apostolatus officium,* II. Idus Maii.

Fr. Matthæus Archiepiſc. Neopatren.
Fr. Simon Epiſc. Creten.
Fr. Benedict. Andren.
Fr. Philipp. Davalien.
Fr. Nicol. Emonen.

VIII. Sacellani Pontificii creati sunt Walterus Tolunus, Petrus de Carbonaria, Richardus Santsojus, & Joannes de Castaigna Januenſis.

Sacellani Pontificii Magistri sacræ Theologiæ.

Gradum Magiſterii acceperunt ex commiſſione Pontificia, frater Ludovicus Franciſci Aſſiſias, qui multis annis Perufii, & Aſſiſii legit, per manus Guilielmi ſancti Angeli Diaconi Cardinalis, in nonnullis terris Romanæ Eccleſiæ, in Italia Vicarii Generalis: Bartholomæus de Rinovecho Piſanus, qui Piſis, & in aliis ſtudiis generalibus docuit, atque in ultimo Capitulo Generali deſtinatus erat, ut legeret libros Sententiarum Cantabrigiæ, per manus Thomæ Patriarchæ Gradenſis: Frater Arnoldus Grillæ, qui Pariſiis, per manus Cancellarii Pariſien: Frater Thomas de Ryſſi Vicarius Generalis in regno Scotiæ, Baccalaureus Pariſienſis, qui in eadem Academia annis quatuor docuit, per manus Gualteri Epiſcopi Glaſquen. Avenione commorantis: Frater Bernardus de Gariſono, unus ex reformatoribus, quos diximus, regni Caſtellæ, deſtinatus Lector Toloſanus, poſtquam in aliis locis id muneris exercuit, per manus fratris Arnaldi de Serrano, alias Sarnano Miniſtri Provinciæ Aquitaniæ: Frater Antonius Marcellini Anconitanus, vir doctus & pius, ad preces urbis Anconæ, per manus Leonardi Miniſtri Generalis: Frater Nicolaus de Caſtro Bittonii, Aſſiſinatis diœceſis, per manus ejuſdem: Frater Joannes Cremonen. lector Bononien. per manus Thomæ Patriarchæ Gradenſis: Frater Upertus de Halveſnahen. Baccalaureus Pariſien. Oxonien. & Cantabrigien. deſtinatus Lector Oxonien. per manus fratris Philippi Minoritæ Archiepiſcopi Caſſelen. Avenione commorantis; Frater Joannes de Latone Gerundenſis, cui ſuperius diximus indictum publicum ſilentium circa aliquas propoſitiones de Euchariſtia; deſtinatur ei lectura Pariſienſis, & magiſterium conferendum per Cancellarium Pariſien. de qua re editum diploma peculiariter danus in Regeſto: Frater Petrus Majora Venetus deputatus a Capitulo Generali ad legendum in ſtudio univerſali Perufino; atque inde per Pontificem translatus ad Patavinum, per manus fratris Ludovici Donati Veneti, poſtea S. R. E. Cardinalis: Frater Nicolaus Baldacre Eugubinus Baccalaureus in ſtudio Pariſienſi, Bononienſi, & Aſſiſiate, per manus fratris Franciſci de Corneclano. Demum Miniſtro Generali conceſſa eſt ſpeciali diplomate facultas conferendi gradum Magiſterii duobus idoneis in proximo Capitulo Generali Aquilæ celebrando: *Sicut debetur*, VI. Idus Maii.

Ann. 1373. n. 25. & ann. 1374. n. 18.

Ann. 1371. n. 25.

Viri doctrina illuſtres.

IX. Floruerunt hoc tempore, præter iſtos, frater Bertrandus de Figiaco, provinciæ Aquitaniæ, cuſtodiæ Ruthenenſis, paulo ante, uti retulimus, a Gregorio ad Cardinalatum aſſumptus: Frater Bartholomæus de Caturno Januenſis, ſacræ Theologiæ Magiſter, & egregius concionator, paulo poſt ab Urbano VI. ad eamdem dignitatem evectus: Frater Thomas Farignanus provinciæ Bononiæ, & cuſtodiæ Ferrarienſis, ex Generali Miniſtro Patriarcha Gradenſis, & S. R. E. Cardinalis: Ludovicus Venetus, de quo paulo antea, ab Urbano VI. creatus Cardinalis: Frater Leonardus Giſonenſis Miniſter Generalis, ab eodem Urbano, rubeo donatus galero, quem ſecundo recepit a Clemente VII. Antipapa, ejus partes ſecutus. Scripſit egregie & copioſe in Cantica frater Angelus de Bibiena provinciæ Etruriæ, de quo ſæpius locuti ſumus, legationibus præclare functus, ſub Gregorio, & ab Urbano ſucceſſore in Germaniam, & Poloniam ablegatur: Frater Petrus Caſſanenſis provinciæ Pennenſis, cuſtodiæ Aquitaniæ, inſignis Theologus, & concionator, poſtea creatus Generalis Miniſter: Frater Martinus de ſancto Georgio provinciæ Januenſis, & cuſtodiæ Pedemontanæ, ſacræ Scripturæ profeſſor & Ordinis Miniſter: Frater Arnaldus de Serrano provinciæ Aquitaniæ, multis annis Miniſter, & Caſtellanæ, uti diximus, reformator, vir vitæ laudabilis, & conſummatæ doctrinæ. Hic cuncta quæ potuit de-

Ann. 1373. n. 25.

ſan-

Anno Christi	Gregorii XI.	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno 169.
6376.	anno 6.	anno 29.	

ſancti Franciſci vita, & moribus collegit: & a quibuſdam judicatur auctor Chronicorum XXIV. Generalium.

X. Circa hoc tempus floruiſſe Joannem de Ripa Tranſonis ſcribit Marianus, quem tamen cum Rupeſciſſano confundit; ſed ſub Joanne XXII. vixiſſe aſſerunt alii, uti in Epitaphio, quod in tertio dedimus Tomo, conſpicere licet: ſortaſſis etiam grandævus ad hæc tempora pervenit. Hujus temporis ſunt frater Jacobus de Spinello, qui commentarios ad libros Sententiarum & ſacræ Scripturæ adjecit: Frater Nicolaus Mutius Venetus provinciæ ſancti Antonii, qui univerſa opera ſancti Gregorii ad materias clara methodo diſpoſitas, reduxit; opuſque ipſum Gregorio XI. dedicavit: Frater Joannes Criſtih Baſilienſis, provinciæ Argentinenſis, celeberrimus concionator: Frater Philippus de Monte-Calerio provinciæ Januenſis, cuſtodiæ Pedemontanæ: Frater Gabriel Volaterranus provinciæ Tuſciæ, Cuſtodiæ Senenſis, vir venerabilis & doctus, qui prædictam provinciam annis novem gubernavit, & Inquiſitorem egit hæreticæ pravitatis: Frater Joannes de Caulibus de ſancto Geminiano ejuſdem provinciæ, & cuſtodiæ, qui pias meditationes ſuper quatuor Evangelia compoſuit: Frater Franciſcus de ſancto Simone Piſanus, ejuſdem provinciæ, Oxonienſis Magiſter. Frater Servatius etiam Tuſcus, qui luculentam edidit Summam de vitiis & virtutibus, ac de pœnitentia, ejuſque partibus: Frater Raymundus de Arcellis vir doctus, Ludovici Regis Hungariæ obſequiis addictus, cui Pontifex hoc anno intuitu negotiorum prædicti Regis, quædam privilegia conceſſit: Frater Bernardus Anconitanus Inquiſitor in provincia Piceni.

Marian. lib. 5. capa. Tom. 3. an. 1350. n. 16.

XI. In provincia Anglicana, & Conventu Eboracenſi obiit hoc anno frater Joannes Marchelejus, Miniſter Provincialis, vir morum probitate, & litterarum ſcientia conſpicuus, qui longo tempore decertavit cum Guillelmo Jordano, aliiſque Patribus Ordinis Prædicatorum, circa conceptionem beatæ Mariæ Virginis, de qua librum integrum, & quæſtionum variarum librum alterum conſcripſit. In eadem provincia, & Cœnobio Norwicenſi hoc anno deceſſit frater Joannes Hiltonus Doctor Oxonienſis, multiplicis doctrinæ, & religioſæ vitæ meritis præclarus. In cauſa ſui Ordinis acrem aliquando habuit controverſiam, cum Utredo Boltono Monacho Benedictino, contra quem ſcripſit varios tractatus de paupertate Fratrum, & ſtatu Ordinis Minorum.

Fr. Joannes Marchelejus.

Fr. Joannes Hiltonus.

XII. Hoc anno invenio in quodam vetuſto inſtrumento habuiſſe in pretio, & a ſecretis Gregorium Pontificem fratrem Nicolaum de Romanis Auximatem, nobili familia ortum, ſacræ Theologiæ, & utriuſque Juriſperitum, rebus magnis obeundis idoneum; quem præter conditionis ſuæ ſtatum creavit Archidiaconum Vercellenſem, & Præpoſitum Eccleſiæ Collegiatæ ſancti Felicis Aquilejen. ſacerdotiiſque pinguibus donavit in Eccleſiis Concordien. Ravennate, Taruiſina, & Nicoſien. addita facultate teſtamento legandi ex perceptis fructibus, quæ placeret. Sub Martino V. legatione functus eſt in Syriam, unde poſt triennium regreſſus obiit Romæ, & ſepultus eſt apud ſuos Conſodales in Templo Aracœlitano. Multa ſcripſit, quorum Catalogum, cum de Scriptoribus Ordinis Opuſculum ſeorſim ordiemur, intexemus. Cœnobio Auximano, præter alia legavit quindecim volumina ſacrorum Bibliorum, & illius ædis Præfectum ſui teſtamenti ſcripſit executorem.

Fr. Nicolaus de Romanis.

Rodul. lib. 1. hiſt. Monumen. MSS. Auxim.

XIII. Hoc anno nirum apparuit argumentum divinæ protectionis & providentiæ, circa Franciſcanum Inſtitutum. Prælati quidam, neſcio quo ſpiritu ducti, religioſum hoc Sodalitium abolere cogitarunt, & conſilium inter

Chronic. antiqua ord. Platus de bono ſtatu religio. lib. 1. cap. 13.

Marc. par. 2. lib. 9. cap. 36. S. Franciſc. animadvertit in ſui Ordinis hoſtem.

ter ſe conferentes, conventiculum aliquot Epiſcoporum coegerunt. Erat autem ea in urbe Eccleſia præcipua, & in Eccleſiæ feneſtris vitreis duæ imagines pictæ, una ſancti Pauli, qui enſem, altera ſancti Franciſci, qui crucem manibus tenebat. Nocte Ædituus viſus eſt ſibi Paulum audire hæc dicentem: *Quid agis Franciſce? cur tuam non defendis familiam?* cui ille; *quid faciam? nihil habeo præter crucem, & hæc ipſa me admonet de patientia ſervanda.* Tum Apoſtolus hortari, ne tantam ferret injuriam, ſuumque illi offerre gladium. Territus Ædituus ſimul ac illuxit, accurrit in Templum, certoque vidit utramque imaginem inſignia inter ſe commutaſſe, atque in dextera Pauli adhuc crucem eſſe, Franciſcum vero gladium habere cruore ſtillantem, quod dum ſecum tacitus miraretur, increbuit rumor, Epiſcopum illum, qui ejus conſilii auctor fuerat, repertum eſſe mortuum, præciſis cervicibus. Ac ipſe quoque viſum narrare cœpit, ac pro ejus fide ipſas imagines omnibus oſtentare. Mirum profecto neque vetuſtos, neque recentes, tanti prodigii ſcriptores exhibuiſſe urbis, in qua res tanta contigit, neque Epiſcopi occiſi clariorem notitiam.

Capitulum generale 60. Aquilæ.

XIV. Habita ſunt hoc anno die XIII. Junii, Corporis Chriſti feſtivitate ſolemni, in civitate Aquilana Comitia Generalia, quibus interfuerunt duo millia Fratrum, & Doctores concionatoreſque celeberrimi. Splendide & & abunde miniſtrarunt omnia urbis Rectores, magno honori ducentes, tantum apud ſe graviſſimorum Virorum fieri conſeſſum. Communi Patrum decreto amandatus eſt Hieroſolymam frater Bartholomæus Alvernicola, provinciæ Etruriæ Vicarius, vir optimus, mitis, & placidus, ſervidus tamen zelator honoris divini, & Franciſcani. Commiſſa ei provincia loca ſancta

Fr. Barthol. de Alverna reformator locorum Terræ ſanctæ.

inviſendi, & diſſoluta reformandi, quam ille prudenter anno ſequenti abſolvit, inito prius conſilio cum viris ſeptem religioſiſſimis, quos præ reliquis delegit: fratre Richardo Anglo ſacræ Theologiæ Magiſtro; fratre Joanne Bedereri Aquitano, fratre Joanne Columbo, fratre Joanne Piſano; fratre Thoma Antiſiodorenſi; fratre Gerardo Caneti, & fratre Nicolao Cretenſi, Cœnobii montis Sion Guardiano. His ſubſcribentibus ita decrevit.

Statuta ab eo condita.

XV. *Guardianus montis Sion eſto reliquorum Terræ ſanctæ locorum Præfectis ſuperior; ejus præcepto Fratres omnes obedianta. In locis iſtis ultra viginti Fratres non habitent. Si qui advenerint a Pontifice, vel Miniſtro Generali amandati, cedant alii, habeatur tamen ratia eorum, quorum infirmitas poſſit eſſe itineris impedimento, vel explorata virtus aliorum famulari profectui. A Sultano, quibus poſſit modis, obtineatur facultas Fratres aliquot ad ſepulcrum Chriſti excubitores adhibendi, quibus unus ipſorum præficiatur. Si quis, aurum, argentum, aut res pretioſas, proprio uſui acceperit, ſive propter confeſſiones audiendas, ſive propter miſſas legendas, ſive alio quopiam modo, maledictionem æternam, & excommunicationis cenſuram incurrat, tamquam Judas proditor, & pauperum fraudator reputetur: ſi abſque pœnitentia deceſſerit Eccleſiaſtica careat ſepultura; a nullo alio præter Guardianum abſolvatur, niſi in mortis articulo. Si publice delictum conſtiterit, a Fratrum conſortio ſeparetur, gravibus pœnis ſubjiciatur, & ad ſuam remittatur provinciam cum confuſione. Quoniam inter Sarracenos abſque pecuniariis eleemoſynis a Principibus Chriſtianis tranſmiſſis, neque habitare poſſint Fratres, neque ſacra loca conſervare; conſtituat Guardianus ex conſilio diſcretorum, virum unum vel duos, devotos, diſcretos, fideles, qui pecunias recipiant, & juxta Fratrum indigentiam diſpenſent. Pro ſtrictiore regulæ obſervantia, & manifeſtiore pecuniæ fuga, a prædictis Fratres eleemoſynarum ratianem, ſive computum non exigant; quas recipiunt eleemo-*

moſynas non ſcribant; quas diſtrahunt, in tabulas non redigant; pecuniarum depoſiti claves non retineant, in Miſſis oblationes non petant, nec recipiant. Si procuratores prædicti fideles eenſeantur, omnia confiduntor, & plus timeant Fratres conſcientiæ gravamen, quam pecuniæ detrimentum; quod ſi infideles comprobentur, auctoritate Guardiani, ex diſcretorum conſilio deponantur. Femina nulla ad interiora Monaſteriorum admittatur, niſi eum Principibus Heroïna aliqua advenerit, cujus pio deſiderio oporteat ſatisfieri; neque ad hoſpitalia mulierum Frater ullus abſque ſocio accedat: quod ſi ſecus fiat, tranſgreſſores excommunicantor. In Hoſpitali feminarum montis Sion ultra decem mulieres non recipiantur; in Bethlemitano quatuor dumtaxat, neque ulla admittatur, quæ prius non ſpondeat Guardiano, ſe completo anno receſſuram. Quæ Hieroſolymis habitant, non audeant tranſire ad hoſpitium Bethlemiticum, niſi obtenta Guardiani licentia, vel urgente Fratrum obſequio. Inſtabiles, leves, ſuſpicione laborantes, ſub Cenſurarum interminatione, ab univerſa Terra ſancta procul pellantur, neque admittantur, niſi quæ laudabilis vitæ bonum habent teſtimonium, & provectæ fuerint ætatis, annorum ſaltem quinquaginta. Ne religioſa quies turbetur, aut querimoniæ detur ulli occaſio. Nullus cujuſcumque fuerit conditionis, ordinis, aut ſtatus, peregrinus admittatur, ut dormiat in Conventu montis Sion, niſi fuerit vir Princeps, aut ſpecialiter mittatur a Pontifice, Regina Siciliæ, aut Miniſtro Generali. Sive Frater, ſive peregrinus, qui aliquid fregerit, evulſerit, extraxerit de columnis ſepulcri Dominici, aliiſve ſacris locis, quod ſcandalum, aut commotionem conciet Sarracenorum, diris devoveatur. Feriis ſecunda, quarta, ſexta, & ſabbato ab Epiphania uſque ad dies quadraginta continuos; ab Aſcenſione Dominica uſque ad feſtum Pentecoſtes; a Kalendis Auguſti, uſque ad diem Aſſumptionis Virgineæ; a carnibus omnes Fratres abſtineant; propter piſcis penuriam, lacticiniis veſcantur. Niſi ingens impediat pluvia, abſoluto Completorio, & Antiphona ſolemni Corporis Chriſti, procedant quotidie ad locum Spiritus ſancti, ſive ſacri Cœnaculi legentes, quæ in illo loco contigerunt. Quolibet Sabbato celebretur una Miſſa de beata Virgine in Valle Joſaphat; & die Dominico in ſacello ſancti Thomæ Apoſtoli. Die Lunæ fiat ſemper ſacrificium pro benefactoribus, ſpeciuliter vero pro animabus Roberti, & Sanciæ Siciliæ Regum, quorum munificentiæ hæc loca debentur. Die Jovis recitetur Miſſa de Spiritu ſancto, vel de ſanctiſſimo Sacramento, pro felici itinere peregrinorum, & ſalute benefactorum. In Sabbato legatur altera de beata Virgine pro felicitate Domini Papæ, & proſperitate ſtatus Eccleſiaſtici. Feſtum diviſionis Apoſtolorum ſolemniter celebretur in die SS. Quirici & Julitæ. Acta ſunt hæc in ſacro loco montis Sion, per prædictum fratrem Bartholomæum Kalend. Auguſti, anno MCCCLXXVII.

XVI. Imminuto valde patrimonio Eccleſiaſtico, deficientibus ad Tyrannos, & abſolutum ſibi regimen vendicantibus optimis civitatibus ſtatus Eccleſiæ, Peruſina, Spoletana, Tudertina, Viterbienſi, Aſculana, Forolivienſi, Eugubina, & aliis, Romani miſſis litteris & Nunciis, maxime quodam Minorita & Catarina Senenſi Virgine, ut ſanctiſſima, ita & prudentiſſima, rogarunt Gregorium Pontificem, ut in Urbem rediret, ſplendorem Sedi Apoſtolicæ reſtituturus, & patrimonia ſancti Petri recuperaturus. Accidit eodem tempore, ut ipſe Pontifex interrogarit quemdam Epiſcopum in curia diu hærentem, cur non redierit ad ſuum Epiſcopatum? & ille reſponderit: *Pater ſancte, eadem qua me oneras culpa, ipſe laboras; Epiſcopus es univerſalis Eccleſiæ, & ſucceſſor ſancti Petri, cur reſidentiæ ab eo inſtitutum locum, Eccleſiamque non repetit Romanam? ſi alios præjeris exemplo,* Rogatur Pontifex ut Romam transferat Curiã.

plo, te ſequentur. Omnia hæc eum moverunt, ut profectionem in Urbem accelerarit, reluctantibus licet Gallis, menſe Septembri Maſſilia ſolverit, & triginta una triremibus primo Genuam, deinde Cornetum, demum Romam, ineunte anno ſequenti pervenerit, poſtquam Curia in Gallis hæſerat annis ſeptuaginta, dempto illo brevi tempore migrationis Urbani V.

Miniſter provin. S. Franciſci favet regulari Obſervantiæ.

XVII. Pergit hoc anno frater Petrus de Sora, provinciæ ſancti Franciſci Miniſter, propitiari fratri Paulutio Fulginati, & familiam novellam regularis Obſervantiæ ab eo inſtitutam, favoribus adjuvare, curamque omnem, & poteſtatem in prædictum Paulutium refundere. Ita hoc anno ſcribit:

In Chriſto ſibi cariſſimo fratri Paulutio de Fulgineo, frater Petrus de Sora Fratrum Minorum provinciæ ſancti Franciſci Miniſter & ſervus, ſalutem & pacem in Domino ſempiternam. Cupiens ſaluti animæ tuæ, quieti, & ſpirituali conſolationi Fratrum tibi commiſſorum ſalubriter providere, dilectioni tuæ, præſentium tenore, concedo, quatenus Fratres omnes, & ſingulos, qui in locis tuæ curæ commiſſis, præſentialiter commorantur, ſeu in poſterum morabuntur, poſſis in eiſdem locis de Familia mutare, transferre, & penitus removere, toties quoties diſcretioni tuæ videbitur expedire. Ipſi vero Fratres per te, ut prædicitur, collocati, mutati, translati, ſeu remoti, intelligantur per noſtram obedientiam taliter ordinati, ac ſi noſtras obedientias particulariter recepiſſent; nec expediet ad noſtram præſentiam recurrere, ad labores plurimos evitandos, paratus exiſtens tranquillitati tuæ, & paci Fratrum tuorum libenti ſemper animo complacere. Vale in Chriſto Jeſu, & pro me ora. Datum Fulginei, die prima menſis Julii anno Domini MCCCLXXVI.

Conventus Saliceti.

XVIII. Hoc anno fundaſſe religioſum, & pium Cœnobium Saliceti in Caſtella, Hiſpaniæ nobiliſſima regione, beatum Petrum Villacretium, primumque ibidem poſuiſſe reformationis, & Obſervantiæ regularis fundamentum, ſcribit Gonzaga in deſcriptione prædicti Cœnobii. Sed paulo ante in exordio provinciæ Caſtellæ id factum ait, anno MCCCLXVI. quod & prius ſcripſerat Marcus Ulyſſiponenſis; & utrumque ſecutus Petrus Salazarius in Chronicis ejuſdem provinciæ. Attamen pauliſper tardius in Hiſpania Reformationem hanc incepiſſe, plura videntur perſuadere. Primum, quod ſub Joanne Rege non niſi anno MCCCLXXIX. inaugurato, vetera monumenta provinciæ ſancti Jacobi apud me MSS. inchoatam hanc referant Reformationem. Secundum, quod prædicti Auctores, Gonzaga, Salazarius, & Rodulphus eodem ferme tempore apud Hiſpanos, & Gallos incœpiſſe conſpirent Obſervantiam; at apud Gallos exordium conſtituunt an. MCCCLXXXVIII. Marcus vero circa MCCCXCIII. Tertium, quod Gonzaga Villacretium Obſervantiæ reſtauratorem vixiſſe anno MCCCCXL. inſinuet in deſcriptione conventus Ocaniæ. Difficile itaque credi poterit hoc anno, multo minus anno MCCCLXVI. Salicetanum ſtruxiſſe, præſertim ſi præmittantur anni viginti, quibus in ſpecu prope oppidum ſancti Petri de Arlanza in ſumma paupertate, & vitæ ſanctitate deliteſcens hanc meditabatur Reformationem, uti ipſe refert Gonzaga; idque poſt multos annos expletos, adeptumque gradum Magiſterii inter Patres Conventuales: quibus temporum partitionibus centum & plures anni non ſufficient. Adde adeo incertum eſſe annum, quo domus Salicetana ædificata eſt, ut Gonzaga referat Gallos, Anglos, Germanoſque hiſtoricos noſtros velle Cœnobium ſancti Antonii de Capraria provinciæ Caſtellæ, ſub annum MCCCC. erectum; & alterum Oecanienſe anno MCCCXXX. fabricatum, antiquiora eſſe Salicetano, quibus ſane in hoc non aſſentior: ex vetuſtis enim monumentis ferme ſub illud tempus

Gonz. in provin. Caſtil. Con. 6.

Marc. 3. part. lib. 1. c. 10. Salazar. l. 4. c. 5. Regul. Obſervantiæ quando incepit apud Hiſpanos. Gonz. 1. p. pag. 9. Salaz. lib. 1. c. 33. Rodulph. fol. 155.

Gonz. in prov. Caſtel. Con. 8.

Idem 1. p. pag. 9.

Idem in prov. Caſtel. Con. 8.

pus ſcriptis, mihi conſtat, Regularem Obſervantiam in Hiſpania ab hac æde emanaſſe: attamen hinc deducere, vel ſaltem probabiliter conjicere licet, adeo paucis annis præceſſiſſe Salicetanam has alias ædes, ut in hunc errorem, vel temporum confuſionem facile fuerit incidere.

XIX. Quapropter judicaverim, initium Reformationis Hiſpanicæ ad annum MCCCXC. vel circiter eſſe reducendum, & fortaſſis excitatos Reformationis auctores ad eamdem aggrediendam, ex miſſis a Pontifice ante biennium Commiſſariis, qui provinciæ Caſtellæ Miniſtrum fratrem Joannem Didaci de Haro, laxioris vitæ fautorem, ex Pontificio præcepto, & Miniſtri Generalis conſilio ab officio depoſitum, in aliam tranſtulerunt provinciam. Potuit ergo ſub illud tempus diſſidio partium, & zelo viſitatorum Apoſtolicorum commotus Villacretius in ſolitudinem ſecedere, & per aliquot annos ſecum meditari tempus & modum, arduum hoc opus aggrediendi, & deinde ab hoc Conventu illud auſpicari. Ut vero nihil hic habeo firmum, aut ſtabile, ita neque definio; propono dumtaxat dubitandi rationes, quæ ſinceris harum rerum indagatoribus aliquale faceſſent negotium. Ne vero prædictorum Auctorum ſententiam contemnere videamur, atque iterum ſub incerto etiam tempore de Salicetano conventu ſermonem inſtituere cogamur, hoc ipſo loco colligenda duximus, quæ alii diffuſius enarrant.

Reg. Vatic. in lib. ſecr. anno 4. fol. 63.

XX. Auctorem habuit prædictum Villacretium in loco ſolitario, montoſo & ſilveſtri, inter oppida Tendillæ & Pennalverii, ubi prius extiterat devotum ſacellum beatæ Mariæ, a Saliceto nuncupatum, a Militibus Hieroſolymitanis, ad quos nemora iſta, & montes ſpectabant, conſtructum. Cauſa fuit: Venatum abierant duo, ſed repentina oppreſſi imbrium, fulgurum, tonitruumque tempeſtate, ſupplices, & tremebundi divinam imploraruntopem, beatam Virginem Mariam mediatricem interpellantes. Apparuit ſtatim in ſalicis medio ſacratiſſima Virgo, magno amicta ſplendore, & bono animo eſſe præcepit. Illi e tanto periculo erepti, ne ingratitudinis erga divinum numen, & matrem arguerentur, ædiculam prædictam, in Beatiſſimæ tutelaris honorem, ipſo apparitionis loco, & ſuper ſalicis exciſæ truncum, unde ſanctæ Mariæ Saliceti ortum cognomen, altare conſtruxerunt. Villacretius e ſuo ſpecu progrediens, locum aliquem ſibi, & ſui propoſiti ſociis delecturus in hunc incidit, & arriſit, tum propter ſolitudinem, tum propter loci reverentiam, miraculo, & populi frequentia commendatam, adhibitis ſuis, & amicorum precibus, ædiculam a Hieroſolymitanis Militibus dono accepit, & piorum eleemoſynis, ſuaque induſtria, humile tuguriolum adjunxit.

XXI. Crevit poſtea Fratrum numero, & ædificii amplitudine, & per univerſam Hiſpaniam diffuſa fama virtutis, ac pietatis incolarum, quæ a primævi Inſtitutoris ſpiritu, & vitæ rigore nihil defeciſſe videtur. Inter denſiſſima dumeta, & Monaſterii ſepta devotiſſima conſpiciuntur Eremitoria, ex arbuſtorum ramuſculis contexta; in quibus alternis vicibus Fratres orationi, vigiliis, rigidis jejuniis, ſilentio, & corpori macerando perpetuo ſtudent, quorum plurimi ſancto fine quieverunt. Horum nomina licet ob ſupinam Fratrum incuriam, neglecta ſint, corpora tamen inventa fuerunt integra, & incorrupta, ſuaviſſime redolentia, dum caſu cœmeterium effoderetur, fuitque paulo poſt cuidam pio viro cœlitus revelatum, domum hanc plurimis Sanctorum corporibus conſecrari. His annumerandus venit religioſiſſimus pater frater Didacus a Barrahona, vir omni virtutum genere excultus, qui in Obſervantiæ Regularis exordiis Cœnobium iſtud prudentiſſime rexit, miraculis in vita, & poſt mortem clarus, ſepultus in communi

Fr. Didac. a Barrahona.

Anno Christi 1376.	Gregorii XI. anno 6.	Caroli IV. Imp. anno 29.	Religionis Minorum anno 169.

Fr. Petrus a Gamarra.

Fratrum ſarcophago. Eidem conſepultus eſt frater Petrus a Gamarra, ejuſdem etiam loci Guardianus, morum candore, & piis operibus illuſtris, quem triduo ante mortem ſacrificantem, Chriſti Crucifixi effigies in altari monuit poſt tres dies ex hac vita deceſſurum, & in ejus fœliciſſimo tranſitu quidam devotus Frater orationibus vacans, pulchra corona e cœlo dimiſſa vidit coronari. Hic habitum ſumpſit, & diem obiit frater Matthæus Sanctorcazius laicus, humilitate, & caritate in proximum inſignis, qui noctes plurimas ſub dio ducebat inſomnes in oratione Dei, nive aliquando in muri modum undique circumdatus & tectus, intactus, & illæſus intra nivium ambitum, veluti ſi in ſacello deprecaretur. Hic illuſtriſſimum, & cœleſtem ſpiritum hauſit magnus ille vir, Hiſpaniæ ornamentum, & Rector frater Franciſcus Ximenius, Cardinalis Toletanus, in præfatis Eremitoriis vitam traducens arctiſſimam. Cœnobio præerat quando a Regina Catholica Eliſabetha adſcitus eſt ad conſcientiæ arcana excipienda.

Fr. Matth. Sanctorcazius.

Fr. Franciſcus Ximenius.

XXII. Ad pium hunc locum, licet in deſerto, inter confertiſſimas arbores, & aſperrimos montes ſitum, confluunt undique populi multi, ob innumera miracula, quæ meritis glorioſiſſimæ Virginis frequenter ibidem, maxime circa energumenos, contingunt. Illuc profectus anno MDCIV. Philippus III. magnis Principibus, & Regni adminiſtris conſtipatus, magna lætitia & conſolatione ſpirituali repletus eſt, vitam animadvertens incolarum religioſiſſimam & aſperrimam. Duces Infantatus ex Hiſpaniæ primariis, locum hunc magno proſequuntur affectu, & donis afficiunt; ſed præ omnibus illuſtravit frater Petrus Gonzales de Mendoza, Roderici Gomezii de Silva, & Annæ Mendoziæ Principum Ebulentium, & Paſtranenſium Ducum filius, ibidem initiatus. Ad inſulas Pontificias evectus, circuitum, & ambitum longe ampliorem fecit, muris cincto magno adjacentis terræ ſpatio. Eremitoria multiplicavit, pulchrum Sacellum Reliquiarum, & Sanctorum corporum illuſtre depoſitum extruxit; ædes nobiles adventantibus hoſpitibus præparavit, aditum ad pietatis monumenta aperuit, ita tamen ut populorum conſuleretur pietati, & Religioſorum non officeret quieti. Sacrarium multa, & varia ſupellectile locupletavit; Eccleſiam aris, aras picturis ornavit. Bibliothecam egregie inſtructam appoſuit, & domum univerſam rebus neceſſariis inſtruxit. His devincta beneficiis univerſa Provincia, communi Patrum ſuffragio anno MDCIX. ei tunc Archiepiſcopo Granatenſi, mox Cæſarauguſtano, & nunc Antiſtiti Seguntino, nec non Ducibus Paſtranæ, ejus conſanguineis, ſacellum Templi maximum devovit, quibus ille relicta ingenti pecuniæ vi, illud oneris injunxit, ut ſartam tectamque in perpetuum hanc domum curent conſervare. Demum integram hiſtoriam conſcripſit de hujus Cœnobii piis incolis, ſitu, amplitudine, templo, ædificiis, & populorum erga Virginis Deiparæ imaginem reverentia.

Deſtinantur Prædicatores, & Minores ad partes Ultramarinas.

XXIII. Scripſit hoc anno Pontifex Franciſco ſanctæ Sabinæ Presbytero Cardinali, in nonnullis terris Romanæ Eccleſiæ Vicario, ut devotis quibuſdam Fratribus Ordinis Prædicatorum, & Minorum ad partes Ultramarinas ire cupientibus, fidem Chriſtianam infidelibus prædicaturis, licentiam eundi, ibique Monaſteria ædificandi, impertiret: *Relatione didicimus*. Kalendis Martii. Vicario, & Fratribus Vicariæ Boſnenſis conceſſa facultas

Conv. Chenienq.

recipiendi Cœnobium in oppido de Chenienq. Colocen. diœceſis, a nobili viro Nicolo de Gara Comite Palatino Hungariæ conſtruendum: *Sacræ veſtræ Religionis.* XIV. Kalendas Martii; & alterum in diœceſi Quinqueeccleſienſi, a nobili itidem viro Joanne de Hornaco Bano de Machob: eodem die ſimili dato diplomate. Et demum duo in inſula Sardiniæ, a nobili viro Hu-

Conv. Quinqueeccleſien.

go-

Anno Christi	Gregorii XI	Caroli IV. Imp.	Religionis Minorum anno
1376.	anno 6.	anno 29.	169.

gone Judice Arboreæ conſtruenda: *Is quæ divini cultus*. IV. Kalendas Maii. Fratribus Conventus Villæ Aureliacenſis diœceſis Floropolis, ſive ſancti Flori, de quo alias ſcripſimus, indultum eſt, domum ab Aſtorgio Bruno ſibi relictam intra villæ fortalitium, bellorum tempore inhabitare: *Devotionis veſtræ*. VI. Nonas Martii. Miniſtro, & Fratribus Provinciæ ſancti Angeli conceſſit Pontifex, ut domum extra arcem ſancti Joannis Rotundi Sipontinæ diœceſis, bellorum injuriis deſtructum, intra caſtrum transferrent: *Benignitas Apoſtolicæ*. V. Kalendas Maii. Similiter conceſſum Fratribus Vapincenſis Cœnobii, propter eamdem rationem aliud intra urbem ædificandi: *Oblatæ nobis petitionis*. XVI. Kalendas Septembris. Hoc tempore Proconſules oppidi Erfordenſis in Germania levibus cauſis inducti, expulerunt Fratres Minores, in eorumque domum ſubintroduxerunt quaſdam Moniales. Indignatus Pontifex, præcepit, ut Fratres reſtituerentur, & damna illata reſarcirentur, inſtituto loci Guardiano fratre Conrado Walbornio: *Cum ad noſtram audientiam*. X. Kalendas Maii.

Duo Conv. in Sardinia. Domus Aureliacen. *Tom. 7. anno 1332. n. 12.* Conv. S. Joannis Rotundi. Conv. Vapincen. Conv. Erfurden.

XXIV. Extitiſſe hoc tempore in diœceſi Barchinonenſi Monaſterium Clariſſarum, ſub invocatione ſancti Danielis, conſtat ex diplomate Pontificio, quo Antoniæ de Serricchis ejuſdem Monaſterii Moniali conceditur facultas aſſociandi Eleonoram, uxorem Joannis filii primogeniti Henrici Regis Caſtellæ, ejuſque obſequiis inſiſtendi. In oppido Wittrighen. Conſtantien. diœceſis cohabitabant centum circiter mulieres tertii Ordinis ſancti Franciſci, quæ demum ad majorem aſpirantes perfectionem, Regulam, & normam vivendi Clariſſarum ſibi tradi poſtularunt; quibus Pontifex aſſenſit, commiſſo negotio Epiſcopo Conſtantienſi: *Paſtoralis officii*. IV. Kalendas Junii. Incepit hoc anno nobilis vir Guillelmus de la Pole miles conſtruere in Eboracenſi diœceſi pulchrum Clariſſarum Monaſterium, & hoſpitale pauperum virorum, ac mulierum debilium, dicto Monaſterio eontiguum; ſed ante completum opus deceſſit. Filius & hæres Michael, volens a patre inchoatam fabricam abſolvere, facultates multas aſſignare, ſed patris intentionem circa incolas mutare decrevit, Carthuſienſibus etenim valde addictus iis præparari, & dari ſufficienter redditibus proviſum ſe velle Pontifici explicavit. Commiſſa fuit cura rem omnem examinandi Archiepiſcopo Eboracenſi: quid vero reſponderit, aut fieri præceperit, aliunde explorare non potuimus.

Monaſt. ſancti Danielis. *Ex lib. de Curia 5. Kalend. Febr.* Monaſt. Wittighen. Monaſt. Eboracen. diœceſ. *Ex lib. Chartaceo an. & f. 171.*

XXV. Conventus Thouartii Pictaven. diœceſis, de quo ſuperius locuti ſumus, Eccleſiam, quæ etiam hoc anno conſtruebatur, ſtatutis diebus viſitantibus amplas conceſſit Indulgentias: *Licet is, de cujus munere* VI. Kalendas Februarii. Fratribus Conventus Limiricenſis in Hibernia datus eſt privilegiorum conſervator Philippus Archiepiſcopus Caſſellenſis, qui contra injurias, & gravamina a Petro Epiſcopo, frequenter illata, defenderet, a quo etiam ipſe Archiepiſcopus Metropolitanus multa paſſus eſt opprobria: *Exhibita nobis* XIII. Kalendas Septembris. Fratribus Provinciæ Anglicanæ dati ſunt Conſervatores Archiepiſcopus Eboracen. & Epiſcopi Londonien. & Wintonienſis, qui a gravaminibus defenderent circa prædicationes, confeſſiones excipiendas, & liberas ſepulturas: *Etſi quibuslibet*. II. Kalendas Auguſti. Monialibus ſanctæ Claræ Setabienſis, ſive de Xativa, Valentinæ diœceſis indulſit, ut presbyterorum numerum, quem ſecundum antiquas Monaſterii conſtitutiones habere debebant, imminuerent, & Ciliam Abbatiſſam ex Monaſterio ſanctæ Eliſabethæ urbis Valentinæ, cujus memoriam apud noſtros auctores non invenio, eo deductam, & a Bernardo Bruno quondam Miniſtro in officio confirmatam, amplius probavit: & alia plurima

Ann 1355. n. 10. Eccleſia Conv. Thouartii. Conſervator Fratrum Limiricenſium. Conſervatores Fratrum Provinciæ Angliæ. Mon. Setab. indulta.

tum circa mutationem ſedis, & venditionem primi Monaſterii, tum circa regimen Monialium, quæ in Regeſto videri poterunt, conceſſit. Ut cum Monialibus Turiſcellarum, Palentinæ diœceſis, vivere poſſet Joanna, ſoror Henrici Regis Caſtellæ, relicta quondam Philippi de Caſtrobaronis indulſit: *Sinceræ devotionis affectus*. II. Kalendas Octobris. Clariſſarum Montis-albani Monaſterio pauperie laboranti Prioratum Montueli adjunxit: *Merita veſtræ Religionis*. XVI. Kalendas Julii. Clariſſæ Narbonenſes, vel antiquum Monaſterium, de quo nos alias, hoc tempore mutarunt, vel aliud extruxerunt extra muros urbis, infra limites parochialis Eccleſiæ ſancti Sebaſtiani, ex quo quædam ſibi inferri detrimenta parochiæ Rector conqueſtus eſt: *Exhibita nobis*. Kalendis Septembris.

Item Monaſter. Turris-cellatum

Et Montis-Albani.

Monaſt. Narbonen. *Tom. 5. anno 1290. n. 15.*

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Litteræ Apoſtolicæ.

» I. HOc anno ſummus Pontifex circa Fratrum receptionem Urbani V. litteras *Tenorem quorumdam &c.* II. Nonas Aprilis renovavit, » ut in Ordinis firmamento legitur: & pro ſepulturis ſecularium in Hungariæ Provincia litteras expedivit: *Juſtis petentium*. XIV. Kalendas Julii. » Sed menſe antecedenti, ideſt die XIII. Junii, Corporis Chriſti feſtiva » ſolemni, Aquilæ Veſtinorum in Aprutio Civitatis Epiſcopalis, quæ ex » ruinis Amiternii & Forronii Friderico II. Imperante, in Colle apud » Aternum amnem excrevit, Comitia generalia celebrata fuere; quibus » duo millia Fratrum, & doctores, Concionatoreſque celeberrimi interfuerunt, Rectoribus urbis abunde & ſplendide vitæ neceſſaria miniſtrantibus.

Indice ex firmam. fol. 24c

Baiard. ex Caval. in Catal. SS. & BB. Ordinis Min.

Bernard. a Lento Mart.

» II. Cavallus in ſuo catalogo Bernardinum a Lento, eximium Catholicæ fidei aſſertorem, & divini verbi Satorem zelotem, per manus » impiorum hæreticorum fortiter occubuiſſe hoc anno VI. Kalendas Junii » commemorat. Firmiter credidit hic, quod ſi pro Chriſto in hoc mundo » animam perderet, eam in vitam æternam inveniret. Sed non minori virtute micuit Joannes, natione Hiſpanus, profeſſione Minorita, ac Theologus egregius, qui in laudem ſanctiſſimæ Virginis Deiparæ multa præclare » ſcripſit: quam frequenter obſecrans miro ſpiritus fervore, ita laudare » ſolebat: *Tu Angelorum Domina: Tu Paradiſi janua, qui gloria eſt; ad quam acquirendam inops eſt intellectus, abſque elevatione luminis gloriæ, quod non eſt totalis cauſa viſionis:* Hic tamdem ſub impiiſſimo Maurorum » Rege pro fidei Catholicæ libera prædicatione, martyrii laudem adeptus » eſt, Valentiæ in Hiſpania, anno MCCCLXXVI. ejus ſacrum corpus Turoli » magna fidelium veneratione colitur; ut legitur in cœleſti & mundiali » Hierarchia totius Regni Aragoniæ, Bartholomæo Ecyas Lectori jubilato » dedicata.

Martyrium Joannis Hiſpani.

RE-

REGESTUM
PONTIFICIUM.

REGESTUM PONTIFICIUM.

CLEMENTIS VI.

ANNO CHRISTI 1347. PONTIFICATUS ANNO 5. & 6.

BULLA I.

Præficitur Eccleſiæ ſancti Angeli. Ex libro 3. epiſt. 59.

Venerabili fratri Epiſcopo ſancti Angeli.

§. I. QUAM ſit onuſta diſpendiis &c. uſque ad *proficiant incrementis*. Sane nuper Eccleſia ſancti Angeli ex eo Paſtore carente, quod nos venerabilem fratrem noſtrum Laurentium Archiepiſcopum Conſan. tunc Epiſcopum ſancti Angeli licet abſentem, a vinculo quo ipſi Eccleſiæ ſancti Angeli, cui tunc præerat, tenebatur, de Fratrum &c. & Apoſtolicæ &c. abſolventes, ipſum ad Conſan. Eccleſiam tunc vacantem duximus transferendum, præficiendo eum ipſi Conſan. Eccleſiæ in Archiepiſcopum & Paſtorem. *Vide infra Conſiſt. 31. huj. Pont.*

§. II. Nos ad proviſionem ejuſdem Eccleſiæ ſancti Angeli, de qua nullus præter &c. pro eo, quod nos diu ante &c. proviſiones omnium &c. per translationes per nos tunc factas, & faciendas impoſterum de Prælatis earum ubilibet conſtitutis, ad alias Cathedrales Eccleſias tunc vacantes, & in antea vacaturas, diſpoſitioni noſtræ ſpecialiter reſervantes, decrevimus ex tunc irritum &c. contingeret attentari, paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes, poſt deliberationem, quam ad præficiendum ipſi Eccleſiæ ſancti Angeli, ne prolixæ vacationis ſubjaceret incommodis, perſonam utilem ac etiam fructuoſam, quæ eam ſciret, vellet, & poſſet in ſuis manutenere juribus, & etiam adaugere, cum eiſdem Fratribus noſtris habuimus diligentem: demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, in Sacerdotio conſtitutum, ac ſacræ Theologiæ Magiſtrum, cui Religionis zelus, vitæ munditia, morum elegantia, ac aliarum grandium virtutum merita, prout ex teſtimoniis fide dignis accepimus, laudabiliter ſuffragantur, direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita &c. de perſona tua nobis & eiſdem Fratribus noſtris ob hujuſmodi tuorum exigentiam meritorum accepta, præfatæ Eccleſiæ ſancti Angeli &c. tibi tam in ſpiritualibus &c. plenarie committendo. Et ſubſequenter per venerabilem fratrem noſtrum Petrum Epiſcopum Præneſtin. munus tibi fecimus conſecrationis impendi. In illo qui dat gratias &c. *conſequi mereariſ.*

Datum Avenione 11. Idus Februarii anno v.

II. *Præ-*

II.

Præficitur Eccleſiæ Balezen. Ex lib. 1. epiſt. 71.

Venerabili fratri Gervvico Epiſcopo Balezen.

§. I. Licet continuata ſupervenientium negotiorum inſtantia, nos, qui diſponente Domino, univerſalis Eccleſiæ regimini præſidemus, inſultibus impetat ſucceſſivis, ſollicitudo tamen Eccleſiarum illarum, quæ propriis ſunt deſtitutæ Paſtoribus, noſtris incumbentibus humeris, tanto arctius nos quotidiana meditatione perurget, quanto eis ſumus ſpecialius obligati.

§. II. Eccleſia ſiquidem Balezen. per obitum bonæ memoriæ Guillelmi Epiſcopi Balezen. qui extra &c. diem &c. paſtoris &c. Nos vacatione hujuſmodi ipſius Eccleſiæ &c. intellecta, volentes imprimis eidem Eccleſiæ, ne diſpendia prolixæ vacationis incurreret, paterna ſollicitudine præcavere, & ad proviſionem ipſius Eccleſiæ celerem &c. ſollicitis ſtudiis intendentes, & cupientes talem eidem Eccleſiæ præeſſe Paſtorem, qui ſciret &c. ipſam in ſuis juribus conſervare, & etiam adaugere: poſt deliberationem quam &c. diligentem, denum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, in ſacerdotio &c. de religionis zelo, litterarum ſcientia, vitæ munditia, honeſtate morum, aliiſque virtutum meritis, nobis & eidem Fratribus noſtris, ex fide dignis teſtimoniis multipliciter commendatum, direximus &c. Quibus omnibus attenta meditatione penſatis, de perſona tua nobis & eiſdem Fratribus noſtris, ob tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem Balezen. Eccleſiæ providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam &c. plenarie committendo, & ſubſequenter tibi per venerabilem fratrem noſtrum Bertrandum Epiſcopum Oſtien. apud Sedem Apoſtolicam ſecimus munus conſecrationis impendi, firma ſpe, fiduciaque conceptis, quod gratia tibi &c. eadem Eccleſia ſub tuo fœlici regimine, proſpere dirigetur, grataque honoris & commodi ſuſcipiet incrementa. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad præfatam Balezen. Eccleſiam &c. *uberius conſequi merearis*.

Datum Avenione III. Nonas Martii anno V.

In eumdem modum Archiepiſcopo Antibaren. ac Capitulo & Clero Civitatis & Diœceſis Balezen.

III.

Ut poſſint recipere duo domicilia. Ex 2. par. lib. 2. epiſt. 440.

Dilectis filiis, Vicario dilecti filii Generalis Miniſtri, & Fratribus Ordinis Minorum, in partibus Boſnen. conſtitutis.

§. I. Ex dono cœleſtis gratiæ illud Ordini veſtro vobis ineſſe conſpicimus, quod ubique locorum, in quibus degitis, fideles populos, doctrina verbi pariter & exempli, ad ſalutis gratiam evocatis. Eſt igitur & eſſe debet nobis, & Apoſtolicæ Sedi cura ſollicita, loca veſtra per orbem terrarum longe lateque diffundere, ut quanto loca ipſa diffuſius propagamus, tanto peramplius, prout in gratiarum omnium largitore confidimus, majorem fructum operum veſtrorum ad ædificationem Chriſtifidelium ſentiamus.

§. II. Nos igitur, qui cupimus animas lucrifacere, & divinum cultum, quantum cum Deo poſſumus, adaugeri, veſtris in hac parte ſupplicationibus incli-

inclinati, recipiendi duo loca, unum videlicet in Civitate ſeu Provincia Scagnen. & alium in Diaco Quinqueeccleſien. Diœc. & in utroque ipſorum locorum, juxta morem dicti Ordinis, ædificandi & conſtruendi domos, clauſtrum vel Capellam, & Eccleſiam ſeu Oratorium, cum aliis neceſſariis officinis, & in eis morandi, necnon habendi cœmeterium juxta morem dicti Ordinis, dummodo in quolibet dictorum locorum duodecim Fratres dicti Ordinis inibi pro tempore moraturi, decenter & congrue valeant ſuſtentari, ſine tamen præjudicio parochialium Eccleſiarum dictorum locorum, & cujuslibet alterius alieni, conſtitutione fœl. record. Bonifacii Papæ VIII. *Nequaquam obſtante*, vobis, auctoritate Apoſtolica, plenam & liberam, tenore præſentium, licentiam elargimur. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione XII. Kal. Aprilis anno V.

IV.

Eximitur a juriſdictione Metropolitani. Ibid. epiſt. 506.

Venerabili fratri Richardo Epiſcopo Oſſorien.

§. I. ROmani Pontificis circumſpecta prudentia circa ſtatum Eccleſiarum & Prælatorum ſuorum, ac aliarum perſonarum Eccleſiaſticarum proſpere dirigendum, ſollicitudine paterna, proſpiciens & intendens, libenter eos ab oppreſſionibus & gravaminibus relevat, & quæ illorum tranquillitatem & quietem reſpiciunt, quantum cum Deo fieri poſſe cognoſcit, eis de benignitate concedit. Pontificis ſollicitudo ad quæ ſe extenta.

§. II. Sane petitio tua nobis exhibita continebat, quod, cum tu dudum contra quoſdam hæreticos per te in dicta 1na Diœc. Oſſonien. repertos, conſulta prius per te ſuper hoc Sede Apoſtolica, juxta ſacrorum inſtituta canonum proceſſiſſes, dicti hæretici perſonaliter te cœperunt, & per decem & ſeptem dies continuos ignominioſe ipſorum detinuerunt carceribus mancipatum. Et quod poſtmodum, cum tu ab hujuſmodi carceribus liberatus a venerabili fratre noſtro Alexandro Archiepiſcopo Dublinen. Metropolitano tuo, qui eiſdem hæreticis publice notorieque faverat, tibique ac Eccleſiæ Oſſorien. necnon clero, & aliis ſubditis tuis in negotio fidei Catholicæ aſſiſtentibus, multa & injurioſa gravamina inferebat, in favorem ejuſdem fidei appellaſſes, teque paraſſes ad arripiendum iter ad Sedem Apoſtolicam veniendi pro appellatione hujuſmodi proſequenda, præfatus Archiepiſcopus ad omnes portus maris, & alia loca Hyberniæ, per quæ te veniendo ad dictam Sedem tranſitum facere oportebat, ſuas & alias litteras deſtinavit, procurans & ſatagens, quantum in eo fuit, facere te perſonaliter capi, & carceri mancipari. Quodque te propterea, metu mortis & carceris, exulare coacto, ac in hujuſmodi exilio per novem annos commorante, omnibus bonis tuis mobilibus & immobilibus ſpoliato, idem Archiepiſcopus Eccleſiam ac ſubditos tuos clericos ac laicos, qui tibi in negotio ejuſdem fidei contra præfatos hæreticos, ſicut prædicitur, aſtiterunt, diverſis vexationibus & extorſionibus oppreſſit, & opprimit variis fraudibus, ac coloribus ad occultandam ſuam in hac parte malitiam exquiſitis. Ab hæreticis injurias paſſus. Et a ſuo Archiepiſc. perſequutus.

§. III. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, tu timeas quod idem Archiepiſcopus, pro eo quod prædictorum & nonnullorum aliorum criminum propoſitorum contra eum pro parte tua in conſiſtorio coram nobis, per informationem apud Sedem Apoſtolicam de mandato noſtro habitam, probata infamia, nos ipſum per noſtras litteras citari mandavimus, ut in Recurſit ad Apoſtolicam Sedem.

certo termino, quem ei peremptorie duximus præfigendum, Apoſtolico conſpectui ſe perſonaliter præſentaret, ſuper præmiſſis, & aliis, ſi qua proponi vel objici contingeret contra eum, mandatis & beneplacitis Apoſtolicis pariturus, ac facturus, & recepturus, quod juſtitia ſuaderet, contra te ac ſubditos tuos clerum & populum ſupradictos gravius ſolito provocetur, ac tibi & illis inferat gravamina duriora, & quod tu proinde circa curam & regimen ipſius Eccleſiæ intendere non potes, neque poteris, ut deceret: Nos volentes perſonam tuam, necnon dictos clerum & populum opportuno favore proſequi in hac parte, teque ac illos ab hujuſmodi oppreſſionibus & gravaminibus, Apoſtolicæ gratiæ præſidio, relevare, tuis ſupplicationibus inclinati, te, ac ipſam Eccleſiam, necnon civitatem & Diœceſim Oſſonien. ac perſonas earum, necnon familiares tuos clericos & laicos, quamdiu Eccleſiæ memoratæ præfueris, & perſecutio duraverit negotii ante fati, ab omni juriſdictione, dominio, poteſtate, & ſuperioritate dicti Archiepiſcopi & ejus Curiæ, auctoritate Apoſtolica, prorſus eximimus de gratia ſpeciali, teque, & illas volumus immediate juriſdictioni Sedis Apoſtolicæ ſubjacere; univerſas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, necnon quoſcumque alios proceſſus, quos contra hujuſmodi exemptionis noſtræ tenorem proferri vel haberi contigerit, decernentes irritas & inanes. Nulli ergo &c. noſtræ exemptionis & conſtitutionis infringere &c.

Datum Avenione IV. Idus Aprilis anno V.

V.

Ut poſſit ædificare Monaſterium Clariſſarum in caſtro Ammoniaci. Ex lib. 4. epiſt. 1204.

Dilecto filio Petro tit. S. Clementis Presbytero Cardinali.

Exordium. §. I. Attendentes quam meritorium, & quam Omnipotenti Domino ſit acceptum fundare Cœnobia, in quibus æternus Pater majeſtatis immenſæ devotis laudibus colitur, ſibique prudentes virgines cupientes accenſis lampadibus obviam ire ſponſo per innocentis vitæ merita, devotum exhibeant famulatum, digne vota fidelium, quæ circa id diſponuntur, Apoſtolico favore proſequimur, & ut optatum conſequantur effectum, opportunum auxilium impertimur.

Locus fundandi Monaſterium deſignatus. §. II. Sane petitio tua nobis exibita continebat, quod tu cupiens terrena &c. commercio commutare, in Caſtro Ammoniaci, Viennen. Diœc. originis tuæ loco, in fundo tuo proprio, ſito infra parochiam Eccleſiæ beatæ Mariæ dicti loci de Ammoniaco, in quo aliqua Monaſteria Religioſarum mulierum alicujus Ordinis non exiſtunt, ad laudem & gloriam Dei, & beatæ Mariæ matris ejus, necnon ad honorem & ſub vocabulo beatæ Claræ Virginis, & beati Franciſci Confeſſoris, & divini cultus augmento, unum Monaſterium cum Eccleſia, domibus, clauſtro, & ceteris neceſſariis officinis, ad opus Monialium Minoriſſarum, ſeu Sororum incluſarum Ordinis ſanctæ Claræ, ſub cura & regimine Fratrum Ordinis Minorum viventium, ædificari & conſtrui facere, illudque pro Abbatiſſa & duodecim Monialibus, ſeu Sororibus dicti Ordinis ejuſdem ſanctæ Claræ inſtituendis & collocandis, ibidem virtutum Domino perpetuo ſervituris, ſufficienter dotare de bonis tuis, Deo favente, proponas. Quare nobis humiliter ſupplicaſti, ut tibi faciendi præmiſſa concedere licentiam dignaremur.

§. III. Nos igitur ſalubre ac laudabile, tum in hac parte propoſitum commendantes, hujuſmodi tuis ſupplicationibus inclinati, tibi prædictum Mo-

Monaſterium, cum Eccleſia, clauſtro, cœmeterio, campanili & campana, necnon domibus & aliis neceſſariis officinis, ac in ipſa Eccleſia, aliare ſeu altaria, unum, duo, tria, & etiam plura fundandi, conſtruendi & ædificandi, ſeu fundari, conſtrui, ac ædificari faciendi, ipſumque Monaſterium de hujuſmodi bonis tuis dotandi pro Abbatiſſa & Monialibus ſupradictis, ac in eodem Monaſterio, poſtquam fundatum, conſtructum ac dotatum fuerit, ut præfertur, numerum & Conventum unius Abbatiſſæ & duodecim Monialium, ſive Sororum dicti Ordinis ejuſdem ſanctæ Claræ, ſub cura & regimine dictorum Fratrum inſtituendi & ordinandi, Diœceſani loci & dilectorum filiorum Prioris, & Canonicorum dictæ Eccleſiæ beatæ Mariæ, Ordinis ſancti Auguſtini, Monaſterio ſancti Ruffi Valentin. ejuſdem ſancti Auguſtini Ordinis, immediate ſubjectæ, ac alterius cujuſcumque licentia, vel aſſenſu minime requiſitis, plenam tibi, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium licentiam elargimur, ponendi & inſtituendi Abbatiſſam & Moniales ſive Sorores hujuſmodi, aliaſque perſonas in eodem Monaſterio, poſtquam fundatum, conſtructum, ac dotatum fuerit, ſicut præmittitur, tam prima vice, quam ſucceſſive, quotieſcumque Abbatiſſæ, Monialium ſive Sororum, & perſonarum hujuſmodi loca, quandocumque vacabunt, & patronatus jura tibi, quamdiu vitam duxeris in humanis, & poſt deceſſum tuum dilecto filio noſtro Petro tit. ſanctæ Suſannæ Presbytero Cardinali, ſi eum ſupervivere tibi contingeret, quamdiu vixerit, auctoritate reſervantes eadem, eiſdemque Abbatiſſæ & Monialibus ſive Sororibus in dicto Monaſterio, ſicut prædicitur, inſtituendis & collocandis, & aliis exiſtentibus pro tempore in eodem, quod liceat eis perpetuo habere in Eccleſia præfata altare, ſive altaria, unum, duo, tria, & etiam plura, ac ad opus Abbatiſſæ, Monialium ſeu Sororum, & aliarum perſonarum prædictarum infra ſepta dicti Monaſterii cœmeterium, conſecrata, nihilominus concedentes, jure Eccleſiæ beatæ Mariæ prædictæ, ac alterius cujuslibet in omnibus ſemper ſalvo, conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus Ordinum prædictorum contrariis non obſtantibus quibuſcumque.

Licentia conceditur; cum debitis clauſulis.

§. IV. Ceterum cupientes, ut Monaſterium ipſum, poſtquam fundatum, conſtructum & dotatum, ac in eo Abbatiſſa & Moniales ſeu Sorores hujuſmodi collocatæ fuerint, ſpiritualiter, & temporaliter, auctore Domino, ſuſcipiat incrementum, ac perſonæ illius eo quietius ac liberius in tranquillitate mentis & corporis Altiſſimo famulentur, quo majoris libertatis gratia & favoris ab Apoſtolica Sede ſint communitæ, auctoritate prædicta, tenore præſentium decernimus, & volumus, quod præfatum Monaſterium, poſtquam fundatum, conſtructum, & dotatum, ac in eo Abbatiſſa, Moniales, ſive Sorores hujuſmodi collocatæ fuerint, ut præfertur, ac Abbatiſſa, Moniales, ſive Sorores, ac ceteræ perſonæ prædictæ, earumque poſteræ, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, indulgentiis, exemptionibus, & gratiis omnibus & ſingulis, tam Monaſteriis, Abbatiſſis, & Conventibus, Monialibus Minoriſſis, ſive Sororibus, & perſonis ceteris dicti Ordinis ejuſdem ſanctæ Claræ, ſub prædictæ ſanctæ Claræ, aut ſancti Damiani, ſeu Minoriſſarum denominatione, quam etiam eiſdem Fratribus & Ordini Minorum, per nos, & quoſcumque Prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, ſub quacumque verborum forma vel expreſſione conceſſis, eiſdem Abbatiſſæ & Conventui competentibus, perpetuo gaudeant, ac eadem privilegia, exemptiones, libertates, immunitates, indulgentiæ & gratiæ ad ipſius fundandum Monaſterium, poſt fundationem, conſtructionem, & dotationem ipſius, & collocationem Abbatiſſæ & Monialium, ſeu Sororum hujuſmodi in eodem, & ad Conventum & perſonas ejuſdem pro tempore exiſtentes, ac res, & bona,

Et etiam privilegia.

jura eorum quomodolibet extendantur. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis, reſervationis, conſtitutionis, & voluntatis &c.

Datum Avenione x. Kal. Maii anno v.

VI.

Ut poſſit transferre quaſdam Moniales. Ibidem epiſt. 1145.

Dilecto filio Fortanerio Miniſtro Generali Fratrum Minorum.

§. I. PRo parte dilectæ in Chriſto filiæ Margaritæ de Monte-Catherio Monialis, Monaſterii Corporis Chriſti Neapolitani, Ordinis ſanctæ Claræ nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut cum ipſa Margarita, & Margarita de Urtario, & Franciſca de Cajeta Moniales Monaſterii, & Sociæ Margaritæ prædictarum, ex certis juſtis cauſis, de dicto Monaſterio, in quo profeſſæ & benedictæ, & per tempus viginti quinque annorum cum eiſdem habitu & regula, quibus per dictum tempus fuerunt in ipſo Monaſterio converſatæ, ad Monaſterium Reginale de Petralbis prope muros Barchinonen. dicti Ordinis cupiant ſe transferre, & ſuper hoc habeant aſſenſum cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Gliſſendis Reginæ Aragonum illuſtris, fundatricis dicti Monaſterii de Petralbis, & Amitæ Margaritæ prædictæ de Monte-Catherio, eidem Margaritæ & dictis ejus ſociis tranſeundi ad dictum Monaſterium de Petralbis, & geſtandi habitum, quem in dicto Monaſterio Corporis Chriſti gerebant, non obſtante habitu ſcapulari, qui in dicto Monaſterio de Petralbis geritur & habetur, & quod ad omnes actus legitimos, & promotiones Monaſterii de Petralbis, & Ordinis prædictorum cum ipſo habitu, quem prædicta ſupplicans portat, admitti & promoveri valeant, licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. II. Nos igitur diſcretioni tuæ, de qua in his & aliis plenam in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus Margaritæ de Monte-Catherio, & Margaritæ de Urtario, ac Franciſcæ de Cajeta prædictis licentiam poſtulatam, ſi tibi viſum fuerit expedire, non obſtantibus quibuſcumque conſuetudinibus, & privilegiis, necnon conſtitutionibus, & conſuetudinibus Monaſteriorum & Ordinis prædictorum contrariis, auctoritate noſtra, concedas.

Datum Avenione viii. Kal. Martii anno v.

VII.

Ut Confeſſarii Reginarum Galliæ ſint perpetui viſitatores Monaſterii de Moncello. Ex lib. 4. epiſt. 1212.

Cariſſimæ in Chriſto filiæ Joannæ Reginæ Franciæ Illuſtri.

EXimiæ devotionis tuæ affectus, quo nos, & Romanam revereris Eccleſiam, promeretur, ut petitionibus tuis, quæ proſperum perſonarum regularium ſtatum concernere dignoſcuntur, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Tuis itaque ſupplicationibus inclinati, ut tuus, qui nunc eſt, & erit pro tempore, quo ad vixeris, & poſt tuum obitum Reginarum Franciæ quæ tibi ſucceſſerint, Confeſſores idonei, dummodo Fratrum Ordinis Minorum profeſſores exiſtant, ad dignitates Eccleſiaſticas non aſſumpti, Monaſterium de Moncello Ordinis ſanctæ Claræ, Beluacen. Diœc. per cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Philippum Regem Franciæ illuſtrem virum tuum, & a te de novo conſtructum, & dotatum, necnon Fratres & So-

& Sorores Ordinum prædictorum in Monaſterio ipſo degentes, ac Deo & ejus Sanctæ Genitrici Mariæ, ac beatæ Claræ inibi impoſterum ſervi turas, viſitare, corrigere, & reformare, aliaque omnia agere & exercere circa Monaſterium, & perſonas prædictas, quæ ad conſervationem honeſtatis, & regularis obſervantiæ pertinebunt, prout Generali & Provinciali Franciæ dicti Ordinis Minorum Miniſtris ex regula, quam Sorores dicti Monaſterii profitentur, ordinario vel alio quocumque jure competit, auctoritate Apoſtolica, libere valeant, quibuſcumque conſtitutionibus Apoſtolicis, & ſtatutis, ſeu conſuetudinibus Monaſterii, & Ordinum prædictorum contrariis nequaquam obſtantibus, devotioni tuæ, de ſpeciali gratia, indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenion. Kalend. Maii anno v.

VIII.

Ut ædificet Monaſterium Clariſſarum prope Iſſeronum. Ex lib. 1. part. 1. anni 6. fol. 789.

Dilecto filio nobili viro Humberto Dalphino Viennen.

IN iis quæ animæ tuæ ſalutem reſpiciunt, libenter Apoſtolici ſubſidium tibi favoris & præſidium impertimur. Dudum ſiquidem ex ſerie tuæ petitionis pro parte tua nobis oblatæ percepto, quod tu piæ devotionis, & ſinceritatis ſervore ſuccenſus, ob præcipuæ dilectionis affectum, quem ad Ordinem ſanctæ Claræ, & ad perſonas ejuſdem Ordinis geſſeras & gerebas, unum Monaſterium apud Iſſeronum Caſtrum tuum, Gratianopolitan. Diœc. cum Eccleſia, cœmeterio, domibus, & allis neceſſariis officinis pro Monialibus, ſive Sororibus dicti Ordinis, ac Fratribus Minoribus pro earum regimine & gubernatione neceſſariis ſeorſum morantibus, ibidem fundare & ædificare, ac de bonis propriis ſufficienter proponebas dotare. Nos tuis ſupplicationibus favorabiliter annuentes, tibi fundandi, dotandi, & ædificandi dictum Monaſterium cum Eccleſia, cœmeterio, domibus & officinis prædictis in Caſtro prædicto de bonis tuis propriis, ut præfertur, plenam & liberam tibi per noſtras litteras licentiam duximus concedendam, jure parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo. Cum autem, ſicut petitio pro parte tua nobis exibita continebat, hujuſmodi Monaſterium, quod nondum fundatum extitit, deſideres ex certis cauſis in Civitate Gratianopolitan. fundare. Nos votis tuis annuentes favorabiliter in hac parte, devotioni tuæ fundandi, dotandi & ædificandi hujuſmodi Monaſterium cum Eccleſia, cœmeterio, domibus & aliis officinis prædictis in eadem Civitate Gratianopolitan. de bonis tuis propriis pro Sororibus & Monialibus, & Fratribus ſeorſum ab ipſis Sororibus, ſeu Monialibus, ut præmittitur, inibi moraturis, juxta formam & modum in litteris prædictis expreſſos, plenam & liberam tibi licentiam impertimur. Volumus autem, & de dono gratiæ ſpecialis concedimus, quod præfatum Monaſterium, poſtquam fundatum, dotatum & ædificatum fuerit, ut præfertur, ac Sorores, ſeu Moniales ejuſdem Ordinis ſanctæ Claræ condecenti numero inibi collocatæ fuerint, omnibus privilegiis Apoſtolicis, & libertatibus gaudeant & utantur, quæ hactenus prædicto Ordini ſanctæ Claræ per Sedem Apoſtolicam ſunt conceſſa. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenion. XVIII. Kalendas Januarii anno VI.

Additio aliorum ex monitis patris Luæ Waddingi ad ann. 1469. n. 13.

IX. *Ut*

IX.

Ut poſſit conſcribere milites contra Turcas. Ex 2.part.lib.4.epiſt.57.

Dilecto filio Petro Patricelli de Fano converſo Ordinis Fratrum Minorum.

§. I. ZElus amoris, quem de intimis ad Altiſſimum direxiſti, ſic in te magnum devotionis ſpiritum ſuſcitavit, quod tibi delectabile reputas, prout ex fide dignis teſtimoniis accepimus, ad ipſius obſequia operoſa ſollicitudine, perſonam propriam exponere, & pericula non timere, ac ſubire laborum multiplicium gravitatem.

§. II. Sane petitio pro parte tua nobis nuper exhibita continebat, quod tu olim zelo devotionis accenſus pro fide Chriſti tuenda cum certo armigerorum numero, ex quibus viginti unus fuerunt de genere tuo, te in ultramarinis partibus tranſtuliſti, & ibidem ultra biennium reſidendo, ferventibus ſtudiis bella contra Turcarum ſœdam perfidiam Chriſtianæ religioni crudeliſſime inimicam, intrepidus frequentaſti, quodque duo Fratres, unus nepos, & quinque conſanguinei tui in bellis eiſdem interfecti fuerunt, quodque tu, vita comite, proponis tamquam athleta fidei dictæ, ad eaſdem redire partes, & ibidem, prout hactenus, famulando Altiſſimo ad exaltationem ipſius fidei contra Turcas eoſdem militare, donec, ſi voluntati divinæ placuerit, Chriſti fidelibus aſſiſtendo, dictorum Turcarum rabies proſternatur, pro illo martirizari appetens, qui pro noſtri redemptione immortalitatis obtinens poteſtatem, ſponte voluit crucifigi. Quare nobis humiliter ſupplicaſti, ut ſi ab aliquibus Chriſti fidelibus aliquid tibi pia largitione dari contingat in ſuffragium hujuſmodi tui devoti propoſiti, & defenſionem ejuſdem fidei, de hujuſmodi datis & obtentis ſuffragiis poſſis gentes armorum ſtipendiare, & ſtipendiatas tecum ducere ad præmiſſum fidei negotium proſequendum, tibi concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. III. Nos igitur hujuſmodi tuum laudabile propoſitum multipliciter in Domino commendantes, ac volentes præmiſſorum intuitu, votis tuis in hac parte annuere favorabiliter & benigne, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ut ſub diſpoſitione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, hujuſmodi negotii proſecutione durante, ex quibuſcumque ſuffragiis tibi pia largitione eorumdem fidelium conferendis, vel alias undecumque, ſeu quomodocumque concedendis, poſſis gentes prædictas ſtipendiare, ac tecum ducere ad proſecutionem negotii ſæpe dicti, obedientia tamen ſanctæ matris Eccleſiæ, ac Legatorum ejus in eiſdem partibus exiſtentium pro tempore, per te in integrum humiliter, & fideliter obſervata, devotioni tuæ, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, de ſpeciali gratia indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenion. VII. Idus Junii anno VI.

X.

Ut recipere poſſint domicilium in villa Pravæ-Walſingham. Ex lib.2.ep.719.

Dilectis filiis Miniſtro Provinciali & Fratribus Ordinis Minorum Provinciæ Angliæ, ſic ſecundum ipſum Ordinem nuncupatæ.

§. I. EX dono cœleſtis gratiæ, illud Ordini veſtro, & vobis donum ineſſe conſpicimus, quod ubique locorum in quibus degitis, fideles doctrina verbi pariter & exempli, ad ſalutis gratiam evocatis. Quapropter

pter eſt & eſſe debet nobis & Apoſtolicæ Sedi cura ſollicita, loca veſtra per orbem terrarum longe lateque diffundere, ut quanto ipſa diffuſius propagamus, tanto amplius, prout in omnium gratiarum largitore confidimus, majorem ſemper operum veſtrorum odorem, ad ædificationem Chriſti fidelium ſentiamus.

§. II. Hinc eſt, quod nos cariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum Eduardi Regis, & Philippæ Reginæ Angliæ illuſtrium, nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantium pro parte veſtra, veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis & Ordini veſtro prædicto unum locum in Villa vocata Prava-Walſingham, Norvicen. Diœc. per vos canonice acquirendum, dummodo Villa ipſa ſit ad hoc idonea, & in ea duodecim Fratres dicti tui Ordinis inibi pro tempore commorantes honeſte ac congrue valeant ſuſtentari, ac in loco prædicto conſtruendi Eccleſiam ſeu Oratorium cum campanili, & cœmeterio & aliis neceſſariis officinis, abſque tamen præjudicio parochialis Eccleſiæ dicti loci, ac juris cujuslibet alterius alieni, ſel. record. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri prohibente, ne religioſi Ordinis mendicantium loca de novo recipiant, abſque dictæ Sedis licentia ſpeciali faciente plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de prohibitione hujuſmodi mentionem, & quacumque alia conſtitutione contrariis nequaquam obſtantibus, plenam & liberam licentiam, de ſpeciali gratia, auctoritate præſentium, elargimur. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenion. IV. Kalend. Octobr. anno VI.

XI.

Præficitur Eccleſiæ Ravennaten. Ex 1. par. libr. 3. epiſt. 8.

Dilecto filio Fortanerio Electo Ravennat.

§. I. ROmani Pontificis quem Paſtor ille &c. *Succeſſibus gratulentur*: Nuper ſiquidem Eccleſia Ravennaten. ex eo Paſtore carente, quod nos venerabilem fratrem noſtrum Nicolaum Patracen. tunc Ravennaten. Archiepiſcopum, apud Sedem Apoſtolicam conſtitutum, a vinculo, quo ipſi Ravennaten. Eccleſiæ, cui tunc præerat, tenebatur, de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, abſolventes, ipſum ad Eccleſiam Patracen. tunc vacantem duximus transferendum, præficiendo eum ipſi Eccleſiæ Patracen. in Archiepiſcopum & Paſtorem. *Vide Conſtit. 19. Joannis XXII. tom. 6. fol. 493.*

§. II. Nos ad proviſionem ipſius Eccleſiæ Ravennaten. de qua nullus &c. ſe intromittere poteſt, pro eo quod nos diu ante vacationem hujuſmodi, proviſiones omnium &c. tunc apud dictam Sedem, quovis modo vacantium & vacaturarum in poſterum apud eam, diſpoſitioni noſtræ ſpecialiter reſervantes, decrevimus ex tunc irritum &c. contingeret attentari, ne prolixæ vacationis ſubjaceret incommodis, paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes: poſt deliberationem, quam ad præficiendum ipſi Eccleſiæ Ravennaten. &c. perſonam utilem ac etiam fructuoſam, quæ eam ſciret, vellet, & poſſet in ſuis &c. & etiam adaugere, cum eiſdem Fratribus noſtris habuimus diligentem: demum ad te Miniſtrum Generalem Ordinis Fratrum Minorum, in Sacerdotio conſtitutum, ſacræ Theologiæ Magiſtrum, cui religionis zelus, vitæ &c. & alia grandium virtutum merita, prout ex &c. accepimus, laudabiliter ſuffragantur, direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus &c. penſatis, de perſona tua nobis & eiſdem Fratribus noſtris, ob hujuſmodi tuorum exigentiam meritorum accepta, præfatæ Ravennaten. Eccleſiæ, de dictorum &c. auctoritate &c. providemus, teque illi in Archiepiſco-

piſcopum præficimus & Paſtorem, curam &c. plenarie committendo. In illo qui dat gratias & largitur &c. confidentes, qnod præfata Ravennaten. Eccleſia per tuæ induſtriæ &c. ſtudium &c. dirigetur. Quocirca diſcretioni tuæ &c. *conſequi uberius merearit*.

Datum Avenion. IX. Kalend. Novembris anno VI.

XII.

Confirmatur in officio Miniſtri Generalis. Ex 2. par. libr. 4. epiſt. 225.

Dilecto filio Fortanerio electo Ravennaten.

§. I. ATtendentes, quod rerum & bonorum omnium providus diſpenſator tibi theſauros contulit ſcientiæ, per quam tibi ad vitæ meritum, & aliis ſcientiis potes proficere per doctrinam, quodque perſonam tuam claritate morum, maturitate probitatis, & aliis virtutibus inſignivit, & propterea confidentes in Domino, quod ea, quæ tuæ committentur adminiſtrationi & curæ, fidelibus & providis ſollicitudinibus exequi, aſſiſtente tibi divina gratia, procurabis, adminiſtrationem & curam Miniſteriatus generalis Fratrum Ordinis Minorum, pro eo vacantis ad præſens, quod nos hodie te prædictorum Fratrum Generalem Miniſtrum Eccleſiæ Ravennaten. tunc vacanti, de Fratrum noſtrorum conſilio, in Archiepiſcopum præfecimus & Paſtorem, tibi, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, committimus gerendas, & exercendas plenarie ſicut prius, quouſque in proximo Generali ejuſdem Ordinis Capitulo, per providentiam circumſpectam Fratrum ipſius Ordinis, qui ad illud convenient, fuerit de Miniſtro idoneo, ſecundum morem & obſervantiam ipſius Ordinis, utiliter & ſalubriter, gratia divina eis aſſiſtente, proviſum.

§. II. Nos equidem tibi faciendi, gerendi, & exercendi, donec extiterit de Miniſtro proviſum, ſicut præmittitur, omnia & ſingula quæ ad officium Miniſteriatus ſpectant hujuſmodi, & quæ Generalis Miniſter ejuſdem Ordinis poteſt, & conſuevit facere, ordinare, ac quomodolibet exercere, plenam concedimus, tenore præſentium, facultatem.

Datum Avenione IX. Kalend. Novembris, anno VI.

XIII.

Ut Sorores Tertii Ordinis tranſeant ad Inſtitutum ſanctæ Claræ. Ibidem epiſt. 189.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Ravennaten.

§. I. PIa vota fidelium congruo favore proſequimur, per quæ præſertim augmento divini cultus intendimus, & ſaluti animarum fidelium procuratur.

§. II. Ex parte ſiquidem dilectarum in Chriſto filiarum Benevenutæ, Bernardinæ, Iſabellæ, & Maximæ, & quarumdam aliarum Sororum Tertii Ordinis ſancti Franciſci, in Oratorio ſancti Pauli Ravennaten. alias loco Dominæ Benevenutæ, vulgariter nuncupato, ſimul degentium, fuit nuper expoſitum coram nobis, quod ipſæ pie deſiderant prædictum Oratorium, ſive locum in ipſarum Monaſterio erigendum conſtruere, & in eodem regulam & habitum aſſumere Sororum Ordinis ſanctæ Claræ, ac inibi ſub eodem habitu, & juxta prædictam regulam ipſius Ordinis ſanctæ Claræ in communi vivere & morari, ac Altiſſimo perpetuum impendere famulatum.

Petitio facta Pó. tifici.

Qua-

Quare pro parte ipſarum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eiſdem, quod præmiſſa facere, & quod etiam ipſæ, poſtquam præfatum Monaſterium conſtructum fuerit, & prædictos habitum & regulam aſſumpſerint dicti Ordinis ſanctæ Claræ, hac prima vice, & deinde tam ipſæ, quam aliæ ipſius Monaſterii Sorores, quæ ſuccedent eis in poſterum, quotiens fuerit opportunum, Abbatiſſam, quæ dicto Monaſterio præſit, eligere, & quod omnibus privilegiis conceſſis eiſdem Ordini & Sororibus ſanctæ Claræ plene gaudere valerent, concedere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. III. Nos igitur earumdem Sororum pium in hac parte propoſitum commendantes, ac de circumſpectione tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, earumdem Sororum ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ſi, & prout eorumdem Loci & Sororum conditionibus diligenter attentis, videris expedire, eiſdem Sororibus, quod hujuſmodi Monaſterium in loco præfato cum Eccleſia, cœmeterio, campanili, campana, domibus, & aliis competentibus & neceſſariis officinis, abſque tamen præjudicio Parochialis Eccleſiæ dicti loci, & juris cujuslibet alieni, conſtruere & ædificare, & ibidem a te prædictos regulam & habitum dicti Ordinis ſanctæ Claræ recipere & aſſumere, ac inibi ſub eodem habitu perpetuo Domino famulari, & vivere etiam continue in communi, juxta regulam ſupradictam, et quod ipſæ nihilominus poſtquam prædictos habitum & regulam aſſumpſerint, ut præfertur, hac vice tam ipſæ, quam aliæ Sorores, quæ in dicto Monaſterio ſuccedent eiſdem, quotiens poſtmodum caſus occurrerit & fuerit opportunum, Abbatiſſam quæ in dicto Monaſterio præſit eiſdem, ſecundum Canonum & prædicti Ordinis inſtituta eligere poſſint, & quod inſuper Monaſterium ipſum, ac Abbatiſſa, & Sorores prædictæ omnibus & ſingulis privilegiis conceſſis Ordini & Sororibus ſupraſcriptis ipſius Ordinis ſanctæ Claræ, plene & libere perpetuo gaudeant & fruantur, Apoſtolica auctoritate, concedas. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus ſi aliquibus communiter vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici &c. non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes &c. de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Avenione x. Kalend. Novembris, anno VI.

Facultas cœſtruendi Monaſter. conceditur.

Præſcribitur electio Abbatiſſæ, & Privilegia cóceduntur.

XIV.

Ut admittere poſſint domicilium in villa Carrygin-acgriffin. Ibidem ep. 197.

Dilectis filiis Miniſtro Provinciali & Fratribus Ordinis Minorum de Hibernia.

§. I. EX dono cœleſtis gratiæ, illud Ordini veſtro, & perſonis in eo degentibus donum ineſſe conſpicimus, quod ubique locorum, in quibus degere noſcimini, fideles populos doctrina verbi pariter & exempli ad ſalutis gratiam evocatis. Quapropter eſt & eſſe debet nobis & Apoſtolicæ Sedi cura ſollicita, loca veſtra per orbem terrarum longe lateque diffundere, ut quanto ipſa diffuſius propagamus, tanto amplius, prout in omnium gratiarum largitore confidimus, majorem ſemper operum veſtrorum odorem, ad ædificationem Chriſti fidelium ſentiamus.

§. II. Petitio ſiquidem pro parte dilecti filii Nobilis Viri Jacobi Comitis Ormoniæ, & dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Elionoræ ejuſdem Comitis matris, Oſſorien. diœceſ. nobis nuper exhibita continebat, quod dudum quondam Jacobus Pincerna, pater Jacobi Comitis & Elionoræ prædicto-

ctorum maritus, dum viveret de ſalute propria cogitans, & cupiens terrena &c. commercio commutare, quemdam locum tunc ad eum ſpectantem, ſitum in villa ſua de Carrygin-acgriffin. Liſmoren. diœceſ. pro dilectis filiis Fratribus veſtri Ordinis Minorum, & pro Oratorio & aliis eorum neceſſariis officinis ædificandis & conſtruendis ibidem, pia & provida liberalitate donavit, & quod antequam pro his adimplendis a Sede Apoſtolica obtinuiſſet licentiam, idem Jacobus Pater viam univerſæ carnis ingreſſus eſt. Quare pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut cum Jacobus Comes & Elionora prædicti piam intentionem dicti Jacobi defuncti proſequi, ac hujuſmodi Oratorium & officinas ſufficienter in dicto loco ad opus dictorum Fratrum veſtri Ordinis propriis ſumptibus & expenſis, conſtruere & ædificare proponant, eis in dicto loco propterea Oratorium, & officinas prædictas ædificandi & conſtruendi, ac vobis locum, Oratorium & officinas ipſas recipiendi, & in loco ipſo morandi & habitandi licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. III. Nos itaque, qui ipſum Ordinem veſtrum velut hortum irriguum plantatum in domo Domini, affectione paterna diligimus, pium hujuſmodi ipſorum Comitis & Elionoræ propoſitum in Domino commendantes, volenteſque tam eorumdem ſupplicantium votis annuere, quam ſaluti animarum ipſorum, & dicti Jacobi Pincernæ, & aliorum fidelium illarum partium providere ſalubriter in hac parte, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Jacobo Comiti & Elionoræ matri ejus prædictis præfatum locum in dicta Villa de Carrygin-acgriffin. pro Fratribus dicti veſtri Ordinis ſufficienter ædificandi & conſtruendi, ac vobis, poſtquam locus ipſe ædificatus & conſtructus fuerit, ut præfertur, illum recipiendi, & eiſdem Fratribus in ipſo loco recepto habitandi & morandi, Domino ſervituris, abſque tamen præjudicio Parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius alieni, dummodo duodecim Fratres dicti veſtri Ordinis in dicta Villa congrue valeant ſuſtentari, ſel. record. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri prohibente, ne Religioſi Ordinum &c. recipiant, abſque Sedis &c. faciente plenam &c. de prohibitione hujuſmodi mentionem, & quacumque alia conſtitutione contrariis non obſtantibus, tenore præſentium, de ſpeciali gratia, plenam & liberam, auctoritate Apoſtolica, licentiam elargimur. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione IV. Kalend. Novembris, anno VI.

XV.

Ut quædam permittat Comitiſſa Coriolani, quæ habitum aſſumpſit. ſanctæ Clarę. Ibid. epiſt. 185.

Dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſæ Monaſterii ſanctî Corporis Chriſti Neapolitan. Ordinis ſanctæ Clarę.

Apoſtolicæ Sedis benignitas conſueta perſonarum qualitates & merita provida deliberatione diſcernens, eas, quæ generis nobilitate ac ſtatu, morumque honeſtate præcellunt, ſavoris efferre conſuevit gratia plenioris. Cum itaque dilectam in Chriſto filiam nobilem mulierem Agnetem de Larat, Comitiſſam Coriolani cupientem in Monaſterio tuo, una tecum ac dilectis in Chriſto filiabus Conventu ejuſdem Monaſterii, ſub regulari habitu Deo famulari....nos ipſam volentes in hujuſmodi ſuo laudabili propoſito conſovere, certis diſcretis dedimus litteris in mandatis, ut ipſam in dicto Monaſterio recipi facerent in Sororem, ac nihilominus ut eidem Agneti, poſt-

poſtquam, ut præfertur, in dicto Monaſterio in Sororem recepta fuerit, & inibi habitum aſſumpſerit regularem, tres vel quatuor Sorores ejuſdem Monaſterii aſſumere & tenere, illiſque ut ſecum, de ſuorum tamen ſuperiorum licentia, ſcilicet in una, eademque camera infra clauſuram ipſius Monaſterii ſancti Corporis Chriſti, comedere liceat & dormire, Agneti & Sororibus ſupradictis per noſtras alias certi tenoris litteras duximus indulgendum, prout in eiſdem litteris plenius continetur, devotionem tuam rogamus & hortamur attente, tibi nihilominus per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus eidem Agneti, poſtquam in dicto Monaſterio tuo in Monialem recepta fuerit, & habitum aſſumpſerit, ut præfertur, unam cameram cum ſuis neceſſariis officinis, infra clauſuram dicti Monaſterii, pro ſua & dictarum Sororum habitatione, in qua ſimul comedere valeant & dormire, ſecundum ipſius decentiam & ordinis honeſtatem, aſſignes.

Datum Avenione III. Kalend. Novembris, anno VI.

XVI.

Multa ei concedantur pro Ordinis regimine. Ibid. epiſt. 538.

Dilecto filio Fortanerio electo Ravennaten.

§. I. AD ſtatum Ordinis Fratrum Minorum proſpere dirigendum paternæ conſiderationis aciem dirigentes, & conſiderantes attente virtutum merita, quibus te Dominus inſignivit, libenter ea tibi concedimus, per quæ Ordo ipſe, cujus Profeſſor exiſtis, proſperetur jugiter, & votiva continue ſuſcipiat incrementa.

§. II. Hinc eſt, quod nos tuis ſupplicationibus inclinati, ut ſel. record. Clementis V. & Benedicti XII. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, & quibuslibet aliis conſtitutionibus Apoſtolicis & ſtatutis & conſuetudinibus dicti Ordinis contrariis nequaquam obſtan. etiam poſtquam munus conſecrationis acceperis, ſtudentes tam ad Pariſien. quam ad alia ſtudia, alias tamen juxta morem dicti Ordinis, deputare ac mittere, nec non Miniſtris Provincialibus præfati Ordinis deſtitutis & deſtituendis, quod abſolutiones eorumdem canonicas ab officiis eorumdem abſque electione Provincialium Capitulorum, donec eidem Ordini de Generali Miniſtro, quo idem Ordo ad præſens carere dignoſcitur, canonice ſit proviſum, ac in Generali Capitulo dicti Ordinis proxime celebrando, hujuſmodi Miniſtris Provincialibus deficientibus & Cuſtodibus, ac diſcretis, ſeu diffinitoriis dicti Capituli, in caſu, in quo eos contingeret in eodem capitulo minime intereſſe, alios Fratres dicti Ordinis ſufficientes & idoneos ſubrogare valeas, auctoritate Apoſtolica, tibi, tenore præſentium, indulgemus, & volumus quod hora electionis de Generali Miniſtro hujuſmodi faciendæ, Præſis Electoribus dicti Miniſtri, ut eos informes, & dirigas, ac exhortationibus opportunis inducas, ut Deum & commune bonum dicti Ordinis habendo præ oculis, talem in Miniſtrum Generalem hujuſmodi eligere ſtudeant, ſub cujus Miniſterio idem Ordo, præſtante Domino, proſperis proficiat incrementis. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis & voluntatis &c.

Datum Avenione XIII. Kalend. Decembris anno VI.

XVII.

Ut domum intra limites Monaſterii Minorum Avenionen. libere poſſideat. Ibidem epiſt. 840.

Humberto Dalphino Viennen.

§. I. OB devotionem ſinceram, quam ad nos & Romanam geris Eccleſiam, in iis, quæ votis tuis placita ſore perpendimus, petitiones tuas, quantum cum Deo poſſumus, liberaliter exaudimus.

§. II. Hinc eſt, quod nos tuis ſupplicationibus inclinati, tibi, ut domum juxta, ſeu apud locum dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Minorum Avenion. & etiam infra limites eorum conſiſtentem, quam dudum inhabitare ſolebas, & in qua dilectus filius noſter Aymericus tituli ſancti Martini in montibus Presbyter Cardinalis, de voluntate & nomine tuis moratur, cum ædificiis factis ibidem, ac juxta & circa eam per dictum Cardinalem, & in poſterum faciendis, & aliis dictæ domus pertinentiis, per dictos Fratres, quantum in eis eſt, tibi conceſſis, tenere & poſſidere poſt ceſſum vel deceſſum ejuſdem Cardinalis, pro te ac ſucceſſoribus tuis, ſi quoad ipſos ſucceſſores eorumdem Fratrum ad id accedat aſſenſus, valeas, ita quod domus ipſa cum aliis ædificiis & pertinentiis ſupradictis, etiam per aliquem ex Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, ſeu aliam perſonam quamcunque ſine expreſſa voluntate tua, & ſucceſſorum tuorum prædictorum, nequeat quomodolibet occupari, ſeu de illa quoquomodo diſponi, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, concedimus de gratia ſpeciali, ac inſuper irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis & conſtitutionis &c.

Datum Avenione XVIII. Kalendas Januarii anno VI.

Anno Christi 1348. Clementis VI. anno 6. & 7.

XVIII.

Præficitur Eccleſiæ Calven. Ex 1. par. lib. 3. epiſt. 43.

Dilecto filio Petro de Briva electo Calven.

MIlitanti Eccleſiæ, diſponente Domino, licet immeriti, præſidentes, circa curam Eccleſiarum omnium ſolertia reddimur indefeſſa ſollicitati, ut juxta paſtoralis officii debitum, nobis commiſſi Dominici gregis curam humilem gerere, divina cooperante clementia, ſtudeamus; & quamquam aſſidue vigilemus commodis ſingularum, tamen erga illas, quæ deplorant viduitatis incommoda, propenſiori ſollicitudine, ac majori pulſamur inſtantia, ut eis præficiamus viros ſecundum cor noſtrum idoneos in paſtores, qui ſciant & poſſint illis præeſſe pariter, & prodeſſe. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Joanne Epiſcopo Calven. regimini Calven. &c. Nos intendentes eidem Eccleſiæ, cum vacaret &c. attentari. Poſtmodum autem dicta Eccleſia, per obitum ejuſdem Joannis Epiſcopi, qui in illis partibus diem &c. Paſtoris &c. Nos vacatione hujuſmodi &c. intellecta, ad proviſionem ejuſdem Calven. Eccleſiæ &c. de qua nullus præter nos &c. ſupradictis, ne ipſa Eccleſia longæ vacationis &c. etiam adaugere, poſt deliberationem

quam

quam &c. diligentem; demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, in Sacerdotio conſtitutum, litterarum ſcientia præditum, morum & vitæ honeſtate decorum, in ſpiritualibus providum, & in temporalibus circumſpectum, ac aliis multiplicium virtutum meritis, prout fide dignorum teſtimonio percepimus, inſignitum, direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita &c. de perſona tua ipſi Calven. Eccleſiæ, de dictorum &c. auctoritate Apoſtolica, providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam &c. plenarie committendo. In illo qui dat gratias &c. confidentes, quod eadem Calven. Eccleſia ſub tuo felici regimine, gratia tibi aſſiſtente divina, proſpere dirigetur, & ſalubria ſuſcipiet incrementa. Jugum igitur Domini tuis &c. *uberius valeas promereri*.

Datum Avenione VII. Idus Januarii anno VI.

In eumdem modum Archiepiſcopo Capuano, & Capitulo, ac Clero Calven. & Joannæ Reginæ Siciliæ Illuſtri.

XIX.

Præficitur Eccleſiæ Accien. Ex 1. par. lib. 1. epiſt. 46.

Dilecto filio Franciſco de Queſſo electo Accien.

QUam ſit onuſta periculis, quam plena diſpendiis, quantaque ſecum incommoda protrahat Eccleſiarum vacatio diuturna ſollicita conſiderationis indagine perſcrutantes, libenter operarias manus apponimus, & ſtudium efficax impertimur, ut viduatis Eccleſiis Paſtores præficiantur idonei, & Miniſtri providi deputentur, quorum fultæ præſidiis, & favoribus communitæ malignorum inſultus non metuant, & pravorum non vereantur incurſus, quinimo, auctore Domino, felicibus proficiant incrementis. Dudum ſiquidem Eccleſia Accien. per obitum bonæ memoriæ Nicolai Epiſcopi Accien. qui apud Sedem Apoſtolicam diem clauſit extremum, Paſtoris ſolatio deſtituta: Nos attendentes, quod nullus præter nos hac vice de ordinatione ipſius Eccleſiæ Accien. ſe intromittere poterat, pro eo quod nos diu ante &c. proviſiones &c. Cathedralium, tunc apud dictam &c. vacantium, & vacaturarum in poſterum apud eam, diſpoſitioni noſtræ reſervantes, decrevimus ex tunc irritum &c. contingeret attentari, ac ad proviſionem ejuſdem Eccleſiæ celerem & felicem, ne prolixæ &c. paternis &c. intendentes, poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Eccleſiæ Accien. perſonam utilem, & etiam fructuoſam, cum Fratribus &c. diligentem: demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in Sacerdotio conſtitutum, litterarum ſcientia præditum, Religionis zelo conſpicuum, vitæ ac morum honeſtate decorum, ac in ſpiritualibus & temporalibus circumſpectum, aliiſque multiplicium &c. prout etiam teſtimoniis &c. inſignitum, convertimus oculos &c. Quibus omnibus diligenti &c. penſatis, de perſona tua eidem Eccleſiæ Accien. de dictorum Fratrum &c. auctoritate &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam &c. dictæ Accien. Eccleſiæ tibi tam &c. plenarie committendo: in illo qui dat gratias &c. confidentes, quod eadem Accien. Eccleſia ſub tuo felici regimine, gratia tibi &c. dirigetur &c. ſuſcipiet incrementa. Jugum igitur Domini tuis &c. *uberius conſequi merearis*.

Datum Avenion. III. Idus Februarii anno VI.

XX.

Ut recipiant domum Puteolis. Ex lib. 2. epiſt. 833.

Dilectis filiis Miniſtro, & Fratribus Ordinis Minorum Provinciæ Terræ laboris.

§. I. SAcer Ordo veſter in agro Dominico, divina diſpoſitione, plantatus, in eo ſidereo more coruſcans, Dominicum gregem illuminat, & currentibus in ſtadio, quo pervenitur facilius ab ſalutis bravium, inſinuat rectum iter; quapropter affectamus in intimis cordis noſtri, ut Ordo ipſe conſpicuus per orbem terrarum eo amplius propagetur, quo ipſius ſacra Religio virtutum fœcunditate reſerta, ex ſuæ inſtitutionis exordio, per inſignium gratiam meritorum, & exemplaris vitæ doctrinam, uberes hactenus in univerſali Eccleſia honeſtatis fructus attulit & ſalutis.

§. II. Sane petitio pro parte veſtra nobis nuper exhibita continebat, quod in civitate Puteolana domus aliqua Religioſorum mendicantium non exiſtit, quodque dilectus filius Matthæus de Zoſſo civis Putoleanus, zelo piæ devotionis acceuſus, cupiens terrena pro cœleſtibus, & tranſitoria pro æternis, ſelici commercio commutare, ob reverentiam beatæ Mariæ Virginis glorioſæ, & beati Franciſci Confeſſoris dicti veſtri Ordinis fundatoris deſideravit & deſiderat in loco honeſto unam domum decentem, extra muros ejuſdem civitatis, pro Fratribus dicti veſtri Ordinis, in qua duodecim Fratres ejuſdem Ordinis poſſint perpetuo Domino famulari, facere ſuis propriis ſumptibus, de bonis ſibi a Deo collatis ædificari, cum Eccleſia, Campanili, cœmeterio, & aliis officinis neceſſariis, ſub vocabulo præfatæ Virginis glorioſæ.

§. III. Nos itaque præfati Matthæi pium hujuſmodi deſiderium in Domino commendantes, ac gerentes Ordinem veſtrum præfatum in viſceribus caritatis, cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Joannæ Reginæ Siciliæ Illuſtris nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, ac veſtris, & dicti Matthæi ſupplicationibus inclinati, eidem Matthæo ædificandi, & faciendi ex muros prædictos, in ſuo proprio ſolo, loco tamen idoneo, pro dictis Fratribus unam domum ſufficientem, cum Eccleſia, campanili, cœmeterio, & aliis neceſſariis officinis, ſuis propriis ſumptibus, dummodo duodecim Fratres ejuſdem Ordinis, ut prædicitur, valeant inibi commode ſuſtentari, vobiſque recipiendi domum & locum hujuſmodi, ſelicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, & quibuslibet aliis conſtitutionibus contrariis nequaquam obſtantibus, plenam & liberam, tenore præſentium, licentiam elargimur: jure tamen Parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenion. x. Kalendas Martii anno VI.

XXI.

Ut poſſit conſtruere Monaſterium Clariſſarum. Ibid. epiſt. 876.

Dilectæ in Chriſto filiæ nobili mulieri Elionoræ Dominæ de Guſman. Oxomen. diœceſis.

§. I. AD ea libenter benignum præbemus auditum, & votivum etiam elargimur aſſenſum, quæ divini cultus augmentum & animarum ſalutem reſpicere dignoſcuntur.

§. II. Cum

§. II. Cum itaque, ſicut nuper exhibita nobis tua petitio continebat, tu gerens ad Ordinem ſanctæ Claræ intimæ devotionis affectum, & cupiens terrena &c. commercio commutare, quoddam Monaſterium Ordinis prædicti, cum Eccleſia, campanis, cœmeterio, & aliis neceſſariis officinis ad honorem, & ſub vocabulo ejuſdem ſanctæ Claræ, ad opus Abbatiſſæ, & Sororum dicti Ordinis, in eodem Monaſterio inſtituendarum, de bonis tuis propriis fundare, ac ſufficienter dotare proponas: Nos tuum hujuſmodi propoſitum in Domino commendantes, tuis in hac parte &c. fundandi & dotandi, & Monaſterium præfatum cum Eccleſia, cœmeterio, campana, & aliis neceſſariis officinis præfatis, doti ſufficienti per te, pro Abbatiſſæ, & duodecim Sororum prædictarum ad minus inſtituendarum inibi, ſuſtentatione congrua, & aliis oneribus dicti Monaſterii ſupportandis, ad arbitrium diœceſani loci primitus aſſignata, jure tamen Parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius ſemper ſalvo, devotioni tuæ, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, licentiam elargimur. Volentes, quod hujuſmodi Monaſterium, poſtquam per te fundatum & dotatum fuerit, ut præfertur, ac Abbatiſſa & Sorores prædictæ omnibus privilegiis, & exemptionibus aliis Monaſteriis, & Abbatiſſis & Sororibus ejuſdem Ordinis, & ipſi Ordini conceſſis, ac etiam impoſterum concedendis, plene gaudeant & utantur. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis & voluntatis &c.

Datum Avenion. III. Nonas Martii anno VI.

XXII.

Confirmatur diploma Bonifacii VIII. quo ſubjiciuntur Clariſſæ regimini Fratrum Minorum. Ibid. epiſt. 459.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. TEnorem quarumdam litterarum felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri in regiſtro ipſius prædeceſſoris repertum, ad dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Conventus Sororum Monaſterii beatæ Mariæ Angelorum de Caſſeriis, Ordinis ſanctæ Claræ S. Papuli diœceſis ſupplicationis inſtantiam, de regiſtro ipſo de verbo ad verbum tranſcribi, & præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt.

§. II. *Bonifacius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus univerſis Abbatiſſis & Conventibus Sororibus incluſis Ordinis ſanctæ Claræ præſentibus & futuris ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. In ſinu Sedis Apoſtolicæ veſter Ordo conſiſtens &c. vide in regeſto tomi 5. bullam 36. Bonifacii VIII.* ſe noverit incurſurum. *Datum Romæ apud ſanctum Petrum Nonis Aprilis Pontificatus noſtri anno* IV.

§. III. Ceterum ut earumdem litterarum tenor prædictus ſit certus, & omnimodam rei ſeu facti certitudinem faciat, auctoritate Apoſtolica, decernimus, ut illud idem robur eamque vim, eumdemque vigorem dictus tenor omnino habeat, quem haberent originales litteræ ſupraſcriptæ, & eadem prorſus eidem tenori fides adhibeatur, quandocumque, & ubicumque, ſive in judicio vel alibi, ubi fuerit exhibitus vel oſtenſus, & eidem ſtetur firmiter in omnibus, ſicut eiſdem originalibus litteris ſtaretur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Per hoc autem nullum jus de novo alicui acquiri volumus, ſed antiquum tantummodum conſervetur. Nulli ergo &c. noſtræ conſtitutionis & voluntatis &c.

Datum Avenion. XV. Kalendas Aprilis anno VI.

XXIII.

Eximuntur ab omnibus gravaminibus pecuniarum. Ibid. epiſt. 869.

Dilectis in Chriſto filiabus, Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſanctæ Mariæ Virginis de Dineyo Ordinis ſanctæ Claræ Elien. diœceſis.

Vide Conſtit. 32. Joannis XXII. Tom. 6. fol. 406.

LAudabilis ſacræ Religionis honeſtas quæ in Monaſterio &c. *Exhibeatis Domino ſervitutem*. Hinc eſt, quod nos congruum & pium reputantes, ut illa vos proſequamur gratia, quam veſtris neceſſitatibus ſore conſpicimus opportunam, veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis, auctoritate præſentium, indulgemus, ut ad præſtationem decimarum de quibuſcumque poſſeſſionibus, & aliis omnibus bonis veſtris, quæ in præſentiarum habetis, & juſtis modis, præſtante Domino, acquiſiveritis in futurum, vel ad contribuendum in procurationibus quorumlibet Ordinariorum, & etiam Legatorum, & Nunciorum Sedis Apoſtolicæ, & quibuslibet talliis, & collectis, & ad exhibendum pedagia, telonia, & alias exactiones, quibusvis Regibus, Principibus, ſeu aliis perſonis ſecularibus minime teneamini, nec ad id compelli aliquatenus valeatis. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenion. xv. Kalendas Aprilis anno VI.

XXIV.

Ut ædificare poſſit domicilium Minoribus in Caſtro Feſtipodii. Ex 2. par. lib. 4. epiſt. 701.

Dilecto filio nobili viro Arnaldo de Dura-Forti, Vicecomiti Laburti Bajonen. diœceſis.

§. I. SAcræ Religionis, in qua dilecti filii Fratres Ordinis Minorum, mundanis calcatis illecebris, cum adjectione voluntariæ paupertatis, virtutum Domino, in humilitatis ſpiritu, devotum & ſedulum impendunt famulatum, merita promerentur, ut Apoſtolica Sedes ipſos favoribus benignis conſoveat, & ſpiritualibus gratiis proſequatur, in illis præſertim, per quæ cultus divini nominis augeatur, ipſique prædicationis verbo ſalubris, piæque vitæ ſtudio, ſibi ipſis & aliis fidelibus valeant proficere ad ſalutem.

§. II. Oblata ſiquidem nobis tua petitio continebat, quod tu in loco tuo de Feſtopodio Agennen. diœceſis cupis de bonis propriis a Deo tibi collatis, conſtrui & ædificari facere unum locum ad opus & uſum Fratrum Ordinis ſupradicti. Quare nobis humiliter ſupplicaſti, ut tibi conſtrui faciendi, & Fratribus antedictis recipiendi dictum locum, poſtquam ſufficienter ædificatum fuerit, auctoritate Apoſtolica, licentiam concedere dignaremur.

§. III. Nos igitur in hac parte tuum laudabile propoſitum in Domino commendantes, tibi in eodem loco de Feſtopodio ædificandi locum cum domibus, Eccleſia, ſeu Oratorio, cœmeterio, campanili, campana, & aliis neceſſariis officinis, ac ipſis Fratribus recipiendi locum ipſum, & in eo morandi, dummodo in loco hujuſmodi duodecim Fratres dicti Ordinis pro tempore moraturi, decenter & congrue valeant ſuſtentari, ſine præjudicio tamen parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius alieni: conſtitutione felicis

cis recordationis Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri prohibente, ne Religioſi Ordinum Mendicantium loca de novo recipiant, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, faciente plenam & expreſſam de prohibitione hujuſmodi mentionem, & quacumque alia contraria non obſtante, auctoritate Apoſtolica, plenam & liberam, tenore præſentium, licentiam elargimur. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenion. v. Kalendas Aprilis anno VI.

XXV.

Amplum eis confertur privilegium. Ex lib. 2. epiſt. 901.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii Miſericordiæ beatæ Mariæ Virginis de Deneyo, ejuſque Sororibus, tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

§. I. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eas a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ Religionis enervet. Conſtitutionis motivum.

§. II. Eapropter dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium Miſericordiæ beatæ Mariæ Virginis dictum de Deneyo, Elien. diœceſis, in quo divino eſtis obſequio mancipatæ, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Imprimis ſiquidem ſtatuentes, quod Ordo Sororum ſanctæ Claræ, ſive Minoriſſarum incluſarum, qui in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium veſtrum in præſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, oblatione Regum vel Principum, largitione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, & eis quæ vobis ſucceſſerint, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum veſtrum in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, piſcarias, & Turbarias, & quidquid juris in præfata diœceſi dictum Monaſterium veſtrum noſcitur obtinere, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, uſuagiis, & paſcuis, in boſco, & plano, in aquis, molendinis, in viis, & ſemitis, cum omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Liceat quoque vobis perſonas liberas & abſolutas a ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eas abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Sororum veſtrarum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem, ſas ſit de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero nullus audeat retinere. Pro conſecrationibus vero altarium, vel Eccleſiæ veſtræ, ſive pro oleo ſancto, vel quolibet Eccleſiaſtico Sacramento, nullus a vobis ſub obtentu conſuetudinis, vel alio modo, quidquam audeat extorquere, ſed hæc omnia gratis vobis Epiſcopus diœceſanus impendat. Alioquin liceat vobis hæc, noſtra auctoritate, recipere a quocumque malueritis Catholico Antiſtite gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habente. Quod ſi Sedes diœceſani Epiſcopi forte vacaverit, interim omnia Eccleſiaſtica Sacramenta a vicinis Epiſcopis accipere libere, & abſque contradictione poſſitis, ſic tamen ut ex hoc in poſterum proprio Epiſcopo nullum præjudicium generetur. Quia vero interdum diœceſani Epiſcopi copiam non habetis, ſi quem Epiſcopum Romanæ Sedis, ut diximus, gratiam & communionem habentem, & de quo plenam Monaſt. ſub protectione Apoſtolicæ Sedis recipitur. Ordo in eo ſervandus. Loca, quæ Monaſterium poſſidet, recenſentur. Privilegia, & exemptiones.

nam notitiam habeatis, per vos tranſire contigerit, ab eo benedictiones Monialium & vaſorum, & veſtium, & conſecrationes altarium recipere valeatis. Cum autem generale interdictum Terræ fuerit, liceat vobis, clauſis januis, excommunicatis & interdictis excluſis, non pulſatis campanis, divina officia celebrare, dummodo vos cauſam non dederitis interdicto. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbatiſſa, vel earum aliqua, quæ tibi ſucceſſerit, nulla ibi qualibet ſubreptionis aſtutia vel violentia præponatur, niſi quam Sorores communi conſenſu, vel earum major pars conſilii ſanioris, ſecundum Deum & prædictam regulam providerit eligendam. Porro ſi Epiſcopi, vel alii Eccleſiarum Rectores in Monaſterium veſtrum, vel perſonas regulares inibi Domino famulantes ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti ſententiam promulgaverint, ipſam tamquam contra Sedis Apoſtolicæ indulta prolatam decernimus non teneri. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paterna in poſterum ſollicitudine providere volentes, auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum veſtrorum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem tenere, capere, vel interficere, ſeu moleſtiam audeat exercere. Propterea omnes libertates & immunitates a Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Ordini veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum a Regibus & Principibus, vel aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis indultas confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſcumque vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur earum, pro quarum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſeculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore & ſanguine Dei & Domini noſtri Redemptoris Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Clemens Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Bernardus Oſtien. Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Gaucelinus Albanen. Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Hannibaldus Tuſculan. Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Petrus Sabinen. Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Imbertus Baſilicæ XII. Apoſtolorum Presbyter Cardinalis.
Ego Petrus Bertrandi tituli ſancti Clementis Presbyter Cardinalis.
Ego Guillelmus tituli ſanctorum quatuor Coronatorum Presbyter Cardinalis.
Ego Petrus Bertrandi tituli ſanctæ Suſannæ Presbyter Cardinalis.
Ego Galhardus ſanctæ Luciæ in Silice ſubſcripſi.
Ego Joannes ſancti Angeli Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.
Ego Bernardus ſancti Euſtachii ſubſcripſi.

Datum Avenione, per manum Petri Epiſcopi Præneſtini, gerentis officium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarii II. Kalendas Maii. Indictione I. Incarnationis Dominicæ MCCCXLVIII. Pontificatus vero Domini Clementis Papæ VI. anno VI. XXVI.

XXVI.

Ut poſſit conſtruere Monaſterium Clariſſarum Buſcoducis. Ex libro de Proviſion. Prælatorum epiſt. 1014.

Dilecto filio nobili viro Theodorico de Horne, Domino de Cranenbuch, Colonien. diœceſis.

§. I. In iis, quæ animarum ſalutem reſpiciunt, libenter Apoſtolici favoris præſidium impertimur. Sane petitio pro parte tua nobis exhibita continebat, quod quondam Willhelmus de Buſco, Dominus de Erpe, Leodien. diœceſis pro ſuæ, ſuorumque progenitorum animarum ſalute, in fundo proprio ipſius Willhelmi, videlicet infra libertatem Oppidi de Buſcoducis, in quadam pulchra manſione, cum ſuis attinentiis, dictæ Leodien. diœceſis ad dictum Willhelmum ſpectantibus, dum vivebat, quoddam Monaſterium Sororum Ordinis ſanctæ Claræ, cum oratorio, domibus, officinis neceſſariis conſtrui, & de bonis ſuis propriis, uſque ad valorem annuum trecentorum & quinquaginta Florenorum auri, vel quaſi, annui & perpetui redditus ſive cenſus eidem Monaſterio in dotem aſſignari, in ſuo ultimo teſtamento mandavit, ac tibi, quem ejuſdem teſtamenti executorem conſtituit, præmiſſa exequenda commiſit.

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, tu hujuſmodi piam diſpoſitionem teſtatoris ejuſdem cupias adimplere, nos tuis &c. inclinati, ut præfatum Monaſterium ad opus dictarum Sororum, cum oratorio, domibus, & aliis neceſſariis officinis in dicto loco conſtruere, ſibique dotem hujuſmodi aſſignare libere & licite valeas, jure parochialis Eccleſiæ & cujuslibet alterius ſemper ſalvo, tibi, auctoritate Apoſtolica, plenam & liberam licentiam elargimur: tibi nihilominus, ut perſonæ idoneæ, quarum una in Abbatiſſam, & aliæ ipſarum in Sorores dicti Ordinis in eodem Monaſterio juxta inſtituta dicti Ordinis includendæ, hac prima vice ad tuam nominationem recipi, & collocari valeant, auctoritate prædicta, de ſpeciali gratia, concedentes. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenion. v. Kalendas Junii anno VII.

XXVII.

Transfertur ab Eccleſia ſancti Angeli ad Treventinam. Ex 2. lib. epiſt. 1.

Venerabili fratri Petro Epiſcopo Treventin.

Creditæ nobis diſpenſationis urgemur officio, ut qui diſpoſitione divina cunctis Eccleſiis poteſtatis plenitudine præſidemus, ſingularum utilitatibus, cum poſſumus, ſic proſpiciamus ſollicite, ac vigilanter, & ſalubriter intendamus, ut per noſtræ attentionis inſtantiam nunc per ſimplicis proviſionis officium, nunc vero per miniſterium translationis accommodæ, prout perſonarum, locorum, & temporum qualitas exigit, & ipſarum Eccleſiarum utilitas perſuadet, Eccleſiis ſingulis Paſtor accedat idoneus, & Rector providus deputetur, ut Eccleſiæ, ſuperni favoris auxilio ſuffragante, votivæ proſperitatis ſucceſſibus gratulentur. Nuper ſiquidem Eccleſia Treventin. ex eo vacante, quod nos venerabilem fratrem noſtrum Jordanum Electum Meſſanen. olim Treventin. Epiſcopum apud Sedem Apoſtolicam conſtitutum, a vinculo, quo tenebatur eidem Eccleſiæ Treventin. cui tunc præerat, de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitu-

dine abſolventes, ipſum ad Eccleſiam Meſſanen. tunc vacantem, auctoritate Apoſtolica, duximus transferendum, præficientes ipſum eidem Meſſanen. Eccleſiæ in Archiepiſcopum & Paſtorem. Nos volentes ejuſdem Eccleſiæ Treventin. regimini, ne diuturnæ vacationis exponeretur incommodis, utilem & fructuoſam præſidere perſonam, cum nullus præter nos hac vice de ipſius Eccleſiæ Treventin. ordinatione ſe intromittere poſſit, pro eo quod nos diu ante vacationem hujuſmodi ipſius Treventinæ Eccleſiæ, proviſiones omnium Eccleſiarum Cathedralium tunc vacantium, & impoſterum vacaturarum, per translationes per nos tunc factas, & in antea faciendas de Prælatis earum ubilibet conſtitutis ad alias Eccleſias tunc vacantes, & in antea vacaturas, diſpoſitioni noſtræ duximus reſervandas; decernendo ex tunc irritum &c. contingeret attentari. Poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Eccleſiæ Treventin. perſonam utilem & etiam fructuoſam cum eiſdem Fratribus habuimus diligentem, demum ad te tunc Epiſcopum ſancti Angeli, conſideratis grandium virtutum meritis, ac litterarum ſcientia, quibus perſonam tuam divina gratia multipliciter inſignivit; & quod tu, qui regimini Eccleſiæ ſancti Angeli hactenus utiliter præfuiſti, dictam Treventin. Eccleſiam ſcies & poteris, auctore Domino, utiliter regere, & feliciter gubernare, direximus oculos noſtræ mentis. Intendentes itaque tam eidem Treventin. Eccleſiæ, quam gregi Dominico ejuſdem ſalubriter & utiliter providere, te a vinculo, quo tenebaris Eccleſiæ ſancti Angeli, cui tunc præeras, de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſolventes, te ad præfatam Treventin. Eccleſiam transferimus, teque ipſi Treventin. Eccleſiæ in Epiſcopum præficimus & paſtorem, curam &c. ipſius Treventin. Eccleſiæ tibi tam &c. plenarie committendo, liberamque tibi dando licentiam ad præfatam Treventin. Eccleſiam tranſeundi, ſperantes indubie quod ipſa Treventin. Eccleſia per tuæ induſtriæ ac circumſpectionis fructuoſum ſtudium regetur utiliter, & proſpere dirigetur. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus &c. *Uberius valeas promereri.*

Datum Avenione III. Kalend. Junii anno VII.

In eumdem modum, Archiepiſcopo Beneventano, & Capitulo ac Clero Treventino.

XXVIII.

Unitur earum Monaſterio Eccleſia de Moncandono. Ex lib. 3. epiſt. 69.

Dilectis in Chriſto filiabus, Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii Sororum ſancti Marcelli de Pogeto, Ordinis ſanctæ Claræ, Caturcen. diœceſis.

§. I. CUpientes, ut Monaſterium veſtrum, in quo mundanis abdicatis illecebris, & vanitatibus ſeculi relegatis, divinis eſtis obſequiis mancipatæ, velut novella plantatio proſperis ſoveatur eventibus, & fœlicibus ac votivis ſemper ſucceſſibus gratuletur, ut quanto magis perſonæ in eo degentes fidelium fuerint adjutæ ſubſidiis, & in neceſſitatibus relevatæ, tanto quietius & commodius Altiſſimo impendere valeant liberis mentibus famulatum, opem & operam libenter impendimus, & ad id benignius favorem Apoſtolicum promptis & ſinceris affectibus impertimur.

§. II. Cum itaque, ſicut petitio pro parte venerabilis fratris noſtri Bertrandi Epiſcopi Oſtien. nobis nuper exhibita continebat, Prioratus ſine cura ſecularis Eccleſiæ non Collegiatæ de Moncandono, Caturcen. diœceſis, quem di-

dilectus filius Aymericus de Gordomo olim Prior ipſius Eccleſiæ obtinebat, vacet ad præſens apud Sedem Apoſtolicam, per liberam reſignationem apud Sedem eamdem de illo per ipſum Aymericum in manibus venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Prænestin. nuperrime ſponte factam, & ab eodem Epiſcopo de mandato noſtro, ſuper hoc vivæ vocis oraculo ſibi facto, apud Sedem ipſam admiſſam, & ad collationem, ſeu præſentationem Abbatis Monaſterii de Conchis Ordinis ſancti Benedicti, Ruthenen. diœceſis, qui eſt pro tempore, pertinens, ejuſque Prioratus terræ, poſſeſſiones & redditus ſunt contigui, ſeu vicini terris & poſſeſſionibus Monaſterii veſtri, per eumdem Bertrandum Epiſcopum in proprio ſolo fundati canonice & dotati. Idem Epiſcopus Oſtien. pro parte veſtra humiliter ſupplicavit, ut eidem Monaſterio veſtro in augmentum dotis hujuſmodi, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, ut vos in illo divinis dedicatæ obſequiis, eo devotius poſſitis Altiſſimo reddere famulatum, quo uberius neceſſaria vobis conſpexeritis provenire, prædictum Prioratum præfato Monaſterio veſtro unire, annectere, aggregare, & incorporare in perpetuum, ex certa ſcientia, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. III. Nos itaque volentes vos & Monaſterium veſtrum præfatum proſequi favorabiliter in hac parte, ipſius Bertrandi Epiſcopi ac veſtris ſupplicationibus inclinati, prædictum Prioratum, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis præfato Monaſterio veſtro, auctoritate Apoſtolica, unimus, annectimus, aggregamus, & incorporamus in perpetuum, de gratia ſpeciali, ita quod liceat vobis, per vos, ſeu alium, vel alios, ex nunc corporalem poſſeſſionem ipſius Prioratus apprehendere, & in uſus veſtros perpetuo retinere, ac fructus, redditus & proventus ipſius libere recipere & habere, Diœceſani loci, vel alterius cujuſvis licentia minime requiſita. Proviſo quod Prioratus præfatus debitis obſequiis non fraudetur. Non obſtante, ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi Prioratibus, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus, ſpeciales vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint &c. *contigerit attentari*. Nullli ergo &c. noſtræ unionis, aggregationis, incorporationis, voluntatis & conſtitutionis &c.

Datum Avenione xi. Kalend. Junii anno vii.

XXIX.

Ut poſſit conſtruere in inſula Siciliæ Monaſterium pro Minoritis. Ibidem epiſt. 76.

Dilectæ in Chriſto filiæ nobili mulieri Eliſabethæ quondam Petri natæ, quondam Friderici Regis Trinacriæ relictæ viduæ.

§. I. Eximiæ tuæ devotionis &c. *favoribus annuamus*. Ex tenore ſiquidem tuæ petitionis nobis nuper oblatæ percepimus, quod tu de ſalute propria cogitans, cupienſque terrena in cœleſtia &c. commutare, ob præcipuæ devotionis affectum, quem ad Ordinem Fratrum Minorum te gerere aſſeris, unum locum cum Eccleſia, cœmeterio, domibus & aliis neceſſariis officinis pro dictis Fratribus ejuſdem Ordinis in inſula Siciliæ in certo loco congruo & honeſto, prout duxeris eligendum, fundare & ædificare proponis. Quare pro parte tua nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut tibi faciendi præmiſſa licentiam concedere dignaremur. *Vid. Conſtit. 54. Joann. XXII. tom. 6. fol. 522.*

§. II. Nos itaque tuis in hac parte ſupplicationibus favorabiliter annuentes, devotioni tuæ fundandi & ædificandi de bonis tuis dictum locum, cum

cum Eccleſia, cœmeterio, domibus, & officinis prædictis in dicta inſula, in loco, ut præmittitur, congruo & honeſto, quem duxeris eligendum, dummodo in eo duodecim Fratres dicti Ordinis pro tempore inibi commorantes congrue valeant ſuſtentari, jure parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius ſemper ſalvo, conſtitutione felicis recordationis Bonifacii VIII. Prædeceſſoris noſtri prohibente, ne religioſi Ordinum &c. nequaquam obſtante, plenam & liberam, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, licentiam elargimur. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione VII. Idus Julii anno VII.

XXX.

Ut in eadem inſula duo conſtruere poſſit Monaſteria Clariſſarum. Ibidem epiſt. 77.

Eidem.

§. I. EXimiæ tuæ devotionis &c. *ut ſupra*. Ex tenore ſiquidem &c. ob præcipuæ devotionis affectum, quem ad Ordinem ſanctæ Claræ te gerere aſſeris, duo Monaſteria ejuſdem Ordinis, cum Eccleſiis, cœmeteriis, domibus, & aliis neceſſariis officinis pro Sororibus dicti Ordinis in Inſula Siciliæ, in certis locis & terris congruis & honeſtis, quæ duxeris eligenda, fundare & ædificare, ac illa de bonis propriis ſufficienter dotare proponis. Quare pro parte tua nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut tibi faciendi præmiſſa licentiam concedere dignaremur.

§. II. Nos itaque tuis in hac parte &c. annuentes, devotioni tuæ fundandi & ædificandi prædicta duo Monaſteria, cum Eccleſiis, cœmeteriis, domibus, & officinis prædictis in eiſdem locis & terris, dictis Monaſteriis de bonis propriis, dote ſufficienti prius aſſignata, & jure parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo, plenam & liberam, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, licentiam elargimur. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione VIII. Idus Julii anno VII.

XXXI.

Præficitur Eccleſiæ Gardien. Ex libro intitulato de proviſ. Prælatorum ep. 157.

Venerabili fratri Joanni Epiſcopo Gardien.

Vid. Conſtit. 152. hujus Pont.

QUam ſit onuſta periculis, quam plena diſpendiis, quantaque ſecum incommoda pertrahat Eccleſiarum vacatio diuturna, ſollicitæ conſiderationis indaginæ perſcrutantes, libenter operarias manus apponimus, & ſtudium efficax impertimur, ut viduatis Eccleſiis paſtores præficiantur idonei, & miniſtri providi deputentur, quorum fultæ præſidiis, & favoribus communitæ, malignorum inſultus non timeant, & pravorum non vereantur incurſus, quinimo, auctore Domino felicibus proficiant incrementis. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Matthæo Epiſcopo Gardien. regimini Gardien. Eccleſiæ præſidente &c. Poſtmodum vero præfata Eccleſia, per obitum ejuſdem Matthæi, qui dudum extra Romanam Curiam &c. & etiam adaugere. Poſt deliberationem quam &c. diligentem demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, in Sacerdotio &c. litterarum ſcientia præditum, vitæ ac morum honeſtate conſpicuum, in ſpiritualibus &c. circumſpectum, ac aliis multiplicium virtutum meritis, prout

fide

fide dignorum teſtimonio percepimus, inſignitum, direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita &c. penſatis, de perſona tua ipſi Gardien. Eccleſiæ, de dictorum &c. auctoritate Apoſtolica, providemus, teque illi in Epiſcopum præficimus et Paſtorem, curam &c. plenarie committendo. Ac deinde per venerabilem fratrem noſtrum Bertrandum Epiſcopum Oſtien. tibi fecimus apud dictam Sedem munus conſecrationis impendi; in illo qui dat gratias &c. incrementa. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica &c. *uberius valeas promereri*.

Datum Avenione III. Idus Julii anno VII.

XXXII.

Transfertur ab Eccleſia Adjacen. ad Aſſiſinaten. Ibid. epiſt. 92.

Venerabili fratri Bertrando Epiſcopo Aſſiſinat.

§. I. PRudentia Regis æterni, cujus inſcrutabili altitudine in regno mundi ordinationem ſuſcipiunt univerſa, ſupremæ dignitatis faſtigio licet immeriti, præſidentes ad univerſas orbis Eccleſias aciem noſtræ conſiderationis extendimus, & pro earum ſtatu feliciter dirigendo, Apoſtolici favoris auxilium adhibemus; de illis vero propenſius cogitare nos convenit, quæ viduitatis deplorant incommoda, ut eis juxta cor noſtrum nunc per ſimplicis proviſionis officium, nunc vero per miniſterium translationis accommodæ, prout perſonarum, locorum & temporum qualitas exigit, divina ſuffragante clementia, ſingulis Eccleſiis Paſtores præficiantur idonei, per quorum prudentiam & doctrinam Eccleſiæ ipſæ ſalubriter & utiliter gubernentur, & in ſtatu proſpero floreant & accreſcant.

§. II. Dudum ſiquidem, videlicet, III. Nonas Maii, Pontificatus noſtri anno I. ex certis rationabilibus cauſis, proviſiones omnium &c. Cathedralium, & aliarum in terris ad Romanam Eccleſiam immediate pertinentibus conſiſtentium, ad quarum regimina Prælati conſueverunt, ſeu debent per electionem aſſumi, tunc ubique vacantium, & quæ uſque ad biennium ex tunc in antea computandum, vacare contingeret, diſpoſitioni noſtræ reſervantes, decrevimus ex tunc irritum &c. contingeret attentari.

§. III. Et deinde cum finis dicti biennii tunc inſtaret, Nos ſimilibus cauſis inducti, reſervationem & decretum hujuſmodi uſque ad duos annos a fine dicti biennii computandos, ſimili modo & forma duximus proroganda. Subſequenter vero cum prorogationis hujuſmodi finis inſtaret, Nos eiſdem cauſis moti pariter & inducti reſervationem & decretum prædicta, modo & forma expreſſis ſuperius, uſque ad alios duos annos, a fine ejuſdem prorogationis in antea computandos, auctoritate prædicta, duximus extendenda: interim vero Eccleſia Aſſiſinati ad eamdem Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente, quæ in terris prædictis exiſtit, per obitum bon. mem. Nicolai Epiſcopi Aſſiſinat. qui in partibus illis debitum naturæ perſolvit, Paſtoris regimine deſtituta; Nos vacatione hujuſmodi &c. intellecta, ad proviſionem ipſius Eccleſiæ Aſſiſinat. celerem &c. de qua nullus præter &c. intromittere poteſt, reſervatione &c. ſupradictis, ne longæ vacationis deploraret incommoda, paternis &c. intendentes, cupientes quoque ipſi Eccleſiæ Aſſiſinat. talem præeſſe perſonam, quæ ſciat, velit, & poſſit eam præſervare a noxiis & adverſis, ac in ſuis &c. ac etiam adaugere; poſt deliberationem, quam ſuper hoc cum Fratribus &c. diligentem. Demum ad te tunc Adjacen. Epiſcopum, conſideratis grandium virtutum meritis, quibus perſonam tuam inſignivit Altiſſimus, & quod Adjacen. Eccleſiæ laudabiliter ha-

hactenus præfuiſti, convertimus oculos noſtræ mentis. Intendentes itaque tam dictæ Aſſiſinat. Eccleſiæ, quam gregi Dominico &c. te a vinculo, cui ipſi Adjacen. Eccleſiæ, cui tunc præeras, tenebaris, de Fratrum &c. & Apoſtolicæ &c. abſolventes, te ad præfatam Aſſiſinat. Eccleſiam transferimus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam &c. ejuſdem &c. committendo, liberamque tibi dando licentiam ad præfatam Eccleſiam Aſſiſinat. tranſeundi, firmam ſpem fiduciamque tenentes quod dirigente Domino &c. ſuſcipiet incrementa. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi onus &c. *merearis continuum percipere incrementum*.

Datum Avenion. XVIII. Kalend. Septembris anno VII.

XXXIII.

Præficitur Eccleſiæ Anconitanæ. Ibid. epiſt. 160.

Dilecto filio Lanfranco de Salmertis Electo Anconitan.

Exordium. §. I. Licet continuata ſupervenientium negotiorum inſtantia Nos, qui diſponente Domino, univerſalis Eccleſiæ regimini præſidemus, inſultibus impetat ſucceſſivis, ſollicitudo tamen Eccleſiarum, illarum præcipue, quæ propriis Paſtoribus deſtitutæ, Romanæ dumtaxat Eccleſiæ ſunt ſubjectæ, noſtris incumbens humeris tanto arctius nos quotidiana meditatione perurget, quanto eis ſumus ſpecialius obligati.

Reſervatio electionum, quam ſibi Pontifex fecit. §. II. Dudum ſiquidem omnes Cathedrales Eccleſias, per obitum quorumcumque Curialium, peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis, ſeu alia quacumque cauſa, ad quævis loca ſecedentium, ſi eos antequam ad Romanam Curiam redirent, in locis ultra duas dietas ab eadem Curia non remotis, dummodo eorum proprium domicilium non eſſet ibidem, tunc forſan deceſſerant, vel impoſterum contingeret eos de medio ſubmoveri, tunc vacantes & impoſterum vacaturas, diſpoſitioni & proviſioni noſtræ duximus ſpecialiter reſervandas: decernentes ex tunc irritum &c. contingeret attentari.

Eccleſiæ Anconitan. mortuus Antiſtes. §. III. Poſtmodum vero Anconitan. Eccleſia eidem Romanæ Eccleſiæ immediate ſubjecta, per obitum bon. mem. Auguſtini Epiſcopi Anconitani, qui Curiam prædictam ſequens in loco de Aramone, Uticen. Diœc. a Civitate Avenionen. ultra duas leucas, vel circa non diſtante, ad quem dictus Auguſtinus Epiſcopus, cauſa recreationis, acceſſerat, & ubi tunc domicilium proprium non habebat, diem clauſit extremum, vacante: Nos conſiderantes, quod nullus de ordinatione ipſius Eccleſiæ Anconitanæ ſe ea vice

Eligitur F. Hugo Auguſtin. intromittere poterat, reſervatione &c. ſupradictis: de dilecto filio Hugone de Monaſterio de Auriaco, tunc de Gudella Prioratuum Ordinis ſancti Auguſtini Viennen. & Xantonen. Diœceſ. Priore, eidem Anconitanæ Eccleſiæ, de Fratrum &c. auctoritate &c. duximus providendum, eumque illi præfecimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Aniconitan. Eccleſiæ ſibi in ſpiritualibus &c. committendo: ſubſequenter vero antequam litteræ eſſent confectæ ſuper hujuſmodi proviſione eidem Eccleſiæ Anconitanæ de dicto Hugone per nos, ut præmittitur, facta, idem Hugo, ex certis rationabilibus cauſis, apud Sedem Apoſtolicam eidem proviſioni in manibus venerabilis fratris noſtri Petri Epiſcopi Præneſtini libere

Qui ſponte renunciat. & ſponte ceſſit, idemque Epiſcopus, de mandato noſtro facto ſibi ſuper hoc vivæ vocis oraculo, hujuſmodi ceſſionem apud eamdem Sedem admiſit.

§. IV. Nos autem volentes eidem Eccleſiæ Anconitan. ne diſpendia pro-

li-

lixæ vacationis incurreret, paterna ſollicitudine præcavere, cum nullus præter nos &c. de diſpoſitione ipſius Anconitan. Eccleſiæ ſe intromittere poſſit, pro eo quod nos diu ante vacationem hujuſmodi, proviſiones omnium Eccleſiarum tunc apud dictam Sedem vacantium, & vacaturarum in antea apud eam quovis modo, diſpoſitioni & ordinationi noſtræ duximus ſpecialiter reſervandas; decernendo ex tunc irritum &c. contingeret attentari; poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Eccleſiæ perſonam utilem & etiam fructuoſam, per quam dicta Eccleſia ſervari valeat a noxiis, & in proſperis feliciter adaugeri, cum noſtris Fratribus habuimus diligentem; demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in Sacerdotio conſtitutum, cui de Religionis zelo, litterarum ſcientia, vitæ munditia, honeſtate morum, & aliis multiplicium virtutum meritis, apud nos fide digna teſtimonia perhibentur, direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus diligenter diſcuſſis, de perſona tua eidem Eccleſiæ, de dictorum &c. auctoritate &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam &c. ejuſdem Anconitan. Eccleſiæ tibi in &c. plenarie committendo. In illo qui dat gratias &c. confidentes, quod præfata Eccleſia per tuæ induſtriæ & circumſpectionis fructuoſum ſtudium regetur utiliter, & ſalubriter dirigetur, ac votivis augebitur, auctore Domino, proſperitatibus commodi & honoris. Impoſitum igitur a Domino in hac parte humeris tuis onus ſuſcipiens reverenter &c. *favorem benevolum impertiri*.

Denuo eligitur Lanfranceus.

Datum Avenion. v. Nonas Octobr. anno VII.

In eumdem modum Capitulo & Clero Anconitan.

XXXIV.

Præficitur Eccleſiæ ſancti Marci. Ibid. epiſt. 117.

Dilecto filio Bertuccio de Citrano Electo ſancti Marci.

§. I. IN eminenti Sedis Apoſtolicæ ſpecula licet immeriti, diſponente Domino, conſtituti quotidiana inſtantia, & ſollicitudine aſſidua propulſamur, ut circa ſtatum proſperum Eccleſiarum omnium, & præſertim ad Romanam Eccleſiam immediate ſpectantium conſervandum & etiam adaugendum, quantum nobis omnipotentia Divina permittit, opem, & operam adeo impendamus, quod per Apoſtolicæ providentiæ ſtudium Eccleſiis ſingulis Paſtorum ſuorum gubernatione carentibus Paſtores accedant idonei, & Rectores providi deputentur, quorum experta prudentia, & induſtria circumſpecta Eccleſiæ eis commiſſæ ſpiritualiter, & temporaliter votivæ proſperitatis ſucceſſibus floreant, cooptatis eventibus colletentur. Dudum ſiquidem bon. mem. Thomaſio Epiſcopo ſancti Marci regimini ſancti Marci Eccleſiæ, quæ ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinet, præſidente: Nos intendentes eidem Eccleſiæ, cum vacaret, per Apoſtolicæ Sedis providentiam, utilem & idoneam præſidere perſonam, proviſionem ipſius Eccleſiæ ſancti Marci ea vice diſpoſitioni noſtræ duximus ſpecialiter reſervandam: decernentes ex tunc irritum &c. contingeret attentari.

§. II. Poſtmodum vero præfata Eccleſia per obitum ejuſdem Thomaſii, qui nuper in partibus illis diem &c. Paſtoris &c. Nos vacatione &c. intellecta, ad proviſionem ipſius Eccleſiæ celerem &c. de qua nullus &c. ſe intromittere poteſt, reſervatione &c. obſiſtentibus; ne ipſa Eccleſia ſancti Marci longæ &c. incommodis, paternis &c. intendentes, ac cupientes eidem Eccleſiæ talem præeſſe perſonam, quæ ſciret &c. eam præſervare a noxiis &c. ac in ſuis &c. ac etiam adaugere. Poſt deliberationem, quam ſuper his

cum &c. diligentem, demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in Sacerdotio &c. litterarum &c. vitæ ac morum &c. in ſpiritualibus &c. ac aliis multiplicium virtutum &c. prout fide dignorum aſſertione percepimus, direximus &c. mentis. Quibus omnibus diligenti &c. de perſona tua eidem Eccleſiæ ſancti Marci, de dictorum Fratrum &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem præfatas ipſius Eccleſiæ tibi tam &c. plenarie committendo &c. *uberius valeas promereri.*

Datum Aven. v. Nonas Octobr. anno VII.

In eumdem modum Capitulo & Clero ſancti Marci: ac Joannæ Reginæ Siciliæ illuſtri.

XXXV.

Præficitur Eccleſiæ Cæſenaten. Ibid. epiſt. 207.

Dilecto filio Guillelmo de Mirolis de Bononia Electo Cæſenat.

Vid. Conſtit. 34. Joannis XXII. tom. 6. fol. 507.

§. I. DUm ad univerſas orbis Eccleſias &c. *jugiter proſperentur*. Dudum ſiquidem, videlicet XVI. Kalend. Martii Pontificatus noſtri anno II. ex certis &c. proviſiones omnium Eccleſiarum Cathedralium in Provincia Ravennaten. conſiſtentium, tunc vacantium, & quæ uſque ad biennium ex tunc in antea computandum, vacare contingeret, ordinationi ac diſpoſitioni noſtræ, ac Sedis Apoſtolicæ duximus reſervandas: decernentes ex tunc irritum &c. contingeret attentari. Ac deinde fine dicti biennii tunc inſtante, nos ſimilibus cauſis inducti, reſervationem & decretum prædicta, uſque ad aliud biennium ex tunc futurum; & ſubſequenter, cum finis hujuſmodi 2. biennii tunc inſtaret, ad duos annos a fine dicti 2. biennii ex tunc in antea computandos, auctoritate Apoſtolica, modo & forma præmiſſis, duximus proroganda.

§. II. Poſtmodum vero Eccleſia Cæſenat. in eadem Provincia conſiſtente, per obitum bon. mem. Bernardi Epiſcopi Cæſenat. qui nuper in partibus illis infra tempus ultimæ prorogationis noſtræ prædictæ, deceſſit, Paſtoris ſolatio deſtituta; Nos vacatione hujuſmodi fide dignis relatibus intellecta, ad proviſionem ipſius Eccleſiæ, de qua nullus &c. diſponere potuit, neque poteſt, reſervatione, & decreto, ac prorogationibus obſiſtentibus ſupradictis, ne longæ vacationis &c. paternis &c. intendentes; poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Eccleſiæ perſonam utilem &c. habuimus cum noſtris &c. diligentem; demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in Sacerdotio &c. cui de Religionis zelo, litterarum &c. vitæ &c. aliiſque multiplicium virtutum meritis apud nos laudabilia perhibentur teſtimonia, direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus attenta meditatione penſatis, de perſona tua præfatæ Eccleſiæ, de dictorum &c. auctoritate &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam &c. ipſius tibi in ſpiritualibus &c. plenarie committendo &c. *uberius conſequi mereariſ.*

Datum Avenione v. Non. Octobr. anno VII.

In eumdem modum Archiep. Ravennat. & Capitulo ac Clero Cæſenat.

XXXVI.

XXXVI.

Præficitur Eccleſiæ Equen. Ex lib. 3. epiſt. 107.

Dilecto filio Jacobo de Sora Electo Equen.

A Poſtolatus officium nobis quamquam &c. *valeant dante Domino gubernare*. Dudum ſiquidem bon. mem. Cæſario Epiſcopo Equen. regimini Equen. Eccleſiæ præſidente, nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum eam &c. idoneam præeſſe perſonam &c. ordinationi &c. duximus ſpecialiter reſervandam: decernendo ex tunc irritum &c. contingeret attentari. Poſtmodum vero præfata Eccleſia per obitum dicti Cæſarii, qui extra &c. diem &c. Paſtoris &c. Nos vacatione &c. ad proviſionem ipſius &c. ne longæ &c. paternis &c. intendentes, cupientes quoque &c. quæ ſciret &c. juribus, ac etiam adaugere, &c. et adverſis, poſt deliberationem quam &c. diligentem: demum ad te Fratrum Ordinis Minorum profeſſorem, in Sacerdotio &c. quem litterarum ſcientia præditum, vitæ ac morum &c. in ſpiritualibus &c. circumſpectum, ac aliis multiplicium &c. inſignitum, ex teſtimoniis fide dignis accepimus, convertimus aciem noſtræ mentis. Quibus omnibus debita &c. præmiſſorum accepta, præfatæ Equen. Eccleſiæ, de ipſorum &c. providemus, teque illi &c. curam &c. plenarie committendo, firma ducti fiducia, quod tuos actus et opera, illius, a quo univerſorum chariſmatum dona proveniunt, clementia dirigente, præfata Equen. Eccleſia per tuam curioſam ſolertiam, tuumque Miniſterium ſtudioſum regetur utiliter et proſpere dirigetur. Jugum igitur Domini tuis &c. *uberius conſequi mereariſ*.

Vid. Conſtit. 17. Bonif. VIII. tom. 6. fol. 429.

Datum Aven. v. Nonas Octobr. anno VII.

In eumdem modum Archiepiſcopo Surrentino, et Capitulo ac Clero Equen.

XXXVII.

Præficitur Eccleſiæ Ajacen. Ex lib. 3. epiſt. 152.

Dilecto filio Philippo de Urſone de Meſſan. Electo Ajacen.

INter ea quæ, ſuperna diſpoſitione, nobis &c. *valeant incrementis*. Dudum ſiquidem Ajacen. Eccleſia, pro eo Paſtoris ſolatio deſtituta, quod nos venerabilem fratrem noſtrum Bertrandum Aſſiſinaten. tunc Ajacen. Epiſcopum apud Sedem Apoſtolicam conſtitutum, a vinculo quo ipſi Ajacen. Eccleſiæ, cui tunc præerat, tenebatur, de Fratrum &c. et Apoſtolicæ &c. abſolventes, ipſum ad Eccleſiam Aſſiſinaten. tunc vacantem duximus transferendum, præficiendo eum eidem Aſſiſinaten. Eccleſiæ in Epiſcopum et Paſtorem. Nos ad proviſionem ejuſdem Ajacen. Eccleſiæ, de qua nullus &c. diſponere poteſt, pro eo quod nos diu ante vacationem hujuſmodi ipſius Ajacen. Eccleſiæ proviſiones omnium &c. reſervantes; decrevimus ex tunc irritum &c. contingeret attentari; ne longæ vacationis &c. paternis &c. intendentes: poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Eccleſiæ perſonam &c. diligentem: demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in Sacerdotio &c. cui de Religionis zelo, ſcientia litterarum, vitæ ac morum probitate, prudentia ſpiritualium, et providentia temporalium, aliiſque multiplicium virtutum meritis, apud nos fide digna teſtimonia perhibentur, direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus attenta &c. de perſona tua, præfatæ Ajacen. Eccleſiæ, de dictorum &c. auctorita-

Vide in Reg. tom. 7. Conſtitut. 29. hujus Pont.

te &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum et Paſtorem, curam &c. plenarie committendo. In illo qui dat gratias &c. confidentes, quod eadem Ajacen. Eccleſia ſub tuo felici regimine, gratia tibi &c. grata ſuſcipiet incrementa. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus et mandamus &c. *uberius conſequi merearis*.

Datum Avenione IV. Idus Novemb. anno VII.

XXXVIII.

Præficitur Eccleſiæ Rapollanæ. Ibid. epiſt. 68.

Dilecto filio Nicolao de Griptamaynardi Electo Rapollan.

§. I. SUperni diſpoſitione conſilii, per quod in regno mundi ordinationem univerſa ſuſcipiunt in ſupremæ dignitatis ſpecula; quamquam immeriti, conſtituti, ad univerſas orbis Eccleſias intuitum Apoſtolicæ conſiderationis extendimus, et de illarum ſtatu proſpere cogitamus, præſertim quæ Prælatorum regimine deſtitutæ Romanæ Eccleſiæ nullo medio ſunt ſubjectæ, opem, et operam, quantum nobis ex alto conceditur, impendentes, ut Eccleſiarum ipſarum regimina, cum eas contingit ſuorum Paſtorum gubernatione deſtitui, perſonis committantur providis, et virtutum titulis inſignitis, ſub quorum umbra et tutela felicibus ædem Eccleſiæ ſpiritualiter, et temporaliter, adjuvante Domino, reſloreant gratis eventibus, et ſucceſſibus proſperis collætentur. Olim ſiquidem bon. mem. Geraldo Epiſcopo Rapollan. regimini Rapollan. Eccleſiæ, eidem Romanæ Eccleſiæ immediate ſubjectæ præſidente: Nos intendentes eidem Eccleſiæ Rapollan. cum eam quovis modo vacare contingeret, idoneam et utilem per Apoſtolicæ Sedis providentiam præeſſe perſonam, proviſionem ipſius Eccleſiæ ordinationi et diſpoſitioni noſtræ, ac dictæ Sedis, ea vice duximus ſpecialiter reſervandam: decernendo ex tunc irritum &c. contingeret attentari. Poſtmodum vero præfata Eccleſia Rapollan. per obitum dicti Geraldi Epiſcopi, qui in partibus illis deceſſit, Paſtoris ſolatio deſtituta: Nos hujuſmodi vacatione ipſius Rapollan. Eccleſiæ fide dignis &c. intellecta, de ipſius Eccleſiæ ordinatione, ne prolixæ &c. ſollicite cogitantes, cum nullus præter nos &c. intromittere poſſit, reſervatione &c. ſupradictis: poſt deliberationem, quam &c. eidem Eccleſiæ perſonam idoneam et etiam fructuoſam cum noſtris &c. diligentem, demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, in Sacerdotio &c. Religione conſpicuum, litterarum ſcientia præditum, vitæ ac morum honeſtate decorum, in ſpiritualibus &c. circumſpectum, ac aliis virtutum donis, prout fide dignorum habet aſſertio, multipliciter inſignitum, convertimus aciem noſtræ mentis.

§. II. Intendentes igitur tam dictæ Eccleſiæ Rapollan. quam gregi Dominico ejuſdem ſalubriter providere, de perſona tua nobis, et dictis Fratribus noſtris, ob præmiſſorum tuorum exigentiam meritorum, accepta, eidem Rapollan. Eccleſiæ, de Fratrum præfatorum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica, providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum et Paſtorem, curam &c. committendo. In illo qui dat gratias &c. confidentes, quod, dextera Domini tecum faciente virtutem, eadem Rapollan. Eccleſia per tuum miniſterium ſtudioſum regetur utiliter, et proſpere dirigetur, augmentaque ſuſcipiet commodi et honoris. Impoſitum igitur a Domino in hac parte humeris tuis onus &c. *valeas uberius promereri*.

Datum Avenione IV. Idus Novembr. anno VII.

In eumdem modum Capitulo et Clero Rapollan. et Joannæ Reginæ Siciliæ illuſtri. XXXIX.

XXXIX.

Præficitur Eccleſiæ Theleſinæ. Ex lib. de proviſ. Prælat. epiſt. 290.

Venerabili fratri Dominico Epiſcopo Theleſin.

§. I. APoſtolatus officium quamquam inſufficientibus meritis, nobis ex alto commiſſum, quo Eccleſiarum omnium regimini præſidemus, utiliter exequi, coadjuvante Domino, cupientes, ſolliciti corde reddimur, et ſolertes, ut, cum de ipſarum regiminibus agitur committendis, tales eis in Paſtores præficere ſtudeamus, qui commiſſum gregem dominicum ſciant non ſolum doctrina verbi, ſed exemplo boni operis informare, commiſſaſque ipſis Eccleſias in ſtatu pacifico, et tranquillo velint, et valeant, duce Domino, gubernare. Dudum ſiquidem Matthæo Epiſcopo Theleſin. regimini Theleſin. Eccleſiæ præſidente, nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum eam quovis modo vacare contingeret, noſtræ operationis Miniſterio, idoneam præeſſe perſonam, proviſionem ejuſdem Eccleſiæ ordinationi et diſpoſitioni noſtræ, et Sedis Apoſtolicæ ea vice duximus ſpecialiter reſervandam, decernentes ex tunc irritum et inane &c. contingeret attentari.

§. II. Poſtmodum vero prædicta Eccleſia, per obitum ejuſdem Matthæi qui in partibus illis diem, &c. Paſtoris &c. Nos vacatione hujuſmodi &c. intellecta, ad proviſionem ipſius &c. ne longæ &c. incommodis, paternis &c. intendentes, cupientes quoque talem eidem Eccleſiæ præeſſe perſonam idoneam, quæ ſciret &c. eamdem in ſuis &c. et etiam adaugere, ipſamque præſervare a noxiis et adverſis: poſt deliberationem, quam ſuper his cum &c. diligentem; demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in Sacerdotio &c. quem litterarum ſcientia præditum, vitæ ac morum &c. in ſpiritualibus &c. circumſpectum, ac aliis multiplicium &c. inſignitum ex teſtimoniis fide dignis accepimus, convertimus aciem noſtræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua nobis et eiſdem Fratribus noſtris, conſideratione præmiſſorum, accepta, præfatæ Theleſinæ Eccleſiæ, de Fratrum ipſorum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica, providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum et Paſtorem, curam &c. ipſius Theleſinæ Eccleſiæ tibi tam &c. plenarie committendo: et ſubſequenter per venerabilem fratrem noſtrum Talhayrandum Epiſcopum Albanenſem tibi fecimus apud dictam Sedem munus conſecrationis impendi, firma ducti fiducia quod tuos actus et opera, illius, a quo cuncta chariſinatum dona proveniunt, clementia dirigente, præfata Theleſin. Eccleſia per tuam curioſam ſolertiam, tutumque Miniſterium ſtudioſum regetur utiliter, et proſpere dirigetur. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus &c. *plenius conſequi merearis*.

Datum Avenione IV. Idus Novemb. anno VII.

XL.

Præficitur Eccleſiæ Comaclen. Ibid. epiſt. 247.

Venerabili fratri Paci Epiſcopo Comaclen.

REgimini univerſalis Eccleſiæ quamquam &c. *utiliter & prodeſſe*. Dudum ſiquidem videlicet XVI. Kalend. Martii, Pontificatus noſtri anno II. ex certis &c. diſpoſitioni noſtræ ac Sedis Apoſtolicæ reſervantes, decrevimus ex tunc irritum &c. contingeret attentari. Et deinde cum finis di-

Vid. Conſtit. 25. Clem. V. tom. 6. fol. 464.

dicti biennii tunc inſtaret, nos ſimilibus &c. primo uſque ad alios duos annos a fine dicti biennii computandos, et deinde fine dictorum duorum annorum tunc inſtante, uſque ad alios duos annos ex tunc immediate ſequentes, reſervationem et decretum prædicta, modo et forma expreſſis ſuperius, auctoritate præfata, duximus proroganda. Poſtmodum vero Eccleſia Comaclen. in dicta Provincia conſiſtente, per obitum bon. mem. Bartholomæi Epiſcopi Comaclen. qui in illis partibus debitum naturæ perſolvit, Paſtoris ſolatio deſtituta; Nos vacatione hujuſmodi &c. intellecta, ad proviſionem ipſius Eccleſiæ Comaclen. de qua nullus &c. ſe hac vice intromittere poteſt, reſervatione et decreto, ac prorogationibus obſiſtentibus ſupradictis, ne longæ &c. incommodis, paternis &c. intendentes, cupientes quoque talem eidem Eccleſiæ præſidere perſonam, quæ ſciret &c. eam in ſuis &c. et etiam adaugere, ipſamque præſervare a noxiis et adverſis: poſt deliberationem quam &c. cum Fratribus &c. diligentem: demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in Sacerdotio &c. quem litterarum ſcientia præditum, vitæ ac morum &c. in ſpiritualibus &c. circumſpectum, aliiſque multiplicium, &c. inſignitum, ex teſtimoniis fide dignis accepimus, convertimus aciem noſtræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua, nobis et eiſdem Fratribus noſtris, conſideratione præmiſſorum accepta, præfatæ Comaclen. Eccleſiæ, de Fratrum prædictorum conſilio, auctoritate Apoſtolica, providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum et Paſtorem, curam et adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ Comaclen. tibi tam in ſpiritualibus quam &c. plenarie committendo, ac ſubſequenter per venerabilem fratrem noſtrum Bertrandum Epiſcopum Sabinen. tibi fecimus apud Sedem Apoſtolicam munus conſecrationis impendi, firma ducti fiducia, quod tuos actus et opera, illius, a quo univerſorum chariſmatum dona proveniunt, clementia dirigente, præfata Comaclen. Eccleſia per tuam curioſam ſolertiam, tuumque Miniſterium ſtudioſum regetur utiliter et proſpere dirigetur. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus &c. *uberius conſequi merearis*.

Datum Avenione VI. Idus Decemb. anno VII.

XLI.

Præficitur Eccleſiæ Nazarenæ. Ibidem epiſt. 203.

Dilecto filio Richardo in Archiepiſcopum Nazaren. Electum.

Vide Conſtit. 34. hujus Pont.

IN eminenti Sedis Apoſtolicæ ſpecula &c. *& optatis bonorum eventibus collætetur*. Dudum liquidem Eccleſia Nazarena per obitum bonæ memoriæ Duranti Archiepiſcopi Nazareni, qui nuper recedens de civitate Avenionen. ubi tunc cum Romana Curia reſidebamus, pront etiam reſidemus, in civitate Vaſionen. ultra duas dietas a dicta Curia, ad quam ipſe pro certis negotiis acceſſerat, non remota, in qua proprium domicilium non habebat, diem clauſit extremum, Paſtoris ſolatio deſtituta: Nos attendentes, quod nullus præter &c. de ordinatione ipſius Eccleſiæ Nazaren. ſe intromittere poterat, pro eo, quod nos diu ante &c. proviſiones &c. Cathedralium, per obitum quorumcumque Prælatorum, pro quibuſcumque negotiis ad Romanam Curiam venientium, & etiam recedentium ab eadem, ſi in locis a dicta Curia ultra duas dietas legales non diſtantibus, jam forſan obierant, vel eos in antea tranſire contingeret de hac luce, tunc vacantium, & in antea vacaturarum, ordinationi &c. duximus ſpecialiter reſervandas, decernendo ex tunc irritum &c. contingeret attentari, & ad proviſionem ipſius Eccleſiæ cele-

Digitized by Google

lerem & fœlicem, ne prolixæ vacationis ſubjaceret &c. paternis &c. intendentes, poſt deliberationem, quam ſuper his cum &c. diligentem, & de præficiendo eidem Eccleſiæ Nazaren. perſonam utilem, ac etiam fructuoſam, demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in ſacerdotio &c. litterarum ſcientia præditum, religionis zelo conſpicuum, vitæ ac morum &c. decorum, ac in ſpiritualibus providum, et in temporalibus &c. aliiſque multiplicium &c. meritis, prout fide dignis teſtimoniis accepimus, inſignitum convertimus oculos &c. Quibus omnibus debita &c. de perſona tua, eidem Eccleſiæ Nazaren. de dictorum &c. auctoritate &c. providemus, teque illi &c. in Archiepiſcopum & Paſtorem, curam &c. tibi tam in ſpiritualibus, quam &c. plenarie committendo. Et deinde per venerabilem fratrem noſtrum Bertrandum Epiſcopum Sabinen. tibi fecimus apud Sedem ipſam munus conſecrationis impendi, in illo qui dat gratias &c. confidentes, quod eadem Eccleſia, gratia tibi &c. dirigetur, et ſalubria ſuſcipiet incrementa. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus onus &c. *conſequi mercaris*.

Datum Avenione VI. Idus Decembris anno VII.

XLII.

Præficitur Eccleſiæ Balneoregien. Ibidem epiſt. 200.

Dilecto filio Joanni de Civitate Caſtellana Electo Balneoregien.

INter cetera quæ ſuperna diſpoſitione &c. *valeant incrementis*. Dudum ſiquidem videlicet III. Nonas Maii, Pontificatus noſtri anno I. ex certis et rationabilibus cauſis proviſiones omnium &c. ad biennium a prima die Junii &c. duximus reſervandas: decernentes &c. duximus proroganda. Poſtmodum vero Eccleſia Balneoregien. dictæ Romanæ Eccleſiæ immediate ſubjecta, & quæ in terris prædictis conſiſtit, per obitum bonæ memoriæ Joannis Epiſcopi Balneoregien. qui extra Romanam Curiam &c. deceſſit, paſtoris ſolatio deſtituta, nos vacatione hujuſmodi fide dignis &c. intendentes; poſt deliberationem quam &c. diligentem: demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in ſacerdotio &c. litterarum ſcientia præditum, morum gravitate conſpicuum, in ſpiritualibus &c. circumſpectum, aliiſque multiplicium &c. inſignitum, direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus attenta &c. præfatæ Eccleſiæ Balneoregien. de dictorum &c. auctoritate &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum et Paſtorem, curam &c. plenarie committendo. In illo qui dat &c. confidentes, quod eadem Balneoregien. Eccleſia per tuæ &c. proficiet incrementis. Jugum itaque Domini tuis &c. *conſequi mercaris*.

Vt in Regeſto Tomi 6. fol. 479.

Datum Avenione XVIII. Kal. Januarii anno VII.

Anno Chaisti 1349. Clementis VI. anno 7. & 8.

XLIII.

Condonatur ei pœna nimis tardæ conſecrationis. Ex lib. 4. epiſt. 230.

Dilecto filio Guillelmo Electo Cæſenaten.

§. I. EXigit ſinceræ devotionis affectus, quo nos, et Romanam Eccleſiam revereris, ut te favorabiliter proſequamur. Nuper ſiquidem Cæſenaten. Eccleſiæ tunc vacanti, de perſona tua, nobis, et Fratribus noſtris,

ſtris, tuorum exigentia meritorum, accepta, de Fratrum ipſorum conſilio, duximus, auctoritate Apoſtolica, providendum; præficiendo te ipſi Eccleſiæ in Epiſcopum et Paſtorem, prout in noſtris inde confectis litteris plenius continetur.

§. II. Cum autem, ſicut exhibita nobis tua petitio continebat, tu, pro eo quod hujuſmodi proviſio de te facta, ad tuam notitiam tarde venit, et alias officii Inquiſitionis hæreticæ pravitatis, quod tunc temporis exercebas, negotiis impeditus, ac propter diſcrimina viarum ad Sedem Apoſtolicam pro recipiendo conſecrationis munere, infra tempus de conſecrandis Epiſcopis, a Canonibus definitum, quod jam elapſum eſt, non potueris perſonaliter te conferre: Nos volentes tecum agere gratioſe, tuis ſupplicationibus inclinati, omnem pœnam, quam ex nunc recepto munere conſecrationis hujuſmodi incurriſti, tibi remittimus de gratia ſpeciali. Nulli ergo &c. noſtræ remiſſionis &c.

Datum Avenione x. Kal. Februarii anno vii.

XLIV.

Præficitur Eccleſiæ Ruben. Ex lib. 3. epiſt. 218.

Dilecto filio Stephano Epiſcopo Ruben.

Vide Conſtit. 39. hujus Pont.

Apoſtolatus officium quamquam &c. *dante Domino gubernare*. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Joanne Epiſcopo Ruben. regimini Ruben. Eccleſiæ præſidente; nos cupientes eidem Eccleſiæ &c. duximus ſpecialiter reſervandam; decernentes ex tunc irritum &c. contingeret attentari: poſtmodum vero prædicta Eccleſia, per obitum ejuſdem Joannis, qui extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, Paſtoris ſolatio deſtituta, nos vacatione hujuſmodi fide dignis relatibus intellecta, ad proviſionem ipſius &c. intendentes &c. eam in ſuis manutenere juribus, ac etiam &c. ipſamque præſervare a noxiis et adverſis; poſt deliberationem, quam ſuper his cum noſtris Fratribus habuimus diligentem, demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in ſacerdotio conſtitutum, litterarum ſcientia præditum, morum ac vitæ honeſtate decorum, in ſpiritualibus providum, et in temporalibus circumſpectum, ac aliis multiplicium virtutum meritis laudabiliter inſignitum, convertimus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua nobis &c. accepta præfatæ Ruben. Eccleſiæ &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum et Paſtorem, curam &c. ipſius Ruben. Eccleſiæ tibi tam &c. plenarie committendo. Et ſubſequenter per venerabilem fratrem noſtrum Bernardum Epiſcopum Portuen. apud Sedem Apoſtolicam tibi fecimus munus conſecrationis impendi, firma ducti fiducia, quod tuos actus &c. proſpere dirigetur. Quocirca fraternitati tuæ per &c. mandamus, quatenus ad eamdem Ruben. Eccleſiam cum gratia noſtræ benedictionis accedens, ipſius Ruben. Eccleſiæ ſollicitam curam geras, gregem &c. creditum &c. *uberius conſequi mereariſ*.

Datum Avenione vii. Kal. Februarii anno vii.

In eumdem modum Archiepiſcopo Baren. et Capitulo ac Clero Ruben.

XLV.

XLV.

Præficitur Eccleſiæ Boſnen. Ibidem epiſt. *146.*

Dilecto filio Peregrino de Saxonia Electo Boſnen.

DUm ad univerſas orbis Eccleſias juxta &c. *feliciter gubernentur*. Nuper ſiquidem Eccleſia Boſnen. ex eo Paſtoris ſolatio deſtituta; quod nos venerabilem fratrem noſtrum Bon-Joannem Firmanum, tunc Boſnen. Epiſcopum apud Sedem Apoſtolicam conſtitutum, a vinculo, quo Boſnen. Eccleſiæ, cui tunc præerat, tenebatur, de Fratrum &c. abſolventes, ipſum ad Eccleſiam Firman. tunc vacantem duximus transferendum, præficiendo eum eidem &c. Paſtorem. Nos ad proviſionem ejuſdem Boſnen. Eccleſiæ ſollicite cogitantes, ne diuturnæ vacationis &c. incommodis, utilem et fructuoſam præſidere perſonam, cum nullus &c. Eccleſiæ Boſnen. ordinatione &c. pro eo, quod nos diu ante &c. proviſiones reſervantes; decrevimus ex tunc irritum &c. attentari; ne longæ &c. intendentes: poſt deliberationem &c. diligentem, demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in ſacerdotio &c. cui de religionis zelo, litterarum &c. ſpiritualium providentia, ac temporalium circumſpectione, aliiſque multiplicium &c. laudabilia perhibentur teſtimonia, direximus &c. Quibus omnibus attenta &c. de perſona tua præfatæ Boſnen. Eccleſiæ, de dictorum &c. auctoritate &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam &c. committendo. In illo qui dat gratias &c. confidentes, quod eadem Boſnen. Eccleſia per tuæ circumſpectionis &c. ſub tuo fœlici &c. gratia tibi &c. ſuſcipiet incrementa. Jugum itaque Domini tuis &c. *uberius conſequi merearis*.

Datum Avenione v. Kal. Februarii anno VII.

In eumdem modum Archiepiſcopo Colocen. et Capitulo ac Clero Boſnen. et Ludovico Regi Hungariæ.

Vide Conſtit. 34. Joannis XXII. Tom. 6. fol. 507.

XLVI.

Conceditur eis Monaſterium de Waterbech a Clariſſis relictum. Ex lib. 2. epiſt. *1157.*

Dilectis filiis Miniſtro Provinciali Fratrum Ordinis Minorum, & ipſis Fratribus Provinciæ Angliæ, ſecundum morem dicti Ordinis.

§. I. AD fructus uberes, quos ſacer Ordo veſter in agro militantis Eccleſiæ indeſinenter producit, conſiderationis noſtræ aciem convertentes, attente cupimus Ordinem ipſum ubique ad Dei laudem, & gloriam dilatari. Hodie ſiquidem pro parte dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Mariæ de ſancto Paulo Comitiſſæ Pembrochiæ, nobis expoſito, quod dudum ipſa, ex certis cauſis rationabilibus, de conſilio & de conſenſu dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii de Waterbech, Ordinis ſanctæ Claræ, Elien. Diœceſis quoddam aliud novum Monaſterium ipſius Ordinis, cum Oratorio & neceſſariis officinis in manerio ſuo de Deneye, dictæ Diœceſis, dicto Monaſterio de Waterbech vicino, ac unius & ejuſdem Diœceſis, atque Dominii cum eodem, ad opus Abbatiſſæ & Conventus prædictarum, ſub vocabulo beatæ Mariæ Virginis canonice fundaverat, ædificaverat, & etiam conſtruxerat, ipſumque de bonis ſuis ſufficienter dotaverat, & illud ſic fundatum & dotatum præfatis Abbatiſſæ & Conventui, ut ſe ad illud transferrent, & inibi perpetuo morarentur, donaverat in perpetuum, & con-

ceſſerat. Quodque licet prædicta Abbatiſſa, & major pars Monialium Conventus ipſarum ad Monaſterium ſanctæ Mariæ ſe tranſtulerint antefatum, reliquis Monialibus dicti Monaſterii de Waterbech in prædicto Monaſterio de Waterbech remanentibus, de licentia & voluntate Abbatiſſæ, ac ſe transferentium Monialium prædictarum pro cuſtodia, ne ad manus deveniret laicorum, vel potentium partium earumdem, dilectorum filiorum Generalis & ſecundum morem dicti Ordinis Provinciæ Angliæ Provincialis Fratrum Ordinis Minorum Miniſtrorum, qui tunc erant, ad hæc accedente conſenſu. Tamen præfatæ Moniales, quæ in præfato Monaſterio de Waterbech remanſerant, ut præfertur, mutata poſtmodum in contrarium voluntate, ad dictum Monaſterium beatæ Mariæ transferre ſe recuſarunt indebite, ac etiam recuſabant, quinimo in prædicto Monaſterio de Waterbech, licet de facto, Abbatiſſam elegerant, & inibi Moniales de novo alias receperunt, in grave dicti Monaſterii beatæ Mariæ præjudicium, ac perſonarum in eo degentium detrimentum, & ſcandalum plurimorum, quodque pro eo, quod terræ & poſſeſſiones dictorum Monaſteriorum ſunt vicinæ invicem & conjunctæ, & proinde quia gentes utriuſque Monaſteriorum ipſorum fructus, redditus terrarum & poſſeſſionum præfatarum interdum præoccupare contendebant, brigæ & ſcandala inter gentes prædictas, & earum ſequaces & amicos gravia orta erant, & graviora oriri timebantur in poſterum, niſi ſuper hoc provideretur celeriter de remedio opportuno. Nos venerabili fratri noſtro Epiſcopo Elien. dedimus per noſtras litteras in mandatis, ut, ſi vocatis, qui forent evocandi, inveniret ita eſſe, eidem Abbatiſſæ, quam reliquæ Moniales in dicto Monaſterio de Waterbech, ut prædicitur, elegerant, executionem & adminiſtrationem Abbatialis regiminis interdiceret, & tam eam, quam præfatas Moniales, quæ in dicto Monaſterio de Waterbech reſidebant, ut de præfato Monaſterio de Waterbech ad prædictum Monaſterium beatæ Mariæ cum omnibus bonis mobilibus in dicto Monaſterio de Waterbech exiſtentibus, ſe transferrent, inibi ſub ipſius Abbatiſſæ obedientia devotum Deo famulatum perpetuo impenſuræ, & eidem Abbatiſſæ dicti Monaſterii beatæ Mariæ tamquam earum Abbatiſſæ parerent & intenderent, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota, compelleret, ac bona ſtabilia dicti Monaſterii de Waterbech, quæcumque & qualiacumque forent, præfatis Abbatiſſæ & Conventui ejuſdem Monaſterii beatæ Mariæ, ac ipſi Monaſterio, auctoritate prædicta, tradere & aſſignare curaret, ipſaſque faceret eorum pacifica poſſeſſione gaudere, invocato ad hoc, ſi opus foret, auxilio brachii ſecularis: proviſo, quod Eccleſia dicti Monaſterii de Waterbech, & ejus cœmeterium ad clericos, ſeu laicos, ſicut hæreditas minime deveniret, ſed unus presbyter deputaretur inibi pro celebrandis divinis officiis in eodem.

§. II. Cum autem, ſicut exhibita nobis pro parte veſtra petitio continebat, Abbatiſſa & Conventus prædictæ ipſius Monaſterii beatæ Mariæ præfatum Monaſterium de Waterbech vobis, & Ordini veſtro intendant libere concedere ac donare, nobis humiliter ſupplicaſtis, ut eiſdem Abbatiſſæ & Conventui concedendi vobis, vobiſque recipiendi Monaſterium de Waterbech prædictum licentiam, auctoritate Apoſtolica, concedere dignaremur.

§. III. Nos igitur hujuſmodi veſtris ſupplicationibus inclinati præfatis Abbatiſſæ & Conventui vobis dictum Monaſterium de Waterbech, poſtquàm de ipſo dicta Abbatiſſa & Moniales, quæ in eo, ut præfertur, ad præſens reſident, ad præfatum Monaſterium beatæ Mariæ translatæ fuerint, ſicut prædicitur, concedendi, vobiſque illud recipiendi, dummodo duodecim Fratres ipſius veſtri Ordinis in eodem Monaſterio pro tempore moraturi, honeſte & con-

congrue valeant ſuſtentari, fœl. rec. Boniſacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, & quibuslibet aliis conſtitutionibus Apoſtolicis nequaquam obſtantibus, ſine juris alieni præjudicio, plenam & liberam concedimus, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, facultatem. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione III. Nonas Februarii anno VII.

XLVII.

Ejus avunculus Minorita Nuncii fungitur officio apud Pontificem. Ibidem epiſt. 737.

Dilecto filio nobili viro de Aqua-viva Comiti ſancti Valentini.

VEnientem nuper ad Sedem Apoſtolicam dilectum filium Philippum de Maſſa Ordinis Fratrum Minorum, avunculum & Nuncium tuum, grate recepimus, & quæ ipſe pro parte tua nobis expoſuit, intellectis, devotionis tuæ ſtudium commendamus, nobilitatem tuam hortantes & rogantes attente, quatenus anteceſſorum tuorum fidei & devotionis conſtantiam erga claræ memoriæ Robertum Regem Siciliæ, & progenitores ſuos habitam, & in te continuatione laudabili derivatam, ſic erga ſucceſſores & hæredes Regis ejuſdem inviolabiliter obſervare, ac ſtudioſis operibus proſequi nobilitas tua curet, quod inveniaris ab eiſdem anteceſſoribus non degener, ſed ſicuti in hæreditate, ſic in fide & devotione ſucceſſor.

Datum Avenione VI. Idus Februarii anno VII.

XLVIII.

Præficitur Eccleſiæ Licteren. Ibid. epiſt. 259.

Dilecto filio Jacobo de Joa Electo Licteren.

§. I. APoſtolatus officium quamquam &c. *duce Domino gubernare*. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Petro Epiſcopo Licteren. regimini Licteren. Eccleſiæ præſidente &c. Nos cupientes &c. duximus ſpecialiter reſervandam, decernentes ex tunc &c. contingeret attentari. *Vide Conſtit. 17. Bonifacii VIII. tom. 2. fol. 429.*

§. II. Poſtmodum vero prædicta Eccleſia, per obitum ejuſdem Petri, qui in partibus illis &c. Nos vacatione hujuſmodi fide dignis relatibus intellecta, ad proviſionem ipſius Eccleſiæ celerem &c. ne longæ vacationis &c. paternis, & ſollicitis ſtudiis intendentes &c. præeſſe perſonam, quæ ſciret &c. præſervare a noxiis & adverſis. Poſt deliberationem, quam &c. habuimus diligentem; demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, in Sacerdotio conſtitutum, quem litterarum ſcientia præditum, vitæ ac morum &c. fidedignis accepimus, convertimus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus &c. præmiſſorum accepta, præfatæ Licteren. &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem illius tibi tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus plenarie committendo; firma ducti fiducia, quod tuos actus & opera, illius, a quo univerſorum chariſmatum dona proveniunt, gratia dirigente, præfata Licteren. Eccleſia per tuam curioſam ſolertiam, tuumque miniſterium ſtudioſum regetur utiliter & proſpere dirigetur. Jugum igitur Domini tuis &c. *uberius conſequi mereariis*.

Datum Avenione XVII. Kal. Aprilis anno VII.

In eumdem modum Archiepiſcopo Amalphitano; & Capitulo ac Clero Licteren. ac Joannæ Reginæ Siciliæ.

XLIX.

Præficitur Eccleſiæ Leghlinen. Ex lib. 3. epiſt. *166.*

Dilecto filio Thomæ de Brakemberg Electo Leghlinen.

Ut in Regeſto Tomi 6. fol. 479.

INter cetera quæ ſuperna &c. *proficere valeant incrementis*. Nuper ſiquidem Eccleſia Leghlinen. per obitum bonæ memoriæ Guillelmi Epiſcopi Leghlinen. qui apud Sedem Apoſtolicam diem clauſit extremum, Paſtoris ſolatio deſtituta: Nos attendentes, quod nullus præter nos &c. pro eo quod nos diu &c. diſpoſitioni noſtræ reſervantes; decrevimus ex tunc irritum &c. contingeret attentari; & ad proviſionem ipſius Eccleſiæ ne longæ &c. intendentes, poſt deliberationem, quam de præficiendo &c. habuimus diligentem, demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, in ſacerdotio conſtitutum, cui de religionis zelo, litterarum ſcientia, ſpiritualium prudentia, & temporalium providentia, aliiſque multiplicium virtutum meritis, perhibentur teſtimonia, direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de dictorum Fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica, providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem; curam &c. plenarie committendo. In illo qui dat &c. confidentes, quod præfata Eccleſia per tuæ induſtriæ &c. dirigetur; grataque auctore &c. ſuſcipiet incrementa. Jugum itaque Domini tuis &c. *gratiam uberius conſequi merearis.*

Datum Avenione XIII. Kal. Aprilis anno VII.

In eumdem modum Archiepiſcopo Dublinen. & Capitulo ac Clero Leghlinen. & Eduardo Regi Angliæ.

L.

Indulgentiæ pro viſitantibus Eccleſiam Minorum de Lippna. Ex lib. 4. ep. 658.

Univerſis Chriſti fidelibus.

SPlendor paternæ gloriæ, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium, de ipſius clementiſſima pietate ſperantium benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas Sanctorum meritis, & precibus adjuvatur. Cupientes igitur ut Eccleſia Fratrum Ordinis Minorum, quam, ſicut accepimus, cariſſima in Chriſto filia noſtra Eliſabetha Regina Hungariæ illuſtris in loco de Lippna, Cenadien. Diœceſis, in honorem & ſub vocabulo ſancti Ludovici Epiſcopi & Confeſſoris, conſtrui fecit, a Chriſti fidelibus congruis honoribus frequentetur, & ut ipſi fideles eo libentius, cauſa devotionis, ad eamdem confluant Eccleſiam, quo per hoc inibi uberiori dono cœleſtis gratiæ conſpexerint ſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in præfati ſancti Ludovici Feſtivitatum diebus eamdem Eccleſiam devote viſitaverint, annuatim unum annum & quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus, ſingulis videlicet ipſius Feſtivitatis diebus, quibus Eccleſiam ipſam viſitaverint ut præfertur.

Datum Avenione XI. Kalend. Aprilis anno VII.

LI.

Præficitur Eccleſiæ Corinthien. Ex lib. 3. epiſt. 185.

Dilecto filio Franciſco de Maſſa Electo Corinthien.

OFficii noſtri debitum exigit, ut inter &c. *proficiant incrementis &c.* Nuper ſiquidem Eccleſia Corinthien. ex eo vacante, quod nos venerabilem fratrem noſtrum Jacobum Tarentin. tunc Corinthien. Archiepiſcopum apud Sedem Apoſtolicam conſtitutum, a vinculo, quo ipſi Corinthien. Eccleſiæ, cui tunc præerat, de Fratrum noſtrorum conſilio, et Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſolventes, ipſum ad Tarentinam Eccleſiam tunc vacantem duximus transferendum, præficiendo eum ipſi Tarentinæ Eccleſiæ in Archiepiſcopum et Paſtorem: Nos attendentes, quod nullus præter nos &c. ipſius Corinthien. Eccleſiæ ſe intromittere poteſt, pro eo quod nos diu ante &c. proviſiones omnium &c. vacantium quocumque modo et vacaturarum in poſterum apud eam, diſpoſitioni noſtræ reſervantes; decrevimus ex tunc irritum &c. contingeret attentari, ac cupientes eidem Corinthien. Eccleſiæ, ne ex vacatione diuturna patiatur in ſpiritualibus et temporalibus detrimentum, paterna diligentia præcavere; poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Eccleſiæ perſonam utilem et etiam fructuoſam, quæ ſciret &c. eam præſervare a noxiis, ac in ſuis manutenere juribus, ac etiam adaugere, cum Fratribus noſtris habuimus diligentem; demum ad te Fratrum Ordinis Minorum profeſſorem, in ſacerdotio conſtitutum, litterarum ſcientia præditum, religionis zelo &c. vitæ ac morum probitate conſpicuum, in ſpiritualibus providum, et in temporalibus circumſpectum, aliiſque multiplicium virtutum meritis, prout ex fide dignis teſtimoniis accepimus, inſignitum, direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua ipſi Corinthien. Eccleſiæ, de dictorum Fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica, providemus, teque illi præficimus in Archiepiſcopum et Paſtorem, curam et adminiſtrationem ipſius Corinthien. Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus et temporalibus plenarie committendo; in illo qui dat gratias, et largitur præmia confidentes, quod præfata Corinthien. Eccleſia ſub tuo fœlici regimine, gratia tibi aſſiſtente divina, proſpere dirigetur, et ſalubria ſuſcipiet incrementa. Jugum igitur Domini tuis &c. *uberius conſequi mereatis*.

Ut in Regeſto Tomi 7. fol. 482.

Datum Avenione IV. Kal. Aprilis anno VII.

LII.

Præficitur Eccleſiæ Aquinaten. Ibidem. epiſt. 178.

Dilecto filio Thomæ de Bojano Electo Aquinaten.

CReditæ nobis diſpenſationis urgemur officio, ut qui diſpoſitione &c. *gratulentur*. Nuper ſiquidem Eccleſia Aquinaten. ad eamdem Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente, pro eo vacante, quod nos venerabilem fratrem noſtrum Jacobum Bitontin. tunc Aquinaten. Epiſcopum extra Romanam Curiam conſtitutum, a vinculo quo ipſi Aquinaten. Eccleſiæ, cui tunc præerat, tenebatur, de fratrum &c. Apoſtolicæ &c. abſolventes, ipſum ad Bitontinam Eccleſiam tunc vacantem, duximus transferendum, præficiendo eum ipſi Bitontin. Eccleſiæ in Epiſcopum et Paſtorem: Nos attendentes quod nullus &c. Eccleſiæ Aquinaten. proviſione &c. pro eo quod nos

Vide Conſt. 27. hujus Pont.

diu

diu &c. proviſiones omnium &c. per proviſiones de Prælatis earum ubilibet conſtitutis, ad alias Eccleſias Cathedrales, per nos factas, et in poſterum faciendas, tunc vacantium et vacaturarum in antea, ordinationi &c. reſervantes, decrevimus ex tunc irritum &c. contingeret attentari; et ad proviſionem ipſius Eccleſiæ Aquinaten. proſperam &c. ne prolixæ vacationis detrimenta ſentiret, paternis &c. intendentes; poſt deliberationem quam &c. fructuoſam, quæ ſciret &c. et adverſis, ac in ſuis &c. et etiam adaugere &c. diligentem: demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in ſacerdotio &c. apud nos de religionis zelo, litterarum ſcientia, et aliarum multiplicium virtutum meritis fide dignorum teſtimonio multipliciter commendatum convertimus oculos &c. Quibus omnibus &c. penſatis, de perſona tua nobis et eiſdem &c. accepta, præfatæ Aquinaten. Eccleſiæ, de Fratrum &c. auctoritate &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum et Paſtorem, curam &c. committendo; firma ducti fiducia, quod tuos actus &c. dona proveniunt &c. præfata Aquinaten. Eccleſia per tuam curioſam ſolertiam, tuumque miniſterium ſtudioſum regetur &c. dirigetur. Jugum igitur Domini tuis &c. colla flectens, ipſius Aquinaten. Eccleſiæ ſollicitam curam geras, gregem &c. creditum doctrina &c. informando; ita quod eadem Aquinaten. Eccleſia gubernatori circumſpecto &c. gaudeat ſe commiſſam, ac bonæ famæ tuæ odor &c. latius diffundatur, tuque proinde præter æternæ &c. noſtræ benedictionis augmentum, ac Sedis præfatæ gratiam uberius conſequi merearis.

Datum Avenione III. Kal. Aprilis anno VII.

In eumdem modum Capitulo et Clero: et Joannæ Reginæ Siciliæ.

LIII.

Præficitur Eccleſiæ Matrigen. Ex libro Proviſion. Prælator. ep. 240.

Venerabili fratri Joanni Archiepiſcopo Matrigen.

§. I. CUm ſit ars artium regimen animarum, ad illud Romanus Pontifex beati Petri ſucceſſor et Vicarius Jeſu Chriſti perſonas aſſumere conſuevit, et debet ſinceritate præclaras, innocentiæ vitæ probatas, litterarum ſcientia præditas, et aliis virtutum titulis inſignitas, ut nedum ſuis ſubditis recte vivendi normam tribuant, ac veritatis et juſtitiæ lumen ſpargant, ſed ſibi ipſis per vitæ meritum, ac eiſdem ſubditis proficiant per exemplum.

§. II. Cum autem, ſicut accepimus, in Regno Zechiæ quædam Eccleſia Metropolitica, Matrigen. Eccleſia appellata, quæ diu caruit, prout caret, Paſtore Catholico, exiſtere dignoſcatur; Nos attendentes ſore neceſſarium, et ſalubre de perſona idonea Catholica, et in ſacra pagina erudita, et experta in prædicatione verbi Dei, eidem Eccleſiæ providere, ac ſperantes, quod tu, qui de illis partibus traxiſti originem, et per Fratres Ordinis Minorum a pueritia tua Catholica fide inſtructus, et Ordinem ipſum expreſſe profeſſus, poſt litterarum ſtudium, et notitiam acquiſitam, per ejuſdem verbi prædicationis miniſterium, et aliorum bonorum exemplum, in eiſdem partibus pro eadem fide fideliter et ſollicite laboraſti: per tuæ ſollicitudinis ſtudium et diligentiæ fructuoſum, qui mores gentium earumdem partium expertus, eidem Eccleſiæ ſcies et poteris præeſſe utiliter et prodeſſe. Poſt deliberationem, quam ſuper his cum &c. habuimus diligentem: demum ad te in ſacerdotio &c. et in prædicta pagina eruditum, convertimus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita &c. de perſona tua, nobis et dictis Fratribus noſtris, conſideratione præmiſſorum, accepta, præfatæ Matrigen. Eccleſiæ, de

de dictorum &c. consilio, auctoritate &c. providemus, teque illi præficimus in Archiepiscopum et Pastorem, curam &c. ipsius Ecclesiæ tibi tam &c. plenarie committendo. Et subsequenter per venerabilem fratrem nostrum Anibaldum Episcopum Tusculanum tibi apud Sedem Apostolicam fecimus munus consecrationis impendi, necnon pallium de corpore beati Petri sumptum, in signum videlicet Pontificalis officii, a te cum qua decuit, instantia postulatum, per dilectos filios nostros Galhardum sanctæ Luciæ in Silice, et Bertrandum sancti Eustachii Diaconos Cardinales tibi fecimus exhiberi, sperantes in virtute Altissimi, et in tuorum studiorum fructibus confidentes, quod superna miserante clementia, et tibi favorabiliter assistente, tu velut bonus Pastor gregem tibi commissum reges et diriges efficaciter verbis, operibus, et exemplis. Quocirca fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus ad eamdem Matrigen. Ecclesiam cum gratia nostræ benedictionis accedens, sollicitudinem pastoralis officii tibi a Deo creditam devote suscipias, et eam serventibus studiis prosequaris, in exercendo curam et administrationem præfatas, et exhibendo te sine intermissione pugilem et fidelem, ut gregem tuæ fidei creditum perducas ad pascua fontis vitæ, ubi sol justitiæ nescit occasum, et tu ibidem inter beatorum agmina colloceris, fœlicitatis æternæ solatia potiturus, et nihilominus in hac lacrymarum valle quamdiu fueris, Apostolicæ benedictionis et gratiæ spiritualibus præsidiis jugiter perfruaris.

Datum Avenione IX. Kal. Maii anno VII.

LIV.

Liberantur a molestia circa suæ domus structuram. Ibid. epist. 1091.

Dilectis filiis Guardiano, & Fratribus Ordinis Minorum de Crema, Placentinæ diœcesis.

§. I. LAudabilis vestra Religio promeretur, ut vos illius favoris gratia prosequamur, per quam sub tranquillitatis commodis liberius divinis obsequiis insistere valeatis. Oblata siquidem nobis vestra petitio continebat, quod vos dudum, vigore cujusdam concessionis venerabili fratri nostro Fortanerio Archiepiscopo Ravennaten. tum Ordinis Fratrum Minorum Generali Ministro factæ, quod Fratres ipsius Ordinis possent sex loca, ubicumque vellent, de novo recipere, quemdam locum in castro de Crema, Placentinæ diœcesis recepistis, ac in eo Ecclesiam, dormitorium, & officinas alias, dictæ concessionis forma servata, ædificare cœpistis, dictumque loeum jam per plures annos pacifice possedistis, quodque a paucis temporibus citra, dilecti filii Prior, & Fratres Ordinis Prædicatorum de dicto Castro Cremæ asserentes, eumdem locum vestrum, a loco ipsorum, nonnisi per centum triginta quinque cannas distare; cum tamen, ut asseritis, secundum mensurationem per vos factam, loca ipsa in debita distantia fore noscantur: vobis super hoc moverunt voluntarie quæstionem; & per venerabilem fratrem nostrum Joannem Archiepiscopum Mediolanensem conservatorem privilegiorum dicto Ordini Prædicatorum concessorum, mandari fecerunt, quod dictum locum vestrum destrui faceretis: a quo mandato pro parte vestra fuit ad Sedem Apostolicam appellatum, dictusque Archiepiscopus detulit appellationi reverenter. Nosque causam appellationis hujusmodi, & negotii principalis, ad instantiam dictorum Prioris, & Fratrum Prædicatorum, dilecto filio Magistro Martino Lachapollia Canonico Rothomagen. Cappellano nostro, & causarum Palatii Apostolici Auditori, au-

audiendam commiſimus, & fine debito terminandam. Quare pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut, cum vos pro ampliatione divini cultus, & animarum ſalute, locum ipſum receperitis, providere vobis in hac parte, ne quod ibi ædificatum eſt, propterea deſtruatur, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. II. Nos igitur hujuſmodi veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis, ut prædictum locum per vos receptum, cum Eccleſia, dormitorio, & officinis aliis, etiamſi ab eodem loco dictorum Prioris, & Fratrum Prædicatorum per quinque cannas minus, quam in privilegio eidem Ordini Prædicatorum conceſſo contineatur, diſtet, hujuſmodi oppoſitione dictorum Prioris, & Fratrum Prædicatorum, ac commiſſione cauſæ prædictæ, nec non conſtitutionibus Apoſtolicis quibuſcumque contrariis nequaquam obſtantibus, ædificare, & ædificatum retinere poſſitis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, concedimus de gratia ſpeciali. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenion. II. Kalendas Maii anno VII.

LV.

Præficitur Eccleſiæ Syben. noviter erectæ. Ex lib. 4. epiſt. 91.

Venerabili fratri Thomæ de Birago Epiſcopo Syben.

§. I. ROmani Pontificis, ex diſpoſitione ſuperna, ſupereminens univerſis auctoritas, in locis fidelium aptis & congruis erigit ſalubriter Cathedras Paſtorales, locat in eis prudenter Antiſtites fructuoſos, potentes quidem opere & ſermone, reſultat nempe proinde decor Eccleſiæ, ſplendor Catholicæ fidei eminus rutilat, concreſcit devotio populi, & ex divinæ dignatione gratiæ, ſalutis commoda producuntur, ac per Orbis climata in remotis partibus, ubi legis Chriſtianæ obſervantia non habetur, ſed erroris & infidelitatis cœcitas vendicat ſibi locum, hæc ſalubrius & efficacius conceduntur, ut videlicet inibi præciſis radicitus errorum ſentibus, ac detecto ipſius cœcitatis velamine per dominici verbi prædicationis miniſterium ſalutare, Catholicæ fidei veritas propagetur. Hæc quippe divinis beneplacitis conſonant, & honorant Eccleſiam militantem, & multiplicati ſalutiferi fructus bonorum copiam afferunt animabus.

§. II. Nuper ſiquidem ex certis rationabilibus cauſis, locum vocatum Syben. in Regno Ziquiæ conſiſtentem, populoſum, inſignem, aptum, & congruum, ad divini nominis laudem & gloriam, ac exaltationem Eccleſiæ ſanctæ ſuæ, animarumque profectum, de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, in Civitatem ereximus, & civitatis vocabulo inſignivimus, eamque civitatem Syben. voluimus in perpetuum futuris temporibus nuncupari, ac in ipſa Civitate fore conſtituendam Eccleſiam Cathedralem, ipſamque dignitatis Epiſcopalis titulo duximus decorandam, prout in noſtris litteris inde confectis plenius continetur.

§. III. Nos igitur cupientes dare operam efficacem, ut tanti boni commodum valeat feliciter provenire, conſiderantes quoque, ad proſecutionem ejuſdem boni fore utilem, quinimo neceſſarium perſonam eruditam in ſacra pagina & expertam, in te Ordinis Minorum profeſſorem, in Sacerdotio conſtitutum, ſufficienter inſtructum in dicta pagina, prout teſtimonio fide dignorum didicimus, & expertum, religione conſpicuum, vitæ ac morum &c. & aliarum multiplicium virtutum meritis laudabiliter inſignitum, aciem direximus noſtræ mentis. Quibus omnibus attenta &c. de perſona tua

tua &c. accepta, dictæ Syben. Ecclesiæ, de Fratrum &c. auctoritate &c. providimus, teque illi præfecimus in Episcopum & Pastorem curam &c. ejvsdem Syben. Ecclesiæ &c. committendo; & consequenter per venerabilem fratrem nostrum Talhairandum Episcopum Albanen. apud Sedem Apostolicam tibi fecimus munus consecrationis impendi, sperantes in virtute Altissimi, quod tu velut bonus Pastor in conversione Schismaticorum & aliorum infidelium prædictorum, prudenter ac solerter, et sollicite laborabis, oves recuperabis deperditas, & quas errorum caligo traxit in devium, miserante divina clementia, ad semitam reduces justitiæ, et per prædicationis ministerium eis lumen veritatis ostendes.

§. IV. Sollicitudinem itaque pastoralis officii a Deo crediti tibi devote suscipias, ac eam ferventibus studiis prosequaris, circa hæc exhibendo te sine intermissione pervigilem et fidelem, ut gregem tuæ fidei creditum perducas ad pascua vitæ, ubi sol justitiæ nescit occasum, tuque proinde inter Beatorum agmina colloceris, felicitatis æternæ gloria potiturus. Et nihilominus donec cursum præsentis vitæ peregeris; nostram et Apostolicæ Sedis benedictionis gratiam uberius merearis.

Datum Avenion. xi. Kalendas Junii anno viii.

LVI.

Transfertur a Hierapolitana ad Duracenam Ecclesiam. Ex lib. 4. epist. 1.

Venerabili fratri Antonio olim Archiepiscopo Hierapolitano in Archiepiscopum Duracen. Electo.

§. I. PRudentia Regis æterni, cujus inscrutabili altitudine in Regno Mundi ordinationem suscipiunt universa, supremæ dignitatis fastigio, licet immeriti, præsidentes, ad universas orbis Ecclesias aciem nostræ considerationis extendimus &c. *floreant, & accrescant.* *Vide Const. 32. hujus Pontif.*

§. II. Nuper siquidem Ecclesia Duracen. per obitum bonæ memoriæ Angeli Archiepiscopi Duracen. qui apud Sedem Apostolicam diem &c. pastoris regimine destituta; Nos attendentes, quod nullus præter nos de ipsius Ecclesiæ ordinatione se hac vice &c. pro eo, quod nos diu ante &c. provisiones omnium &c. tunc apud dictam Sedem vacantium &c. ordinationi &c. reservantes, decrevimus ex tunc irritum &c. contingeret attentari, et ad provisionem ipsius Ecclesiæ celerem &c. ne longæ &c. incommoda, paternis &c. intendentes, cupientes quoque ipsi Ecclesiæ Duracen. talem præesse personam quæ sciret &c. a noxiis et adversis, ac in suis &c. ac etiam adaugere: post deliberationem quam &c. diligentem, demum ad te nunc Hierapolitanum Archiepiscopum, consideratis grandium &c. quibus personam tuam Altissimus insignivit; et quod Hierapolitanæ Ecclesiæ hactenus laudabiliter præfuisti, convertimus oculos &c. Quibus omnibus debita &c. discussis, ac intendentes tam dictæ Duracen. Ecclesiæ, quam gregi dominico ipsius salubriter et utiliter providere, te a vinculo, quo ipsi Hierapolitanæ Ecclesiæ, cui tunc præeras, tenebaris, de Fratrum &c. et Apostolicæ potestatis plenitudine absolventes, te ad præfatam Duracen. Ecclesiam transferimus, teque illi præficimus in Archiepiscopum et Pastorem, curam &c. ipsius Duracen. Ecclesiæ tibi tam &c. plenarie committendo, liberamque tibi dando licentiam ad præfatam Duracen. Ecclesiam transeundi, firma spe fiduciaque conceptis, quod dirigente Domino gressus tuos, præfata Duracen. Ecclesia per tuæ industriæ &c. fructuosum studium regetur &c. dirigetur, grata,

quoque in eiſdem ſpiritualibus et temporalibus ſuſcipiet incrementa. Quocirca Ftaternitati tuæ per &c. *mereariis percipere incrementum.*

Datum Avenione VIII. Kalendas Juoii anno VIII.

LVII.

Præficitur Eccleſia Lucucen. Ex par. 1. lib. 1. epiſt. 92.

Venerabili fratri Jacobo de Ponteturno Epiſcopo Lucucen.

Vide in Regeſto Tomi 6. fol. 491.

ROmani Pontificis &c. Hæc quippe divinis &c. afferunt animabus. Nuper ſiquidem ex &c. locum vocatum Lucucen. in Regno Ziquiæ conſiſtentem &c. eamque Civitatem Lucucen. voluimus in perpetuum &c. ac in ipſa Civitate ſore conſtituendam Eccleſiam Cathedralem, ipſamque dignitatis Epiſcopalis titulo duximus decorandam &c. Nos igitur cupientes &c. et expertam, in te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in Sacerdotio conſtitutum, ſufficienter &c. intuitum direximus mentis noſtræ. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua nobis &c. acceptæ, dictæ Lucucen. Eccleſiæ &c. providemus, teque illi in Epiſcopum præficimus et paſtorem &c. Et ſubſequenter per venerabilem fratrem noſtrum Talhayrandum Epiſcopum Albanen. &c. munus conſecrationis impendi &c. Et nihilominus donec curſum &c. *gratiam* uberius merearis.

Datum Avenion. II. Kalendas Junii anno VIII.

LVIII.

Ut diſpenſet circa defectum ætatis aſſumendæ in Abbatiſſam. Ex libro 2. epiſt. 1004.

Dilecto filio Guillelmo Farinerii Ordinis Fratrum Minorum Generali Miniſtro.

§. I. APoſtolicæ Sedis benignitas perſonas bene meritas libenter favore proſequitur Apoſtolico, illaſque præcipue prærogativa gratiæ ſpecialiter attollit, nonnumquam etiam circa eas juris mitigando rigorem quæ Conditoris omnium deſudant obſequiis ſub obſervationis ſtudio regularis.

§. II. Sane pro parte dilectæ in Chriſto filiæ Beatricis de Magnipolo Monialis profeſſæ Monaſterii in Ruthenis, Ordinis ſanctæ Claræ, Zunermen. diœceſis nobis extitit ſupplicatum, ut cum et ſuper defectu ætatis quem patitur, cum nondum trigeſimum ætatis ſuæ annum compleviſſe noſcatur, quod, eo non obſtante, in Abbatiſſam dicti Monaſterii, in quo, ſicut aſſeritur, per dilectas in Chriſto filias Conventum ejuſdem Monaſterii in Abbatiſſam dicti Monaſterii, licet de facto concorditer fuit electa, præfici valeat, diſpenſare miſericorditer dignaremur.

§. III. Nos itaque voleotes eamdem Beatricem, quæ præfato Monaſterio utilis fore dicitur, et cui de Religionis zelo, nobilitate generis, morum et vitæ honeſtate, aliiſque virtutum meritis fide digna teſtimonia perhibentur, prærogativa proſequi gratiæ ſpecialis, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus cum eadem Beatrice ſi prædictæ ætatis ſuæ XXV. annum exceſſit, quod hujuſmodi defectu, ac fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, et quibuſcumque conſtitutionibus &c. *nequaquam obſtantibus.* In Abbatiſſam ejuſdem Monaſterii libere et licite, alias canonice, eligi valeat et aſſumi, auctoritate noſtra, diſpenſes.

Datum Avenione VI. Idus Junii anno VIII.

LIX.

LIX.

Ut ad gradum Magiſterii admittat Giraldum Grimaldum. Ex lib. ultimo anno 8. epiſt. 30.

Cancellario Pariſienſi.

§. I. Sicut debetur bene meritis præmium, et ſervitiis gratitudo, ſic etiam dignum reputamus et congruum, ut illis, qui ſacræ Theologiæ ſtudio longis temporibus inſudarunt, laborum ſuorum honor debitus impendatur. Sane petitio pro parte dilecti filii Giraldi Grimaldi, Ordinis Fratrum Minorum, Provinciæ Aquitaniæ nobis exhibita continebat, quod ipſe, qui in ſtudio Pariſienſi, in ipſa Theologia Baccalarius extitit, et jam in illo litterarum et ſcientiarum curſus ſuos ſolitos perfecit, adeo in dicta Theologia, divina gratia largiente, profecit, quod digne meretur honorem Magiſtralem recipere in eadem. Quare pro parte ipſius Giraldi fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut eum promoveri ad prædictum honorem, auctoritate Apoſtolica, mandaremus.

§. II. Nos igitur de ipſius Giraldi ſufficientia et idoneitate ad hoc certam notitiam non habentes, ac gerentes de tuæ circumſpectionis induſtria in his et aliis fiduciam in Domino ſpecialem, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, poſtquam tibi conſtiterit, quod præfatus Giraldus litterarum et ſcientiarum ibidem legendo curſus ſuos perfecerit, et ipſum ex fide digna relatione dilectorum filiorum Magiſtrorum in eadem ſacra pagina in dicto ſtudio præſentium, ſufficientem inveneris, ad honorem hujuſmodi Magiſtralem, quibuſcumque conſtitutionibus, privilegiis Apoſtolicis &c. *nequaquam obſtantibus*, dicto Giraldo, alias ſervatis debitis et conſuetis ſolemnitatibus, legendi et regendi ubique in Theologica facultate prædicta, licentiam tribuas, eumque ad honorem ipſum promovere procures.

Datum Avenione VI. Idus Junii anno VIII.

LX.

Præficitur Eccleſiæ Kiſſauren. Ex lib. 4. epiſt. 16.

Dilecto filio Guillelmo Emergarc. electo Kiſſauren.

Eccleſiarum omnium regimini, diſponente Domino, præſidentes continua pulſamur, et excitamur inſtantia circa ſtatum earum proſpere dirigendum, ſed in eo mens noſtra ſpecialiter vigilare tenetur, ut Eccleſiis vacantibus tales ſtudeamus præficere in Paſtores, e quorum gubernatione provida Eccleſiæ ipſæ, operante illo, qui paſtorum agnoſcitur dux et paſtor, votivæ proſperitatis gratulentur ſucceſſibus, et incrementis multimodis efferantur. Dudum ſiquidem vacante Eccleſia Kiſſauren. pro eo quod nos venerabilem Fratrem noſtrum Nicolaum Veſtan. tunc Kiſſauren. Epiſcopum, abſentem a vinculo, quo tenebatur eidem Eccleſiæ Kiſſauren. cui tunc præerat, de Fratrum &c. et Apoſtolicæ &c. abſolventes, ipſum ad Veſtan. Eccleſiam tunc vacantem duximus transferendum, præficiendo eum dictæ Veſtan. Eccleſiæ in Epiſcopum et Paſtorem. Nos volentes eidem Kiſſauren. Eccleſiæ, ne diſpendia prolixæ &c. paterna ſollicitudine præcavere, cum nullus præter nos hac vice &c. pro eo quod nos diu ante &c. omnes Eccleſias Cathedrales tunc vacantes et vacaturas in antea, per translationes per

nos in poſterum faciendas de Prælatis earum ubilibet conſtitutis, ad alias Eccleſias tunc vacantes, et in antea vacaturas: ordinationi &c. duximus reſervandas; decernentes ex tunc &c. contingeret attentari; ac ad proviſionem ipſius Eccleſiæ Kiſſauren. celerem &c. ſollicitis ſtudiis intendentes, et cupientes talem eidem Kiſſauren. Eccleſiæ præeſſe perſonam, quæ ſciret &c. juribus, & etiam adaugere, poſt deliberationem, quam &c. diligentem: demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, ſacræ Theologiæ Magiſtrum, in Sacerdotio conſtitutum, quem de Religionis zelo, vitæ munditia, honeſtate morum, prudentia ſpiritualium, & temporalium providentia, aliiſque grandium virtutum meritis tuarum, ex teſtimoniis fide dignis accepimus inſignitum, convertimus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus diligenti &c. de perſona tua præfatæ Kiſſauren. Eccleſiæ, de dictorum &c. auctoritate &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum, & Paſtorem, curam &c. plenarie committendo. In illo qui dat gratias &c. confidentes, quod præfata Kiſſauren. Eccleſia, gratia tibi &c. regetur utiliter, & proſpere dirigetur, augmentaque ſuſcipiet, auctore Domino, commodi & honoris. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus &c. *Mercaris recipere incrementum.*

Datum Avenione xv. Kalendas Julii anno viii.

In eumdem modum Archiepiſcopo Creten. & Capitulo Kiſſauren.

LXI.

Præficitur Eccleſiæ Arien. Ex lib. 1. epiſt. 141.

Dilecto filio Raymundo de ſancta Lucia electo Arien.

Vide in Regeſto Tom. 7. fol. 488.

Inter curas multiplices quibus &c. *Et dirigere debeant indirecta.* Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Lazaro Epiſcopo Arien. regimini Arien. Eccleſiæ præſidente, Nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum eam vacare contingeret, per Apoſtolicæ Sedis providentiam idoneam &c. proviſionem ipſius Eccleſiæ ea vice &c. duximus reſervandam, decernendo ex tunc irritum &c. contingeret attentari. Poſtmodum vero præfata Eccleſia, per obitum præfati Lazari, qui in partibus illis diem &c. paſtoris &c. Nos vacatione hujuſmodi &c. intellecta, ad proviſionem ipſius Eccleſiæ celerem, de qua nullus &c. decreto obſiſtentibus ſupradictis, ne ipſa Eccleſia longæ vacationis incommoda pateretur, paternis &c. intendentes, ac cupientes eidem Eccleſiæ talem præeſſe perſonam, quæ ſciret &c. juribus, & etiam adaugere, poſt deliberationem &c. diligentem: demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in Sacerdotio &c. de Religionis zelo, litterarum &c. vitæ munditia, honeſtate morum, aliiſque virtutum meritis, nobis, & ipſis Fratribus noſtris ex fide dignorum teſtimonio multipliciter commendatum, direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus diligenti &c. de perſona tua eidem Arien. Eccleſiæ, de ipſorum &c. auctoritate &c. providemus, teque illi in Epiſcopum præficimus & Paſtorem, curam &c. plenarie committendo, firma concepta fiducia, quod dirigente Domino actus tuos, præfata Eccleſia per tuæ circumſpectionis &c. proſpere dirigetur, ſibique, divina favente clementia, ſalubria provenient incrementa. Jugum itaque Domini tuis &c. *Exinde uberius conſequi mereariſ.*

Datum Avenione viii. Idus Julii anno viii.

In eumdem modum Archiepiſcopo Creten. & Capitulo ac Clero Arien.

LXII.

LXII.

Præficitur Eccleſiæ Milopolitanæ. Ibid. epiſt. 149.

Dilecto filio Jacobo de Ponto electo Milopolitan.

§. I. Paſtoralis officii debitum, cui diſponente &c. expoſcit ut de &c. generalis, ſollicite &c. vacationis &c. incommodis, ut illis præficiantur Viri idonei in paſtores, qui eas in ſpiritualibus & temporalibus poſſint & ſciant ſalubriter gubernare. *Vide Conſt. 101. Joannis XXII. Tom. 6. fol. 176.*

§. II. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Nicolao Epiſcopo Milopolitan. regimini Milopolitan. Eccleſiæ præſidente: Nos cupientes eidem Milopolitan. Eccleſiæ, cum eam quovis modo vacare contingeret, operationis noſtræ miniſterio idoneam &c. proviſionem ejuſdem Eccleſiæ, cum vacaret &c. reſervandam; decernendo ex tunc &c. contingeret attentari. Poſtmodum vero præfata Milopolitan. Eccleſia, per obitum ejuſdem Nicolai, qui extra &c. diem &c. paſtoris &c. Nos vacatione ipſius Eccleſiæ fide dignis relatibus intellecta, ad proviſionem ipſius &c. de qua nullus præter nos ſe, hac vice &c. decreto obſiſtentibus &c. ne prolixæ &c. paternis, & ſollicitis &c. Poſt deliberationem quam de præficiendo eidem Eccleſiæ, perſonam utilem & etiam fructuoſam cum noſtris &c. diligentem: demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, in Sacerdotio &c. cui de Religionis zelo, litterarum &c. vitæ ac morum &c. ſpiritualium &c. & providentia, & aliis virtutum meritis laudabilia teſtimonia perhibentur, convertimus oculos &c. Quibus omnibus attenta &c. de perſona tua ipſi Milopolitan. Eccleſiæ, de prædictorum &c. auctoritate &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam &c. plenarie committendo, in illo qui dat gratias &c. confidentes, quod dicta Eccleſia ſub tuo &c. gratia tibi &c. in eiſdem ſpiritualibus &c. grata ſuſcipiet incrementa. Quocirca diſcretioni tuæ per &c. mandamus, quatenus impoſitum tibi a Domino onus devote ſuſcipiens, ipſius Eccleſiæ regimen ſollicite ſtudeas exercere; gregem Dominicum in ea tibi creditum doctrina &c. juxta datam tibi a Deo prudentiam informando, ita quod ipſa Eccleſia tuæ operationis miniſterio, votivis jugiter proficiat commodis & ſucceſſibus proſperis augeatur; tuque proinde divinam, & Apoſtolicæ Sedis, et noſtram gratiam &c. mereari.

Datum Avenione VIII. Idus Julii anno VIII.

In eumdem modum Archiepiſcopo Creten. & Capitulo Milopolitan. ac Andreæ Duci Venetiarum.

LXIII.

Præficitur Eccleſiæ Hierapolitanæ. Ibid. epiſt. 103.

Dilecto filio Stephano de Larolo Electo Jerapolitan.

Paſtoralis officii debitum &c. *Præeſſe ſalubriter & prodeſſe.* Nuper ſiquidem Eccleſia Hierapolitan. ex eo Paſtoris regimine deſtituta, quod nos venerabilem fratrem noſtrum Antonium Duracen. tunc Hierapolitan. Archiepiſcopum apud Sedem Apoſtolicam conſtitutum, a vinculo, quo tenebatur eidem Hierapolitan. Eccleſiæ, cui tunc præerat, de Fratrum &c. et Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, abſolventes, ipſum ad Duracen. Eccleſiam tunc vacantem, duximus transferendum, præficiendo eum ipſi Duracen. Eccleſiæ in Archiepiſcopum et Paſtorem. Nos volentes eidem Hie- *Vide ut ſupra.*

ra-

rapolitanæ Eccleſiæ, ne diſpendia longæ vacationis incurreret, paterna ſollicitudine præcavere, cum nullus præter nos &c. de ipſius Eccleſiæ Hierapolitanæ ordinatione ſe intromittere poſſit pro eo, quod nos diu ante vacationem hujuſmodi, ejuſdem Hierapolitan. Eccleſiæ, proviſiones &c. tunc apud prædictam Sedem vacantium et vacaturarum in antea diſpoſitioni noſtræ duximus ſpecialiter reſervandas, decernendo ex tunc irritum &c. contingeret attentari. Poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Hierapolitanæ Eccleſiæ perſonam utilem &c. cum Fratribus &c. diligentem: demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, in Sacerdotio &c. cujus de religionis zelo, litterarum ſcientia, honeſtate morum et vitæ, ſpiritualium et temporalium providentia, aliiſque virtutum meritis apud nos fide digna et laudabilia teſtimonia perhibentur, direximus oculos &c. Quibus omnibus debita &c. de perſona tua ipſi Hierapolitanæ Eccleſiæ, de prædictorum &c. auctoritate &c. providemus, teque illi præficimus in Archiepiſcopum et Paſtorem, curam &c. ipſius Hierapolitanæ Eccleſiæ tibi tam &c. plenarie committendo. In illo qui dat gratias &c. *Uberius conſequi merearis*.

Datum Avenione VIII. Idus Julii anno VIII.

LXIV.

Præficitur Eccleſiæ Archadien. Ex libr. 4. epiſt. 31.

Dilecto filio Raphaeli Electo Archadien.

§. I. Ecclesiarum omnium curam, prout noſtræ ſervitutis debitum exigit, ſollicitam gerere cupientes circa ipſarum ſingulas continuæ attentionis oculis ad hoc potiſſime vigilamus, ut ipſarum regimina talibus committantur Paſtoribus, quorum ſollicitudine circumſpecta, & circumſpectione ſollicita Eccleſiæ ipſæ laudabilibus in ſpiritualibus et temporalibus, auctore Domino, proficiant incrementis. Olim ſiquidem bonæ memoriæ Raphaele Epiſcopo Archadien. Eccleſiæ Archadien. regimini præſidente; nos cupientes ipſi Eccleſiæ, cum eam quovis modo vacare contingeret, utilem & fructuoſam per Apoſtolicæ Sedis providentiam, præeſſe perſonam, proviſionem ipſius Eccleſiæ, cum vacaret, diſpoſitioni &c. reſervandam: decernendo ex tunc irritum &c. contingeret attentari.

§. II. Poſtmodum vero dicta Eccleſia, per obitum ipſius Raphaelis, qui in illis partibus &c. paſtoris &c. Nos attendentes quod nullus &c. de ordinatione ipſius Eccleſiæ ſe hac vice &c. decreto obſiſtentibus ſupradictis, ac de ipſius proviſione celeri &c. paternis &c. cogitantes; poſt deliberationem quam de præficiendo Eccleſiæ præfatæ virum talem, per quem poſſet circumſpecte regi et dirigi, et etiam defenſari, cum Fratribus &c. diligentem; demum ad te Miniſtrum Fratrum Minorum provinciæ Græciæ, in Sacerdotio &c. litterarum ſcientia præditum, vitæ ac morum &c. in ſpiritualibus providum &c. circumſpectum, et aliis multiplicium &c. inſignitum, prout fide dignorum &c. percepimus, direximus oculos &c. Quibus omnibus diligenti &c. de perſona tua eidem Eccleſiæ Archadien. de dictorum Fratrum &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum et Paſtorem, curam &c. ipſius tibi tam &c. plenarie committendo, in illo qui dat &c. confidentes, quod præfata Eccleſia Archadien. ſub tuo &c. gratia tibi &c. dirigetur, et ſalubria, ſuſcipiet &c. Jugum igitur Domini tuis &c. *promereri*.

Datum Avenione VIII. Idus Julii anno VIII.

In eumdem modum, Archiepiſcopo Creten. & Capitulo ac Clero Archadien.

LXV.

LXV.

Præficitur Eccleſiæ Abien. Ex lib. 1. Epiſt. 225.

Dilecto Filio Joanni de Monteſono Electo Abien.

INter cetera, quæ ſuperna &c. *valeant incrementis*. Nuper ſiquidem Eccleſia Abien. ex eo paſtoris &c. quod nos venerabilem fratrem noſtrum Adam Cataren. tunc Abien. Epiſcopum apud Sedem Apoſtolicam conſtitutum, a vinculo quo Abien. Eccleſiæ, cui tunc præerat, tenebatur, de Fratrum &c. & Apoſtolicæ &c. abſolventes, ipſum ad Eccleſiam Cataren. tunc vacantem duximus transferendum, præficiendo eum ipſi Cataren. Eccleſiæ in Epiſcopum & Paſtorem: nos ad proviſionem ipſius Abien. Eccleſiæ, de qua nullus &c. hac vice &c. pro eo quod nos ante &c. proviſiones &c. Cathedralium tunc apud &c. vacantium, & in antea vacaturarum collationi & diſpoſitioni noſtræ reſervantes, decrevimus ex tunc irritum &c. contingeret attentari, ne longæ vacationis &c. paternis &c. intendentes; poſt deliberationem quam &c. diligentem: demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, in Sacerdotio &c. litterarum &c. vitæ ac morum &c. in ſpiritualibus &c. circumſpectum, aliiſque virtutum & prout ex &c. percepimus &c. inſignitum, direximus oculos &c. Quibus omnibus debita &c. de perſona tua præfatæ Eccleſiæ Abien. de dictorum &c. auctoritate &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam &c. ipſius, in &c. tibi plenarie committendo. In illo qui dat &c. confidentes, quod dicta Abien. Eccleſia ſub tuo &c. gratia tibi &c. grata ſuſcipiet incrementa. Jugum itaque Domini tuis &c. *uberius conſequi mereariſ*.

Vid. Conſtit. 42. hujus Pontif.

Datum Avenione VIII. Idus Julii anno VIII.

In eumdem modum, Patriarchæ Antiocheno.

LXVI.

Præficitur Eccleſiæ ſanctæ Juſtæ. Ex libro 4. epiſt. 137.

Dilecto filio Palaczino de ſancto Petro Electo ſanctæ Juſtæ.

§. I. REgimini univerſalis Eccleſiæ quamquam &c. *præeſſe utiliter & prodeſſe*. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Jacobo Epiſcopo ſanctæ Juſtæ regimini &c. Nos intendentes eidem &c. proviſionem ipſius Eccleſiæ ſanctæ Juſtæ ea vice &c. ſpecialiter reſervandam: decernentes ex tunc &c. contingeret attentari.

Vide Conſtit. 12. Bonifacii VIII. tom. 6. fol. 430.

§. II. Poſtmodum vero præfata Eccleſia ſanctæ Juſtæ, per obitum ejuſdem Jacobi, qui nuper extra &c. diem &c. paſtoris &c. Nos vacatione hujuſmodi &c. ad proviſionem ipſius &c. de qua nullus præter nos &c. decreto, obſiſtentibus ſupradictis: ne ipſa Eccleſia ſanctæ Juſtæ longæ vacationis &c. ac etiam adaugere: poſt deliberationem, quam &c. diligentem: demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, in Sacerdotio conſtitutum, litterarum ſcientia præditum, vitæ ac morum honeſtate conſpicuum, in ſpiritualibus providum & in temporalibus circumſpectum, ac aliis multiplicium virtutum meritis inſignitum, prout fide dignorum aſſertione percepimus, direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus diligenti &c. de perſona tua eidem Eccleſiæ ſanctæ Juſtæ, de dictorum Fratrum conſilio, providemus teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ ſanctæ Juſtæ tibi tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus ple-

plenarie committendo, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quod tuos actus &c. a quo &c. chariſmatum dona proveniunt, clementia dirigente, præfata Eccleſia per tuam curialem ſolertiam, tuumque miniſterium ſtudioſum regetur utiliter, & proſpere dirigetur. Jugum igitur Domini tuis &c. & ſuavi ejus &c. ipſius Eccleſiæ ſollicitam curam geras; gregem Dominicum in ea tibi commiſſum doctrina verbi & operis informando: ita quod eadem Eccleſia gubernatori &c. *gratiam uberius conſequi merearis*.

Datum Avenione IV. nonas Septembris anno VIII.

In eumdem modum, Archiepiſcopo Arboren. & Capitulo ac Clero S. Juſtæ.

LXVII.

Transfertur ab Anconitana ad Bergamen. Eccleſiam. Ex 1. par. libr. 1. epiſt. 136.

Venerabili fratri Lanfranco Epiſcopo Bergamen.

Ut in Conſt. 52. hujus Pont.

§. I. QUam ſit onuſta diſpendiis, quam plena periculis &c. *proficiant incrementis*. Nuper ſiquidem Eccleſia Bergamen. ex eo paſtoris &c. quod nos venerabilem fratrem noſtrum Bernardum Brixien. tunc Bergamen. Epiſcopum, licet abſentem a vinculo, quo tenebatur eidem Bergamen. Eccleſiæ, cui tunc præerat, de Fratrum &c. & Apoſtolicæ &c. abſolventes, ipſum ad Brixien. Eccleſiam tunc vacantem duximus transferendum, præficiendo eum ipſi Brixien. Eccleſiæ in Epiſcopum & Paſtorem.

§. II. Nos volentes eidem Bergamen. Eccleſiæ, ne diſpendia longæ &c. paterna &c. præcavere, cum nullus præter nos &c. pro eo quod nos diu ante vacationem hujuſmodi Bergamen. Eccleſiæ, proviſiones omnium Eccleſiarum tunc vacantium &c. per translationes per nos factas, & ex tunc in poſterum faciendas de Prælatis earum ubilibet conſtitutis, ad alias Cathedrales Eccleſias tunc vacantes & in antea &c. ordinationi noſtræ duximus reſervandas: decernentes ex tunc irritum &c. contingeret attentari. Poſt deliberationem quam &c. eidem Eccleſiæ Bergamen. perſonam utilem &c. habuimus diligentem, ad te tunc Anconitan. Epiſcopum, conſideratis grandium &c. quibus perſonam tuam divina gratia inſignivit, & quod tu qui regimini Anconitan. Eccleſiæ hactenus utiliter præfuiſti, dictam Bergamen. Eccleſiam ſcies & poteris, auctore Domino, utiliter regere, ac fœliciter gubernare, aciem noſtræ mentis duximus dirigendam.

§. III. Intendentes itaque tam dictæ Bergamen. Eccleſiæ, quam ejus gregi Dominico ſalubriter providere, te a vinculo quo tenebaris eidem Anconitan. Eccleſiæ cui præeras, de dictorum &c. & Apoſtolicæ &c. abſolventes, te ad dictam Bergamen. Eccleſiam transferimus, teque illi præficimus in Epiſcopum et Paſtorem, curam &c. dictæ Bergamen. Eccleſiæ &c. plenarie committendo, liberamque tibi dando licentiam ad eamdem Bergamen. Eccleſiam tranſeundi, firma ſpe, fiduciaque conceptis, quod tuos actus &c. dona proveniunt, prælibata Bergamen. Eccleſia per tuam ſolertem diligentiam, tuumque miniſterium ſtudioſum, honoris et proſperitatis multiplicium votiva percipiet incrementa. Quocirca fraternitati tuæ per &c. mandamus, quatenus ad præfatam Bergamen. Eccleſiam cum gratia noſtræ &c. *gratiam exinde uberius conſequi merearis*.

Datum Avenione X. Kalend. Novembris anno VIII.

LXVIII.

LXVIII.

Ut pro terminandis ſuis litibus compromittant in Archiepiſcopum Moguntinum. Ex libr. 5. epiſt. 1575.

Dilectis filiis Præpoſito & Conventui Monaſteriorum de Lutra per Præpoſitum ſoliti gubernari: ac Guardiano & Fratribus ejuſdem loci de Lutra Præmonſtraten. & Minorum Ordinum, Wormatien. Diœceſis.

EXhibita nobis veſtræ petitionis ſeries continebat, quod ab olim inter vos dilecti filii Præpoſite et Conventus ex parte una, et Guardiane, et Fratres ex altera, ſuper jure funerandi, oblationibus recipiendis ac ſpoliationibus, et nonnullis aliis variis ac diverſis articulis, tam in partibus coram nonnullis et diverſis Judicibus Ordinariis, et etiam Delegatis, quam etiam in Apoſtolico Palatio coram diverſis Auditoribus, cauſarum ejuſdem Palatii ſuper his ſucceſſive per nos ſpecialiter deputatis, periculoſe et diutius litigatum extitit, et etiam litigatur. Nos igitur cupientes vos a diſpendiis et jacturis, quæ provenire ſolent ex litigiorum anfractibus, quantum cum Deo poſſumus, relevare, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, compromittendi ſuper præmiſſis omnibus et ſingulis in venerabilem fratrem noſtrum Gerlatum Archiepiſcopum Moguntinum, præmiſſis, ac quibuſcumque conſtitutionibus et privilegiis Apoſtolicis et ſtatutis et conſuetudinibus Monaſterii et Ordinum prædictorum contrariis nequaquam obſtantibus, plenam et liberam, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, vobis concedimus facultatem.

Datum Avenione XII. Kalend. Januarii anno VIII.

Anno Christi 1350. Clementis VI. anno 8. & 9.

LXIX.

Præficitur Eccleſiæ Valven. Ex libr. 4. epiſt. 136.

Venerabili fratri Franciſco Epiſcopo Valven.

QUam ſit onuſta periculis &c. *proficiant incrementis*. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Landulpho Epiſcopo Valven. regimini Valven. Eccleſiæ præſidente, ad eamdem Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis; nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum vacaret, per Apoſtolicæ Sedis providentiam idoneam præeſſe perſonam, proviſionem ipſius Eccleſiæ Valven. ea vice &c. ſpecialiter reſervandam: decernentes ex tunc irritum &c. contingeret attentari. Poſtmodum vero præfata Eccleſia Valven. per obitum ejuſdem Landulphi, qui nuper in partibus illis diem clauſit extremum, paſtoris ſolatio deſtituta, nos vacatione hujuſmodi fide dignis relatibus intellecta, ad proviſionem ipſius Eccleſiæ &c. de qua nullus præter nos &c. decreto, obſiſtentibus ſupradictis; ne ipſa Eccleſia Valven. longæ vacationis ſubjaceret incommodis, paternis et ſollicitis ſtudiis intendentes, ac cupientes eidem Eccleſiæ talem præeſſe perſonam, quæ ſciret &c. eam præſervare a noxiis, ac in ſuis manutenere juribus, et etiam adaugere. Poſt deliberationem, quam &c. diligentem; demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in Sacerdotio conſtitutum, litterarum ſcientia præditum, vitæ ac morum honeſtate decorum, in ſpiritualibus providum, et in temporalibus

Vt in Conſt. 31. hujus Pontif.

circumſpectum, ac aliis multiplicium virtutum meritis inſignitum, prout fide dignorum aſſertione percepimus, direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus diligenti meditatione diſcuſſis, de perſona tua eidem Eccleſiæ Valven. de dictorum Fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica, providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Valven. Eccleſiæ, tibi, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus plenarie committendo, in illo qui dat &c. confidentes quod præfata Eccleſia Valven. ſub tuo felici regimine, gratia tibi aſſiſtente divina, proſpere dirigetur, & ſalubria ſuſcipiet incrementa. Jugum igitur Domini tuis &c. *uberius valeas promereri.*

Datum Avenione xvi. Kalend. Februarii anno viii.

LXX.

Præficitur Eccleſiæ Waterforden. Ibid. epiſt. 106.

Dilecto filio Rogerio de Gradok electo Waterforden.

Ut in ſuper. Conſtit. hujus Ponte

QUam ſit onuſta periculis &c. *proficiant incrementis*. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Richardo Epiſcopo Waterforden. regimini Waterforden. Eccleſiæ præſidente; nos volentes eidem Eccleſiæ, cum vacaret, per Apoſtolicæ Sedis providentiam idoneam præſidere perſonam, proviſionem ipſius Waterforden. Eccleſiæ &c. duximus ſpecialiter reſervandam: decernentes ex tunc &c. contingeret attentari. Poſtmodum vero præfata Eccleſia Waterforden. per obitum ejuſdem Richardi, qui nuper extra &c. debitum naturæ perſolvit, Paſtoris ſolatio deſtituta: nos vacatione hujuſmodi fide dignis relatibus intellecta, ad proviſionem ipſius Eccleſiæ &c. de qua nullus &c. decreto obſiſtentibus ſupradictis. Ne ipſa Waterforden. Eccleſia longæ vacationis ſubjaceret incommodis, paternis et ſollicitis ſtudiis intendentes, ac cupientes eidem Eccleſiæ talem præeſſe perſonam, quæ ſciret &c. eam in ſuis manutenere juribus, ac etiam adaugere. Poſt deliberationem quam &c. diligentem; demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, in Sacerdotio conſtitutum, litterarum ſcientia præditum, vitæ ac morum honeſtate conſpicuum, in ſpiritualibus providum, & in temporalibus circumſpectum, et aliis virtutum meritis laudabiliter inſignitum, direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua &c. eidem Eccleſiæ Waterforden. de dictorum &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum et Paſtorem, curam &c. plenarie committendo. In illo qui dat gratias, et largitur præmia confidentes, quod eadem Waterforden. Eccleſia ſub tuo felici regimine, gratia tibi aſſiſtente divina, proſpere dirigetur, et ſalubria ſuſcipiet incrementa. Jugum igitur Domini tuis &c. *uberius conſequi mereariſ.*

Datum Avenione vi. Kalend. Martii anno viii.

In eumdem modum, Archiepiſcopo Caſſelen. et Capitulo ac Clero Waterforden. & Regi Angliæ.

LXXI.

Conceduntur variæ Indulgentiæ viſitantibus Eccleſiam Monaſterii Clariſſarum Veteris-Budæ. Ex lib. 5. epiſt. 765.

Univerſis Chriſti fidelibus.

Ut in Regeſto Tomi 7. fol. 412.

SPlendor paternæ gloriæ qui ſua &c. *precibus & meritis adjuvatur*. Cupientes igitur, ut Eccleſia Monaſterii S. Claræ in Veteri-Buda Ordinis ejuſdem Sanctæ, Veſprimien. Diœc. per cariſſimam in Chriſto filiam noſtram Eli-

Eliſabetham Reginam Hungariæ illuſtrem, in honorem & ſub vocabulo præfatæ Sanctæ de novo fundati, congruis honoribus frequentetur, & ut Chriſti fideles eo libentius cauſa devotionis confluant ad eamdem, quo ibidem uberius dono cœleſtis gratiæ conſpexerint ſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in ſingulis dictæ Sanctæ, ac ſancti Franciſci, & dedicationis præfatæ Eccleſiæ Feſtivitatibus, unum annum & quadraginta dies: illis vero qui in Nativitatis, Circumciſionis, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac Epiphaniæ, Paraſceves, Pentecoſtes, & quatuor principalibus ſanctæ Mariæ Virginis, & Conceptionis ejuſdem, ac ſancti Michaelis Archangeli, ſancti Joannis Baptiſtæ, ſingulorum duodecim Apoſtolorum, quatuor Evangeliſtarum, quatuor Doctorum, ſancti Stephani Protomartyris, ſancti Laurentii martyris, ſancti Stephani, ſancti Ladislai, ſancti Emerici, ſancti Stanislai, ſancti Wenceslai, ſancti Antonii, ſancti Gerhardi, ſancti Adalberti, Confeſſorum, ſancti Martini, ſancti Nicolai, & ſancti Ludovici Pontificum & Confeſſorum, ac ſanctæ Catarinæ Virginis & Martyris, & ſanctæ Margaritæ, ſanctæ Annæ, ac ſanctæ Eliſabethæ Feſtivitatibus, Eccleſiam præfatam devote viſitaverint, centum dies, de injunctis eis pœnitentiis, videlicet, ſingulis Feſtivitatibus ipſarum diebus, quibus Eccleſiam ipſam, ut præfertur, viſitaverint annuatim, miſericorditer relaxamus.

Datum Avenione VI. Idus Aprilis anno VIII.

LXXII.

Præficitur Eccleſiæ Sueſſanæ. Ex libro 1. epiſt. 31.

Dilecto filio Jacobo Petrucii Electo Sueſſan.

SUſcepti cura regiminis cor noſtrum continua pulſat inſtantia &c. *valeant adaugeri*. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Alexandro Epiſcopo Sueſſan. regimini Sueſſanæ Eccleſiæ præſidente; Nos volentes eidem Eccleſiæ, cum vacaret, per Apoſtolicæ &c. utilem &c. præſidere perſonam, proviſionem ipſius Eccleſiæ Sueſſan. ea vice diſpoſitioni &c. reſervandam; decernentes ex tunc irritum &c. contingeret attentari. Poſtmodum vero præfata Eccleſia, per obitum ejuſdem Alexandri, qui nuper extra &c. diem &c. Paſtoris &c. Nos vacatione hujuſmodi &c. intellecta, ad proviſionem ipſius Eccleſiæ celerem &c. de qua nullus &c. decreto obſiſtentibus ſupradictis, ne ipſa Eccleſia Sueſſan. longæ &c. paternis &c. intendentes, ac cupientes &c. talem præeſſe perſonam, quæ ſciret &c. præſervare &c. ac in ſuis &c. juribus, & etiam adaugere; poſt deliberationem, quam &c. diligentem; demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, ſacræ Theologiæ Magiſtrum, in Sacerdotio &c. litterarum &c. vitæ ac morum &c. circumſpectum; ac aliis multiplicium virtutum &c. inſignitum, prout fide dignorum aſſertione &c. direximus &c. Quibus omnibus &c. de perſona tua eidem Eccleſiæ Sueſſan. de dictorum &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam &c. tibi tam &c. plenarie committendo; in illo qui dat &c. confidentes, quod dicta Eccleſia Sueſſan. ſub tuo &c. gratia tibi &c. dirigetur, & ſalubria &c. Jugum igitur Domini tuis &c. *mereari*.

Vide Conſtit. 20. Bonifacii VIII. Tom. 6. fol. 491.

Datum Avenione IX. Kal. Junii anno IX.

In eumdem modum Archiepiſcopo Capuan. & Capitulo ac Clero Sueſſan. & Ludovico Regi Siciliæ.

LXXIII.

Præficitur Eccleſiæ Gravinen. Ex libro 5. epiſt. 19.

Dilecto filio Joanni de Gallinaro Electo Gravinen.

Vide Conſtit. 14. Joannis XXII. Tom. 6. fol. 507.

§. I. DUm ad univerſas orbis Eccleſias juxta Paſtoralis officii debitum &c. *fideliter gubernentur*. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Berardo Epiſcopo Gravinen. regimini Gravinen. Eccleſiæ præſidente: Nos intendentes eidem Eccleſiæ, cum vacaret, per Apoſtolicæ Sedis providentiam idoneam & utilem præſidere perſonam, proviſionem ipſius Eccleſiæ &c. ſpecialiter reſervavimus, ac decrevimus ex tunc irritum &c. contingeret attentari. Poſtmodum vero prædicta Eccleſia, per obitum ejuſdem Berardi Epiſcopi, qui extra &c. debitum naturæ perſolvit, vacante.

§. II. Nos vacatione hujuſmodi fide dignis relatibus intellecta, ad proviſionem ipſius Eccleſiæ celerem &c. de qua nullus &c. decreto obſiſtentibus ſupradictis, ne longæ &c. incommodis, paternis &c. intendentes; poſt deliberationem, quam &c. perſonam utilem &c. cum noſtris &c. diligentem; demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in ſacerdotio &c. cui de religionis zelo, litterarum &c. ſpiritualium providentia &c. circumſpectione, aliiſque virtutum meritis apud nos fide digna perhibentur teſtimonia, direximus &c. Quibus omnibus diligenti &c. de perſona tua præfatæ Eccleſiæ, de dictorum &c. auctoritate &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam &c. plenarie committendo; in illo qui dat gratias &c. confidentes, quod eadem Eccleſia per tuæ circumſpectionis induſtriam, & providentiam circumſpectam, ſub tuo fœlici &c. gratia tibi &c. ſalubriter & proſpere dirigetur, grataque in iiſdem ſpiritualibus & temporalibus ſuſcipiet incrementa. Jugum itaque Domini tuis &c. *uberius conſequi merearis*.

Datum Avenione IX. Kal. Junii anno IX.

In eumdem modum Archiepiſcopo Acheruntino, & Capitulo ac Clero Gravinen.

LXXIV.

Uniuntur Monaſterio Clariſſarum de Caſſeriis duæ Eccleſiæ Parochiales. Ex libro 4. epiſt. 78.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. ETſi ex injuncto nobis Apoſtolatus officio ſollicitudo Eccleſiarum, & Monaſteriorum omnium, & perſonarum, præſertim religioſarum, in his degentium nobis immineat generalis, circa illa tamen nos diligentius vigilare convenit, ne egeant quæ ſui fragilitate ſexus nequeunt ſibi, ut deceret, neceſſaria procurare. Sane petitio pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii beatæ Mariæ Angelorum de Caſſeriis, Ordinis ſanctæ Claræ, ſancti Papuli Dioec. cujus Monaſterium dilectus filius nobilis vir Arnaldus Vicecomes Caramanni fundator & patronus exiſtit, nobis nuper exhibita continebat, quod ipſæ propter diverſitatem temporis, ſufficientes redditus non habebant, ex quibus poſſent, ut dicebatur, congrue ſuſtentari. Quare pro parte Abbatiſſæ & Conventus, ac patroni prædictorum nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut parochiales Eccleſias de Caſſeriis, & de Belloſtau invicem canonice annexas, dictæ ſancti

Papuli

Papuli & Tholoſan. Diœc. ad onera dictarum Abbatiſſæ & Conventus, ac Monaſterii ſupportanda facilius, eiſdem Abbatiſſæ & Conventui, ac Monaſterio unire & incorporare perpetuo, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. II. Nos itaque eiſdem Abbatiſſæ & Conventui pio in hac parte compatientes affectu, hujuſmodi earum ſupplicationibus inclinati, prædictas de Caſſeriis & de Belloſtau parochiales Eccleſias cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, eiſdem Abbatiſſæ & Conventui dicti Monaſterii beatæ Mariæ Angelorum perpetuo, auctoritate Apoſtolica, jncorporamus, annectimus, & unimus, reſervata tamen prius de fructibus, redditibus & proventibus ipſarum parochialium Eccleſiarum, pro Vicario dictarum Eccleſiarum in ea perpetuo Domino ſervituro, ad Diœceſani loci arbitrium, congrua portione, ex qua poſſit commode ſuſtentari, jura Epiſcopalia ſolvere, & alia ſibi incumbentia onera ſupportare; ita tamen, quod ipſarum Rectore, qui nunc eſt, cedente, vel decedente, aut eas quomodolibet dimittente, ipſæ Abbatiſſa & Conventus poſſint per ſe, vel alium, ſeu alios, corporalem poſſeſſionem Eccleſiarum, jurium & pertinentiarum prædictorum apprehendere ac perpetuo retinere, cujuſcumque licentia minime requiſita ſeu obtenta, fructuſque, redditus, & proventus ipſarum Eccleſiarum in uſus proprios, ac utilitatem earumdem Monaſterii & Eccleſiarum licite convertere ſuprædictos. Non obſtantibus &c. *contingeret attentari*. Nulli ergo &c. noſtræ incorporationis, annexionis, unionis, & voluntatis &c.

Datum Avenione II. Kal. Junii anno IX.

LXXV.

Præficitur Eccleſiæ Capuanæ. Ex lib. 5. epiſt. 5.

Venerabili fratri Veſiano Epiſcopo olim Eugubin. in Archiepiſcopum Capuan. Electo.

§. I. ROmani Pontificis, quem Paſtor ille &c. *ſucceſſibus gratulentur*. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Richardo Archiepiſcopo Capuan. regimini Capuan. Eccleſiæ præſidente: Nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum eam quovis modo vacare contingeret, operationis noſtræ miniſterio idoneam providere perſonam, proviſionem ejuſdem Eccleſiæ ordinationi, & diſpoſitioni noſtræ duximus ſpecialiter reſervandam. Decernendo ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quovis, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contingeret attentari. *Vide Conſtit. 19. Joannis XXII. Tom. 6. fol. 493.*

§. II. Poſtmodum vero præfata Eccleſia, per obitum ejuſdem Richardi, qui in partibus illis debitum naturæ perſolvit, Paſtoris &c. Nos vacatione hujuſmodi &c. intellecta, ad proviſionem ipſius Eccleſiæ celerem &c. de qua nullus præter nos &c. decreto obſiſtentibus ſupradictis, ne prolixæ vacationis &c. paternis &c. intendentes, poſt deliberationem, quam &c. fructuoſam, cum Fratribus &c. diligentem; demum ad te Epiſcopum tunc Eugubin. conſideratis grandium virtutum meritis, quibus perſonam tuam divina gratia inſignivit: & quod tu qui regimini Eugubinæ Eccleſiæ hactenus utiliter præfuiſti, dictam Capuan. Eccleſiam ſcies & poteris, auctore Domino, utiliter regere, & fœliciter gubernare, noſtrum animum duximus dirigendum. Intendentes itaque tam dictæ Capuan. Eccleſiæ, quam ejus gregi Dominico ſalubriter providere, te a vinculo, quo tenebaris eidem Eugubinæ Eccleſiæ, cui præeras, de diſtorum &c. & Apoſtolicæ &c. abſolventes, te ad dictam Capuanam Eccleſiam transferimus, teque illi in Archiepiſcopum præficimus & Pa-

& Paſtorem; curam &c. ipſius Capuan. Eccleſiæ tibi tam &c. plenarie committendo, liberamque tibi dando licentiam ad eamdem Capuan. Eccleſiam tranſeundi, firma ducti fiducia quod tuos actus &c. chariſmatum dona emanant, prælibatæ Capuan. Eccleſiæ, per tuam curioſam ſolertiam, tuumque miniſterium ſtudioſum, honoris ac proſperitatis multiplicium votiva provenient incrementa. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præfatæ Capuanæ Eccleſiæ impoſitum tibi onus devote ſuſcipiens, curam &c. præfatas ſic diligenter geras & ſollicite proſequaris, quod ipſa Eccleſia gubernatori circumſpecto &c. gaudeat ſe commiſſam, ac bonæ famæ tuæ odor ex &c. latius diffundatur, tuque præter retributionis &c. noſtræ benedictionis augmentum, ac ipſius Sedis gratiam &c. *mereari*.

Datum Avenione XVIII. Kal. Julii anno IX.

In eumdem modum Capitulo & Clero Capuan. & Suffraganeis ejuſdem; ac Joannæ Reginæ Siciliæ.

LXXVI.

Tranſfertur a Gardien. ad Eugubinam Eccleſiam. Ibidem epiſt. 26.

Venerabili fratri Joanni Epiſcopo Eugubin.

§. I. ROmani Pontificis, quem Paſtor ille cœleſtis, & Epiſcopus animarum, *ut ſupra*. Nuper ſiquidem Eccleſia Eugubin. Romanæ Eccleſiæ immediate ſubjecta, ex eo vacante, quod nos venerabilem fratrem noſtrum Veſianum Archiepiſcopum Capuanum, tunc Epiſcopum Eugubin. a vinculo, quo Eccleſiæ Eugubin. cui tunc præerat, tenebatur, de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſolventes, ipſum ad Capuan. Eccleſiam tunc vacantem, duximus tranſferendum, præficiendo eum dictæ Capuan. Eccleſiæ in Archiepiſcopum & Paſtorem.

§. II. Nos attendentes, quod de dicta Eccleſia Eugubina nullus præter nos hac vice diſponere poteſt, pro eo quod nos diu ante vacationem hujuſmodi proviſiones omnium Eccleſiarum Cathedralium vacaturarum in antea, per translationes per nos ex tunc in antea faciendas de Prælatis earum ubilibet cônſtitutis, ad alias Cathedrales Eccleſias tunc vacantes, & in antea vacaturas, proviſioni noſtræ ſpecialiter reſervantes, decrevimus ex tunc irritum &c. contingeret attentari; & ad proviſionem ipſius Eccleſiæ Eugubin. celerem & fœlicem ne longæ &c. paternis &c. intendentes, & cupientes eidem Eccleſiæ talem præeſſe perſonam, quæ ſciret &c. & adverſis, ac in ſuis &c. & etiam adaugere; poſt deliberationem, quam &c. diligentem; demum ad te Epiſcopum tunc Gardien. conſideratis grandium virtutum meritis, quibus perſonam tuam Altiſſimus inſignivit, & quod eidem Gardien. Eccleſiæ laudabiliter præfuiſti, direximus &c. Intendentes itaque tam dictæ Eugubinæ Eccleſiæ, quam ejus gregi Dominico ſalubriter providere, te a vinculo, quo dictæ Gardien. Eccleſiæ, cui tunc præeras, tenebaris, de dictorum Fratrum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſolventes, te ad dictam Eugubin. Eccleſiam transferimus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam &c. ipſius Eugubinæ Eccleſiæ tibi in &c. plenarie committendo, liberamque tibi dando licentiam ad præfatam Eugubin. Eccleſiam tranſeundi, firma ſpe fiduciaque conceptis, quod dirigente Domino actus tuos, præfata Eugubin. Eccleſia per tuum miniſterium ſtudioſum, ac fructuoſum multiplicia, dante Domino, honoris & commodi ſuſcipiet incrementa. Quocirca fraternitati tuæ &c. *uberius conſequi mereariſ*.

Datum Avenione XIII. Kal. Decembris anno IX.

LXXVII.

LXXVII.

Confirmatur in Officio Inquiſitionis. Ex libro ſecretorum epiſt. 136.

Dilecto filio Michaeli Piſano Ordinis Fratrum Minorum Inquiſitori hæreticæ pravitatis in Aquilegien. & Graden. Provinciis, auctoritate Apoſtolica deputato.

HOneſtis petitionibus tuis libenter annuimus, in his maxime, quæ favorem fidei Catholicæ reſpicere dignoſcuntur. Sane petitio pro parte tua nobis nuper exhibita continebat, quod dudum dilectus filius Raymundus Abbas Monaſterii ſancti Nicolai in littore de Venetiis Ordinis ſancti Benedicti, Caſtellan. Diœc. Apoſtolicæ Sedis Nuncius, Petrino Ordinis Fratrum Minorum in Provinciis Aquilegien. & Graden. Inquiſitore tunc pravitatis hæreticæ, per eumdem Abbatem, auctoritate Apoſtolica commiſſa ſibi ſpecialiter in hac parte, ab officio Inquiſitionis hujuſmodi pravitatis amoto, te dicto Petrino in eodem officio ſubrogavit, ipſumque officium tibi per te, uſque ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ regendum, gubernandumque commiſit, prout in quodam publico inſtrumento inde confecto, ejuſdem Abbatis ſigillo munito plenius continetur. Quare pro parte tua fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut ſubrogationi & commiſſioni hujuſmodi confirmationis Apoſtolicæ robur adjicere dignaremur. Nos igitur zelum, quem ad perſequendum pravitatem hujuſmodi habere, ac profunditatem ſcientiæ, honeſtatem vitæ, & alia merita, quibus juvari dignoſceris, attendentes, & proinde volentes te in hac parte proſequi gratioſe, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ſubrogationem & commiſſionem eaſdem ratas & gratas habemus, illaſque auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; ſupplentes omnem defectum, ſi quis forſan intervenerit in eiſdem, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine.

Datum Avenione Kal. Octobris anno IX.

LXXVIII.

Ut admittant domum in caſtro de Montagnana. Ex 2. par. lib. 1. epiſt. 1010.

Dilectis filiis Miniſtro Generali & Fratribus Ordinis Minorum.

SAcræ religionis, in qua ſub jugo voluntariæ paupertatis devotum Deo exhibetis obſequium promeretur honeſtas, ut petitionibus veſtris, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuamus. Hinc eſt, quod nos volentes vos, et Ordinem veſtrum proſequi favorabiliter in hac parte, veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis et dicto Ordini veſtro recipiendi unum locum ad opus veſtrum, et dicti veſtri Ordinis, juxta Caſtrum appellatum de Montagnana, Paduan. Diœc. dummodo Caſtrum ipſum ſit adeo ſufficiens et inſigne, quod in ipſo loco duodecim Fratres præfati veſtri Ordinis inibi pro tempore commorantes, honeſte ac congrue valeant ſuſtentari: et conſtruendi Eccleſiam ſeu Oratorium cum campanili et campana, ac domum et cœmeterium, et alias neceſſarias officinas, abſque præjudicio parochialis Eccleſiæ dicti loci, et juris cujuslibet alieni: ſel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri conſtitutione prohibente, ne Religioſi Ordinum mendicantium loca de novo recipiant abſque Apoſtolicæ Sedis licentia ſpeciali, faciente plenam et expreſſam de prohibitione hujuſmodi mentionem, et quibuslibet aliis conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis nequaquam obſtan-

obſtantibus, plenam et liberam licentiam, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, elargimur. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione II. Kalend. Novembr. anno IX.

LXXIX.

Præficitur Eccleſiæ Giraclen. Ex lib. I. epiſt. 36.

Dilecto filio Franciſco Electo Giraclen.

Vid. Conſt. 17. Bonif. VIII. tom. 6. fol. 429.

§. I. Apoſtolatus officium quamquam &c. *duce Domino gubernare*. Dudum ſiquidem bonæ memor. Joanne Epiſcopo Giraclen. regimini &c. Nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum eam vacare &c. præeſſe perſonam, proviſionem ejuſdem &c. duximus reſervandam: decernendo ex tunc &c. contingeret atteptari.

§. II. Poſtmodum vero prædicta Eccleſia, per obitum ejuſdem Joannis, qui nuper extra &c. diem &c. Paſtoris ſolatio deſtituta; Nos vacatione hujuſmodi &c. intellecta, ad proviſionem ipſius &c. de qua nullus præter &c. decreto obſiſtentibus ſupradictis: ne longæ vacationis deploraret incommoda, paternis et ſollicitis ſtudiis intendentes, cupientes quoque ipſi Eccleſiæ Giraclen. talem præeſſe perſonam, quæ ſciret eam in ſuis manutenere juribus, ac etiam adaugere. Poſt deliberationem, quam &c diligentem; demum ad te Guardianum Fratrum Ordinis Minorum in Caſtillione Imperiarum, Gerunden. Diœc. in Sacerdotio conſtitutum, quem litterarum ſcientia præditum, vitæ ac morum honeſtate decorum, in ſpiritualibus providum, et in temporalibus circumſpectum, ac aliis multiplicium &c. inſignitum prout &c. convertimus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua nobis, et eiſdem Fratribus, conſideratione præmiſſorum accepta, præfatæ Giraclen. Eccleſiæ, de Fratrum &c. auctoritate Apoſtolica, providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum et Paſtorem, curam &c. plenarie committendo, firma ducti fiducia, quod tuos actus, a quo univerſorum chariſmatum dona proveniunt, clementia dirigente, præfata Giraclen. Eccleſia per tuam curioſam ſolertiam, et per tuum ſtudium fructuoſum, regetur utiliter, et proſpere dirigetur. Jugum itaque Domini tuis &c. *uberius conſequi mereariis*.

Datum Avenione VI. Kalend. Decembris anno IX.

In eumdem modum Archiepiſcopo Turritan. et Capitulo Giraclen.

LXXX.

Commendat fratrem Petrum Fanenſem milites ducentem contra Sarracenos Reg. Vatic. fol. 271.

Dilectis filiis Magiſtro, & Conventui Hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitani.

Dilectus filius Petrus de Fano, Ordinis Fratrum Minorum, lator præſentium, prout laudanda multorum aſſertione comperimus, in negotiis fidei in partibus Orientis laudabiliter admodum, ac virtuoſe ſe geſſit: quamobrem ipſum proſecutionis Apoſtolicæ dignum merito exiſtimantes, diſcretionem veſtram attente rogamus, quatenus eum pro noſtra & Apoſtolicæ Sedis reverentia, & meritorum ſuorum intuitu, ſuſcipiatis favorabiliter, & efficaciter habeatis commendatum.

Datum Avenione V. Nonas Martii anno IX.

In eumdem modum Raymundo Epiſcopo Morinen. Apoſtolicæ Sedis legato. Et dilecto filio nobili viro Andreæ Dandulo Duci Venetiarum.

LXXXI.

LXXXI.

Eximit a ſolvendis decimis, aliiſque exactionibus. Reg. Vatic. fol. 516.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Sororibus Monaſterii de Graneyraco Ordinis ſanctæ Claræ, Ruthenen. Diœceſis.

§. I. Sacra Religio, quæ in veſtro Monaſterio a vobis, et aliis perſonis in eo degentibus ſub onere voluntariæ paupertatis jugiter colitur, ſic a vobis mundanæ diſſolutionis relegavit illecebras, ut inter alia clauſtralis abſtinentiæ nexibus religatæ, puritate fulgeatis Obſervantiæ regularis, et voluntatis libitum coarctantes, omnino ſub obedientiæ debito dignam exhibeatis, et ſedulam Domino ſervitutem.

§. II. Hinc eſt, quod nos pium et congruum reputantes, ut vos illa proſequamur gratia, quam veſtris neceſſitatibus conſpicimus opportunam, vobis, auctoritate præſentium, indulgemus, ut ad præſtationem decimarum, de quibuſcumque poſſeſſionibus, et aliis omnibus bonis veſtris, quæ in præſentiarum habetis, & juſtis modis, præſtante Domino, acquiſiveritis in futurum, vel ad contribuendum in procurationibus quorumlibet Ordinariorum & etiàm Legatorum, & Nunciorum Sedis Apoſtolicæ, & quibuslibet talliis, & collectis, & ad exhibenda pedagia, telonea, & alias exactiones, quibuſvis Regibus, Principibus, ſeu aliis perſonis ſecularibus, minime teneamini, neque ad id compelli valeatis. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione XVI. Kalend. April. anno IX.

LXXXII.

Concedit facultatem recipiendi Conventum de Ware. Regeſt. Vatican. fol. 374.

Dilecto filio Miniſtro Generali, & Fratribus Ordinis Minorum.

§. I. Sacræ veſtræ Religionis, in qua virtutum Domino devotum, & ſedulum obſequium exhibetis, promeretur honeſtas, ut petitionibus veſtris, illis præſertim, quæ divini cultus augmentum, & ſalutem fidelium reſpiciunt animarum, quantum eum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus.

§. II. Dudum ſiquidem vobis recipiendi ſex loca ad opus Fratrum veſtri Ordinis, tria videlicet in Italia, & alia tria citra Montes, tunc conſtructa, vel conſtruenda, ſi concederentur alias vobis gratioſe, ſive a vobis juſto titulo forent etiam acquiſita, & in eiſdem locis conſtruendi oratoria, ſeu Eccleſias, domos, & alias neceſſarias officinas, plenam & liberam conceſſimus facultatem, prout in noſtris inde confectis litteris plenius continetur.

§. III. Poſtmodum vero, ſicut exhibita nobis pro parte veſtra petitio continebat, dilecti filii Miniſter Provincialis, & Fratres ipſius Ordinis, Provinciæ Angliæ, ſecundum morem dicti Ordinis, unum locum, quem dilectus nobilis vir Thomas Wake Dominus de Lidell Miles, Londonien. Diœc. in Villa ſua de Ware, dictæ Diœc. de bonis a Deo ſibi collatis dicitur conſtruxiſſe, quemque idem miles Miniſtro, & Fratribus eiſdem pia liberalitate conceſſit, prout ex forma dictarum litterarum poterant, receperunt, ac in eo Eccleſiam & cœmeterium ac officinas neceſſarias alias conſtruxerunt. Quare pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut conceſſioni, &

receptioni hujuſmodi confirmationis Apoſtolicæ robur adjicere de ſpeciali gratia dignaremur.

§. IV. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, conceſſionem per eumdem militem, & receptionem per eoſdem Miniſtrum & Fratres, de dicto loco factas, ſicut prædicitur, ratas & gratas habentes, illas, auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; ſupplentes omnem defectum, ſi quis forſan intervenerit in eiſdem, de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis. Nulli ergo noſtræ confirmationis & ſuppletionis &c.

Datum Avenione XII. Kalend. April. anno IX.

LXXXIII.

Præficit Eccleſiæ Scithien. fratrem Joannem de Clavaxio. Reg. Vatic. lib. 1. anno 9. fol. 60.

Dilecto filio Joanni de Clavaxio Electo Scithien.

Proœmium. §. I. Paſtoralis officii debitum, cui, diſponente Domino, præſidemus, expoſcit, ut de univerſis orbis Eccleſiis, quarum cura nobis imminet generalis, & de illis præſertim, quæ vacationis exponuntur incommodis, ſollicite cogitemus, ut illis præficiantur viri providi in Paſtores, qui eas in ſpiritualibus, & temporalibus poſſint, & ſciant, ſalubriter gubernare.

§. II. Dudum ſiquidem bon. mem. Andrea Epiſcopo Scithien. regimini Scithien. Eccleſiæ præſidente, Nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum eam vacare contingeret, operationis noſtræ miniſterio, utilem præſidere perſonam, proviſionem ejuſdem Eccleſiæ, cum vacaret, ordinationi noſtræ ea vice duximus ſpecialiter reſervandam, decernendo ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari.

Pontifex ſibi electionem reſervat Epiſcopi. §. III. Poſtmodum vero præfata Eccleſia per obitum ejuſdem Andreæ, qui extra Romanam Curiam debitum naturæ perſolvit, Paſtoris ſolatio deſtituta: Nos vacatione hujuſmodi fide dignis relatibus intellecta, ad proviſionem ipſius Eccleſiæ celeres, & felicem, de qua nullus præter nos ſe hac vice intromittere poteſt, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis, ne prolixæ vacationis exponeretur incommodis, paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes: poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Eccleſiæ perſonam utilem, & etiam fructuoſam, cum noſtris Fratribus habuimus diligentem: demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in Sacerdotio conſtitutum, cui de litterarum ſcientia, religionis zelo, vitæ ac morum honeſtate, ſpiritualium providentia, & temporalium circumſpectione, aliiſque virtutum meritis apud nos laudabilia teſtimonia perhibentur, direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua, ipſi Scithien. Eccleſiæ, de prædictorum Fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica, providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem; curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ tibi tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus plenarie committendo: in illo, qui dat gratias, & largitur præmia, confidentes, quod eadem Eccleſia per tuæ circumſpectionis induſtriam, & providentiam circumſpectam, ſub tuo felici regimine ſalubriter, & proſpere dirigetur. Jugum igitur Domini tuis impoſitum humeris prompta devotione ſuſcipiens, curam & adminiſtrationem præfatas ſic exercere ſtudeas ſollicite, fideliter & prudenter, quod

Præficitur frater Joannes. ipſa

ipſa Eccleſia gubernatori provido, & fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam, tuque præter retributionis æternæ præmium, benevolentiæ noſtræ gratiam uberius conſequi merearis.

Datum apud Villam Novam Avenion. Diœceſ. x. Kal. Aprilis anno tx. In eumdem modum Archiepiſcopo Creten. & Capitulo, ac populo Civitatis & diœceſis Scithien.

LXXXIV.

Creatur Epiſcopus Reſinen. Reg. Vat. ibid. fol. 57.

Dilecto filio Duyino de Spalato, Electo Reſinen.

§. I. SUmmi diſpoſitione Rectoris, ad regimen univerſalis Eccleſiæ deputati, angimur curis aſſiduis, ut opem & operam, quantum nobis ex alto conceditur, impendamus, ut orbis Eccleſiæ univerſæ paſtoris regimine deſtitutæ, per noſtræ providentiæ ſtudium, viris committantur idoneis, qui ſciant, velint, & valeant Eccleſias ipſas eis commiſſas, ſtudioſe regere, prudenter dirigere, & ſalubriter gubernare. Præfatio.

§. II. Nuper ſiquidem bonæ memoriæ Nicolao Epiſcopo Reſinen. regimini Reſinen. Eccleſiæ præſidente, nos cupientes ipſi Eccleſiæ, cum eam quovis modo vacare contingeret, utilem & fructuoſam per Apoſtolicæ Sedis providentiam præeſſe perſonam, proviſionem ejuſdem Eccleſiæ diſpoſitioni noſtræ, ac dictæ Sedis duximus ſpecialiter reſervandam, decernendo ex tunc irritum & inane ſi ſecus ſuper his, per quoſcunque, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contingeret attentari. Reſervatio electionis Pontificis.

§. III. Poſtmodum vero prædicta Eccleſia, per obitum ipſius Nicolai, qui nuper extra Romanam Curiam debitum naturæ perſolvit, paſtoris ſolatio deſtituta: Nos vacatione hujuſmodi fide dignis relatibus intellecta, ad proviſionem ipſius Eccleſiæ celerem & felicem, de qua nullus præter nos ſe hac vice intromittere poteſt, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis, ne longæ vacationis deploraret incommoda, paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes, cupientes quoque ipſi Eccleſiæ Reſinen. talem præeſſe perſonam, quæ ſciret, vellet & poſſet eam præſervare a noxiis & adverſis, ac in ſuis manutenere juribus, & etiam adaugere: poſt deliberationem, quam ſuper his cum Fratribus noſtris habuimus diligentem, demum ad te Ordinis Fratrum Minorum, in Sacerdotio conſtitutum, quem litterarum ſcientia præditum, vitæ, ac morum honeſtate decorum, in ſpiritualibus providum, & in temporalibus circumſpectum, ac aliis multiplicium virtutum meritis laudabiliter, prout ex teſtimoniis fide dignis accepimus, inſignitum, convertimus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua nobis, & eiſdem Fratribus noſtris, conſideratione præmiſſorum, accepta, præfatæ Reſinen. Eccleſiæ, de Fratrum ipſorum conſilio, auctoritate Apoſtolica, providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum, & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius tibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo; firma ducti fiducia, quod tuos actus & opera, illius, a quo univerſorum chariſmatum dona proveniunt, clementia dirigente, præfata Reſinen. Eccleſia, per tuam curioſam ſolertiam, tuumque miniſterium ſtudioſum, regetur utiliter, & proſpere dirigetur. Epiſcopus eligitur.

§. IV. Jugum igitur a Domino humeris tuis impoſitum ſuſcipiens reverenter, & ſuavi ejus oneri humiliter colla flectens, ipſius Reſinen. Eccleſiæ ſollicitam curam geras, gregem Dominicum tuæ vigilantiæ creditum, doctrina verbi & operis informando: ita quod eadem Reſinen. Eccleſia guber-

natori circumſpecto, & fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam, ac bonæ famæ tuæ odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur; ac tu, præter æternæ retributionis præmium, noſtræ benedictionis gratiam uberius conſequi merearis.

Datum apud Villam novam Avenion. diœc. v. Kal. Aprilis anno IX. In eumdem modum Archiepiſcopo Raguſin. & Clero Reſinen.

LXXXV.

Ut ingredi poſſit Monaſterium de Lourtinis prope Pariſius. Reg. Vatic. in 2. part. lib. 1. fol. 140b.

Dilectæ in Chriſto filiæ Joannæ, uxori dilecti filii Joannis Taillefer Civis Pariſien.

Devotionis tuæ ſinceritas promeretur, ut quæ a nobis ſuppliciter poſtulas, affectu tibi benevolo concedamus. Hinc eſt quod nos tuis ſupplicationibus inclinati, ut cum duabus matronis honeſtis, quas ad hoc duxeris eligendas, Monaſterium Monialium de Lourtinis juxta Pariſius, Ordinis ſanctæ Claræ, quibuſcumque conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus ipſius Monaſterii contrariis nequaquam obſtantibus, quoties volueris, ingredi valeas libere; dummodo earum, quæ ipſi Monaſterio præfuerint, ad id accedat aſſenſus, tuque ac dictæ matronæ ibidem non comedatis, nec etiam pernoctetis, tenore tibi præſentium, indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum apud Villam novam Avenion. Diœceſ. III. Kal. Aprilis anno IX.

LXXXVI.

Ut Abbatiſſæ uti poſſint baculo paſtorali. Reg. Vatic. in alio libro anni 9. fol. 677.

Dilectis in Chriſto filiabus Jordanæ Abbatiſſæ, ac Sororibus Monaſterii ſanctæ Eliſabethæ, Valentin. Diœceſ. Ordinis ſanctæ Claræ.

Expoſcit veſtræ devotionis ſinceritas, & Religionis promeretur honeſtas, ut tam vos, quas ſpeciali dilectione proſequimur, quam Monaſterium veſtrum congruis honoribus proſequamur. Hinc eſt, quod nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut tu filia Abbatiſſa, & aliæ Abbatiſſæ dicti Monaſterii, quæ pro tempore præfuerint eidem, uti poſſitis baculo Paſtorali infra dictum Monaſterium, dum divina officia ſolemniter celebrabuntur ibidem, tibi & aliis Abbatiſſis dicti Manaſterii, quæ pro tempore præfuerint ibidem, auctoritate Apoſtolica, de ſpeciali gratia, tenore præſentium, indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum apud Villam novam Avenion. Diœc. Idibus Maii, anno IX.

LXXXVII.

Præficitur Eccleſiæ Laquedonen. Reg. Vat. in lib. 2. anni 10. fol. 89.

Dilecto filio Paulo de Interamne Electo Laquedonen.

§. I. Inter ſollicitudines varias, quibus aſſidue premimur, illa potiſſime pulſat & excitat mentem noſtram, ut ſtatus Eccleſiarum omnium curæ noſtræ, divina providentia, commiſſarum ſpiritualiter & temporaliter au-

augeatur, quodque illis, quæ ſuis deſtitutæ Paſtoribus vacationis incommoda deplorare noſcuntur, tales miniſtros præficere ſtudeamus, per quorum regimen utiliter & ſalubriter valeant gubernari.

§. II. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Franciſco Epiſcopo Laquedonen. regimini Laquedonen. Eccleſiæ præſidente; Nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum eam vacare contingeret, operationis noſtræ miniſterio, utilem præſidere perſonam, proviſionem ejuſdem Eccleſiæ, cum vacaret, ordinationi &c. reſervandam: decernentes extunc irritum &c. contingeret attentari. Poſtmodum vero præfata Eccleſia, per obitum ejuſdem Franciſci, qui in partibus illis debitum &c. Paſtoris ſolatio deſtituta; dilecti filii Capitulum dictæ Eccleſiæ reſervationis, & decreti prædictorum, ut aſſeritur, ignari, te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, in Sacerdotio conſtitutum, in Laquedonen. Epiſcopum, licet de facto concorditer elegerunt; tuque hujuſmodi reſervationis & decreti ignarus eidem electioni, de tui Superioris licentia præſtitiſti aſſenſum, & demum reſervatione prædicta ad tuam deducta notitiam, ad Sedem Apoſtolicam accedens, ipſius electionis negotium proponi feciſti in Conſiſtorio coram nobis. Nos igitur electionem ipſam, utpote poſt, & contra reſervationem & decretum præfata attentatam, reputantes, prout erat, irritam & inanem; & ad proviſionem ipſius Eccleſiæ Laquedonen. de qua nullus præter nos ſe hac vice intromittere potuit, neque poteſt, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis, paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes: poſt deliberationem, quam de præficiendo &c. cum Fratribus noſtris habuimus diligentem: demum ad te, cui de litterarum ſcientia, vitæ ac morum honeſtate, ſpiritualium providentia & temporalium circumſpectione, aliiſque virtutum meritis apud nos laudabilia teſtimonia perhibentur, direximus &c. Quibus omnibus, necnon prædictorum eligentium unanimi voluntate, debita meditatione penſatis, de perſona tua ipſi Laquedonen. Eccleſiæ, de prædictorum Fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica, providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & paſtorem, curam &c. committendo: In illo qui dat &c. confidentes, quod eadem Eccleſia per tuæ circumſpectionis induſtriam, & providentiam circumſpectam, ſub tuo fœlici regimine, dextera Domini tibi aſſiſtente propitia, ſalubriter & proſpere dirigetur.

§. III. Jugum igitur Domini tuis impoſitum humeris prompta &c. curam & adminiſtrationem præfatas ſic exercere ſtudeas ſollicite, fideliter, & prudenter, quod ipſa Eccleſia gubernatori provido & fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam, tuque præter æternæ retributionis præmium, benevolentiæ noſtræ gratiam uberius conſequi merearis.

Datum apud Villam novam Avenion. diœc. xv. Kal. Junii anno x. In eumdem modum Archiepiſcopo Conſan. & Capitulo Laquedonen. ac Ludovico Regi, & Joannæ Reginæ Siciliæ.

LXXXVIII.

Præficitur Eccleſiæ Vodien. Reg. Vatic. ibid. ſol. 84.

Dilecto filio Bonifacio Cepti Barcigraſſi de Urbeveteri Electo Vodien.

§. I. Inter cetera, quæ ſuperna diſpoſitione nobis imminent peragenda, ad id nimirum ſolliciti reddimur, ut viduatis Eccleſiis tales præficiamus in Paſtores, per quorum induſtriam & ſollicitudinem circumſpectam, indemnitati earum provideatur ſalubriter, ipſæque Eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus augeantur.

§. II. Du-

§. II. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Petro Epiſcopo Vodien. regimini Vodien. Eccleſiæ præſidente; nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum vacaret, per Apoſtolicæ Sedis providentiam, utilem & idoneam præſidere perſonam, proviſionem ipſius Eccleſiæ ordinationi & diſpoſitioni noſtræ ea vice duximus ſpecialiter reſervandam: decernentes ex tunc irritum &c. contingeret attentari.

§. III. Poſtmodum autem dicta Eccleſia, per obitum ejuſdem Petri Epiſcopi, qui nuper extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, Paſtoris ſolatio deſtituta; Nos ad proviſionem ejuſdem Eccleſiæ fœlicem &c. ſtudiis intendentes, poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Eccleſiæ perſonam utilem ac etiam fructuoſam, cum Fratribus noſtris habuimus diligentem; demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in ſacerdotio conſtitutum, cui de Religionis zelo, litterarum ſcientia, honeſtate morum & vitæ, ſpiritualium & temporalium providentia, aliiſque virtutum meritis, apud nos laudabilia teſtimonia perhibentur, direximus oculos noſtræ mentis: quibus omnibus attenta meditatione penſatis, de perſona tua ipſi Vodien. Eccleſiæ, de dictorum Fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica, duximus providendum, teque illi præfecimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Vodien. Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo; in illo qui dat gratias & largitur præmia confidentes, quod eadem Vodien. Eccleſia, ſub tuo fœlici regimine, tuos actus & opera illius clementia dirigente, a quo univerſorum chariſmatum dona proveniunt, ac per tuam curioſam ſolertiam, miniſteriumque ſtudioſum, honoris & proſperitatis multiplicia ſuſcipiet incrementa.

§. IV. Quocirca diſcretioni tuæ mandamus per Apoſtolica ſcripta, quatenus præfatæ Vodien. Eccleſiæ impoſitum tibi onus a Domino devote ſuſcipiens, curam & adminiſtrationem præfatas ſic diligenter geras, & ſollicite proſequaris, quod ipſa Vodien. Eccleſia gubernatori circumſpecto, & fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam, ac bonæ famæ tuæ odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, tuque præter æternæ retributionis præmium, noſtræ benedictionis augmentum, ac ipſius Sedis gratiam uberius conſequi merearis.

Datum apud Villam novam Avenionen. dioec. xv. Kal. Junii, anno x.

LXXXIX.

Fit Epiſcopus Ajacen. Ibid. lib. 1. fol. 11.

Dilecto filio Vincentio de Saſſaro Electo Ajacen.

Vide Conſt. 83. hujus Pontif.

§. I. Paſtoralis officii debitum &c. cogitemus, ut illis præficiantur &c. ſalubriter gubernare. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Philippo Epiſcopo Ajacen. regimini Ajacen. Eccleſiæ præſidente; Nos cupientes eidem &c. utilem præſidere perſonam, proviſionem ejuſdem Eccleſiæ ordinationi & diſpoſitioni noſtræ ea vice duximus ſpecialiter reſervandam: decernendo ex tunc &c. contingeret attentari. Poſtmodum vero præfata Eccleſia, per obitum ejuſdem Philippi, qui extra Romanam Curiam debitum naturæ perſolvit, Paſtoris ſolatio deſtituta; Nos vacatione hujuſmodi &c. intellecta, de perſona bonæ memoriæ Gerardi Ajacen. Epiſcopi eidem Ajacen. Eccleſiæ duximus providendum, ſed idem Gerardus, litteris noſtris ſuper hjuſmodi proviſione non confectis, extra Romanam Curiam debitum naturæ perſolvit.

§. II. Cum

§. II. Cum autem noſtræ intentionis & voluntatis fuerit, quod ſi eumdem Gerardum, priuſquam dicta proviſio per nos facta de ipſo, per aſſecutionem pacificæ poſſeſſionis adminiſtrationis bonorum & jurium Eccleſiæ & Epiſcopatus Ajacen. prædictorum, ſuum foret ſortita effectum, rebus eximi contingeret ab humanis, proviſionem ipſius Eccleſiæ ſub noſtra reſervatione hujuſmodi remanere libere ſicut prius. Nos ad proviſionem ipſius Eccleſiæ Ajacen. ſic vacantis celerem &c. paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes: poſt deliberationem quam de præficiendo eidem Eccleſiæ perſonam utilem, ac etiam fructuoſam, cum Fratribus noſtris habuimus diligentem: demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in ſacerdotio conſtitutum, cui de litterarum ſcientia, religionis zelo &c. aliiſque virtutum meritis apud nos laudabilia teſtimonia perhibentur, direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua ipſi Ajacen. Eccleſiæ, de prædictorum Fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem &c. committendo. In illo qui dat &c. per tuæ circumſpectionis induſtriam, & providentiam circumſpectam, ſub tuo fœlici regimine, ſalubriter & proſpere dirigetur. Jugum igitur Domini tuis &c. gaudeat ſe commiſſam, ac bonæ famæ tuæ odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, tuque præter æternæ retributionis præmium, benevolentiæ noſtræ gratiam uberius conſequi merearis.

Datum apud Villam novam Avenion. diœc. XIII. Kal. Junii, anno X. In eumdem modum Archiepiſcopo Piſano, & Clero ac populo Civitatis & Diœceſis Ajacen.

XC.

Præficitur Eccleſiæ Forolivien. Ibidem fol. 56.

Dilecto filio Bartholomæo de Sanzeto Electo Forolivien.

§. I. IN ſupremæ dignitatis ſpecula, ex divini diſpoſitione conſilii, conſtituti, de univerſis orbis Eccleſiis, quarum cura nobis imminet generalis, juxta paſtoralis officii debitum, quantum nobis ex alto permittitur, ſollicite cogitamus, ſed earum propenſior ſollicitudo nos angit, quas propriis Paſtoribus deſtitutas vacationis conſpicimus deputatas detrimentis, ut per noſtræ providentiæ ſtudium, Paſtores eis præficiantur idonei, ac Rectores providi deputentur, ſub quorum regimine hujuſmodi Eccleſiæ ſpiritualibus proficiant incrementis, & temporalibus commodis gratulentur.

§. II. Dudum ſiquidem Eccleſia Forolivien. ex eo apud Sedem Apoſtolicam vacante, quod nos venerabilem fratrem noſtrum Americum Boſan, olim Forolivien. Epiſcopum licet abſentem, a vinculo quo tenebatur eidem Eccleſiæ Forolivien. cui tunc præerat, de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, abſolventes, ipſum ad Eccleſiam Boſan. tunc vacantem, auctoritate Apoſtolica, duximus transferendum, præficientes ipſum eidem Eccleſiæ Boſan. in Epiſcopum & Paſtorem. Nos volentes eidem Eccleſiæ Forolivien. ne diuturnæ vacationis exponeretur incommodis, utilem & fructuoſam præſidere perſonam, cum nullus præter nos hac vice &c. intromittere poſſit, pro eo quod nos diu ante vacationem ipſius &c. proviſiones omnium &c. vacaturarum, per translationes per nos ex tunc in antea faciendas, de Prælatis earum ubilibet conſtitutis ad alias Cathedrales Eccleſias tunc vacantes, & in antea vacaturas diſpoſitioni noſtræ duximus reſervandas: decernendo ex tunc irritum &c. attentari. Ac ad proviſionem ipſius

ipſius Eccleſiæ Forolivien. celerem & fœlicem ne longæ vacationis deplora-ret incommoda, paternæ ſollicitudinis ſtudio intendentes &c. adaugere; poſt deliberationem quam ſuper his cum Fratribus noſtris habuimus diligen-tem, demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in ſacerdotio conſtitutum, litterarum ſcientia præditum, Religionis zelo conſpicuum, vi-tæ ac morum honeſtate decorum, ac in ſpiritualibus providum, & in tempo-ralibus circumſpectum, aliiſque multiplicium &c. prout fide dignis teſtimo-niis accepimus, oculos convertimus noſtræ mentis.

§. III. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua ei-dem Eccleſiæ Forolivien. de dictorum Fratrum noſtrorum conſilio, auctori-tate Apoſtolica, providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Pa-ſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius &c. committendo &c. uberius conſequi mererearis.

Datum apud Villam novam Avenion. diœc. XIII. Kal. Junii, anno X. In eumdem modum Archiepiſcopo Ravennaten. & Capitulo, Clero ac po-pulo, & univerſis vaſſallis civitatis & diœc. Forolivien.

XCI.

Fit Epiſcopus Coronen. Ibid. lib. 2. fol. 5.

Dilecto filio Joanni Raoleci Electo Coronen.

Vid. ſupr. Conſt. 83.

§. I. Paſtoralis officii &c. ſalubriter gubernare. Nuper ſiquidem Eccle-ſia Coronen. ex eo Paſtoris ſolatio deſtituta, quod nos venerabi-lem fratrem noſtrum Philippum Epiſcopum, olim Coronen. in Archiepi-ſcopum Idruntin. electum, apud Sedem Apoſtolicam conſtitutum, a vincu-lo, quo tenebatur eidem Coronen. Eccleſiæ, cui tunc præerat, de Fratrum noſtrorum conſilio, et Apoſtolicæ poteſtaris plenitudine, abſolventes, ipſum ad Idruntin. Eccleſiam tunc vacantem, auctoritate Apoſtolica, duxi-mus transferendum, præficiendo eum ipſi Idruntin. Eccleſiæ in Archiepi-ſcopum & Paſtorem. Nos volentes eidem Coronen. Eccleſiæ, ne diſpen-dia longæ vacationis incurreret, paterna ſollicitudine præcavere, cum nullus præter nos hac vice de ipſius Eccleſiæ Coronen. ordinatione ſe in-tromittere poſſit, pro eo quod diu ante vacationem hujuſmodi nos ejuſdem Eccleſiæ Coronen. proviſiones omnium Cathedralium Eccleſiarum tunc apud dictam Sedem vacantium & in antea &c. reſervandas: decernentes ex tunc &c. attentari. Poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Eccle-ſiæ perſonam utilem, ac etiam fructuoſam cum Fratribus noſtris habuimus diligentem: demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, ſacræ Theologiæ Magiſtrum, in Sacerdotio conſtitutum, cui de Religionis zelo, de honeſtate morum & vitæ, ſpiritualium & temporalium providentia, aliiſ-que virtutum meritis, apud nos laudabilia teſtimonia perhibentur, direxi-mus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua ipſi Coronen. Eccleſiæ, de dictorum Fratrum conſilio, auctori-tate Apoſtolica, providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Pa-ſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius &c. plenarie committendo. In illo, qui dat &c. confidentes, quod dicta Coronen. Eccleſia ſub tuo fœlici regimine, gratia tibi aſſiſtente divina, in eiſdem ſpiritualibus & temporali-bus grata ſuſcipiet incrementa.

§. II. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, qua-tenus impoſitum tibi onus a Domino ſuſcipiens, curam & adminiſtrationem præfatas ſic diligenter geras, & ſollicite proſequaris, quod ipſa Coronen. Ec-

Eccleſia, tuæ cooperationis miniſterio, votivis proficiat jugiter commodis, & ſucceſſibus proſperis gratuletur, tuque proinde divinam, & Apoſtolicæ Sedis gratiam uberius conſequi mereris.

Datum apud Villam novam Avenionenſis diœceſis XIII. Kalendas Junii anno X.

In eumdem modum Archiepiſcopo Patracen. & Capitulo, Clero, & Populo, ac Vaſſallis Civitatis & diœceſis Coronen. & Andreæ Dandulo Duci Venetiarum.

XCII.

Fit Patriarcha Gradenſis. Regeſt. Vatic. lib. 2. fol. 5.

Venerabili fratri Fortanerio olim Archiepiſcopo Ravennaten. in Patriarcham Graden. Electio.

§. I. ROmani Pontificis, quem Paſtor ille cœleſtis & Epiſcopus animarum, poteſtatis ſibi plenitudine tradita, Eccleſiis prætulit univerſis, plena vigiliis ſollicitudo requirit, ut juxta cujuslibet ſtatum Eccleſiæ ſic vigilanter excogitet, ſicque proſpiciat diligenter, quod per ejus providentiam circumſpectam, nunc per ſimplicis proviſionis officium, nunc vero per miniſterium translationis accommodæ, prout perſonarum, locorum, & temporum qualitas exigit, Eccleſiis ſingulis Paſtor accedat idoneus, & Rector providus deputetur, qui populum ſibi commiſſum per ſuam circumſpectionem providam, & providentiam circumſpectam, ſalubriter dirigat & informet, ac bona Eccleſiæ ſibi commiſſæ non ſolum gubernet utiliter, ſed etiam multimodis efferat incrementis.

§. II. Dudum ſiquidem, ſcilicet XVI. Kalend. Martii Pontificatus noſtri anno II. ex certis cauſis, proviſiones omnium Eccleſiarum Cathedralium civitatis & provinciæ Graden. ad quorum regimina Prælati, qui pro tempore præfuerunt eiſdem, conſueverunt per electionem aſſumi, tunc vacantium, & quæ ex tunc uſque ad biennium vacare contingeret, diſpoſitioni noſtræ & Sedis Apoſtolicæ duximus reſervandas, decernendo ex tunc irritum &c. contingeret attentari: & deinde cum finis dicti biennii tunc inſtaret, nos ſimilibus cauſis inducti, reſervationem, & decretum, præfata, de biennio in biennium uſque ad XXV. Kalendas Martii Pontificatus noſtri anno VIII. Et demum fine ultimi biennii tunc inſtante, uſque ad duos annos ex tunc in antea computandos, reſervationem & decretum præfata, auctoritate Apoſtolica, duximus proroganda.

§. III. Poſtmodum vero Eccleſia Graden. per obitum bonæ memoriæ Andreæ Patriarchæ Graden. qui hujuſmodi ultima prorogatione durante, extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, Paſtoris ſolatio deſtituta: nos ad proviſionem ejuſdem Eccleſiæ celerem & fœlicem &c. paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes: poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Eccleſiæ, perſonam utilem & etiam fructuoſam cum noſtris Fratribus habuimus diligentem; demum ad te tunc Archiepiſcopum Ravennaten. conſideratis grandium virtutum meritis, quibus perſonam tuam divina gratia inſignivit, & quod tu, qui regimini Ravennaten. Eccleſiæ hactenus utiliter præfuiſti, dictam Graden. Eccleſiam ſcies & poteris, auctore Domino, utiliter regere, & fœliciter gubernare, noſtrum animum duximus dirigendum. Intendentes itaque tam dictæ Graden. Eccleſiæ, quam ejus gregi Dominico ſalubriter providere, te a vinculo, quo tenebaris Eccleſiæ Ravennaten. præfatæ, cui tunc præeras, de dictorum Fratrum conſilio, & Apoſtolicæ po-

teſtatis plenitudine, abſolventes, te ad dictam Graden. Eccleſiam transferimus, teque illi in Patriarcham præficimus & paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius &c. plenarie committendo, liberamque tibi dando licentiam, ad eamdem Graden. Eccleſiam tranſeundi, firma ducti fiducia, quod tuos actus & opera, illius clementia dirigente, a quo univerſorum chariſmatum dona emanant, prælibatæ Graden. Eccleſiæ per tuam curioſam ſolertiam, tuumque miniſterium ſtudioſum, honoris & proſperitatis multiplicium votiva provenient incrementa. Quocirca Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præfatæ Graden. Eccleſiæ impoſitum tibi onus a Domino devote ſuſcipiens, curam & adminiſtrationem prædictas ſic diligenter geras & ſollicite proſequaris, quod ipſa Graden. Eccleſia gubernatori circumſpecto, & fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam &c.

Datum apud Villam novam Avenionenſis diœceſis XIII. Kalendas Junii anno X.

In eumdem modum univerſis Suffraganeis, Capitulo, ac Clero, & populo, ac Vaſſallis Civitatis & diœceſis Graden.

XCIII.

Accepto Patriarchatu Graden. conſtituitur adminiſtrator Eccleſiæ Ravennaten. Reg. Vatic. lib. 1. fol. 58.

Venerabili fratri Fortanerio olim Archiepiſcopo Ravennaten. in Patriarcham Graden. Electo, Adminiſtratori Eccleſiæ Ravennaten.

Quale Pontificis ſtudium in Eccleſiis providendis Paſtore viduatis.

§. I. REgimini univerſalis Eccleſiæ, quamvis inſufficientibus meritis, præſidentes, diſponente Domino, de univerſis orbis Eccleſiis, pro earum ſtatu ſalubriter dirigendo, quantum nobis ex alto conceditur, ſollicite cogitamus; ſed ea propenſius ſollicitudo nos urget, ut illis, quæ propriis ſunt paſtoribus deſtitutæ, ne prolixæ vacationis ſubjaceant detrimentis, de ſalubri remedio providere curemus, quodque illarum, quæ majori præfulgent titulo dignitatis, prout ipſorum locorum, & temporum qualitas exigit, neceſſitatibus conſulamus.

Eccleſia Ravennat. vacant. Ad Patriarch. aſſumitur.

§. II. Sane Eccleſia Ravennaten. vacante pro eo, quod nos hodie te tunc Archiepiſcopum Ravennaten. apud Sedem Apoſtolicam conſtitutum, a vinculo, quo ipſi Eccleſiæ Ravennaten. cui tunc præeras, tenebaris, de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſolventes, te ad Eccleſiam Graden. tunc vacantem duximus transferendum, præficiendo te illi in Patriarcham & Paſtorem. Nos conſiderantes, quod tu de bonis ad menſam tuam Patriarchalem ſpectantibus, ſtatum tuum juxta meritorum tuorum, & Patriarchalis dignitatis exigentiam, decenter tenere non poſſis, & propterea tibi, ut ipſum ſtatum decentius tenere valeas; & Ravennaten. Eccleſiæ ſic vacanti ne prolixæ vacationis ſubjaceat detrimentis, de oportuno remedio providere volentes, ac diligentius attendentes,

Eamdem Eccleſiam Raven. adminiſtrat.

quod tu eidem Ravennat. Eccleſiæ, cujus regimini hactenus laudabiliter præfuiſti, per tuæ circumſpectionis induſtriam, conſiderata maxime utriuſque dictarum Eccleſiarum vicinitate, ac conſideratione locorum, in ſpiritualibus & temporalibus eſſe poteris multipliciter fructuoſus, Eccleſiam ipſam Ravennaten. ſic vacantem, de qua nullus præter nos hac vice diſponere poteſt, pro eo quod nos diu ante vacationem hujuſmodi, proviſiones omnium Eccleſiarum Cathedralium tunc apud dictam Sedem vacantium, & vacaturarum in poſterum apud eam, collationi & diſpoſitioni noſtræ ſpecialiter reſervantes, decrevimus ex tunc irritum &c. contingeret attentari; tibi, de

di-

dictorum Fratrum noſtrorum conſilio, commendamus, per te, quoad vixeris, & dictæ Graden. Eccleſiæ præfueris, gubernandam, curam & adminiſtrationem ejuſdem Eccleſiæ Ravennaten. ac bonorum & jurium ipſius tibi tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus plenarie committendo; ut Eccleſiam ipſam Ravennaten. tuæ gubernationi & adminiſtrationi commiſſam ſpiritualiter & temporaliter, juxta traditam tibi a Deo prudentiam, regas, dirigas, & augmentes, ac de fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus univerſis ad menſam Archiepiſcopalem Ravennaten. ſpectantibus, ordines & diſponas, eos convertendo prout Archiepiſcopi Ravennaten. qui fuerunt pro tempore, fecerunt, ac etiam debuerunt, alienatione quorumlibet immobilium, ac pretioſorum mobilium bonorum ejuſdem Eccleſiæ Ravennaten. tibi penitus interdicta. Jura Eccleſiæ ei committuntur, & bonorum adminiſtratio.

§. III. Tu igitur circa ejuſdem Ravenaten. Eccleſiæ regimen & gubernationem ſollicite & fideliter exercenda, te ſic exhibeas ſtudioſum, quod præfata Ravennaten. Eccleſia, divina tibi favente clementia, ſub gubernanione tua provida ac ſalubri, votivis continue in ſpiritualibus, & temporalibus commodis amplietur, & ſalubribus proficiat incrementis: noſque tuæ circumſpectionis & diligentiæ fructuoſum ſtudium in hac parte dignis poſſimus laudibus in Domino merito commendare.

Datum apud Villam novam Avenion. diœceſis XIII. Kalen. Junii anno X. In eumdem modum univerſis Suffraganeis, Capitulo, & Clero, ac univerſis Vaſſallis Eccleſiæ Ravennaten.

XCIV.

Fit Rector & Pacificator Campaniæ & Maritimæ. Regeſt. Vatic. in libro ſecretorum epiſt. 8.

Venerabili fratri Veſiano Archiepiſcopo Capuano, Provinciarum Campaniæ, & Maritimæ, pro nobis, & Romana Eccleſia Rectori.

QUæ & quanta diſcrimina, pericula, & jacturas, Provinciis Campaniæ atque Maritimæ, quarum Rector exiſtis, & habitatoribus earumdem pepererit, & pariat cura, & uſque ad hæc tempora continuata, & aucta diſcordia inter nobiles & inferiores alios Provinciarum ipſarum, ad memoriam non ſine amaritudine, revocantes, & ſuper eis provinciis, & habitatoribus ipſis benigno compatientes affectu, Fraternitati tuæ, de qua in his & aliis plenam in Domino fiduciam obtinemus, inter quaſcumque perſonas Provinciarum ipſarum Eccleſiaſticas, vel mundanas, etiamſi Pontificali, vel quavis alia præfulgeant dignitate, invicem diſſidentes, tractandi, ordinandi, & faciendi pacem atque concordiam, & treuguas etiam ineundi; necnon pacem, concordiam, & treuguas hujuſmodi juramentorum interpoſitionibus, pœnarum adjectionibus, & aliis firmitatibus vallandi, & roborandi, turbatores quoque & impeditores pacis, concordiæ, & treuguarum hujuſmodi, nec non contradictores & rebelles, cujuſcumque ſtatus, gradus, & conditionis extiterint, auctoritate noſtra, per cenſuram Eccleſiaſticam, per temporalem diſtrictionem etiam, prout tibi expedire videbitur, appellatione poſtpoſita, compeſcendi, plenam concedimus, tenore præſentium, poteſtatem. Tu igitur, cujus affectibus ineſſe novimus bonum pacis, ſic in hac parte te exhibeas ſtudioſum, ſicque diſſidentium compeſcas, & reprimas noxium appetitum, quod nos ſtudium tuum, & ſollititudinem mentis commendare laudibus valeamus.

Datum apud Villam novam Avenionen. diœc. XII. Kal. Junii anno X.

XCV.

Commendatur eis prædictus Rector. Ibidem.

Dilectis filiis nobilibus Viris Jordano de filiis Urſi, & Sciarræ, quondam Jacobi de Columna, Senatoribus Urbis.

SPerantes, prout deſideramus attentius, ſtatum Provinciarum Campaniæ atque Maritimæ, quas hactenus, peccatis exigentibus, inteſtina commotio, & particularia odia miſerabiliter lacerarunt & lacerant, per venerabilis fratris noſtri Veſiani Archiepiſcopi Capuani, Provinciarum ipſarum pro nobis & Eccleſia Romana Rectoris, providi regiminis curam in melius, auctore Domino, reformari & peramabilis & optatæ pacis dulcedinem, Provinciarum ipſarum provideri quieti, eumdem Archiepiſcopum ad Provincias ipſas præſentialiter deſtinamus. Quocirca nobilitatem veſtram attente rogamus, quatenus memorato Archiepiſcopo ſic pro noſtra, & Apoſtolicæ Sedis reverentia favorabiliter, & efficaciter in executione ſui officii aſſiſtatis, quo ipſe vota noſtra in hac parte, per auxilium veſtrum laudabiliter impleat, ſicque nos ex operibus ejus fructus colligamus optatos, dictiſque Provinciis, & habitatoribus earumdem votivæ quietis ſerenitas eluceſcat.

Datum ut ſupra.

XCVI.

Fit Epiſcopus Agien: Reg. Vatic. in lib. ann. 11. fol. 2.

Venerabili fratri Raymundo Epiſcopo Agien.

§. I. ÆTerni Regis providentia, cui inſcrutabili altitudine in regno mundi ordinationem ſuſcipiunt univerſa, ſupremæ dignitatis faſtigio, licet immeriti, præſidentes, ad univerſas orbis Eccleſias noſtræ conſiderationis aciem extendimus, & pro earum ſtatu fœliciter dirigendo, Apoſtolici favoris auxilium adhibemus; de illis vero propenſius cogitare nos convenit, quæ viduitatis deplorant incommoda, ut in eis juxta cor noſtrum, nunc per ſimplicis proviſionis officium, nunc vero per miniſterium translationis accommodæ, prout perſonarum, locorum, & temporum qualitas exigit, divina ſuffragante clementia, ſingulis Eccleſiis paſtores præficiantur idonei, per quorum prudentiam & doctrinam Eccleſiæ ipſæ ſalubriter & utiliter gubernatæ, in ſtatu proſpero floreant & accreſcant.

§. II. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Antonio Epiſcopo Agien. regimini Agien. Eccleſiæ præſidente; nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum eam vacare contingeret, utilem & fructuoſam per Apoſtolicæ Sedis providentiam præeſſe perſonam, proviſionem ejuſdem Eccleſiæ diſpoſitioni noſtræ ea vice duximus ſpecialiter reſervandam; decernentes ex tunc irritum &c. contingeret attentari. Poſtmodum vero dicta Eccleſia, per obituum ipſius Antonii Epiſcopi, qui extra Romanam Curiam debitum naturæ perſolvit, Paſtoris ſolatio deſtituta, nos, vacatione hujuſmodi fide dignis relatibus intellecta, ad proviſionem ipſius Eccleſiæ celerem &c. ſupradictis, ne longæ vacationis &c. intendentes, cupientes quoque ipſi Eccleſiæ Agien. talem præeſſe perſonam, quæ ſciret &c. ac etiam adaugere. Poſt deliberationem, quam ſuper his cum noſtris &c. diligentem: demum ad te tunc Epiſcopum Arien. conſideratis grandium virtutum tuarum meritis, quibus perſonam tuam

tuam Altiſſimus inſignivit, & quod tu Arien. Eccleſiæ hactenus laudabiliter præfuiſti, convertimus. noſtræ mentis intuitum. Intendentes itaque tam dictæ Agien. Eccleſiæ, quam gregi Dominico ejuſdem ſalubriter & utiliter providere, a vinculo, quo ipſi Arien. Eccleſiæ, cui tunc præeras, tenebaris, de Fratrum ipſorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, abſolventes, te ad præfatam Agien. Eccleſiam transferimus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam &c. plenarie committendo, liberamque tibi dando licentiam ad præfatam Agien. Eccleſiam tranſeundi, firma ſpe, fiduciaque tenentes quod, dirigente Domino actus tuos, præfata Agien. Eccleſia per tuæ induſtriæ, & circumſpectionis fructuoſum ſtudium regetur utiliter, & proſpere dirigetur, grataque in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus, auctore Domino, ſuſcipiet incrementa.

§. III. Quocirca fraternitati tuæ, per &c. mandamus quatenus ad dictam Agien. Eccleuam cum gratia &c. adminiſtrationem præfatas ſic exercere ſtudeas ſollicite & fideliter, quod dicta Eccleſia per tuæ operationis miniſterium, votivis jugiter proficiat commodis, & ſucceſſibus proſperis augeatur, ac tu proinde divinam, præfatæ Sedis & noſtram benedictionem & gratiam uberius conſequi merearis.

Datum apud Villam novam Avenion. diœceſis VIII. Kalend. Junii, anno X.

In eumdem modum, Archiepiſcopo Creten. & Capitulo, ac Clero Agien.

XCVII.

Diſpenſatur circa votum emiſſum de fundando Monaſterio. Reg. Vatic. in 3. part. 1. libr. fol. 50.

Dilecto filio nobili viro Gerardo de Pomerio, Militi, Leodien. diœceſis.

§. I. BEnigno ſunt illa tibi concedenda favore, per quæ, ſicut pie deſiderare videris, conſcientiæ pacem & ſalutem animæ, Deo propitio, conſequaris.

§. II. Sane petitio pro parte tua nobis exhibita continebat, quod tu dudum de animæ tuæ ſalute cogitans, & terrena in cœleſtia cupiens fœlici commercio commutare, pro animæ tuæ ſalute fundare de novo in oppido Aquen. Leodien. diœceſis quoddam Monaſterium Monialium Ordinis ſanctæ Claræ, illudque de bonis tuis ſufficienter dotare pro duodecim Monialibus, in eo virtutum Domino perpetuo ſervituris, & opportunis familiaribus earumdem: nec non quod in ipſo Monaſterio, quamprimum ad hoc paratum exiſteret, tamdiu remaneres incluſus, donec fundationem & dotationem hujuſmodi perfeciſſes, ſalubri, ac pia intentione voviſti: & quod licet tu poſtmodum Monaſterium ipſum cum Diœceſani tui licentia fundare cœperis, & dotare, & in eo aliquamdiu incluſus maneres, prout manes, tu tamen pro eo, quod tui uxor & liberi dotationi hujuſmodi non conſentire contendunt, dotationem ipſam ſic incluſus exiſtens, non potes ſicut credideras, adimplere, ſuper quo Apoſtolicæ benignitatis remedium humiliter imploraſti.

§. III. Tuis itaque in hac parte ſupplicationibus inclinati, devotioni tuæ quod uſque ad biennium proxime futurum, ut interim fundationem & dotationem præmiſſas commodius perficere valeas & implere, in eodem Monaſterio manere incluſus minime tenearis, hujuſmodi voto per te ſuper hoc,

ut

ut præfertur, emiſſo, nequaquam obſtante, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum apud Villam novam Avenion. diœceſis VI. Kalendas Junii, anno X.

XCVIII.

Fit Epiſcopus Balazen. Reg. Vat. lib. 1. fol. 22.

Dilecto filio Andreæ Citer Electo Balazen.

Vide Conſt. 84. hujus Pontificis.

§. I. SUmmi diſpoſitione paſtoris, ad regimen univerſalis Eccleſiæ deputati, angimur curis aſſiduis, ut operam, quantum nobis ex alto conceditur, impendamus, quod orbis Eccleſiæ univerſæ Paſtorum regimine &c. gubernare.

§. II. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Gervico Epiſcopo Balazen. reginini Balazen. Eccleſia præſidente; nos cupientes eidem &c. perſonam, proviſionem &c. ſpecialiter reſervandam: decernentes ex tunc irritum & inane &c. contingeret attentari. Poſtmodum vero præfata Eccleſia, per obitum ejuſdem Gervici, qui nuper extra Romanam Curiam diem clauſit extremum paſtoris ſolatio deſtituta; nos vacatione hujuſmodi fide dignis relatibus intellecta, ad proviſionem &c. de qua nullus &c. ſupradictis, ne ipſa Balazen. Eccleſia longæ vacationis &c. intendentes, ac cupientes eidem &c. adaugere; poſt deliberationem, quam &c. diligentem, demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, in Sacerdotio conſtitutum, litterarum ſcientia præditum, Religionis zelo conſpicuum, vitæ ac morum honeſtate decorum, in ſpiritualibus providum, & in temporalibus circumſpectum, aliiſque multiplicium &c. inſignitum pro quo etiam dilecti filii Capitulum dictæ Eccleſiæ nobis ſuper hoc humiliter ſupplicarunt, direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita &c. de perſona tua eidem Eccleſiæ, de dictorum Fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica, providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ tibi tam &c. plenarie committendo. In illo qui &c. confidentes, quod eadem Eccleſia Balazen. ſub tuo &c. ſuſcipiet incrementa. Jugum igitur Domini tuis &c. ejuſdem Balazen. Eccleſiæ ſollicitam curam geras, gregem &c. adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam, ac bonæ famæ tuæ &c. valeas promereri.

Datum apud Villam novam Avenion. diœceſis Kalend. Junii, anno X. In eumdem modum, Archiepiſcopo Antibaren. & Capitulo, ac populo civitatis & diœceſis Balazen.

XCIX.

Fit Epiſcopus Scopien. Ibid. fol. 44.

Dilecto filio Friderico de Retersbeke Electo Scopien.

Ut in Conſt. 93. hujus Pontificis.

§. I. REgimini univerſalis Eccleſiæ quamquam &c. nos urget, quas in remotis partibus propriis carentes Paſtoribus, vacationis incommodis proſpicimus ſubjacere, ut illis per operationis noſtræ ſtudium, viri præficiantur idonei in paſtores, qui ſciant, velint, & poſſint ipſis Eccleſiis præeſſe utiliter, & prodeſſe.

§. II. Nuper ſiquidem intellecto, quod Eccleſia Scopien. per obitum bonæ memoriæ Joannis Epiſcopi Scopien. qui extra Romanam Curiam diem clau-

clauſit extremum, erat Paſtoris ſolatio deſtituta: nos ad proviſionem ipſius Eccleſiæ, ne ulterius diſpendia &c. ſtudio paternæ ſollicitudinis intendentes, & cupientes, talem eidem Eccleſiæ præeſſe Paſtorem, qui ſciret, vellet, & poſſet ipſam in ſuis conſervare juribus, & etiam adaugere. Poſt deliberationem, quam ſuper his cum Fratribus noſtris habuimus diligentem: demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis.

§. III. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua eidem Eccleſiæ, de dictorum Fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica, providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius &c. plenarie committendo. In illo qui dat &c. confidentes, quod præfata Eccleſia per tuæ induſtriæ & circumſpectionis fructuoſum ſtudium regetur utiliter, & proſpere dirigetur, ac votis augebitur, auctore Domino, proſperitatis commodi & honoris. Impoſitum igitur humeris tuis a Domino hujuſmodi onus ſuſcipiens reverenter, illudque ferens humiliter & devote, curam & adminiſtrationem præfatas ſic gerere ſtudeas diligenter: quod prædicta Scopien. Eccleſia Paſtori provido & fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam, & apud remotos & proximos, cum evidentia tuorum operum laudandorum, fama tua clareat per effectum & in delectationem nobis veniat, te opportuno tempore promovere, tuiſque deſideriis favorem benevolum impertiri.

Datum Avenione VI. Idus Junii, anno X.

C.

Præficitur Eccleſiæ Civitaten. Ibid. lib. 2. fol. 28.

Venerabili fratri Thomæ Epiſcopo Civitaten.

§. I. PAſtoralis officii debitum &c. cogitemus, & præſertim ut illis, quæ ad Romanam Eccleſiam nullo mediante pertinent, & vacationis exponuntur incommodis, viri præficiantur providi in Paſtores, qui eis ſciant & poſſint præeſſe ſalubriter & prodeſſe. *Ut in Conſt. 83. hujus Pontificis.*

§. II. Nuper ſiquidem Eccleſia Civitaten. ad dictam Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente, ex eo Paſtoris ſolatio deſtituta, quod nos venerabilem fratrem noſtrum Raymundum Maranen. tunc Civitaten. Epiſcopum, licet abſentem a vinculo, quo tenebatur eidem Civitaten. Eccleſiæ, cui tunc præerat, de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, abſolventes, ipſum ad Maranen. Eccleſiam, tunc vacantem, auctoritate Apoſtolica, duximus transferendum, præficiendo eum ipſi Maranen. Eccleſiæ in Epiſcopum & Paſtorem.

§. III. Nos volentes eidem Civitaten. Eccleſiæ, ne diſpendia longioris vacationis incurreret, paterna ſollicitudine præcavere, cum nullus præter nos ea vice de ipſius Eccleſiæ Civitaten. ordinatione ſe intromittere poſſet, pro eo quod nos diu ante vacationem hujuſmodi Eccleſiæ Civitaten. præfatæ, proviſiones omnium Cathedralium Eccleſiarum vacaturarum per translationes, per nos de Prælatis earum ubilibet conſtitutis, faciendas ad alias Cathedrales Eccleſias tunc vacantes, diſpoſitioni noſtræ duximus ſpecialiter reſervandas. Decernendo ex tunc &c. contingeret attentari: poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Civitaten. Eccleſiæ, perſonam utilem & etiam fructuoſam cum Fratribus noſtris habuimus diligentem; demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis.

§. IV. Qui-

§. IV. Quibus omnibus attenta meditatione penſatis, de perſona tua ipſi Civitaten. Eccleſiæ, de dictorum Fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica, duximus providendum, teque illi præfecimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Civitaten. Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo; tibique per venerabilem fratrem noſtrum Petrum Epiſcopum Præneſtin. apud Sedem Apoſtolicam fecimus conſecrationis munus impendi. In illo qui dat &c. confidentes, quod dicta Civitaten. Eccleſia ſub tuo fœlici regimine, gratia &c. ſuſcipiet incrementa.

§. V. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad Eccleſiam ipſam cum gratia noſtræ benedictionis accedens, curam & adminiſtrationem præfatas &c. proſequaris, quod ipſa Civitaten. Eccleſia, tuæ cooperationis miniſterio, votivis proficiat commodis, & ſucceſſibus proſperis augeatur, tuque proinde divinam, & Apoſtolicæ Sedis, ac noſtram gratiam uberius conſequi merearis.

Datum Avenione IV. Idus Junii, anno X.

In eumdem modum, Capitulo, & Clero, ac Vaſſallis Eccleſiæ Civitaten.

CI.

Ut uniant Monaſterium ſanctæ Mariæ Magdalenæ Veronen. alteri S. Mariæ de Campo-Martio Clariſſarum. Reg. Vatic. 1. part. lib. 3. fol. 173.

Venerabili Fratri Epiſcopo Vicentin. & dilectis filiis ſancti Firmi Minoris & ſanctæ Mariæ in Organo Monaſteriorum Veronen. Abbatibus.

Præfatio. §. I. Paſtoralis officii, cui, volente Domino, præſidemus, debitum exigit, ut circa ſtatum Eccleſiarum & Monaſteriorum omnium, & præſertim quæ deſolationis ſuæ detrimenta deplorant, proſpere dirigendum ſollicite cogitantes, pro ipſorum opportuno relevamine, ac degentium in eis perſonarum ſalubri quiete, quantum cum Deo poſſumus, operoſum ſtudium, & favorem benevolum impendamus.

Monaſterium in ſpiritualibus temporalibusque delapſum. §. II. Sane petitio pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii ſanctæ Mariæ de Campo-martio prope Veronam, Ordinis ſanctæ Claræ, nobis nuper exhibita continebat; quod dudum venerabilis frater noſter Joannes Bononien. tunc Veronen. Epiſcopus, conſiderans quod Monaſterium ſanctæ Mariæ Magdalenæ Veronen. Ordinis ſancti Benedicti, quaſi ex toto collapſum & deſolatum, multiſque magnis debitis oneratum, ejuſque poſſeſſiones & bona in magna parte dilapidata & alienata, ac ſub uſurarum voragine obligata erant, & reliquæ ipſius poſſeſſiones incultæ jacebant, ac domus & ædificia ipſius reparatione maxima indigebant, & quod quinque Sorores dicti Monaſterii ſanctæ Mariæ Magdalenæ, quæ duntaxat in eo abſque Abbatiſſa diutius remanſerant, inhoneſtam & laſcivam vitam ducebant, & extra Monaſterium ipſum indecenter, pro libito vagabantur, quodque tam ipſæ Moniales, quam aliæ perſonæ ipſius Monaſterii ex ejuſdem Monaſterii redditibus non poterant commode ſuſtentari, ex præmiſſis, & multis aliis rationabilibus cauſis motus, habito pluries ſuper hoc tractatu cum dilectis filiis Capitulo Veronen. & nonnullis aliis Prælatis, & perſonis Eccleſiaſticis, ſecularibus & regularibus civitatis Veronen. cum conſenſu dictorum Capituli, præfatum Monaſterium ſanctæ Mariæ Magdalenæ dicto Monaſterio de Campo-martio, non obſtante quod diverſorum eſſent Ordinum, auctoritate ordinaria, in perpetuum annexuit, & univit, ordinans inter cetera, quod in dicto Monaſterio ſanctæ Mariæ Magdalenæ certus eſſe deberet Monialium numerus per Abbatiſſam dicti Monaſterii de

Unitur cum alio de Campo-martio.

Numerus certus conſtituendus Monialium.

Cam-

Campo-martio eligendarum, ſeu præſentandarum eidem Epiſcopo, & per ipſum Epiſcopum inſtituendarum ibidem, & de ipſo numero Monialium in dicto Monaſterio ſanctæ Mariæ Magdalenæ ſic inſtitutarum, una quæ reliquis & ipſi Monaſterio præeſſe deberet, quæ Vicaria nuncuparetur, per dictam Abbatiſſam eligi, & per Epiſcopum Veronen. qui eſſet pro tempore, confirmari deberet; & quod ipſa Vicaria & Moniales quæ in dicto Monaſterio forent, per eumdem Epiſcopum, qui foret pro tempore, approbatæ, deberent in eodem Monaſterio perpetuo reſidere, nec clauſuras dicti Monaſterii exire, & vivere ſecundum regulam & Ordinem ſanctæ Claræ prædictos; & quod nihilominus Monaſterium ipſum ſanctæ Mariæ Magdalenæ, ac Vicaria, & Moniales, ſeculares & aliæ perſonæ, quæ in eo pro tempore degerent, cum omnibus bonis & juribus ipſius Monaſterii ſub juriſdictione ipſius Epiſcopi, & ſucceſſorum ſuorum perpetuo remanerent; ſibique etiam & ſucceſſoribus ſuis reſervavit omnem juriſdictionem, auctoritatem, & poteſtatem, obedientiam, ſubjectionem, reverentiam, deſtitutionem, correctionem, viſitationem, reformationem, cenſuram Eccleſiaſticam, pœnitentias, & ſacramentorum omnium ſpectantium & pertinentium ad ipſum Epiſcopum, exhibitiones, nec non ſynodum, ſeu ſynodocio nomine quod debetur, contributionem caritativi ſubſidii, & aliorum onerum, quartam decimationum funeralium, & mortuorum, quæ occurrerent in futurum, & cenſuum eidem Epiſcopo debitorum; ac omnia alia & ſingula jura, quæ ad ipſum Epiſcopum & ejus Epiſcopatum in dicto Monaſterio ſanctæ Mariæ Magdalenæ ante unionem hujuſmodi quomodolibet pertinebant. Volens & proteſtans, quod ad unionem hujuſmodi nullum præjudicium fieret Epiſcopatui Veronen. nec per eam de ipſius Epiſcopatus juribus intelligeretur aliquid abdicatum: quæ omnia Abbatiſſa & Conventus ipſius Monaſterii de Campo-martio ſupradictæ ratificaverunt, & per eorum Syndicum juramento firmarunt, prout in publicis inſtrumentis, inde confectis dicitur plenius contineri.

Ejus Regula Clariſſarum præſcripta.

Ea quæ fuere Epiſcopo reſervata.

§. III. Quare pro parte ipſarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii de Campo-martio nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut dictam unionem auctoritate Apoſtolica, confirmare, necnon cum ipſæ, & Monaſterium earum præfatum de Campo-martio ſub cura Fratrum Ordinis Minorum regantur, & ab omni dominio, juriſdictione, & poteſtate Epiſcopi Veronen. qui eſt pro tempore, & quorumlibet aliorum Ordinariorum Judicum, ſit prorſus exemptum, & indecens, ac minus expediens videatur, quod dictum Monaſterium ſanctæ Mariæ Magdalenæ, tamquam membrum a ſuo capite diſcrepans, alteri ſit ſubjectum, providere ſuper hoc, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

Supplicatio facta Pontifici.

§. IV. Nos igitur, qui Monaſteriorum præfatorum ſtatum ſalubrem & perſonarum in eis degentium quietem paternis deſideriis affectamus, quia de præmiſſis certam notitiam non habemus, dictarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii de Campo-martio in hac parte ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ de qua in his & aliis gerimus in Domino fiduciam ſpecialem, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, ſi eſt ita, unionem præfatam, auctoritate noſtra, confirmare, omnemque defectum, ſi quis in ea intervenerit, de poteſtatis noſtræ plenitudine, ſupplere curetis.

Delegatio data Epiſcopis.

§. V. Et inſuper ut præfatum Monaſterium ſanctæ Mariæ Magdalenæ ſuo capiti ſit conforme, & Moniales, quæ in eo pro tempore fuerint, cum Abbatiſſa & Sororibus dicti Monaſterii de Campo-martio in ſemitas mandatorum Domini paribus greſſibus ambulent, ac uno eodemque regimine guber-

A juriſdictione Ordinarii eximuntur.

natæ, quietum poſſint Altiſſimo reddere famulatum, Monaſterium ipſum ſanctæ Mariæ Magdalenæ, & perſonas quaslibet, quæ degunt, & degent perpetuis temporibus in eodem, ab omni juriſdictione, dominio, & poteſtate Epiſcopi Veronen. qui eſt pro tempore & quorumlibet aliorum Ordinariorum Judicum, totaliter eximatis, ipſaque, Monaſterium & perſonas debere perpetuo gaudere omnibus privilegiis, immunitatibus, libertatibus, & exemptionibus, quæ Monaſterium de Campo-martio, & Abbatiſſa ejus ac Sorores pro tempore gaudent, & quomodolibet potiuntur.

§. VI. Non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus Apoſtolicis, vel aliis, aut ſtatutis, vel conſuetudinibus Monaſteriorum & Ordinum præfatorum, necnon ordinationibus, ac reſervationibus, & proteſtationibus ſupradictis per eumdem Epiſcopum in unione præfata appoſitis ut præfertur; necnon quibuſcumque approbationibus, promiſſionibus, pœnis, obligationibus, ſeu etiam juramentis, Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii ſanctæ Mariæ de Campo-martio præfatarum, ſub quacumque forma, vel expreſſione verborum conceptis, auctoritate præmiſſa, decernatis, ipſaſque Abbatiſſam & Conventum, ſeu Moniales & perſonas, quæ in dicto Monaſterio ſanctæ Mariæ Magdalenæ pro tempore fuerint, ad obſervantiam ordinamentorum, ſtatutorum, approbatorum, & juramenti præfatorum in perpetuum non teneri, eadem auctoritate, etiam declaretis.

Datum Avenione xv. Kalend. Julii, anno x.

CII.

Fit Archiepiſcopus Colocen. Reg. Vatic. lib. . . . fol. 68.

Dilecto filio Hugoni de Scuria Electo Colocen.

§. I. Summi diſpoſitione Rectoris ad regimen univerſalis Eccleſiæ deputati, cura reddimur indefeſſa ſolliciti, quod orbis Eccleſiæ univerſæ Paſtorum regimine deſtitutæ, per providentiæ noſtræ ſtudium viris committantur idoneis, qui ſciant, velint, & poſſint Eccleſias eis commiſſas ſtudioſe regere, ac fœliciter gubernare.

§. II. Dudum ſiquidem bon. mem. Gregorio Archiepiſcopo Colocen. regimini Colocen. Eccleſiæ præſidente: Nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum eam vacare contingeret, operationis noſtræ miniſterio idoneam præſidere perſonam, proviſionem ejuſdem Eccleſiæ cum vacaret, ordinationi & diſpoſitioni noſtræ duximus ea vice ſpecialiter reſervandam, decernendo ex tunc irritum &c. contingeret attentari. Poſtmodum vero præfata Colocen. Eccleſia, per obitum ejuſdem Gregorii, qui extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, Paſtoris ſolatio deſtituta; Nos vacatione hujuſmodi fide dignis relatibus intellecta, ad proviſionem ipſius Eccleſiæ celerem & fœlicem, de qua nullus præter nos hac vice ſe intromittere poteſt, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis, ne prolixæ vacationis exponeretur incommodis, paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes, poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Eccleſiæ perſonam utilem, ac etiam fructuoſam cum fratribus noſtris habuimus diligentem: demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. convertimus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus attenta meditatione penſatis, de perſona tua eidem Colocen. Eccleſiæ, de dictorum Fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica, providemus, teque illi præficimus in Archiepiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius tibi tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus plenarie committendo, in illo qui dat gratias, & largitur præmia, confidentes, quod dicta

cta Ecclesia sub tuo fœlici regimine, gratia tibi assistente divina, in eisdem spiritualibus & temporalibus grata suscipiet incrementa.

§. III. Quocirca discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi onus a Domino devote suscipiens, ipsius Ecclesiæ regimen sollicite studeas exercere, gregem Dominicum in ea tibi creditum doctrina verbi & operis, juxta datam tibi a Deo prudentiam, informando, ita quod ipsa Ecclesia operationis tuæ ministerio votivis jugiter proficiat commodis, & successibus prosperis gratuletur, tuque proinde divinam clementiam & nostram benevolentiam, & gratiam uberius consequi merearis.

Datum Avenione XII. Kal. Julii, anno X.

In eumdem modum Capitulo, & populo Civitatis & diœc. Colocen.

CIII.

Episcopatus Ossorien. restituitur jurisdictioni Archiepiscopali Dublinen.

Reg. Vat. lib. 2. part. 4. fol. 1410.

Ad futuram rei memoriam.

§. I. EA, quæ dubietatis, aut facta Ecclesiis & personis Ecclesiasticis materiam litigiorum pro tempore possent inferre, libenter, prout ex debito Pastoralis tenemur officii, nobisque possibile redditur, summovemus. Pontifex munus evitare litigia.

§. II. Dudum pro parte venerabilis fratris nostri Richardi Episcopi Ossorien. nobis exposito, quod ipse cum olim contra quosdam hæreticos per eum in diœcesi Ossorien. repertos, consulta prius per eum super hoc Sede Apostolica, juxta sacrorum instituta Canonum processisset, dicti hæretici personaliter ipsum cœperant, & per decem & septem dies continuos ignominiose ipsorum detinuerant carceribus mancipatum. Episcopus Ossorien. ab Hæreticis in vinculis detentus.

§. III. Et quia postmodum cum ipse ab hujusmodi carceribus liberatus, a bon. mem. Alexandro Archiepiscopo Dublinen. Metropolitano suo, qui eisdem hæreticis publice notorieque faverat, ipsique Richardo, & Ecclesiæ Ossorien. necnon Clero & aliis subditis suis, ipsi Episcopo in negotio fidei Catholicæ assistentibus, multa & injuriosa gravamina intulerat, & favore ejusdem fidei appellasset, seque paratet ad arripiendum iter ad Sedem Apostolicam veniendi, pro appellatione hujusmodi prosequenda, præfatus Archiepiscopus ad omnes portus maris, & alia loca Hiberniæ, per quæ ipsum Episcopum veniendo ad dictam Sedem transitum facere oportebat, suas & alias litteras destinarat, procurans & fatagens, quantum in eo erat, facere dictum Episcopum personaliter capi, & carceri mancipari; quodque propterea dicto Episcopo metu mortis, & carceris exulare coacto, ac in hujusmodi exilio per novem annos commorante, omnibusque bonis suis mobilibus, & immobilibus spoliato, idem Archiepiscopus Ecclesiam, ac subditos ejusdem Episcopi Clericos & laicos, qui sibi in negotio ejusdem fidei contra præfatos hæreticos, ut præmittitur, astiterunt, diversis vexationibus & extorsionibus oppressit, & opprimebat variis fraudibus, & coloribus, ad ampliandam suam in hac parte malitiam exquisitis: idemque Episcopus timebat, quod Archiepiscopus, pro eo quod prædictorum & nonnullorum aliorum criminium propositorum contra eum pro parte ipsius Episcopi in consistorio coram nobis per informationem apud Sedem præfatam, de mandato nostro habitam, probata infamia, nos ipsum per litteras nostras citari mandaverimus, ut in certo termino, quem ei duxeramus peremptorie præfigendum, Apostolico se conspectui personaliter præsentaret, super præmissis & aliis, si qua Metropolitanus hæreticorum fautor. Eumdem Episc. persequitur.

ſi qua proponi, & objici contingeret contra eum, mandatis & beneplacitis Apoſtolicis pariturus, ac facturus, & recepturus quod juſtitia ſuaderet; contra ipſum Epiſcopum ac ſubditos ſuos, Clerum & populum ſupra dictos, provocaretur gravius ſolito, ac ipſi, & illis inferret gravamina duriora. Et quod idem Epiſcopus proinde circa curam & regimen ipſius Eccleſiæ intendere non potuerat, nec poterat, ut dicebat. Nos volentes Epiſcopum, Clerum, & populum ſupradictos ab hujuſmodi oppreſſionibus, & gravaminibus relevare, ipſius Epiſcopi ſupplicationibus inclinati, Epiſcopum & Eccleſiam, necnon Civitatem & diœceſim Oſſorien. ac perſonas earum, necnon familiares ipſius Epiſcopi Clericos & laicos, quamdiu Eccleſiæ memoratæ præeſſet & proſecutio duraret negotii antedicti, ab omni juriſdictione, dominio, poteſtate & ſuperioritate dicti Archiepiſcopi, & ejus Curiæ, Apoſtolica auctoritate, prorſus exemimus, ipſumque Epiſcopum, & illos voluimus immediate juriſdictioni Sedis Apoſtolicæ ſubjacere, univerſas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, necnon quoſcumque alios proceſſus qui contra hujuſmodi exemptionis noſtræ tenorem proferri, vel haberi contingeret, decernentes irritos & inanes, prout in diverſis noſtris litteris inde conſectis, plenius continetur.

Suffraganeus eximitur a juriſdictione Archiep.

§. IV. Cumque poſtmodum præfatus Alexander Archiepiſcopus viam fuerit univerſæ carnis ingreſſus, noſque Dublinen. Eccleſiæ per ipſius Archiepiſcopi obitum tunc vacantis, de perſona venerabilis fratris noſtri Joannis Archiepiſcopi Dublinen. duxerimus providendum, præficientes eum ipſi Dublinen. Eccleſiæ in Archiepiſcopum & Paſtorem; pro parte ipſius Joannis Archiepiſcopi nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut ne occaſione hujuſmodi exemptionis, quæ per ipſius Alexandri obitum eſt ſublata, inter Joannem Archiepiſcopum & Richardum Epiſcopum, alioſque præfatos, quæſtionis materia oriatur, providere de opportuno declarationis beneficio dignaremur; cum cauſa ejuſdem exemptionis per ipſius Alexandri obitum jam ceſſavit.

Metropolitano mortuo, juriſdictio revivicit.

§. V. Nos volentes hujuſmodi litigiorum anfractibus obviare, ipſius Joannis Archiepiſcopi ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium declaramus, exemptionem, immediatam ſubjectionem, & decretum hujuſmodi, & quæcumque in ipſa exemptione contenta per ipſius Alexandri obitum penitus expiraſſe, & nullius ex tunc fuiſſe roboris vel momenti. Nulli ergo &c. noſtræ declarationis &c.

Datum Avenione x. Kal. Julii, anno x.

CIV.

Præficitur Eccleſiæ Avellinen. Reg. Vatic. lib. 2. fol. 48.

Venerabili fratri Raymundo Epiſcopo Avellinen.

§. I. AD univerſalis Eccleſiæ regimen exercendum divina diſpoſitione vocati, circa cujuslibet ſtatum Eccleſiæ intuitum ſollicitæ conſiderationis extendimus, partes Paſtoralis officii vigilantius adhibentes, ut earum ſingulæ, præſertim Paſtorum regimine deſtitutæ, ſic Paſtoribus gubernentur idoneis, & Rectoribus providis committantur, quod Eccleſiæ ipſæ illorum circumſpectione provida, & providentia circumſpecta, ejus cooperante clementia, qui Paſtorum Paſtor & Rector agnoſcitur, ſpiritualibus & temporalibus proficiant incrementis.

§. II. Dudum ſiquidem Nicolao Epiſcopo Avellinen. Eccleſiæ Avellinen. regimini præſidente; Nos cupientes ipſi Eccleſiæ, cum eam vacare contin-

tingeret, utilem & fructuosam per Apostolicæ Sedis providentiam præesse personam, provisionem ejusdem Ecclesiæ cum vacaret, dispositioni nostræ ea vice duximus specialiter reservandam: decernentes ex tunc &c. contingeret attentari. Postmodum dicta Ecclesia per obitum ipsius Nicolai, qui nuper extra Romanam Curiam diem clausit extremum, Pastoris solatio destituta; Nos vacatione hujusmodi fide dignis relatibus intellecta, attendentes quod nullus præter nos, se ea vice de provisione ipsius Ecclesiæ intromittere poterat, reservatione & decreto obsistentibus supradictis, ac de ipsius provisione celeri & fœlici, paternis & sollicitis studiis cogitantes: post deliberationem, quam de præficiendo eidem Ecclesiæ personam utilem ac etiam fructuosam cum nostris Fratribus habuimus diligentem, demum ad te Ordinis Fratrum Minorum professorem &c. direximus oculos nostræ mentis. Quibus omnibus attenta meditatione pensatis, de persona tua, ipsi Avellinen. Ecclesiæ, de dictorum Fratrum nostrorum consilio, auctoritate Apostolica, duximus providendum, teque illi præfecimus in Episcopum & Pastorem, curam & administrationem ipsius Avellinen. Ecclesiæ tibi tam &c. committendo: tibique per venerabilem fratrem nostrum Petrum Episcopum Prænestin. apud Sedem Apostolicam fecimus munus consecrationis impendi; in illo qui dat gratias & largitur præmia confidentes, quod dicta Avellinen. Ecclesia sub tuo &c. susciplet incrementa.

§. III. Quocirca fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus ad Ecclesiam ipsam Avellin. cum gratia nostræ benedictionis accedens, curam & administrationem præfatas sic diligenter geras, & sollicite prosequaris, quod ipsa Avellin. Ecclesia, tuæ operationis ministerio, votivis proficiat incommodis & successibus prosperis augeatur; tuque proinde Divinam & Apostolicæ Sedis, ac nostram gratiam uberius consequi merearis.

Datum Avenione v. Kal. Julii, anno x.

In eumdem modum Archiepiscopo Beneventano, & Capitulo Avellinen.

CV.

Fit Episcopus Salpen. Reg. Vatic. lib. 1. fol. 19.

Venerabili fratri Nicolao Episcopo Salpen.

§. I. Pastoralis officii debitum cui &c. salubriter gubernare. Dudum siquidem bonæ memoriæ Donato Episcopo Salpen. regimini Salpen. Ecclesiæ præsidente: Nos cupientes eidem &c. provisionem ejusdem Ecclesiæ duximus specialiter reservandam, decernendo ex tunc &c. contingeret attentari. *Ut in Const. 81. hujus Pontif.*

§. II. Postmodum vero præfata Ecclesia, per obitum ejusdem Donati, qui in partibus illis debitum &c. Pastoris &c. Nos vacatione hujusmodi &c. ad provisionem &c. obsistentibus supradictis, ne prolixæ &c. studiis intendentes: post deliberationem, quam &c. diligentem: demum ad te Ordinis Fratrum Minorum professorem, in sacerdotio constitutum, cui de religionis zelo, litterarum scientia, honestate morum ac vitæ, spiritualium & temporalium providentia, aliisque virtutum meritis, apud nos laudabilia testimonia perhibentur, direximus &c. Quibus omnibus &c. de persona tua ipsi Salpen. Ecclesiæ, de prædictorum Fratrum consilio, auctoritate Apostolica, duximus providendum, teque illi præfecimus in Episcopum & Pastorem, curam & administrationem ipsius Ecclesiæ, tibi tam in spiritualibus, quam in temporalibus plenarie committendo, tibique postmodum per venerabilem fratrem nostrum Petrum Episcopum Prænestin. fecimus apud dictam Sedem mu-

munus conſecrationis impendi: in illo qui dat gratias &c. quod eadem Eccleſia per tuæ circumſpectionis induſtriam, & providentiam circumſpectam, ſub tuo fœlici regimine ſalubriter & proſpere dirigetur.

§. III. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad Eccleſiam ipſam, cum gratia noſtræ benedictionis accedens, curam & adminiſtrationem &c. quod ipſa Eccleſia gubernatori provido, & fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam. Tuque præter æternæ retributionis &c. uberius conſequi mercaris.

Datum Avenione v. Kal. Julii anno x.

In eumdem modum Archiepiſcopo Baren. & Capitulo, ac populo Civitatis & Diœc. Salpen. ac Ludovico Regi & Joannæ Reginæ Siciliæ.

CVI.

Conceduntur Indulgentiæ viſitantibus Templum ſanctæ Claræ Arboren. Reg. Vatic. lib. 2. fol. 698.

Univerſis Chriſti fidelibus.

§. I. SPlendor paternæ gloriæ, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementiſſima ipſius majeſtate ſperantium, tunc præcipue benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas Sanctorum precibus & meritis adjuvatur.

§. II. Cupientes igitur ut Eccleſia Monaſterii Sororum ſanctæ Claræ, Arboren. Diœc. Ordinis ejuſdem Sanctæ, congruis honoribus frequentetur, & ut Chriſtifideles eo libentius cauſa devotionis, ad ipſum confluant, quo ibidem uberioris dono cœleſtis gratiæ conſpexerint ſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in Nativitatis Domini Jeſu Chriſti, Epiphaniæ, Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes, in quatuor principalibus beatæ Mariæ Virginis, in duodecim Apoſtolorum, & in ejuſdem ſanctæ Claræ, ac in Sanctorum, ſub quorum vocabulo altaria ſita in Eccleſia præfata ſunt fundata, feſtivitatibus, ac ſolemnitate omnium Sanctorum, Monaſterium ipſum devote viſitaverint annuatim, unum annum & unam quadragenam, ſingulis videlicet ipſarum feſtivitatum ac ſolemnitatis diebus, quibus Eccleſiam præfatam viſitaverint, ut præfertur, de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus.

Datum Avenione IV. Idus Julii, anno x.

CVII.

Ut procedat contra hæreticos ad ſuam Diœceſin transfugas. Reg. Vatic. lib. 4. part. 2. epiſt. 444.

Venerabili fratri Joanni Archiepiſcopo Dublinen.

§. I. COnſtans tuæ fidei & devotionis integritas, quam ad nos & Romanam Eccleſiam habere dignoſceris, promeretur, ut in iis, quæ tui officii debitum ſapiunt, votis tuis favorabiliter annuamus.

Hæretici in Diœceſi Dublin. recepti.

§. II. Dudum ſiquidem pro parte venerabilis fratris noſtri Richardi Epiſcopi Oſſorien. nobis expoſito, quod licet ipſe ad extirpandos de ſua Diœceſi Oſſorien. nonnullos hæreticos, quos repererat in eadem, prout ex debito ſui tenebatur officii, proceſſiſſet, juſtitia ſuadente, & ad hoc dediſſet operam pro viribus efficacem; quia tamen ipſi hæretici dictæ Oſſorien. Diœceſis fines

fines egreſſi, ad tuam Dublinen. Diœceſim, ubi tam in vita, quam in morte, per quondam Alexandrum Archiepiſcopum Dublinen. in ipſius fidei grave diſpendium, divinæ majeſtatis offenſam, animarum periculum, & ſcandalum plurimorum, fovebantur auxiliis, & favoribus juvabantur, ut dicebatur, conſugerant; hujuſmodi præfati Epiſcopi proceſſus nullum vel modicum effectum habuerunt: Nos venerabilibus fratribus noſtris Caſſelen. ejus proprio nomine non expreſſo, & Richardo, Archiepiſcopis, tunc electo Armachan. per noſtras litteras dedimus in mandatis, ut ipſi vel alter eorum de præmiſſis diligenter inquirerent veritatem: & hujuſmodi, & alios, ſi quos in Civitate vel Diœc. Dublinen. reperirent hæreſis labe reſperſos, ſeu ſuſpectos, capi facere ſollicite procurarent, ipſos omnes, juxta ſacrorum inſtituta Canonum, animadverſione debita percellendo; invocato ad hoc, ſi opus foret, auxilio brachii ſecularis; necnon contradictores auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Qui quidem Archiepiſcopi auctoritate dictarum litterarum ſibi, ut dicitur, directarum, ad nonnullos actus ſuper eodem negotio proceſſiſſe dicuntur.

Pontif. jubet ut veritas inquiratur.

§. III. De tuæ igitur circumſpectionis induſtria gerentes in his & aliis fiduciam in Domino ſpecialem, ac ſperantes, quod proceſſus prædicti per præfatos Archiepiſcopos habiti, ſi adhuc terminati non ſunt, per te celerius, cum dicti hæretici in tua Diœceſi manſiſſe dicantur, valeant expediri; tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus & committimus; quatenus proceſſum ſeu proceſſus hujuſmodi per dictos Archiepiſcopos, vel eorum alterum, ſuper his habitos, ſi, ut præfertur, finiti non ſunt, recipias ab eis, & in ſtatu, in quo illos inveneris, auctoritate noſtra, reſumas, eoſque juxta inſtituta dictorum Canonum, & dictarum contiuentiam litterarum ſtudeas fideliter terminare. In his te taliter habiturus, quod inde de negligentia reprehendi non valeas; ſed noſtram & Apoſtolicæ Sedis gratiam uberius conſequi mereris. Contradictores, auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: non obſtan. ſi aliquibus communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere.

Et perficiatur proceſſus.

Datum Avenione II. Idus Julii anno X.

CVIII.

Confirmatur conſtitutio Joannis XXII. circa privilegia Mendicantium de confeſſionibus &c. Reg. Vatic. lib. 3. par. 1. fol. 73.

Venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Fragen. & Cracovien. ac Olomucen. Epiſcopis.

§. I. NUper pro parte dilectorum filiorum Miniſtri, & Fratrum Ordinis Minorum Provinciæ Boemiæ, ſecundum morem dicti Ordinis, nobis extitit intimatum, quod olim propoſito pro parte ipſorum coram dilecto filio noſtro Guidone Tuſculan. Epiſcopo, tunc tituli ſanctæ Cæciliæ Presbytero Cardinali, in illis partibus Apoſtolicæ Sedis Legato; quod nonnulli Plebani ac Rectores Eccleſiarum, eorumque locum tenentes dictæ Provinciæ, quandoque palam prædicabant, ac etiam ad partem in privatis colloquiis ſuggerebant, quod dicti Fratres, quantumcumque eſſent per Superio-

Contra Fratrum privilegia quidā obloquuntur.

riores ſuos electi, & Ordinariis locorum præſentati, legitime non poterant, nec debebant Parochianorum dictarum Eccleſiarum confeſſiones audire, nec etiam eiſdem injungere pœnitentias ſalutares; præmiſſis adjiciendo, quod ſi dicti parochiani eiſdem Fratribus confeſſi eſſent, tenebantur nihilominus eadem peccata dictis Rectoribus, ſeu eorum loca tenentibus iterum confiteri. Nonnulli etiam ex eiſdem Plebanis, Rectoribus, ac loca tenentibus parochianos præfatos, niſi eis confiterentur infra annum, quantumcumque dictis Fratribus confeſſi, & per eos abſoluti exiſterent, juxta formam Eccleſiæ conſuetam, excommunicabant, ac eis etiam infirmis denegabant Euchariſtiæ Sacramentum. Idem Guido tunc Legatus præfatus ſuper his diligentius informatus, attendens præmiſſa fore contra conſtitutionem dudum per fœl. record. Joannem Papam XXII. prædeceſſorem noſtrum ſuper hoc editam, illa fieri prohibuit per ſuas litteras ſpeciales.

Aliaque cõmittunt facinora.

§. II. Nos igitur cupientes, cunctos Orthodoxæ fidei Profeſſores, & viros, præſertim Eccleſiaſticos, ſic ad invicem & quoad alios etiam converſari, quod ex eorum verbis, ſeu geſtis nullius offendatur juſtitia, nullumque animarum detrimentum proveniat, nec etiam cuiquam ſcandali materia præparetur; ac volentes, ut quod circa obſervationem conſtitutionis ejuſdem per dictum Guidonem olim Legatum præfatum proinde factum eſt, diligentius obſervetur, ipſorumque Miniſtri, & Fratrum ſupplicationibus inclinati, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios, eamdem conſtitutionem, cujus tenorem fecimus de verbo ad verbum præſentibus inſeri, faciatis, auctoritate noſtra, in dicta Provincia inviolabiliter obſervari; contradictores per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo; non obſtante ſi aliquibus communiter, vel diviſim, a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Jubetur obſervare Conſtitutionem Joannis Pontificis.

§. III. Tenor autem dictæ conſtitutionis talis eſt: *Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis Electis, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem atque Apoſtolicam benedictionem. Vas electionis eximius & egregius Prædicator, cujus prædicatio mundum docuit univerſum &c.* ut in corpore juris tit. de hæreticis, in extr. communibus. *Datum Avenione* VIII. *Kal. Auguſti Pontificatus noſtri anno* VI. Nulli ergo omnino &c.

Datum Avenione II. Kal. Auguſti anno X.

CIX.

Præficitur Eccleſiæ Panormitanæ. Reg. Vatic. lib. 2. epiſt. 51.

Dilecto filio Rogerio de Palheriis Electo Panormitano.

Vide Conſt. 88. hujus Pontif.

§. I. Inter cetera, quæ ſuperna &c. proficere valeant incrementis. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Theobaldo Archiepiſcopo Panormitano, regimini Panormitanæ Eccleſiæ præſidente; Nos intendentes eidem Eccleſiæ, cum eam vacare contingeret &c. Poſtmodum vero Eccleſia prædicta per ejuſdem Theobaldi Archiepiſcopi obitum, qui extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, vacante: Nos vacatione hujuſmodi ipſius Eccleſiæ fide dignis relatibus intellecta, ad proviſionem ipſius Eccleſiæ &c. paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes, poſt deliberationem &c. demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem &c. direximus &c. teque illi

præ-

præficimus in Archiepiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius &c. plenarie committendo. In illo, qui dat &c. confidentes, quod præfata Eccleſia per tuæ circumſpectionis induſtriam, & providentiam circumſpectam, gratia tibi aſſiſtente divina, grata ſuſcipiet incrementa.

§. II. Jugum igitur Domini tuis impoſitum humeris ſuſcipiens prompta devotione &c. præfata Panormitana Eccleſia per tuæ circumſpectionis induſtriam votivis proficiat commodis, & ſucceſſibus proſperis augeatur, ac tu proinde divinam, & dictæ Sedis, ac noſtram benedictionem & gratiam uberius conſequi merearis.

Datum Avenione XV. Kal. Decembris anno X.

Anno Christi 1352. Clementis VI. anno 10. & 11.

CX.

Ut promoveatur ad Magiſterium frater Joannes de Buco. Ibid. fol. 349.

Dilecto filio Radulfo de Cornaco, Ordinis Fratrum Minorum, Miniſtro Provinciali Aquitaniæ, ſacræ Theologiæ Magiſtro.

§. I. Sicut debetur benemeritis præmium, & ſervitiis gratitudo, ſic etiam dignum reputamus & congruum, ut illis, qui ſacræ Theologiæ ſtudio longis temporibus inſudarunt, laborum ſuorum honor debitus impendatur.

§. II. Cum itaque, ſicut accepimus, dilectus filius Joannes de Buco Ordinis Fratrum Minorum, ſic ſtudendo & legendo, tam in Tholoſan. ubi Lector exiſtit, quam aliis ſtudiis pluribus dicti Ordinis, in ſacra Theologica facultate profecerit, & in ea ſufficiens eſſe noſcatur, quod dignum ſe reddat ad obtinendum honorem magiſterii in eadem: Nos præmiſſorum intuitu, ejuſdem Joannis ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ, de qua ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi præfatus Joannes per te ſufficiens, & idoneus ad hujuſmodi honorem magiſterii repertus fuerit, ipſum, ſervatis alias debitis ſolemnitatibus Tholoſæ ſervari in talibus conſuetis; non obſtan. quibuſcumque conſtitutionibus Apoſtolicis, privilegiis, indulgentiis, necnon ſtatutis & conſuetudinibus, ac obſervantiis ejuſdem ſtudii, & Ordinis, ac aliis contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, ad hujuſmodi honorem magiſterii, auctoritate noſtra, in facultate præfata ſtudeas promovere.

Datum Avenione IV. Nonas Februarii anno X.

CXI.

Ut abſolvatur Robertus de ſancto Severino, propter dirutum Monaſterium excommunicatus, & aliud ædificet. Reg. Vatic. lib. 3. par. 1. fol. 377.

Venerabilibus fratribus Bitontin. & Lobien. Epiſcopis, ac dilecto filio Abbati Monaſterii ſanctæ Mariæ de Baucia Acheruntin. Diœceſ.

§. I. Petitio pro parte nobilis viri Roberti de ſancto Severino, Militis, Comitatus Coriliani Domini, nuper nobis exhibita continebat, quod dudum ipſe, dum Regnum Siciliæ agitaretur guerrarum turbinibus, Monaſterium ſanctæ Mariæ Annuntiatæ Ordinis ſanctæ Claræ, quod prædeceſſores ipſius Roberti, juxta Caſtrum Gentiani, Acheruntin. Diœc. ædifica-

verant, & Eccleſiam dicti Monaſterii, ne hoſtes publici Regni Siciliæ, in quo idem Caſtrum ſitum eſt, & ipſius Roberti, contra eum ſe fortificarent ibidem, quod ad deſolationem ipſius Caſtri & vicinarum partium redundaſſet, ac etiam ex certis aliis cauſis rationabilibus, dirui & deſtrui fecit, propter quod excommunicationis ſententiam, in tales a Canone generaliter promulgatam, noſcitur incurriſſe.

§. II. Quare pro parte ipſius Roberti fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut cum ipſe paratus exiſtat, prædictum Monaſterium in eodem Caſtro in loco ad hoc decenti & honeſto, ſuis expenſis & ſumptibus facere reædificari, providere ſuper hoc de opportunæ abſolutionis beneficio, ſibique reædificandi hujuſmodi Monaſterium licentiam concedere dignaremur.

§. III. Nos igitur, cum eodem Roberto, publicæ utilitatis intuitu, volentes agere favorabiliter in hac parte, ipſius ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus. quatenus ille veſtrum, qui ſuper hoc fuerit requiſitus, eumdem Robertum, prius tamen de ipſo reædificando Monaſterio, idonea & ſufficienti cautione recepta, a prædicta excommunicationis ſententia abſolvat hac vice in forma Eccleſiæ conſueta, injungens ei pœnitentiam ſalutarem, quam ſecundum Deum, animæ ſuæ ſaluti viderit expedire; & nihilominus eidem Roberto, poſtquam abſolutus fuerit, ut præfertur, prædictum Monaſterium in eodem Caſtro reædificandi cum oratorio, campanili, campana, & aliis neceſſariis officinis; ac poſtquam reædificatum fuerit, Monialibus prioris Monaſterii ad idem novum Monaſterium transferendi, & habendi cœmeterium in eodem, licentiam, auctoritate Apoſtolica, tribuat, fœl. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, & aliis conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis, etiamſi de illis, & totis earum tenoribus, de verbo ad verbum eſſet in præſentibus ſpecialis & expreſſa mentio facienda non obſtan. quibuſcumque. Proviſo quod ſolum ubi dicta Eccleſia ipſius prioris Monaſterii fuit, & cœmeterium ejuſdem prioris Monaſterii tamquam hæreditas ad manus non perveniat laicorum.

Datum Avenione III. Idus Februarii anno X.

CXII.

Præficitur Eccleſiæ Leſinen. Reg. Vatic. lib. 1. fol. 80.

Dilecto filio Andreæ de Calvanico Electo Leſinen.

§. I. Eccleſiarum omnium, licet immeriti, nobis cura commiſſa, continue nos angit & pulſat inſultibus ſucceſſivis, ut circa eas præſertim, quæ ſuis ſunt Paſtoribus deſtitutæ, ſic noſtræ diligentiæ ſtudio intendamus, quod eædem Eccleſiæ ob defectum Paſtorum non lædantur, ſed in ſuis juribus & libertatibus ſpiritualiter & temporaliter proſperentur; & continue, auctore Domino, ſuſcipiant incrementa.

§. II. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Alberto Epiſcopo Leſinen. regimini Leſinen. Eccleſiæ præſidente; Nos intendentes eidem Eccleſiæ, cum vacaret &c. Poſtmodum vero prædicta Eccleſia, per ipſius Alberti Epiſcopi obitum, qui extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, Paſtoris ſolatio deſtituta; Nos vacatione hujuſmodi fide dignis relatibus intellecta, ad proviſionem ipſius Eccleſiæ &c. paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes &c. demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua præfatæ Eccleſiæ, de dictorum Fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam

curam & administrationem ipsius Ecclesiæ Lelinen. tibi tam &c. committendo. In illo, qui dat &c. Jugum itaque Domini tuis impositum humeris prompta &c.

Datum Avenione xv. Kal. Martii, anno x.

In eumdem modum Archiepiscopo Beneventano, & Ludovico Regi, ac Joannæ Reginæ Siciliæ.

CXIII.

Ut conferatur Magisterium fratri Austentio de sancta Columba. Reg. Vatic. ibid. fol. 462.

Dilecto filio Cancellario Parisien.

Sicut debetur benemeritis &c. honor debitus impendatur. Cum itaque, sicut exhibita nobis pro parte dilecti filii Austentii de sancta Columba Ordinis Fratrum Minorum, in sacra Theologia Baccalauri, petitio continebat, idem Austentius, qui in ejusdem Theologiæ studio longis temporibus insudavit, adeo in ipsius Theologiæ scientia jam profecerit, quod digne meretur honorem Magisterii recipere in eadem, ipseque librum Sententiarum nunc Parisiis actu legat. Nos de præmissis ac sufficientia & idoneitate dicti Austentii notitiam non habentes, discretioni tuæ, de qua specialem in Domino fiduciam obtinemus, ejusdem Austentii supplicationibus inclinati, per Apostolica scripta mandamus, quatenus si eumdem Austentium finito cursu lectionis dicti libri, per tuam, & aliorum Magistrorum in dicta scientia existentium in studio supradicto, prout est in talibus consuetum, diligentem examinationem, ad hoc sufficientem & alias idoneum esse repereris: non obstan. quibuscumque statutis & consuetudinibus studii & Ordinis præfatorum contrariis, quibus per hoc, quoad alios, nullum volumus præjudicium generari, servatis nihilominus constitutionibus Viennen. Concilii, & aliis solemnitatibus in talibus consuetis, Magistralem honorem conferas, & docendi licentiam, auctoritate nostra, concedas.

Ut supra Consilio 110.

Datum Avenione II. Kal. Aprilis anno x.

CXIV.

Ut redimere possint ex manibus laicorum quasdam decimas. Ibid. fol. 688.

Dilectis in Christo filiabus Abbatissæ, & Conventui Monasterii sancti Marcelli de Pogeto, prope Castrum novum de Vallibus, Ordinis sanctæ Claræ Caturcen.

§. I. Devotæ Religionis vestræ sinceritas, qua Domino continue per obsequii gratitudinem acceptas vos redditis & devotas, merito promeretur, ut vestris petitionibus favorabiliter annuentes, illa vobis liberaliter concedamus, quæ statui, necessitatibusque vestris fore conspicimus opportuna. *Procœmium.*

§. II. Sane pro parte vestra nobis nuper exhibita petitio continebat, quod nos dudum bonæ memoriæ Bertrando Episcopo Ostien. ut ipse ex decimis, quæ a laicis in diœcesi Caturcensi a tempore, cujus initii memoria hominum non existeret, possessæ fuissent, & etiam possiderentur, usque ad valorem annuum tercentarum librarum bonæ monetæ Turonen. parvarum redimere, ac redemptas vobis, & Monasterio vestro in perpetuum assignare valeret, ac vobis, quod hujusmodi decimas, postquam vobis, & eidem Mo- *Monialium petitionis tenor.*

Monaſterio aſſignatæ ſuiſſent, perpetuo habere, & licite retinere liceret, auctoritate Apoſtolica, per noſtras certi tenoris litteras duximus indulgendum.

§. III. Verum, cum ſicut eadem petitio ſubjungebat, licet dictus Epiſcopus nonnullas decimas, dum viveret, redemerit a quibuſdam laicis dictæ diœceſis, quas vobis, & dicto Monaſterio veſtro aſſignavit; quia tamen morte præventus decimas uſque ad valorem præfatum a laicis ſupradictis redimere, vobiſque & dicto veſtro Monaſterio eaſdem non potuit aſſignare: fuit pro parte veſtra nobis humiliter ſupplicatum, ut providere vobis ſuper hoc, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

Non potuit Epiſcopus omnes redimere decimas.

§. IV. Volentes itaque veſtris, quantum cum Deo poſſumus, in hac parte neceſſitatibus providere, veſtris ſupplicationibus inclinati, quod juxta dictam conceſſionem redimere a laicis præfatis hujuſmodi decimas, uſque ad ſummam reſtantem de dictis trecentis libris monetæ præfatæ, illaſque habere perpetuo, & licite retinere poſſitis, quacumque conſtitutione contraria non obſtante, vobis auctoritate præfata, tenore præſentium, indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Manus ipſis cõmiſſum Monialibus.

Datum Avenion. x. Kalendas Maii anno x.

CXV.

Uniuntur Monaſterio duæ Eccleſiæ Parochiales. Reg. Vat. lib. 1. an. 11. fol. 824.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii beatæ Mariæ Angelorum de Caſſeriis, Ordinis ſanctæ Claræ, ſancti Papuli diœceſis.

§. I. Expoſcit veſtræ devotionis ſinceritas, & religionis promeretur honeſtas, ut petitiones veſtras, illas præſertim, quæ veſtras & Monaſterii veſtri opportunitates & quietem reſpiciunt, ad exauditionis gratiam admittamus.

§. II. Dudum ſiquidem pro parte veſtra nobis expoſito, quod vos propter diverſitatem temporis, quod tunc viguerat & vigebat, ſufficientes redditus non habebatis, ex quibus poſſetis congrue ſuſtentari, parochiales Eccleſias de Caſſeriis, & de Belloſtari invicem canonice annexas, ſancti Papuli diœceſis, & Tholoſan. diœceſis ut onera veſtra, veſtrique Monaſterii facilius ſupportare valeretis, vobis, & per vos Monaſterio veſtro duximus, auctoritate Apoſtolica, incorporandas & perpetuo uoiendas, prout in litteris noſtris ſuper hoc confectis plenius continetur.

§. III. Cum autem, ſicut pro parte veſtra nobis nuper exhibita petitio continebat, præfatæ Eccleſiæ ad præſentationem dilecti filii Præpoſiti Eccleſiæ Tholoſan. Ordinis ſancti Auguſtini pertinere noſcantur, de quo in præſatis litteris nulla mentio facta fuit, & propterea timeatis vos poſſe ſuper unione hujuſmodi in poſterum moleſtari. Nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, volumus, & Apoſtolica vobis auctoritate, tenore præſentium concedimus, quod unio & incorporatio hujuſmodi, & quæcumque inde ſecuta proinde valeant, & plenam roboris firmitatem obtineant; ac ſi de Jurepatronatus hujuſmodi, quod ad eumdem Præpoſitum dicitur pertinere, in dictis litteris, plena & expreſſa mentio habita extitiſſet. Ita tamen quod jus præſentandi perpetuum Vicarium earumdem Eccleſiarum, in ipſis inſtituendum pro tempore, ad dictum Præpoſitum perpetuo debeat pertinere. Nulli ergo &c. noſtræ voluntatis & conceſſionis &c.

Datum Avenione IX. Kalendas Auguſti anno XI.

CXVI.

CXVI.

Confertur Indulgentia Eccleſiam inviſentibus. Regeſt. Vatic. ibid. fol. 80.

Univerſis Chriſti fidelibus.

§. I. DUm præcelſa meritorum inſignia, quibus Regina cœlorum, Virgo Dei genitrix glorioſa, ſedibus præclara ſydereis, quaſi ſtella matutina prærutilat, devotæ affectionis indagine perſcrutamur, dum etiam infra pectoris arcana revolvimus, quod ipſa, utpote mater miſericordiæ, gratiæ, pietatis amica, humani generis conſolatrix, pro ſalute fidelium, qui delictorum onere prægravantur, ſedula exoratrix, & pervigil ad Regem, quem genuit, intercedit; dignum quinimo debitum arbitramur, ut Eccleſia Monaſterii beatæ Mariæ Angelorum de Caſſeriis, Ordinis ſanctæ Claræ, ſancti Papuli diœceſis, in honorem ejuſdem Virginis dedicata, gratioſis remiſſionum proſequamur impendiis, & indulgentiarum muneribus honoremus.

§. II. Cupientes itaque, ut Eccleſia dicti Monaſterii congruis honoribus frequentetur, & ut Chriſti fideles eo libentius cauſa devotionis confluant ad eamdem, quo ibidem uberius dono cœleſtis gratiæ conſpexerint ſe refertos, de Omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui Eccleſiam ipſam in feſto Aſſumptionis ipſius beatæ Mariæ Virginis, & per octavas ejuſdem devote viſitaverint, annuatim unum annum & quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis, ſingulis videlicet feſtivitatis & octavarum ipſarum diebus, quibus dictam Eccleſiam viſitaverint, ut præfertur, miſericorditer relaxamus.

Datum Avenione VI. Kal. Auguſti anno XI.

CXVII.

Ut recipiant domum conſtruendam in urbe Auguſten. Regeſt. Vatic. lib. 1. anni 11. fol. 882.

Dilectis filiis Miniſtro Generali, & Fratribus Ordinis Minorum.

§. I. INter ceteros Ordines in agro plantatos Eccleſiæ, Ordinem veſtrum gerentes in viſceribus caritatis, ad ea vigilanter intendimus, ac opem & operam benignius impertimur, per quæ dictus Ordo, ſublatis impedimentis quibuslibet, ad divini nominis laudem, proſperis ſucceſſibus attluat, & votivis proficiat incrementis.

§. II. Sane petitio pro parte veſtra, ac dilecti filii, nobilis viri Amadei Comitis Sabaudiæ, nuper nobis exhibita continebat, quod idem Comes de ſalute propria cogitans, & pie deſiderans tranſitoria in æterna fœlici commercio, commutare, ad divini cultus augmentum, pro ſua, ſuorumque progenitorum animarum ſalute, in ſua civitate Auguſten., in qua nulla domus Ordinum mendicantium extitit hactenus, nec exiſtit, unum locum cum oratorio, ac cœmeterio, ac aliis neceſſariis officinis, in quo Fratres Ordinis veſtri devote commorari perpetuo valeant, de bonis ſuis propriis conſtrui facere de novo proponit.

§. III. Nos itaque hujuſmodi dicti Comitis propoſitum in Domino commendantes, veſtris & ipſius Comitis devotis in hac parte ſupplicationibus inclinati, eidem Comiti conſtruendi, ſeu conſtrui & ædificari, faciendi propterea de novo de dictis bonis in dicta Civitate, & loco tamen ad hoc con-

congruo & honeſto, dictum locum cum eiſdem oratorio & cœmeterio, campanili, campana, & aliis neceſſariis officinis; dummodo in eadem Civitate aliqua domus ejuſdem Ordinis, ut præmittitur, non exiſtat, & duodecim Fratres dicti Ordinis inibi commorantes congrue & honeſte valeant ſuſtentari; vobiſque locum ipſum recipiendi, ac inibi in Domino laudabiliter commorandi, felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua inhibetur ne ejuſmodi Fratres Ordinum mendicantium, in aliqua Civitate, Caſtro, Villa, vel loco quocumque ad inhabitandum domos vel loca quæcumque recipere de novo præſumant, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia, ſpeciali, faciente plenam & expreſſam de inhibitione hujuſmodi mentionem, & qualibet alia conſtitutione contraria nequaquam obſtante, jure tamen parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo, plenam & liberam, auctoritate Apoſtolica, licentiam elargimur. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione XI. Kalendas Novembris anno XI.

CXVIII.

Transfertur ad Eccleſiam Catharen. Reg. Vatic. ibid. fol. 13.

Venerabili fratri Divino Epiſcopo Catharen.

§. I. QUam ſit onuſta diſpendiis, quam plena periculis, quantaque diſcrimina ſecum trahat diutina Eccleſiarum vacatio, ſollicitæ conſiderationis indagine perſcrutantes, libenter operarias manus apponimus, & ſtudium efficax impertimur, ut viduatis Eccleſiis, prout temporum qualitas exigit, & locorum utilitas perſuadet, nunc per debitæ proviſionis officium, quandoque vero per miniſterium translationis accommodæ, paſtores præficiantur idonei, & miniſtri providi deputentur, quorum Eccleſiæ ipſæ fultæ præſidiis, & favoribus communitæ, votivis & proſperis, auctore Domino, proficiant incrementis.

§. II. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Adam Epiſcopo Catharen. regimini Catharen. Eccleſiæ præſidente, nos cupientes eidem Eccleſiæ cum eam vacare contingeret, utilem &c. Poſtmodum vero dicta Eccleſia, per obitum ipſius Adæ Epiſcopi, qui extra Romanam Curiam debitum naturæ perſolvit, paſtoris ſolatio deſtituta, nos vacatione hujuſmodi fide dignis relatibus intellecta, ad proviſionem ipſius Eccleſiæ celerem &c. intendentes, cupientes quoque ipſi Eccleſiæ Catharen. talem præeſſe perſonam, quæ ſciret, vellet, & poſſet eam præſervare a noxiis & adverſis, ac in ſuis manutenere juribus, ac etiam adaugere: poſt deliberationem, quam &c. diligentem: demum ad te tunc Epiſcopum Reſinen. conſideratis grandium virtutum tuarum meritis, quibus perſonam tuam Altiſſimus inſignivit, & quod tu Reſinen. Eccleſiæ hactenus laudabiliter præfuiſti, convertimus oculos noſtræ mentis.

§. III. Intendentes itaque tam dictæ Catharen. Eccleſiæ, quam gregi Dominico ejuſdem ſalubriter & utiliter providere, a vinculo, quo ipſi Reſinen. Eccleſiæ, cui tunc præeras, tenebaris, de Fratrum ipſorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, abſolventes, te ad præfatam Catharen. Eccleſiam transferimus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem &c. plenarie committendo, liberamque tibi dando licentiam, ad præfatam Catharen. Eccleſiam tranſeundi, firma ſpe, fiduciaque tenentes, quod dirigente Domino actus tuos, præfata Catharen. Eccleſia per tuæ induſtriæ & circumſpectionis fructuoſum ſtudium re-

regetur utiliter, & proſpere dirigetur, grataque in eiſdem ſpiritualibus & temporalibus, auctore Domino, ſuſcipiet incrementa.

§. IV. Quocirca fraternitati tuæ per &c. mandamus, quatenus ad dictam Catharen. Eccleſiam cum gratia noſtræ benedictionis accedens, curam & adminiſtrationem præfatas, ſic exercere ſtudeas ſollicite, fideliter & prudenter, quod ipſa Catharen. Eccleſia per tuæ cooperationis miniſterium, votivis jugiter proficiat commodis, & ſucceſſibus proſperis augeatur; ac tu proinde divinam, præfatæ Sedis & noſtram benedictionem & gratiam uberius conſequi merearis.

Datum Avenione VIII. Kalend. Novembris anno XI.

In eumdem modum, Archiepiſcopo Baren.

INNOCENTIUS VI.

Electus eſt XV. *Kalendas Januarii anno* MCCCLII.

I.

Præficitur Eccleſiæ Maranen. Reg. Vatic. libr. 1. part. 1. epiſt. 52.

Dilecto filio Joanni de Caſtello Electo Maranen.

§. I. SUmmi diſpoſitione Rectoris, ad regimen univerſalis Eccleſiæ deputati, cura reddimur indefeſſa ſolliciti, quod orbis Eccleſiæ univerſæ Paſtorum deſtitutæ regimine, per providentiæ noſtræ ſtudium viris committantur idoneis, qui ſciant, velint, & valeant Eccleſias ipſas eis commiſſas ſtudioſe regere, & ſalubriter gubernare.

§. II. Dudum ſiquidem Eccleſia Maranen. ex eo Paſtoris ſolatio deſtituta, quod dilectus filius Dominicus de Campotaxio Canonicus Januen. olim electus Maranen. ex certis rationabilibus cauſis, regimini Maranen. Eccleſiæ, cui tunc præerat, in manibus venerabilis fratris Stephani Tholoſan. tunc Arelaten. Archiepiſcopi, Camerarii noſtri, apud Sedem Apoſtolicam ſponte ceſſit, dictuſque Stephanus ceſſionem hujuſmodi de mandato fæl. record. Clementis Papæ VI. prædeceſſoris noſtri facto ſibi ſuper hoc vivæ vocis oraculo, apud Sedem admiſit eamdem, dictus prædeceſſor ad proviſionem ipſius Eccleſiæ, de qua nullus præter ipſum ea vice diſponere poterat, pro eo quod prædeceſſor ipſe diu ante vacationem hujuſmodi, proviſiones omnium Eccleſiarum Cathedralium, tunc apud dictam Sedem vacantium, & in antea vacaturarum, ordinationi & diſpoſitioni ſuæ duxerat reſervandas; decernendo ex tunc irritum &c. contingeret attentari; ne dicta Maranen. Eccleſia longæ vacationis ſubjaceret incommodis, paternis &c. intendens. Poſt deliberationem &c. cum Fratribus ſuis S. R. E. Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, habuit diligentem: demum bonæ memoriæ Raymundum Maranen. tunc Civitaten. Epiſcopum a vinculo, quo Civitaten. Eccleſiæ, cui tunc præerat, tenebatur, de dictorum Fratrum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, abſolvens, ipſum ad præfatam Maranen. duxit Eccleſiam transferendum, præficiendo eum illi in Epiſcopum & Paſtorem, ſibique curam & adminiſtrationem ipſius Maranen. Eccleſiæ in &c. committendo; liberamque ſibi tribuendo licentiam ad præfatam Maranen. Eccleſiam tranſeundi, prout in ejuſdem litteris prædeceſſoris inde confectis plenius continetur.

§. III. Cum autem poſtmodum idem Raymundus, poſſeſſione adminiſtra-

ſtrationis ipſius Eccleſiæ non habita, extra Romanam Curiam, dicto prædeceſſore adhuc in humanis agente, de hac fuerit luce ſubtractus, & per ipſius obitum eadem Maranen. Eccleſia, de qua dictus prædeceſſor minime ordinavit, vacet ad præſens. Nos vacatione hujuſmodi &c. ad proviſionem ipſius Eccleſiæ &c. intendentes &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem &c. teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c.

Datum Avenione VII. Idus Januarii, anno primo.

In eumdem modum, Archiepiſcopo Januen.

II.

Conceditur facultas conſtruendi Monaſterium. Reg. Vatic. lib. 4. part. 2. epiſt. 979.

Dilectis in Chriſto filiabus, Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſanctæ Clarę Tholoſan. Ordinis dictæ Sanctæ.

Præfatio. §. I. PRudentum Virginum ſtudiis, quæ in occurſum æterni, & ſpecioſi præ filiis hominum, Sponſi ſui vigilias ſervant, ne inquietis valeant tumultibus impediri, tanto favoris & præſidii plus debemus, quanto magis ſui ſexus fragilitas id expoſcit.

Monaſterium extra muros dirutum. §. II. Exhibita ſiquidem pro parte veſtra petitio continebat, quod cum olim in partibus Tholoſanis hoſtilis timeretur invaſio, Monaſterium veſtrum, & ipſius Eccleſiam, tunc extra & prope muros Tholoſan. civitatis exiſtentia, & per Officiales & cives civitatis ejuſdem pro ſecuritate ipſius civitatis in magna parte deſtructum extitit & dirutum, ac ſolitarium ſic effectum, quod vos honeſte & ſine ſtatus veſtri periculo, non poteſtis inibi commorari; quodque bonæ memoriæ Bernardus Epiſcopus Portuen. pie confiderans, quod vos per prædicta, quaſi deſolatas oportebat miſerabiliter evagari, & condens de bonis ſibi a Deo collatis, de licentia Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, in ſua voluntate ultima teſtamentum, nonnullas domos in dicta civitate, in Burgo videlicet ſancti Saturnini conſiſtentes, ac pecuniarum ſummas ad eum ratione perſonæ ſuæ ſpectantes, pro quodam Monaſterio ibi de novo, ad cultum divini nominis, uſumque veſtrum fundando & conſtruendo, in eadem vobis ultima voluntate legavit; & quod vos in domibus & Burgo prædictis, Monaſterium novum hujuſmodi, nonnullis ſe vobis ad id opponentibus, fundare & conſtrui facere nequeuntes, cum conſilio, & voluntate Officialium ac civium dictæ civitatis, & conſenſu executorum dictæ ultimæ voluntatis, de dicta pecunia vobis legata in alio loco ſatis honeſto, infra muros civitatis ejuſdem, infra limites, videlicet, Paroçhiæ Eccleſiæ Dealbatæ, videlicet inter Carreriam Tholoſanorum, & flumen Garonæ, domos alias ſpatioſas, & ad hoc aptas perquirere procuraſtis pro dicto novo Monaſterio conſtruendo. Quare pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut vobis fundandi & conſtruendi præfatum Monaſterium, & ad illud vos etiam perpetuo transferendi, licentiam concedere dignaremur.

Epiſcopi Tholoſani Legatum.

Facultas conſtruendi novam domum conceditur. §. III. Nos itaque hujuſmodi veſtro ſtatui paterno compatientes affectu, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, fundandi, & conſtrui faciendi in civitate & loco infra dictos limites conſiſten. prædictis, ad cultum & uſum prædictos unum Monaſterium ac Eccleſiam, ſeu Oratorium, cum cœmeterio, Campanili, & campana, aliiſque neceſſariis officinis; voſque de dicto antiquo Monaſterio veſtro ad hujuſmodi novum Monaſterium, eum fundatum, ut præmittitur, & conſtructum fuerit, transferendi, & in eo ad red-

reddendum Altiſſimo devotum & debitum famulatum perpetuo commorandi, plenam & liberam, Apoſtolica vobis auctoritate, concedimus, tenore præſentium, facultatem. Volentes & eadem auctoritate nihilominus vobis indulgentes, quod vos & dictum novum Monaſterium veſtrum, cum fundatum fuerit, & conſtructum, omnibus privilegiis, exemptionibus & immunitatibus, quibus vos, & dictum veſtrum antiquum Monaſterium, ex indulto Sedis Apoſtolicæ, uti & gaudere conſueviſtis, perpetuo gaudeatis, conſtitutionibus Apoſtolicis, nec non ſtatutis & conſuetudinibus dicti Ordinis, vel aliis non obſtantibus quibuſcumque, jure tamen præfatæ Parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius circa præmiſſa, in omnibus ſemper ſalvo. Proviſo quod Eccleſia ac cœmeterium dicti antiqui veſtri Monaſterii ad uſus profanos nullatenus transferatur. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis & voluntatis infringere &c.

Datum Avenione xv. Kalend. Februarii anno 1.

III.

Præficitur Eccleſiæ Adrien. Reg. Vatic. lib. 1. part. 1. epiſt. 5.

Venerabili fratri Joanni Epiſcopo Adrien.

§. I. ETſi cunctis, quæ de Sedis Apoſtolicæ providentia proceſſerunt, congruus debeatur effectus, illis tamen, quæ circa proviſiones Eccleſiarum, præſertim Cathedralium Paſtore carentium, per Sedem ipſam facta ſunt, tanto celeris executionis & efficaciæ plus debetur, quanto ex eorum retractione majora ipſis Eccleſiis imminent detrimenta.

§. II. Dudum ſiquidem fœlicis recordationis Clemens Papa VI. prædeceſſor noſter, Eccleſia Adrien. tunc ex eo paſtoris regimine deſtituta, quod idem prædeceſſor venerabilem fratrem noſtrum Aldebrandinum Mutinen. tunc Adrien. Epiſcopum abſentem, a vinculo, quo dictæ Adrien. Eccleſiæ, cui tunc præerat, tenebatur, de Fratrum ſuorum S. R. E. Cardinalium conſilio, de quorum numero tunc eramus, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, abſolvens, ipſum ad Eccleſiam Mutinen. tunc vacantem tranſtulerat, præficiendo eum ipſi Mutinen. Eccleſiæ in Epiſcopum & Paſtorem; ad proviſionem ejuſdem Adrien. Eccleſiæ, de qua nullus præter ipſum prædeceſſorem ea vice diſponere poterat, pro eo quod ipſe prædeceſſor diu ante vacationem hujuſmodi, proviſiones omnium Eccleſiarum Cathedralium tunc in antea vacaturarum per translationes per eum in poſterum faciendas de Prælatis earum ubilibet conſtitutis, ad alias Eccleſias Cathedrales tunc vacantes, & in antea vacaturas, ordinationi & diſpoſitioni ſuæ duxerat reſervandas: decernendo ex tunc &c. contingeret attentari: ne longæ vacationis ſubjaceret incommodis, paternis &c. intendens, & cupiens eidem Adrien. Eccleſiæ talem præeſſe Paſtorem qui ſciret &c. etiam adaugere. Poſt deliberationem quam &c. habuit eum dictis Fratribus diligentem: demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, in Sacerdotio conſtitutum, cui de Religionis zelo, litterarum ſcientia, vitæ ac morum honeſtate, ſpiritualium providentia, ac temporalium circumſpectione, aliiſque virtutum meritis &c. quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua præfatæ Adrien. Eccleſiæ, de dictorum Fratrum ſuorum conſilio, videlicet xi. Kal. Decembris Pontificatus ſui anno xi. auctoritate Apoſtolica, providit, teque illi præfecit in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ Adrien. tibi &c. committendo.

§. III. Cum autem poſtmodum prædeceſſor ipſe, litteris ſuis ſuper iis

non confectis, fuerit (ſicut Domino placuit) morte præventus. Nos quamvis inſufficientibus meritis, eodem permittente Domino, ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti, volentes quod dicta proviſio ſuum ſortiretur & ſortiatur effectum, tibi fecimus per venerabilem fratrem noſtrum Joannem Epiſcopum Nemauſen. apud Sedem Apoſtolicam munus conſecrationis impendi.

§. IV. In illo igitur, qui dat gratias & largitur præmia, confidentes, quod præfata Eccleſia Adrien. gratia tibi ſuffragante divina, per tuæ circumſpectionis ſtudium fructuoſum regetur utiliter & proſpere dirigetur, augmentaque ſuſcipiet, auctore Domino, commodi & honoris, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad eamdem Eccleſiam Adrien. cum gratiâ noſtræ benedictionis accedens, curam & adminiſtrationem prædictas ſic gerere ſtudeas ſollicite, fideliter & prudenter, quod præfata Eccleſia Adrien. gubernatori provido & fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam, tuque proinde retributionis æternæ præmium ac noſtræ & ipſius Sedis benedictionis, & gratiæ merearis percipere continuum incrementum.

Datum Avenion. xv. Kalend. Febr. anno 1.

In eumdem modum venerabili fratri Fortanerio Patriarchæ Graden. Adminiſtratori Eccleſiæ Ravennaten.

IV.

Fit Epiſcopus Cithonen. Ibid. epiſt. 37.

Dilecto filio Antonio de Favo Electo Cithonen. &c.

§. I. SUmmi diſpoſitione Rectoris, ad regimen univerſalis Eccleſiæ, quamquam immeriti, deputati, curis aſſiduis angimur, & ſucceſſivis impulſibus propulſamur, ut præbeamus operam, quantum nobis ex alto conceditur, efficacem, quod orbis Eccleſiæ univerſæ ſtatu proſpero floreant & accreſcant, quod tunc recte perficitur, cum Eccleſiis ipſis Paſtorum ſuorum gubernatione carentibus, perſonæ præficiuntur idoneæ, viriſque talibus earumdem Eccleſiarum regimina committuntur, qui ſciant, velint, & valeant eaſdem Eccleſias eis commiſſas circumſpecte regere, prudenter dirigere, ac fideliter gubernare.

§. II. Dudum ſiquidem ſœl. rec. Clemens Papa VI. prædeceſſor noſter proviſiones omnium Eccleſiarum Cathedralium &c. Poſtmodum vero Eccleſia Cithonen. per obitum bon. mem. Philippi Epiſcopi Cithonen. qui, dicto prædeceſſore vivente, apud Sedem eamdem diem clauſit extremum, Paſtoris ſolatio deſtituta, ipſoque prædeceſſore, ſicut Domino placuit, de hac luce ſubtracto, per eum dictæ Eccleſiæ non proviſo: Nos &c. ad proviſionem ipſius Eccleſiæ Cithonen. &c. paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes: poſt deliberationem &c. diligentem: demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis: quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua ipſi Cithonen. Eccleſiæ, de prædictorum Fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica, providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c.

Datum Avenione II. Non. April. anno 1.

V. *Pre-*

V.

Præficitur Eccleſiæ Nizerien. Reg. Vatic. lib. 2. fol. 95.

Dilecto filio Guillelmo Alboni Electo Nizerien.

§. I. Paſtoralis officii debitum, cui licet &c. utiliter gubernare. Nuper ſiquidem bon. mem. Joanne Epiſcopo Nizerien. regimini Nizerien. Eccleſiæ præſidente, Nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum vacaret, per Apoſtolicæ &c. Poſtmodum vero præfata Eccleſia per ipſius Joannis obitum, qui extra Romanam Curiam debitum naturæ perſoluit, Paſtoris regimine deſtituta. Nos vacatione hujuſmodi fide dignis relatibus intellecta, cum nullus de ordinatione ejuſdem Eccleſiæ, poterat hac vice præter nos ſe intromittere, reſervatione & decreto obſiſtentibus antedictis, ad proviſionem ipſius celerem & fœlicem, ne prolixæ vacationis detrimenta ſubiret, paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes; ac cupientes eidem Eccleſiæ talem præſidere perſonam, quæ ſciret &c. etiam adaugere. Poſt deliberationem, quam &c. diligentem: demum ad te Fratrem Ordinis Minorum profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita &c. de perſona tua nobis, & eiſdem Fratribus noſtris tuorum hujuſmodi exigentia meritorum accepta, eidem Eccleſiæ, de prædictorum Fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica, providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius &c. plenarie committendo, firma ducti fiducia, quod dirigente Domino actus tuos, ipſa Eccleſia per tuæ diligentiæ ac circumſpectionis ſtudium fructuoſum, a noxiis præſervabitur & adverſis, ac ſpiritualiter & temporaliter ſalubribus proficiet incrementis. *Vide ſupra Conſt. Sj. Clem. VI.*

§. II. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus jugum Domini tuis impoſitum humeris reverenter ſuſcipiens &c. benedictionem & gratiam valeas uberius promereri.

Datum apud Villam novam Avenion. Diœc. XIV. Kal. Aug. anno 1.

VI.

Confirmatur eis Monaſterium. Reg. Vat. lib. 4. part. 2. epiſt. 1295.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Sororibus Monaſterii ſanctæ Claræ de Veteribuda, Ordinis ejuſdem Sanctæ, Veſprumien. diœc.

Sancta veſtra Religio referta virtutum fœcunditate meretur, ut vos illa gratia favorabiliter proſequamur, quam vobis fore conſpicimus opportunam. Cum itaque, ſicut ex parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri Ludovici Regis, & cariſſimarum in Chriſto filiarum noſtrarum Eliſabethæ matris & Eliſabethæ conſortis Regis ejuſdem, Reginarum Hungariæ illuſtrium, nuper accepimus, ipſi dudum pia devotione, Monaſterium veſtrum canonice fundaverint, ac dotarint, & illud ſufficientius dotare intendant, vobiſque ac dicto veſtro Monaſterio poſſeſſiones, & nonnulla alia jura, res & bona a Chriſti fidelibus hactenus pie donata, & licite fuerint acquiſita: Nos Regis & Reginarum ipſarum, veſtriſque ſupplicationibus inclinati, fundationem, dotationem hujuſmodi, & alia, ut præfertur, conceſſa & donata, ac quomodolibet etiam, ut præmittitur, acquiſita, rata habentes, illa vobis & dicto Monaſterio, de ſpeciali gratia, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis infringere &c.

Datum apud Villam novam Avenion. Diœc. II. Kal. Septembris anno 1.

VII.

Confirmat earum privilegia. Ibid. epiſt. 1296.

Eisdem &c.

§. I. Religionis veſtræ, in qua mundanis abdicatis illecebris, virtutum Domino in humiliatis ſpiritu, devotum & ſedulum famulatum impenditis, promeretur honeſtas, ut iis, quæ veſtri proſperi ſtatus incrementum reſpiciunt, favorabiliter annuamus.

§. II. Cum itaque, ſicut pro parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri Ludovici Regis, & cariſſimarum in Chriſto filiarum noſtrarum Eliſabethæ matris, & Eliſabethæ conſortis Regis ejuſdem, Reginarum Hungariæ illuſtrium, nuper accepimus, ipſi dudum pia devotione Monaſterium veſtrum canonice fundarint, & de bonis ſuis propriis dotarint, & adhuc ſufficientius dotare intendant illud. Nos Regis, ac Reginarum ipſarum, ac veſtris piis ſupplicationibus inclinati, ut omnia privilegia, libertates, & alias gratias Ordini veſtro, & perſonis, & locis ipſius ab Apoſtolica Sede conceſſa, quæ ad vos veſtrumque Monaſterium ſe extendunt, illiſque prout alia Monaſteria, loca, & perſonæ dicti Ordinis gaudent, ac perfruuntur, gaudeatis, & uti perpetuo libere valeatis, quibuſcumque conſtitutionibus Apoſtolicis, ac Statutis, & conſuetudinibus contrariis nequaquam obſtan. vobis, & dicto veſtro Monaſterio, auctoritate Apoſtolica, de ſpeciali gratia indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c.

Datum apud Villam novam Avenion. dioec. 11. Kal. Septembr. anno 1.

VIII.

Præficitur Eccleſiæ Civitaten. Reg. Vat. lib. 2. *fol.* 114.

Venerabili fratri Gerardo Epiſcopo Civitaten.

Vt in Conſtit. 4. hujus Pontif.

§. I. Summi diſpoſitione Rectoris ad &c. Eccleſiæ univerſæ, & præſertim ad Eccleſiam Romanam nullo medio pertinentes, ſtatu proſpero floreant & accreſcant, quod tunc recte perficitur, cum Eccleſiis ipſis ſuorum Paſtorum gubernatione carentibus, perſonæ &c. fœliciter gubernare.

§. II. Dudum ſiquidem fœl. rec. Clemens Papa VI. prædeceſſor noſter cupiens Eccleſiæ Crapulen. cujus tunc regimini bon. mem. Andreas Epiſcopus Crapulen. præſidebat, cum eam quovis modo vacare contingeret, per Apoſtolicæ Sedis providentiam, idoneam præeſſe perſonam, proviſionem ejuſdem Eccleſiæ ordinationi, & diſpoſitioni ſuæ ea vice ſpecialiter reſervavit: decernendo ex tunc &c. contingeret attentari. Ac deinde præfata Eccleſia per obitum ejuſdem Andreæ Epiſcopi, qui extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, Paſtoris ſolatio deſtituta, dilecti filii Capitulum ejuſdem Eccleſiæ reſervationis & decreti prædictorum ignari, te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in Sacerdotio conſtitutum, in Crapulen. Epiſcopum, licet de facto, alias tamen canonice concorditer elegerunt, tuque reſervationis & decreti præfatorum etiam inſcius electioni hujuſmodi, de Superioris tui licentia, conſentiens, obtinuiſti per venerabilem fratrem noſtrum Guidonen. Epiſcopum Portuen. tituli ſanctæ Cæciliæ Presbyterum Cardinalem, in partibus illis Apoſtolicæ Sedis Legatum, auctoritate Legationis ſuæ, electionem hujuſmodi confirmari, ac per bon. mem. Andream Patriarcham Graden. de mandato ejuſdem Legati munus conſecrationis, rite tamen alias tibi impendi.

§. III.

§. III. Poſtmodum vero idem prædeceſſor de perſona venerabilis fratris noſtri Bertolini Epiſcopi Crapulen. ipſi Crapulen. Eccleſiæ, de conſilio Fratrum ſuorum S. R. E. Cardinalium, de quorum numero tunc eramus, auctoritate Apoſtolicâ, providit, & eùm præfecit eidem Eccleſiæ in Epiſcopum & Paſtorem, & ſic tu nullius Eccleſiæ Epiſcopus remanſiſti: ac deinde dicto prædeceſſore noſtro, ſicut Domino placuit, de hac luce ſubtracto, & nobis ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumptis, Eccleſiaque Civitaten. ad eamdem Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente, ex eo Paſtoris ſolatio deſtituta, quod nos venerabilem fratrem noſtrum Thomam Callen. tunc Civitaten. Epiſcopum apud Sedem Apoſtolicam conſtitutum, a vinculo quo tenebatur eidem Civitaten. Eccleſiæ, cui tunc, præerat, de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, abſolventes, ipſum ad Eccleſiam Callen. tunc vacantem duximus transferendum, præficiendo eum eidem Callen. Eccleſiæ in Epiſcopum & Paſtorem. Nos ad celerem expeditionem ejuſdem Civitaten. Eccleſiæ, de qua nullus præter nos hac vice diſponere poteſt, pro eo quod nos ante vacationem hujuſmodi, ipſius Civitaten. Eccleſiæ proviſiones &c. Poſt deliberationem, quam de &c. diligentem: demum ad te, conſideratis grandium virtutum tuarum meritis, quibus perſonam tuam Altiſſimus inſignivit, convertimus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua ipſi Civitaten. Eccleſiæ providimus, ut per tuæ cooperationis miniſterium votivis jugiter proficiat commodis, & ſucceſſibus proſperis augeatur, ac tu proinde divinam, præfatæ Sedis, & noſtram benedictionem & gratiam uberius conſequi mereris.

Datum Avenione VIII. Idus Novembris anno 1.

In eumdem modum cariſſimo in Chriſto filio Petro Regi Aragonum illuſtri.

Anno Christi 1354. Innocentii VI. anno 2.

IX.

Confirmat conſtitutionem Monaſterii Clariſſarum Medinæ de Pomar. Reg. Vatic. lib. 2. epiſt. 108.

Ad perpetuam rei memoriam.

Benigne petitiones illas ad gratiam &c. proſectibus providetur. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii ſanctæ Claræ in villa de Medina de Pomar, Ordinis ejuſdem Sanctæ, Burgen. Diœceſ. ac nobilis mulieris Eluiræ Alvari, relictæ quondam Alphonſi Gaufridi de Jenoyro militis, viduæ, Hiſpalen. Diœceſ. petitio continebat, quod olim Santius Santii dictus de Velaſco miles, & Santia ejus uxor, ipſius Eluiræ progenitores in dicta villa quoddam Monaſterium ad honorem & laudem Dei, & ejuſdem ſanctæ Claræ, de licentia Ordinarii loci, de bonis a Deo ſibi collatis conſtrui & ædificari &c. Nos enim quidquid &c. irritum decernimus & inane. Nulli ergo &c. noſtræ voluntatis, conceſſionis, & mandati infringere.

Vide infra Conſtitut. 13. hujus Pontif.

Datum Avenione V. Kal. Febr. anno 11.

X. *Aliud*

X.

Aliud privilegium eiſdem conceſſum. Ibid. epiſt. 106.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ in villa de Medina de Pomar, Ordinis ejuſdem Sanctæ, Burgen. Diœceſis.

EXigit veſtræ Religionis ſinceritas, ut petitiones veſtras, quantum cum Deo poſſumus, ad exauditionis gratiam favorabiliter admittamus. Cum itaque, ſicut ex parte veſtra nuper accepimus, Monaſterium veſtrum per quondam Santium Santii dictum de Velaſco Militem, & Santiam ejus uxorem, ſit nuper de novo fundatum & ſufficienter dotatum. Nos tranquillitati, quietique veſtris in hac parte providere volentes, veſtris, ac dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Eluiræ Alvari, præfatorum Santii & Santiæ filiæ ſupplicationibus inclinati, ne aliquis Miniſter Ordinis &c. diſtrictius inhibemus. Decernentes ſi ſecus actum fuerit, irritum & inane. Nulli ergo &c. noſtræ inhibitionis, conſtitutionis, & voluntatis infringere &c.

Datum Avenion. v. Kal. Februar. anno 11.

XI.

Ut ibidem ſtabiliatur numerus 50. Monialium. Ibid. epiſt. 105.

Venerabili fratri Epiſcopo Burgen.

Ratio cur Sororum certus numerus præficiatur.

§. I. SAcris cavetur Canonibus, quod in Eccleſiis, & Monaſteriis non plures recipiantur perſonæ, quam ſuſtentari congrue valeant ex proventibus eorumdem; ideoque decens exiſtit, ut hujuſmodi perſonarum certus ſit numerus, ne proviſione congrua careat ſuperflua multitudo, nec etiam ex paucitate debitum Deo ſervitium ſubtrahatur.

Monaſterii Fundator.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ, & Conventus Monaſterii ſanctæ Claræ de Medina de Pomar, Ordinis ejuſdem Sanctæ, tuæ Burgen. diœceſis petitio continebat, quod olim quondam Santius Santii de Velaſco miles, dictæ diœceſis, & Santia ejus uxor, pro ſuarum & progenitorum ſuorum animarum ſalute, dictum Monaſterium in eadem villa ad honorem, & laudem Dei, ſub vocabulo ejuſdem ſanctæ Claræ, de bonis ſuis a Deo ſibi collatis, de licentia loci Ordinarii, conſtrui & ædificari fecerunt, & illud decenter de bonis eorum dotarunt, & pro dote ipſius Monaſterii poſſeſſiones, & certa bona mobilia & immobilia in villa, & diœceſi Burgen. prædictis conſiſtentia, & ad ipſos militem & uxorem ſpectantia aſſignarunt, & etiam conceſſerunt; & in eodem Monaſterio Abbatiſſa, & Moniales juxta ipſius Monaſterii exigentiam facultatum, de licentia Prælatorum, & Viſitatorum dicti Ordinis inſtitutæ fuerunt, & inter ſe ſtatuerunt, ac etiam ordinarunt, quantum in eis erat, quod in dicto Monaſterio quinquaginta Monialium numerus perpetuo exiſteret, quarum quadraginta ſcirent legere & cantare; cum ipſius Monaſterii facultates, ut honeſte vivere, ac ſuſtentari valerent, ultra dictum numerum non ſuppeterent; pro parte ipſarum Abbatiſſæ & Conventus, ac dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Elviræ Alvari, relictæ quondam Alphonſi Caufridi militis Viduæ, Hiſpalenſis diœceſis & natæ quondam Santii & Santiæ prædictorum, nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut dictum

A quo numerus Monialium determinatus.

Confirmatio poſtulata.

quin-

quinquaginta Monialium numerum confirmare, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. III. Nos igitur ſtatui dicti Monaſterii ſalubriter providere volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus per te, vel alium, ſeu alios, ſuper præmiſſis inquiras diligentius veritatem, & ſi per inquiſitionem hujuſmodi, facultates ejuſdem Monaſterii pro ſuſtentatione 50. Monialium Monaſterii prædicti ſufficere repereris, ipſum numerum, Apoſtolica auctoritate, confirmes; decernendo, auctoritate præfata, quod Monaſterium ipſum præfato Monialium numero ſit contentum, & hujuſmodi numerus in eodem Monaſterio perpetuo debeat obſervari, niſi adeo ipſius Monaſterii facultates excreverint, quod præfatus numerus debeat merito augmentari, prædicta auctoritate ſemper ſalva. Conceditur.

Datum Avenione v. Kalendas Februarii anno 11.

XII.

Ut gaudeant omnibus privilegiis Ordinis ſanctæ Claræ. Ibid. epiſt. 104.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ in villa de Medina de Pomar, Ordinis ejuſdem Sanctæ, Burgenſis diœceſis.

SAcræ veſtræ Religionis, in qua &c. Apoſtolici favoris præſidium liberaliter præbeamus. Cum itaque, ſicut ex parte veſtra nuper accepimus, Monaſterium veſtrum per quondam Santium Santii de Velaſco militem, et Santiam ejus uxorem nuper de novo fundatum, et ſufficienter dotatum extiterit. Nos veſtris et dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Eluiræ Alvari prædictorum Santii, et Santiæ filiæ ſupplicationibus annuentes, ut vos & Monaſterium veſtrum omnibus & ſingulis privilegiis, Indulgentiis & gratiis, immunitatibus & libertatibus Ordini ſanctæ Claræ ab Apoſtolica Sede conceſſis, gaudere, & uti perpetuo libere valeatis, vobis, & per vos eidem Monaſterio, de ſpeciali gratia, auctoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c. *Vide Conſtit. 82. Clementis VI.*

Datum Avenione v. Kalendas Februarii anno 11.

XIII.

Quædam ſtatuuntur circa regimen Clariſſarum de Moguer. Regeſt. Vatic. ibid. epiſt. 69.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. BEnigne petitiones illas ad gratiam exauditionis admittimus, per quas perſonarum, & locorum Religioſorum obviatur diſpendiis, ac eorum commodis & profectibus providetur. Procœmium.

§. II. Exhibita ſiquidem nuper nobis pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ, & Conventus Monaſterii ſanctæ Claræ, in Caſtro de Moguer, Ordinis ejuſdem Sanctæ, Hiſpalenſis diœceſis ac nobilis mulieris Eluiræ Alvari, relictæ quondam Alphonſi Gaufridi de Jenoyro militis viduæ, dictæ diœceſis petitio continebat, quod olim ipſi Alphonſus & Eluira in dicto Caſtro, in quo temporale dominium obtinebant, & ipſa Eluira obtinet, quoddam Monaſterium ad honorem & laudem Dei, & ejuſdem ſanctæ Claræ, de licentia Ordinarii loci, de bonis a Deo ſibi collatis, conſtrui & ædificari Monialium petitio.

ficari fecerunt, & ſufficienter etiam dotaverunt, in quo quidem Monaſterio Abbatiſſa, & Moniales, quibus licet habere proprium in communi ex privilegio Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, juxta ipſius Monaſterii facultates, de licentia Prælatorum & Viſitatorum dicti Ordinis inſtitutæ exiſtunt, ac in ipſo Monaſterio per eas die nocteque, divina officia celebrantur.

Omnia in Monaſterio agenda cũ Fundatricis aſſẽſu.

§. III. Nos igitur ad ea quæ proſperum ſtatum, & conſervationem Monaſterii, & perſonarum prædictarum reſpicere dignoſcuntur, ſollicitis ſtudiis intendentes; Abbatiſſæ, & Conventus, ac Eluiræ prædictæ ſupplicationibus inclinati, volumus, & Apoſtolica auctoritate concedimus, quod de cetero Fratrum Minorum ad viſitandum dictum Monaſterium, & ejus Monialium confeſſiones audiendas, atque aliorum ſervitorum dicti Monaſterii aſſignatio, ſeu deputatio, ac reddituum, poſſeſſionum, & aliorum bonorum mobiliuũ, & immobilium, ad ipſum Monaſterium pertinentium ordinatio, permutatio, venditio, pignoratio, ſeu quæcumque alia diſtractio, in dicto Monaſterio, & in ipſius bonis, ex cauſis rationabilibus faciendis pro tempore, ſi illa forſan fieri contigerit, fiant de conſilio, conniventia, & expreſſo aſſenſu ipſius Eluiræ, & dilectæ in Chriſto filiæ Mariæ Santii ipſius Eluiræ Sororis, Monialis expreſſe profeſſæ Monaſterii de Medina, alias de Pomar vulgariter nuncupati; dicti Ordinis, Burgenſis diœceſis vel alterius ipſarum, Eluiræ, & Mariæ, & poſt earum obitum aſſignatio, ſeu Viſitatorum Fratrum deputatio, & Confeſſorum Monialium dicti Monaſterii de Moguer, fiat in Capitulo Provinciali per dilectum filium Miniſtrum Fratrem dicti Ordinis Minorum, Provinciæ Caſtellæ, ſecundum diſtinctionem Provinciæ ejuſdem Ordinis Minorum, de conſilio, & aſſenſu omnium, vel majoris partis dilectorum filiorum Cuſtodum, & Definitorum dicti Capituli, niſi Cardinali S. R. E. Protectori Ordinis ſanctæ Claræ prædicti ex cauſa rationabili videretur ſecundum Deum aliquando aliter faciendum, vel niſi Miniſter Generalis Ordinis dictorum Fratrum Minorum ipſum Monaſterium de Moguer per ſe vellet aliquotiens viſitare; qui Miniſter Provincialis cum Conſiliariis ſupradictis, talem, vel tales in Viſitatores, & Confeſſores Fratres ſui Ordinis eidem Monaſterio deputare teneatur, qui ſint prudentes & honeſti viri, Dei & præfati Ordinis zelatores: & quod Viſitator, ut præmittitur, aſſignatus, ſeu deputatus, cum conſilio & aſſenſu dictarum Abbatiſſæ & Conventus dicti Monaſterii, vel majoris & ſanioris partis ipſarum, ordinet de numero, & conditione Cappellanorum, & ſervitorum, & aliis ſupradictis ad ipſum Monaſterium pertinen. ac ejus honeſtum ſtatum, & utilitatem concernentibus.

Viſitatorum, & Confeſſatiorum deputatio in Capitulis facienda.

Viſitatori confirmare Abbatiſſam conceditur.

§. IV. Verum cum, ut aſſeritur, de conſuetudine dictæ Provinciæ, Regnique ac dominii cariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Caſtellæ Illuſtris confirmatio hujuſmodi electionum peti conſueverit a Miniſtro dicti Ordinis Minorum Provinciæ ſupradictæ, & in mittendo pro confirmatione hujuſmodi electionis Abbatiſſæ, ipſum Monaſterium de Moguer propter locorum diſtantiam poſſet incurrere damna non modica & expenſas; volumus, & mandamus, quod idem Viſitator, ut præmittitur, deputatus, cum dictum Monaſterium de Moguer vacare contigerit, electionem Abbatiſſæ de ipſa poſtmodum celebratam, eodem Miniſtro abſente, valeat confirmare. Et quod idem Viſitator propter Abbatiſſæ ipſius Monaſterii de Moguer demerita, alias in caſibus quibus de jure, vel ſecundum Regulam Ordinis ipſarum, ab ipſo Monaſterio deponenda, vel amovenda eſſet, poſſit eam deſtituere, deponere, & amovere a regimine Monaſterii ſupradicti; non obſtantibus præmiſſis, nec non conſtitutionibus, & privilegiis Apoſtolicis, ac etiam ſtatutis, & conſuetudinibus Monaſterii & Ordinis prædictorum, &

Itaque in caſu deponere.

aliis

aliis contrariis quibuſcumque. Nos enim quidquid contra voluntatem, & conceſſionem noſtram prædictam attentari forſan contigerit, irritum decernimus & inane. Nulli ergo &c. noſtrorum ſtatuti, ordinationis, voluntatis, mandati, & conſtitutionis infringere &c.

Datum Avenione v. Kalendas Februarii anno 11.

XIV.

Ut gaudeant privilegiis Ordinis ſanctæ Claræ. Ibid. epiſt. 65.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ in Caſtro de Moguer, Ordinis ejuſdem Sanctæ, Hiſpalenſis diœceſis.

SAcræ veſtræ Religionis, in qua &c. promeretur honeſtas, ut ſuper illis quæ vobis proſperitatis incrementum afferre valeant, gratioſum Apoſtolici favoris præſidium liberaliter præbeamus. Cum itaque, ſicut ex parte veſtra nuper accepimus, Monaſterium veſtrum per quondam Alphonſum Gaufridi de Jenoyro militem, & dilectam in Chriſto filiam Eluiram Alvari, ipſius Alphonſi relictam viduam, nuper de novo fundatum & ſufficienter dotatum extiterit. Nos veſtris, & ipſius ſupplicationibus annuentes, ut vos, & veſtrum Monaſterium, omnibus & ſingulis privilegiis, indulgentiis, & gratiis, immunitatibus, & libertatibus Ordini ſanctæ Claræ ab Apoſtolica Sede conceſſis gaudere, ac uti perpetuo libere valeatis, vobis, & per vos eidem Monaſterio, de ſpeciali gratia, auctoritate præſentium, indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c. *Vide Conſtit. 82. Clem. VI.*

Datum Avenione v. Kalendas Februarii anno 11.

XV.

Ne extrahantur Moniales. Ibid. epiſt. 66.

Eisdem.

EXigit veſtræ Religionis ſinceritas, ut petitiones veſtras, quantum cum Deo poſſumus, ad exauditionis gratiam favorabiliter admittamus. Cum itaque, ſicut ex parte veſtra nuper accepimus, veſtrum Monaſterium per quondam Alphonſum Gaufridi de Jenoyro militem, & dilectam in Chriſto filiam Eluiram Alvari, ipſius Alphonſi relictam viduam, ſit nuper de novo fundatum, & ſufficienter dotatum. Nos tranquillitati quietique veſtris in hac parte providere volentes, veſtris, & ipſius Eluiræ ſupplicationibus inclinati, ne aliquis Miniſter Ordinis Fratrum Minorum, ſeu Viſitator ad viſitandum veſtrum Monaſterium pro tempore deputandus, aliquam Monialem dicti veſtri Monaſterii, ad alia Monaſteria ejuſdem, vel alterius Ordinis transferre ſeu mutare, aut ei ad hoc licentiam aliqua de cauſa, impertiri poſſit, etiamſi in Abbatiſſam eligatur ſine licentia, & expreſſo conſenſu veſtro, ac majoris & ſanioris partis veſtrarum, tenore præſentium, diſtrictius inhibemus. Decernentes ſi ſecus actum fuerit irritum & inane. Nulli ergo &c. noſtræ inhibitionis & conſtitutionis infringere &c.

Datum Avenione v. Kalendas Februarii anno 11.

XVI.

Statuitur modus celebrandi Officium divinum per Capellanos & Confeſſores. Ibid. epiſt. 67.

Etsdem.

MEruit veſtræ devotionis ſinceritas, ut precibus veſtris, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Veſtris itaque & dilectæ in Chriſto filiæ Eluiræ Alvari, relictæ quondam Alphonſi Gaufridi de Jenoyro militis viduæ, Hiſpalenſis diœceſis, qui veſtrum Monaſterium de bonis eorum canonice, ut aſſeritur, fundaverunt, & ſufficienter dotaverunt, ſupplicationibus inclinati; ut cultus divinus in eodem Monaſterio in melius augmentetur, quod Cappellanis ad celebranda divina officia pro tempore in veſtro Monaſterio deputandis, Officium divinum ſecundum morem Ordinis veſtri, dicere, & celebrare liceat, nec ad aliam conſuetudinem dicendi præfatum officium teneantur, quodque quia ipſi Cappellani, & Fratres Ordinis Minorum, Confeſſores veſtri, ad Campanam veſtram, quæ infra veſtrum Monaſterium pulſatur, non poſſint in Eccleſia dicti veſtri Monaſterii ad dicendum divinum Officium temporibus debitis commode convenire, in eodem veſtro Monaſterio campanam & campanile a campana & campanili veſtris diſtincta valeatis habere; ita quod ante vel poſt matutinas horas per vos celebratas, præfati Cappellani & Confeſſores dicta alia campana pro divinis Officiis celebrandis pulſata, matutinas, miſſas, & alia divina Officia, ſingulis horis debitis, die, nocteque, in dicta Eccleſia dicti veſtri Monaſterii licite dicere, cantare, & celebrare poſſint, vobis, & dictis Cappellanis & Confeſſoribus, quibuſcumque conſtitutionibus, ſtatutis, & conſuetudinibus Monaſterii & Ordinis prædictorum, & aliis contrariis nequaquam obſtantibus, de ſpeciali gratia, tenore præſentium indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere.

Datum Avenione v. Kalendas Februarii anno 11.

XVII.

Ut ibidem ſtabiliatur numerus 50. Monialium. Ibid. epiſt. 42.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Iſpalen.

§. 1. SAcris cavetur Canonibus, quod &c. Domino ſervitium ſubtrahatur. Exhibita ſiquidem nobis pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ, & Conventus Monaſterii in caſtro de Moguer Ordinis ſanctæ Claræ, tuæ Iſpalen. diœceſis petitio continebat, quod olim quondam Alphonſus Gaufridi de Jenoyro miles, & dilecta in Chriſto filia Eluira ipſius Alphonſi relicta vidua, Iſpalen. diœceſis pro ſuarum, & progenitorum ſuorum animarum ſalute, dictum Monaſterium in eodem Caſtro, in quo quidem Caſtro ipſi dominium obtinebant temporale, prout ipſa Eluira adhuc dicitur obtinere, ad honorem, & laudem Dei, ſub vocabulo ſanctæ Claræ, de bonis ſuis a Deo ſibi collatis, de licentia loci Ordinarii, conſtrui & ædificari fecerunt, & illud decenter de bonis eorum dotaverunt, & pro dote ipſius Monaſterii poſſeſſiones, & certa bona mobilia & immobilia in Civitate & dicta diœceſi Iſpalen. conſiſtentia, & ad ipſos militem & viduam ſpectantia aſſignaverunt, & etiam conceſſerunt, & in eodem Monaſterio Abbatiſſa, & Moniales, juxta ipſius Monaſterii exigentiam facultatum, de licentia Prælatorum & Viſitatorum dicti Ordinis inſtitutæ fuerunt, & inter

Vide Conſtit. 11. hujus Pontificis.

ſe

ſe ſtatuerunt, ac etiam ordinaverunt, quantum in eis erat, quod in dicto Monaſterio quinquaginta Monialium numerus perpetuo exiſteret, quarum quadraginta ſcirent legere & cantare, cum ipſius Monaſterii facultates, ut honeſte vivere, ac ſuſtentari valerent, ultra dictum numerum non ſuppeterent.

§. II. Quare pro parte ipſarum Abbatiſſæ & Conventus, ac Eluiræ, nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut dictum quinquaginta Monialium numerum confirmare, de benignitate Apoſtolica, dignaremur. Nos igitur ſtatui dicti Monaſterii providere volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus per te, vel alium, ſeu alios ſuper præmiſſis inquiras diligentius veritatem, & ſi per inquiſitionem hujuſmodi, facultates ejuſdem Monaſterii pro ſuſtentatione quinquaginta Monialium Monaſterii præfati ſufficere repereris, præfatum numerum, Apoſtolica auctoritate confirmes; decernendo, auctoritate prædicta, quod Monaſterium ipſum præfato Monialium numero ſit contentum, & hujuſmodi numerus in eodem Monaſterio debeat obſervari, niſi adeo ipſius Monaſterii facultates excreverint, quod præfatus numerus debeat merito augmentari, prædicta auctoritate ſemper ſalva.

Datum Avenione v. Kalendas Februarii anno 11.

XVIII.

Deputantur Judices conſervatores Clariſſis de Moguer. Ibid. epiſt. 3.

Venerabilibus Fratribus N. Archiepiſcopo Iſpalen. & N. Giennen. ac N. Gaditen. Epiſcopis.

§. I. Procœmium. Militanti Eccleſiæ licet immeriti, diſponente Domino, præſidentes, circa curam Eccleſiarum & Monaſteriorum omnium, ſolertia reddimur indefeſſa ſolliciti, ut juxta debitum Paſtoralis officii, eorum occurramus diſpendiis, & profectibus, divina cooperante clementia, ſalubriter intendamus.

§. II. Bona Monaſterii a quibuſdam injuſte occupata. Sane dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ, & Sororum Monaſterii de Moguer Ordinis ſanctæ Claræ, Hiſpalen. diœceſis, quibus licet habere proprium in communi ex privilegio Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, conqueſtione percepimus, quod nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, aliique Eccleſiarum Prælati, & Clerici, ac Eccleſiaſticæ perſonæ, tam Religioſæ, quam ſæculares; necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, nobiles, milites, & laici, Communia Civitatum, Univerſitates Oppidorum, Caſtrorum, Villarum, & aliorum locorum, & aliæ ſingulares perſonæ Civitatum & Diœceſum, & aliarum partium diverſarum, occuparunt, & occupari fecerunt Caſtra, Villas, & alia loca, terras, domos, poſſeſſiones, jura, & juriſdictiones; nec non fructus, cenſus, redditus, & proventus, & nonnulla alia bona mobilia, & immobilia, ſpiritualia, & temporalia, ad Abbatiſſam, & Sorores, ac Monaſterium prædicta ſpectantia, & ea detinent indebite occupata, ſeu ea detinentibus præſtant auxilium, conſilium & favorem.

§. III. Ab aliis dicepta. Nonnulli etiam civitatum & diœceſum, & partium prædictarum qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, eiſdem Abbatiſſæ, & Sororibus ſuper prædictis Caſtris, Villis, & locis aliis, terris, domibus, poſſeſſionibus, juribus, juriſdictionibus, fructibus, cenſibus, reditibus, & proventibus eorumdem, & quibuſcumque aliis bonis mobilibus, & im-

mobilibus, ſpiritualibus & temporalibus, ac aliis rebus ad Abbatiſſam & Sorores Monaſterii prædictas ſpectantibus, multiplices moleſtias & injurias inſerunt & jacturas.

Sorores ad Sedem Apoſtolicam habent recurſũ.

§. IV. Quare præfata Abbatiſſa & Sorores nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum eiſdem valde reddatur difficile pro ſingulis querelis ad Apoſtolicam Sedem habere recurſum, providere ipſis ſuper hoc paterna diligentia curaremus.

§. V. Nos igitur adverſus occupatores, detentores, præſumptores, moleſtatores & injuriatores hujuſmodi, illo volentes eiſdem Abbatiſſæ & Sororibus remedio ſubvenire, per quod ipſorum compeſcatur temeritas, & aliis aditus committendi ſimilia præcludatur, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, per vos, vel alium, ſeu alios, etiamſi ſint extra loca in quibus deputati eſtis Conſervatores & Judices, præfatis Abbatiſſæ & Sororibus efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittatis eaſdem ſuper iis, & quibuslibet aliis bonis, & juribus, ad Abbatiſſam, & Sorores, ac Monaſterium prædicta ſpectantibus, ab eiſdem vel quibuſcumque aliis indebite moleſtari, vel eis gravamina ſeu damna vel injurias irrogari, factuti dictis Abbatiſſæ, & Sororibus, cum ab eis vel Procuratoribus ſuis, aut eorum aliquo fueritis requiſiti, de prædictis & aliis perſonis quibuslibet, ſuper reſtitutione hujuſmodi Caſtrorum, Villarum, terrarum, domorum, & aliorum locorum, juriſdictionum, jurium, & bonorum mobilium & immobilium, redituum quoque & proventuum, & aliorum quorumcumque bonorum, nec non de quibuslibet moleſtiis, injuriis, atque damnis, præſentibus & futuris; in illis, videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, ſummarie & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii: in aliis vero prout qualitas eorum exegerit, juſtitiæ complementum; occupatores, ſeu detentores, moleſtatores, præſumptores, & injuriatores hujuſmodi, necnon contradictores quoslibet & rebelles, cujuſcumque dignitatis, ſtatus, Ordinis, vel conditionis extiterint, quandocumque & quotieſcumque expedierit, auctoritate noſtra, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis: non obſtante tam fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri in quibus cavetur, ne aliquis extra ſuam civitatem & diœceſin, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuæ diœceſis ad judicium evocetur; ſeu ne Judices & Conſervatores a Sede deputati præfata extra civitatem, & diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, ſive alii, vel aliis vices ſuas committere; aut aliquos ultra unam dietam a fine diœceſis eorumdem trahere præſumant; dummodo ultra duas dietas aliquis, auctoritate præſentium, non trahatur, ſeu quod de aliis, quam de manifeſtis injuriis & violentiis, ac aliis quæ judicialem indaginem exigunt, pœnis in eos ſi ſecus egerint, & in id procurantes adjectis, Conſervatores ſe nullatenus intromittant, aut aliis quibuſcumque conſtitutionibus a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, tam de Judicibus delegatis & Conſervatoribus, quam perſonis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, aut aliis editis, quæ veſtræ poſſent in hac parte juriſdictioni, aut poteſtati, ejuſque libero exercitio quomodolibet obviare: ſeu ſi aliquibus communiter vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici, ſeu extra, vel ultra dicta loca ad judicium evocari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi, & eorum perſonis, locis, Ordinibus, & nominibus propriis mentionem: & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia

Inſtituuntur Judices, & Conſervatores.

Qui Monaſterii ejuſque bona defendant.

Aliis Conſtitutis non obſtant.

ge-

generali vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, veſtræ juriſdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua, cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Neque aliis Indultis.

§. VI. Ceterum volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod quilibet veſtrum proſequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico præpeditus; quodque a data præſentium ſit vobis juriſdictio attributa, ut eo vigore, eaque firmitate poſſitis in præmiſſis omnibus & ſingulis per citationem vel modum alium .... perpetuata legitime extitiſſe, conſtitutione prædicta ſuper Conſervatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obſtant. præſentibus poſt decennium minime valituris.

Datum Avenione v. Kalend. Februarii anno 11.

XIX.

Similiter dantur Conſervatores Clariſſis de Pomar. Ibid. epiſt. 6.

Venerabilibus Fratribus N. Bargen. & N. Palentin. ac N. Calaguritan. Epiſcopis.

MIlitanti Eccleſiæ licet immeriti, diſponente &c. ſalubriter intendamus. Sane dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Sororum Monaſterii de Medina de Pomar Ordinis, ſanctæ Claræ, Burgen. Diœceſis, quibus ex privilegio Apoſtolico licet habere proprium in communi, conqueſtione percepimus &c. non obſtante, præſentibus poſt decennium minime valituris. Ut in bulla præcedenti.

Datum Avenione v. Kalend. Februarii anno 11.

XX.

Fit Archiepiſcopus Calaritan. Reg. Vatic. libr. 1. epiſt. 10.

Dilecto filio Joanni de Aragonia Electo Calaritan.

§. I. MIlitanti Eccleſiæ, licet immeriti, diſponente Domino, præſidentes, circa curam Eccleſiarum omnium ſolertia reddimur indefeſſa ſolliciti, ut juxta Paſtoralis officii debitum, commiſſi nobis gregis Dominici curam utiliter gerere, divina cooperante clementia, ſtudeamus, & quamquam aſſidue vigilemus commodis ſingularum, tamen erga illas quæ viduitatis deplorant incommoda, propenſiori ſollicitudine, ac majori pulſamur inſtantia, ut eis præficiamus viros ſecundum cor noſtrum idoneos in Paſtores, qui ſciant, velint, & valeant ipſis utiliter præeſſe, pariter & prodeſſe.

§. II. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Joanne Archiepiſcopo Calaritan. regimini Calaritan. Eccleſiæ præſidente, nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum eam vacare contingeret &c. Poſtmodum vero præfata Eccleſia, per obitum ejuſdem Joannis Archiepiſcopi, qui in partibus illis diem clauſit extremum, Paſtoris ſolatio deſtituta; nos &c. ad proviſionem ipſius Eccleſiæ &c. paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes. Poſt deliberationem &c. cum Fratribus noſtris habuimus diligentem: demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis: quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua eidem Calaritan. Eccleſiæ, de dictorum Fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica, providemus, te-

teque illi præficimus in Archiepiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius &c.

Datum Avenione II. Idus Februarii anno II.

In eumdem modum, cariſſimo in Chriſto filio Petro Regi Aragonum illuſtri.

XXI.

Licentia ædificandi Monaſterium Clariſſarum. Reg. Vatic. lib. 2. epiſt. 420.

Dilecto filio Cuſtodi Fratrum Ordinis Minorum Burgen.

§. I. HOneſtis ſupplicum votis, illis præſertim, quæ divini cultus ac ſacræ Religionis augmenta reſpiciunt, libenter favorem Apoſtolicum impertimur.

Fundatrici conſtruendi Monaſterium data licentia.

§. II. Hodie ſiquidem dilectæ in Chriſto filiæ, nobili mulieri, Mariæ de Padilla, quondam Joannis Garſiæ militis natæ, Paletin. diœceſis fundandi de bonis ſibi a Deo collatis infra diœceſ. Palentin. vel alibi infra regna Caſtellæ, & Legionis, in loco tamen ad hoc congruo & honeſto, unum Monaſterium Monialium Ordinis ſanctæ Claræ, illudque cum Eccleſia, dormitorio, clauſtro, cœmeterio, & aliis neceſſariis officinis, ædificari & conſtrui ſine cujuſquam præjudicio, faciendi, dote tamen ſufficienti ad hoc primitus aſſignata, per noſtras certi tenoris litteras conceſſimus facultatem.

§. III. Cupientes igitur quod in dicto Monaſterio, in quo dicta Maria, ut aſſeritur, quinquaginta Sorores, computata Abbatiſſa, proponit eſſe perpetuo permanſuras, poſtquam ſic conſtructum & ſufficienter dotatum fuerit, regularis obſervantia vigeat, & devotus Altiſſimo famulatus reddatur, cariſſimique in Chriſto filii noſtri Petri Regis Caſtellæ ac Legionis illuſtris, nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, dictæque Mariæ in hac parte ſupplicationibus inclinati; diſcretioni tuæ, de qua in iis, & aliis gerimus in Domino fiduciam ſpecialem, auctoritate noſtra, decem Sorores, ſeu Moniales litteratas, ac Deo devotas, & in ipſa regulari obſervantia eruditas, quas dicta Maria ad hoc ex quibuſcumque Monaſteriis dicti Ordinis, in dictis Caſtellæ & Legionis regnis conſiſtentibus, hac vice dumtaxat nominandas, ſeu eligendas duxerit, ad dictum Monaſterium, poſtquam conſtructum, & dotatum fuerit; ut præfertur, transferendi, eaſque in eo in Moniales recipiendi, & unam de ipſis, quam magis idoneam & utilem ad regimen ipſius Monaſterii fore videris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, præficiendi eidem Monaſterio in Abbatiſſam, ſibique curam & adminiſtrationem ipſius Monaſterii in ſpiritualibus & temporalibus committendi; ac ſibi a ſuis ſubditis obedientiam & reverentiam debitam exhiberi, quibuſcumque conſtitutionibus, ſeu privilegiis Apoſtolicis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus dicti Ordinis contrariis nequaquam obſtantibus, faciendi, concedimus, tenore præſentium, facultatem. Volentes quod poſt hanc vicem primariam, quotieſcumque Monaſterium ipſum vacare contigerit, ad ipſius Abbatiſſæ regimen per Conventum Monaſterii, aut alias juxta ſtatuta & obſervantias dicti Ordinis aſſumantur.

Et cõmiſſio Cuſtodi circa regimen.

Datum Avenione Nonis Aprilis anno II.

XXII.

XXII.

Licentia ingrediendi Monaſteria Clariſſarum. Ibid. epiſt. 214.

Dilectæ in Chriſto filiæ, nobili mulieri, Mariæ de Padilla, quondam Joannis Garſiæ militis natæ, Palentin. diœceſis.

DEvotionis tuæ ſinceritas promeretur, ut quæ a nobis ſuppliciter poſtulas, affectu tibi benevolo concedamus. Cum itaque, ſicut exhibita nobis pro parte tua petitio continebat, tu ad divini nominis laudem, gloriam, & honorem, & ſub vocabulo ſanctæ Claræ, intendis de bonis tibi a Deo collatis infra civitatem ſive diœceſim Palentin. vel alibi infra Caſtellæ & Legionis regnum fundare, conſtruere, & ſufficienter dotare quoddam Monaſterium Monialium Ordinis dictæ Sanctæ, ſuper quo tibi hodie licentiam duximus largiendam, & propterea pie geras in votis de regula, cœremoniis, & obſervantiis dicti Ordinis plenius informari. Nos cariſſimi in Chriſto filii noſtri Petri Caſtellæ & Legionis Regis illuſtris, nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, atque tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut cum tribus vel quatuor matronis honeſtis, Monaſteria Religioſarum incluſarum dicti Ordinis infra regnum præfatum, & dominium dicti Regis conſiſtentia, quibuſcumque ſtatutis & conſuetudinibus Monaſterierum & Ordinis eorumdem, ac quibuslibet conſtitutionibus contrariis nequaquam obſtant. ſemel in anno dumtaxat ex dicta cauſa libere ingredi valeas, dummodo earum, quæ Monaſteriis ipſis præfuerint, ad id accedat aſſenſus, & tu dictæque matronæ ibi non commedatis, nec etiam pernoctetis, devotioni tuæ, tenore præſentium, indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c.

Datum Avenione Nonis Aprilis anno 11.

XXIII.

Præficitur Eccleſiæ Biſignanen. Reg. Vatic. libr. 1. epiſt. 47.

Venerabili fratri Joanni Epiſcopo Biſignanen.

MIlitanti Eccleſiæ licet &c. Eccleſiarum omnium præſertim ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentium, ſolertia reddimur &c. præeſſe utiliter & prodeſſe. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Chriſtophoro Epiſcopo Biſignanen. regimini Eccleſiæ Biſignanen. ad dictam Romanam Eccleſiam nullo medio pertinenti, præſidente. Nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum eam &c. Poſtmodum vero præfata Eccleſia per obitum ejuſdem Chriſtophori Epiſcopi, qui in partibus illis diem clauſit extremum, Paſtoris ſolatio deſtituta; nos &c. poſt deliberationem quam de præficiendo &c. habuimus diligentem. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita &c. de perſona tua, ipſi Biſignanen. Eccleſiæ, de dictorum &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c. ac deinde per venerabilem fratrem noſtrum Petrum Epiſcopum Oſtien. apud Sedem eamdem munus tibi fecimus conſecrationis impendi. In illo qui dat &c.

Vt in Conſtit. 20. hujus Pont.

Datum apud Villam novam Avenionen. diœceſis tv. Idus Maii anno 11. In eumdem modum, cariſſimis in Chriſto filiis Ludovico Regi & Joannæ Reginæ Hieruſalem, & Siciliæ illuſtribus.

XXIV.

XXIV.

Fit Epiſcopus Guardien. Ibid. epiſt. 49.

Venerabili fratri Petro Epiſcopo Guardien.

Vid. Conſtit. 81. Clementis VI.

§. I. PAſtoralis officii debitum, cui &c. ſalubriter gubernare. Dudum ſiquidem in Apoſtolatus noſtri primordiis, proviſiones omnium Eccleſiarum Cathedralium tunc apud Sedem Apoſtolicam vacantium & vacaturarum in poſterum apud eam, ordinationi & diſpoſitioni noſtræ ſpecialiter reſervantes: decrevimus ex tunc irritum &c. & deinde bonæ memoriæ Benedicto Epiſcopo Guardien. regimini &c. Nos cupientes eidem cum eam &c. utilem præſidere perſonam, proviſionem ejuſdem &c. Poſtmodum vero præfata Eccleſia, per obitum ejuſdem Benedicti, qui extra Romanam Curiam debitum naturæ perſolvit, Paſtoris ſolatio deſtituta; nos de perſona bonæ memoriæ. Petri Guardien. Epiſcopi eidem Eccleſiæ Guardien. duximus providendum.

§. II. Cum autem idem Petrus adminiſtrationis ipſius Eccleſiæ poſſeſſione non habita, apud Sedem præfatam debitum naturæ perſolverit: nos ad proviſionem ipſius Eccleſiæ ſic vacantis, de qua nullus præter nos ea vice diſponere potuit, reſervationibus & decretis obſiſtentibus ſupradictis; ne prolixæ vacationis exponeretur incommodis, paternis &c. intendentes; poſt deliberationem &c. diligentem: demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, in Sacerdotio conſtitutum, cui de litterarum ſcientia, religionis zelo, vitæ ac morum honeſtate, aliiſque virtutum meritis apud nos laudabilia teſtimonia perhibentur; direximus &c. Quibus omnibus &c. penſatis, de perſona tua ipſi Guardien. Eccleſiæ, de prædictorum &c. auctoritate &c. duximus providendum, teque illi præfecimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius &c. plenarie committendo. Poſtmodum per venerabilem fratrem noſtrum Petrum Epiſcopum Oſtien. fecimus tibi munus conſecrationis impendi. In illo qui dat &c.

Datum apud Villam novam Avenionenſis diœceſis IV. Idus Maii, anno II.

In eumdem modum, venerabili fratri Archiepiſcopo Beneventan. & cariſſimis in Chriſto filiis Ludovico Regi & Joannæ Reginæ Hieruſalem & Siciliæ illuſtribus.

XXV.

Circa eligendum Confeſſarium. Ibid. lib. 2. epiſt. 455.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii S. Corporis Chriſti Neapolitan. Ordinis ſanctæ Claræ.

SAcræ veſtræ Religionis promeretur honeſtas, ut petitionibus veſtris in iis, quæ pie depoſcitis, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Hinc eſt quod nos veſtris ſupplicationibus grato concurrentes aſſenſu, ad inſtar fœlicis recordationis Joannis Papæ XXII. prædeceſſoris noſtri, id quod claræ memoriæ Sancia Regina Siciliæ, quæ Monaſterii veſtri fundatrix extitit, circa ſtatum veſtrum & ipſius Monaſterii inter cetera ordinavit, videlicet quod Fratribus Ordinis Minorum ipſius Monaſterii, in quo certum numerum ipſorum Fratrum locare intendebat, de Guardiano ſemper in Generali Capitulo Fratrum dicti Ordinis Minorum, cum conſenſu & con-

& conſilio omnium de dicto Capitulo provideretur, qui Religioſus exiſteret, & zelator ordinationum regularium, circumſpectus, providus, & etiam litteratus, ratum & gratum habentes, id auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis infringere &c.

Datum apud Villam novam Avenionenſis diœceſis tv. Nonas Auguſti, anno tt.

XXVI.

Ut potiantur omnibus privilegiis Ordinis ſanctæ Claræ Ibid. epiſt. 1000.

Eisdem.

§. I. Devotionis veſtræ meritis exigentibus, votis veſtris libenter annuimus, & quæ a nobis pie depoſcitis, favorabiliter impertimur.

§. II. Dudum ſiquidem fœlicis recordationis Joanni Papæ XXII. prædeceſſori noſtro pro parte claræ memoriæ Sanciæ Reginæ Siciliæ expoſito, quod eadem Regina, de licentia Sedis Apoſtolicæ Monaſterium veſtrum pia intentione conſtrui fecerat, ad amplificationem Ordinis ſanctæ Claræ, ut inibi Sororum ejuſdem Ordinis copioſus numerus ad obſequendum Altiſſimo collocatus, de acquiſitis & aſſignatis ſibi per dictam Reginam poſſeſſionibus & redditibus ſuſtentari valerent, dictus prædeceſſor ipſius Reginæ ſupplicationibus inclinatus, ut idem Monaſterium, ac prædictæ Sorores quæ tunc erant, & in poſterum inibi exiſterent collocatæ; necnon omnes & ſinguli ad dictum Monaſterium cum veneratione debita confluentes, omnibus Indulgentiis Sororum ejuſdem ſanctæ Claræ ſuis vicibus & diebus, quavis auctoritate conceſſis, potirentur, atque gauderent, auctoritate litterarum ſuarum, eidem Reginæ indulſit. Quare pie pro parte veſtra nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut conceſſionem hujuſmodi confirmare, auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia, de ſpeciali gratia dignaremur.

§. III. Nos itaque veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, conceſſionem præfatam, ratam habentes & gratam, illam auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis &c.

Datum apud Villam novam Avenionenſis diœceſis tti. Nonas Auguſti, anno tt.

XXVII.

Ut nullus ingrediatur earum ſepta. Ibid. epiſt. 456.

Eisdem.

§. I. Devotionis veſtræ ſinceritas promeretur, ut quæ a nobis pie depoſcitis, vobis favorabiliter concedamus.

§. II. Dudum ſiquidem fœlicis recordationis Joannes Papa XXII. prædeceſſor noſter, intendens vobis illam gratiam impertiri, per quam ſublatis impedimentis quibuslibet, poſſetis eo devotius, quo quietius ſub regularis obedientiæ debito, virtutum Domino famulari, ut nulli perſonæ cujuſcumque ſtatus, ſive præeminentia fulgeret, & cujuſcumque etiam dignitatis & condltionis exiſteret, infra ſepta Monaſterii veſtri, ſeu ejuſdem Monaſterii, & dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Minorum locum, qui pro veſtra, &

ipſius Monaſterii gubernatione morabantur ibidem, loca liceret in poſterum habitare, neque domum, ſive quamlibet aliam manſionem inibi facere, ſive etiam conſtruere cauſa morandi, vobis ſuarum litterarum auctoritate indulſit. Quare pro parte veſtra nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut conceſſionem hujuſmodi confirmare, ex certa ſcientia, de ſpeciali gratia, dignaremur.

§. III. Nos igitur veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, conceſſionem ipſam ratam habentes & gratam, illam, auctoritate noſtra, ex certa ſcientia, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c.

Datum apud Villam novam Avenionenſis diœceſis III. Nonas Auguſti, anno II.

XXVIII.

Ut nullus ingrediatur clauſuram. Ibid. epiſt. 375.

Eisdem.

Religionis veſtræ promeretur honeſtas, ut vobis illa præſertim favorabiliter concedamus, per quæ cœleſti ſponſo, cui vos voluntate ſpontanea, mundi abjectis illecebris, devovistis, poſſitis quietius atque liberius reddere famulatum. Veſtris itaque devotis ſupplicationibus inclinati, univerſis & ſingulis perſonis præſentibus & futuris, ut nulla ex eiſdem perſonis, niſi in caſibus in regula ſanctæ Claræ, quam profeſſæ eſtis, expreſſis, clauſuram ingrediatur ejuſdem Monaſterii, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium diſtrictius inhibemus. Nulli ergo &c. noſtræ voluntatis & conceſſionis infringere &c.

Datum apud Villam novam Avenionenſis diœceſis III. Nonas Auguſti, anno II.

XXIX.

Ut minuatur numerus Fratrum Monialibus inſervientium. Ibid. epiſt. 374.

Venerabili Fratri Archiepiſcopo Neapolitan.

Fratrum numerus a fundatrice præſcriptus.

§. I. Exhibita nobis pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii ſancti Corporis Chriſti Neapolitan. Ordinis ſanctæ Claræ petitio continebat; quod olim clar. mem. Sancia Regina Siciliæ, dicti Monaſterii fundatrix, in fundatione hujuſmodi de licentia Miniſtri Generalis Ordinis Fratrum Minorum, qui tunc erat, ordinavit, ut quinquaginta Fratres dicti Ordinis Minorum pro animarum cura Sororum dicti Monaſterii exercenda, quorum unus dictorum quinquaginta Fratrum Guardianus exiſteret, in dicto Monaſterio, in certis domibus ſeorſum & ſeparatim a dictis Sororibus permanerent, ſuſtentandi de eleemoſynis ubique per eos petendis, juxta ipſorum Regulam; & ſi Fratres hujuſmodi eleemoſynas non invenirent, recurſum haberent pro ſuſtentatione ipſorum ad Abbatiſſam, & procuratores, ſeu adminiſtratores fructuum, reddituum, & proventuum Monaſterii ſupradicti, petendo eleemoſynam ab eiſdem; dictique Abbatiſſa & procuratores, ſeu adminiſtratores dictorum quinquaginta Fratrum conſiderantes inopiam, eis providerent, prout exiſteret opportunum.

§. II. Cum autem (ſicut eadem petitio ſubjungebat, iidem Fratres, facien-

ciente malitia temporis, mendicando juxta dictam ordinationem, eleemoſynas habere non poſſint; & propterea præfatæ Abbatiſſa & Conventus, quibus licet habere proprium in communi, ex indulto Sedis Apoſtolicæ ſpeciali; & quæ juxta ordinationem hujuſmodi debent eos neceſſario ſuſtentare, tantum Fratrum numerum propter paupertatem maximam, in qua Monaſterium ipſum conſiſtit, ſuſtentare non poſſint: pro parte dictarum Abbatiſſæ & Conventus nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut dictum quinquaginta, ad viginti Fratrum dicti Ordinis Minorum, per Guardianum ac Abbatiſſam & Conventum præfatos, pro exercenda cura hujuſmodi eligendorum, numerum reducere, donec, Deo dante, ſtatus ipſius Monaſterii in melius ad ſuſtentandum onera hujuſmodi proſperetur; ac nihilominus, cum dilecti filii Provincialis Fratrum dicti Ordinis Minorum in cujus Provincia ſecundum morem Ordinis, Monaſterium ipſum conſiſtit, ac Guardianus & Fratres in dicto Monaſterio, ut præmittitur, commorantes, de redditibus, oblationibus, legatis, ac aliis bonis mundanis, etiam de rebus Sacriſtiæ dicti Monaſterii, auctoritate propria, contra voluntatem & beneplacitum Abbatiſſæ & Conventus prædictorum, diſponere & ordinare nitantur, quamvis id facere non debeant, neque poſſint; eidem Miniſtro Provinciali ac Guardiano, & Fratribus, qui ſunt, & erunt pro tempore, quod de hujuſmodi dicti Monaſterii redditibus, oblationibus, bonis, datis & etiam dandis, & rebus ipſius Sacriſtiæ contra voluntatem dictarum Abbatiſſæ & Conventus, ſe nullatenus intromittant, mandare de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Qui ut minuatur, Moniales poſtulant.

Et quod Fratres in bonorum non ſe ingerant adminiſtratione.

§. III. Quia vero de præmiſſis notitiam non habemus, fraternitati tuæ, de qua in Domino fiduciam gerimus, faciendi, & ordinandi, auctoritate noſtra, præmiſſa, & eorum ſingula pro parte dictarum Abbatiſſæ & Conventus, ut præfertur, petita, ſi conſideratis diligenter circumſtantiis in iis attendendis, rationabiliter fuerint facienda, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus; necnon contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendi: non obſtan. præmiſſis & quibuſcumque conſtitutionibus, Indulgentiis, & litteris Apoſtolicis, necnon ſtatutis & conſuetudinibus Monaſterii & Ordinis prædictorum contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque alia firmitate vallatis, ſeu ſi eiſdem Abbatiſſæ, Guardiano & Fratribus, ac Conventui, vel quibuſvis aliis, communiter vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici &c. per litteras Apoſtolicas non facientes &c. plenam & liberam concedimus, auctoritate præfata, præſentium tenore facultatem.

Archiepiſcopo facultas commiſſa.

Datum apud Villam novam Avenion. Diœceſ. III. Non. Auguſti an. tt.

XXX.

Ut ædificare poſſit Monaſterium. Ibid. epiſt. 213.

Dilectæ in Chriſto filiæ, nobili mulieri, Mariæ de Padilla, quondam Joannis Garſiæ militis natæ, Palentin. Diœc.

§. I. Pia vota fidelium, quæ ſalutis operibus obſequuntur, libenter Apoſtolico favore proſequimur, eiſque gratioſum & benevolum impertimur aſſenſum.

§. II. Sane petitio pro parte tua nobis exhibita continebat, quod tu de ſalute propria cogitans, cupienſque terrena in cœleſtia fœlici commercio commutare, pro tuæ, & parentum tuorum & aliorum fidelium animarum ſalute, intendis ad Divini nominis laudem, gloriam & honorem, unum Mo-

naſterium ſub vocabulo ſanctæ Claræ Virginis, infra diœceſim Palentin. vel alibi infra Regnum Caſtellæ & Legionis, pro quinquaginta Sororibus ejuſdem Ordinis, in quo numero Abbatiſſa computetur, quæ in eo ſuum perpetuo reddant Domino famulatum, cum Eccleſia, cœmeterio, campanili, & campana, & aliis neceſſariis officinis, de bonis tibi a Deo collatis, fundare & conſtruere ac ſufficienter dotare. Quare nobis pro parte tua fuit humiliter ſupplicatum, ut faciendi prædicta tibi licentiam concedere dignaremur.

§. III. Nos itaque laudabile tuum in hac parte propoſitum in Domino commendantes, & cultum divinum, ſacræque Religionis augmentum ſerventi deſiderio cupientes, cariſſimi in Chriſto filii noſtri Petri Caſtellæ & Legionis Regis illuſtris, nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, ac tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, fundandi, & conſtrui faciendi hujuſmodi Monaſterium cum Eccleſia, cœmeterio, campanili, & campana, domibus & aliis neceſſariis officinis, in loco tamen ad hoc congruo & honeſto, ſufficienti tamen dote, ex qua Abbatiſſa & Sorores dicti Monaſterii uſque ad dictum numerum, cum aliis perſonis ad eorum ſervitia neceſſariis, commode valeant ſuſtentari, ad dilecti filii Miniſtri Provincialis Fratrum Ordinis Minorum Provinciæ Caſtellæ & Legionis, ſecundum morem ipſorum Fratrum, arbitrium primitus aſſignata, Diœceſani loci & cujuſcumque alterius licentia minime requiſita, quacumque conſtitutione contraria non obſtante: jure tamen parochialis Eccleſiæ & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo, plenam & liberam tibi, auctoritate Apoſtolica, licentiam elargimur. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c.

Datum Avenione Nonis Aprilis anno 11.

XXXI.

Ut reparare poſſit Monaſterium Nolanum, & ingredi. Reg. Vatic. lib. 3. epiſt. 821.

Dilecto filio nobili viro Nicolao de filiis Urſi, Nolan. & Palantin. Comiti.

Vide Conſt. 29. hujus Pontif.

Devotionis tuæ ſinceritas &c. concedamus. Hinc eſt quod nos tuis ſupplicationibus inclinati, tibi, qui ſicut aſſeris, pro tuæ, ac genitorum tuorum animarum ſalute, Monaſterium ſanctæ Mariæ Jacobi Nolan. Ordinis ſanctæ Claræ in ædificiis ruinoſum, & quodammodo collapſum, de bonis tibi a Deo collatis, intendis, ſicut neceſſario expedit, congrue facere reparari, ut hujuſmodi reparatione durante, poſſis pro ſpeciali conſolatione tua, cum duabus honeſtis perſonis Monaſterium ipſum, pro ordinandis & diſponendis eis, quæ dictum Monaſterium pro hujuſmodi reparatione indiget, libere & licite ingredi, quibuſcumque Monaſterii & Ordinis prædictorum conſtitutionibus contrariis nequaquam obſtantibus, dummodo illarum, quæ dicto Monaſterio præfuerint, ad id accedat aſſenſus, tuque & aliæ perſonæ præfatæ ibidem non comedatis, nec etiam pernoctetis, tenore præſentium, indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum apud Villam novam Avenion. Diœc. 11. Kal. Sept. anno 11.

XXXII.

Ut habitare poſſit in Civitate Smyrnarum, eamque cuſtodire. Ibid. lib. 2. epiſt. 300.

Dilecto filio Pontio Sautelii, Ordinis Fratrum Minorum profeſſori.

§. I. INgens devotionis zelus, quem ad Catholicam fidem, pro qua, ſicut accepimus, multos labores ſupportaſti hactenus, & adhuc ſupportare jugiter delectaris, habere dignoſceris, promeretur, ut votis tuis, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus.

§. II. Hinc eſt quod tuis ſupplicationibus inclinati, commorandi in civitate Smyrnarum, ubi moram aliquandiu hactenus contraxiſti, tecumque duos ſocios Fratrum Minorum Ordinis profeſſores, & duos alios ſervitores ſervientes tibi in cuſtodia Civitatis prædictæ, quos eligendos duxeris, cujuſvis licentia minime requiſita, quibuſcumque conſtitutionibus, ſeu ordinationibus, necnon ſtatutis & conſuetudinibus dicti Ordinis contrariis nequaquam obſtan. libere & licite retinendi, plenam & liberam tibi, tenore præſentium, licentiam elargimur. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c.

Datum Avenione IV. Kal. Octobr. anno II.

XXXIII.

Ut officia ſubire poſſit Ordinis, non obſtante, quod conſecratus fuerit Epiſcopus. Ibid. epiſt. 298.

Dilecto filio Demetrio de Scutaro, Ordinis Fratrum Minorum profeſſori.

§. I. REligionis zelus, vitæ ac morum honeſtas & alia virtutum merita, ſuper quibus apud nos laudabile tibi perhibetur teſtimonium, nos inducunt, ut perſonam tuam Apoſtolicis favoribus proſequamur.

§. II. Sane petitio pro parte tua nobis exhibita continebat, quod dudum quidam Epiſcopus, qui ſe ſpecialem providendi aliquot Eccleſiis in Ultramarinis partibus exiſten. Paſtoribus carentibus, earum, videlicet, ſingulis de ſingulis Epiſcopis & Paſtoribus, dicebat habere a Sede Apoſtolica facultatem; te Fratrem Ordinis Minorum profeſſorem, in Sclavoniæ, ſecundum conſuetudinem dicti Ordinis, Provincia exiſten. cuidam Eccleſiæ in dictis partibus conſiſtenti, quam carere, prout carebat, & caret Clero & ſubditis Chriſtianis, penitus ignorabas; per te prius Superioris tui id etiam ignorantis, ſuper hoc obtenta licentia, de facto præfecit in Epiſcopum & Paſtorem, tibique munus conſecrationis impendit: quodque poſtmodum ante modici temporis lapſum, ad tuam deducto notitiam, quod dicta Eccleſia, ut præfertur, carebat Clero, & ſubditis Chriſtianis, regimini ejuſdem Eccleſiæ ſpecialiter ceſſiſti; & dimiſſo nomine & titulo Epiſcopatus hujuſmodi, in ipſo Ordine, in præfata Provincia, abſque alicujus officii exercitio fuiſti per longi temporis ſpatium humiliter converſatus. Quare pro parte tua fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut providere ſuper iis ſtatui tuo, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. III. Nos itaque tuis, ac dilectorum filiorum. Miniſtri Provincialis & Fratrum Ordinis & Provinciæ prædictæ nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantium, ſupplicationibus inclinati, qui ante præmiſſa, ſicut aſſeritur, ipſius Or-

Ordinis officia geſſeras, ut præmiſſis, ac Viennen. Concilii, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, necnon ſtatutis & conſuetudinibus dicti Ordinis contrariis nequaquam obſtantibus, ad quæcumque dicti Ordinis officia poni, & reduci, illaque gerere & etiam exercere licite valeas, ſicut prius, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c.

Datum Avenione IV. Kal. Octobr. anno II.

XXXIV.

Datur facultas conſtruendi hoſpitale Hieroſolymis. Reg. Vat. lib. 3. ep. 994.

Dilectæ in Chriſto filiæ Sophiæ Philippi de Archangelis, mulieri Florentin.

§. I. CUm ad ædificationem & conſtructionem piorum locorum, tamquam benedictionis filia, geras piæ devotionis affectum, Nos illa tibi libenter concedimus, per quæ id in Deo facilius valeas adimplere.

§. II. Sane, cum ſicut exhibita nobis pro parte tua petitio continebat, tu cupiens terrena &c. commutare; in civitate Hieroſolymitana unum Hoſpitale pauperum conſtruere, & ædificare cœperis, & pro conſtructione & ædificatione hujuſmodi, lignamina & ferramenta, quibus partes illæ plurimum carent, neceſſaria fore noſcantur. Nos tuum laudabile propoſitum in Domino commendantes, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, portandi & portari faciendi ferramenta & lignamina pro ædificatione & conſtructione dicti Hoſpitalis, & domorum ejus neceſſaria, conſtitutionibus, prohibitionibus, & proceſſibus Apoſtolicæ Sedis, ſpirituales & temporales pœnas, mulctas, & ſententias prolatas in deferentes ſeu deferri facientes ferrum ſeu lignamina ad partes eaſdem continentibus, nequaquam obſtantibus, tibi de benignitate Apoſtolica, licentiam elargimur.

§. III. Volumus autem quod in manibus Diœceſani loci, in quo navem, ſeu naves hujuſmodi lignaminibus, & ferramentis onerabis, ſeu onerari facies, quod præmiſſa, vel aliquod eorumdem in fraudem non facies, præſtes corporale juramentum. Alioquin niſi juramentum hujuſmodi præſtiteris, ut præfertur, præſentem conceſſionem haberi volumus pro non facta; ſuper cujus quidem juramenti præſtatione Diœceſanus prædictus duo confici faciat publica inſtrumenta, quorum alterum cameræ noſtræ ſtudeat deſtinare, penes ſe reliquo reſervato. Nulli ergo &c. noſtræ elargitionis, & voluntatis &c.

Datum Avenione II. Idus Octobris anno II.

XXXV.

Ut cum aliis tranſfretare poſſit ad partes Ultramarinas. Ibid. epiſt. 995.

Eidem.

§. I. EXigit tuæ ſinceritatis affectus, & devotionis ſtudium ... quæ pro Chriſtianæ Religionis cultu jugiter exerces in operibus caritatis, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter proſequamur.

§. II. Cum itaque, ſicut accepimus, tu zelo devotionis accenſa, ad laudem Dei, & pro animæ tuæ ſalute, de bonis tibi a Deo collatis, & tibi etiam per eleemoſynam erogatis, emeris quaſdam domos inhabitatas, ſitas in monte Sion, juxta locum Fratrum Ordinis Minorum in dicto monte conſiſten-

ſiſtentem, cum Clauſtro & Territorio ipſis domibus contiguis, & in eis unum hoſpitale in quo Chriſti fideles ad viſitandum ſepulcrum Dominicum peregre proficiſcentes, valeant receptari, fundaveras, & ædificare cœperas, & ad ipſius perfectionem ſollicitis ſtudiis elabores, & propterea te oporteat de ipſis partibus ad Ciſmarinas partes, & e converſo pro ipſius Hoſpitalis neceſſariis frequenter accedere, & alias hinc inde perſonas tecum ducere, & etiam deſtinare. Nos tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, tibi & decem perſonis, quas ad hoc pro neceſſariis ipſius Hoſpitalis duxeris eligendas, ut ad partes ipſas Terræ Sanctæ, pro ipſius Hoſpitalis neceſſariis, prohibitionibus, conſtitutionibus, & proceſſibus quibuſcumque Sedis Apoſtolicæ in contrarium factis, habitis, ſeu etiam promulgatis, pœnas, ſententias, ſpirituales & temporales continentibus nequaquam obſtantibus, quoties, & quando opus fuerit, ſimul, & diviſim transfretare & accedere, illa, quæ etiam dicto Hoſpitali neceſſaria ſint, & alia, ſine quibus transfretationem hujuſmodi adimplere commode non poſſetis, deferre & exhibere; dummodo ad partes illas nulla deferatis, vel deferri faciatis, quæ in profectum vel favorem hoſtium fidei Chriſtianæ redundare valeant, auctoritate præſentium, indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione 11. Idus Octobris anno 11.

XXXVI.

Ut eligere ſibi poſſint Confeſſarium. Ibid. epiſt. 996.

Eidem.

§. I. Benigno ſunt illa tibi concedenda favore, per quæ, ſicut pie deſiderare videris, tibi & aliis conſcientiæ pax & ſalus provenire valeant animarum.

§. II. Cum itaque, ſicut accepimus, tu zelo devotionis accenſa ad laudem Dei, & pro animæ tuæ ſalute de bonis tibi a Deo collatis, & tibi etiam in eleemoſynam elargitis, emeris quaſdam domos inhabitatas ſitas in monte Sion, juxta locum Fratrum Ordinis Minorum, in dicto monte conſiſten. cum Clauſtro & Territorio ipſis domibus contiguis, & in eis unum Hoſpitale, in quo Chriſti fideles ad viſitandum ſepulcrum Dominicum peregre proficiſcentes, valeant receptari, fundaveris & ædificare cœperis, & ad ipſius perfectionem ſollicitis ſtudiis elabores. Nos tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, tibi, ac omnibus, & ſingulis perſonis ad præfati Hoſpitalis ſervitium deputatis, & in poſterum deputandis, auctoritate Apoſtolica, indulgemus, ut tu, & ipſæ perſonæ aliquem idoneum, & diſcretum Presbyterum Religioſum, ſeu etiam ſecularem in veſtrum poſſitis eligere Confeſſorem, qui confeſſionibus veſtris diligenter auditis, pro commiſſis debitam vobis abſolutionem impendat, & injungat pœnitentiam ſalutarem, niſi forſan talia fuerint, propter quæ Sedes Apoſtolica ſit merito conſulenda, vobiſque etiam Euchariſtiæ, & alia Sacramenta exhibere veleat, quotiens fuerit opportunum, Viennen. Conclii, & aliis conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis non obſtan. quibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione 11. Idus Octobris anno 11.

XXXVII.

XXXVII.

Committuntur ei aliqua circa conſtructionem prædicti Hoſpitalis. Ibidem epiſt. 997.

Venerabili fratri Epiſcopo Famaguſtan.

§. I. DEvota fidelium ſtudia, & præſertim, quæ Chriſtianæ Religionis cultum & opera reſpiciunt pietatis, benigno affectu proſequimur, & eis, quantum cum Deo poſſumus, favorem Apoſtolicum impertimur.

§. II. Cum itaque, ſicut accepimus, dilecta in Chriſto Sophia Philippi de Archangelis, mulier Florentina zelo devotionis accenſa, ad laudem Dei, & proanimæ ſuæ ſalute, de bonis ſibi a Deo collatis, & etiam in eleemoſynam erogatis, emerit quaſdam domos inhabitatas, ſitas in monte Sion, juxta locum Fratrum Ordinis Minorum ibidem conſiſtentem, cum Clauſtro & Territorio ipſis domibus contiguis, & in eis unum Hoſpitale, in quo Chriſti fideles ad viſitandum ſepulcrum Dominicum peregre proficiſcentes, valeant receptari, fundaverit, & ædificare cœperit opere plurimum ſumptuoſo, & ad illius perfectionem & murationem, ad quas ſollicitis ſtudiis elaborat, opportunas non habeat, nec habere poſſit, ſine fidelium aliorum auxilio, facultates. Nos hujuſmodi tam pium, quam ſalubre opus benigno favore proſequi cupientes, ipſius Sophiæ in hac parte ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ, de qua in his, & aliis gerimus in Domino fiduciam ſpecialem, per Apoſtolica ſcripta mandamus, ac committimus, quatenus ducentis per ſonis deſiderantibus cauſa devotionis ſepulcrum prædictum, & alia oratoria Terræ ſanctæ perſonaliter viſitare, quarum ſingulæ ſingulos lectos, neceſſariis ornamentis decenter munitos, ad uſum peregrinorum prædictorum, Hoſpitali, ſeu Sophiæ prædictis, aut aliæ perſonæ deputandæ per eam, pro ipſo Hoſpitali, & ejus uſu dari & aſſignari fecerit, facta tibi de hoc legitime fide, aut quæ de ipſis lectis, ut præferitur, dandis, & etiam aſſignandis, idoneam tibi præſtiterint cautionem, quod ſepulcrum & alia Oratoria ſupradicta quibuſcumque conſtitutionibus, prohibitionibus, & proceſſibus Sedis Apoſtolicæ in contrarium factis, habitis, ſeu etiam promulgatis, pœnas & ſententias ſpirituales & temporales continentibus, nequaquam obſtantibus, ex cauſa prædicta valeant viſitare, illaque nihilominus pro hujuſmodi viſitatione deferre, ac etiam exhibere, ſine quibus peregrinationem hujuſmodi commode adimplere non poſſint; dummodo ad partes illas nulla alia deferant, vel deferri faciant, quæ in proſectum vel favorem hoſtium fidei Chriſtianæ redundare valeant, auctoritate noſtra, indulgeas, & concedas. In his omnibus diligentiam, quam pro pleniori cautela, & obſervantia omnium præmiſſorum expedire videris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, taliter habiturus, quod inde devotionem tuam poſſimus in Domino merito commendare.

Datum Avenion. II. Idus Octobris anno II.

XXXVIII.

XXXVIII.

Deputatur Cuſtodiæ Londonien. Regeſt. Vatic. lib. 1. par. 2. epiſt. 1216.

Dilecto filio Rogerio de Conewei Ordinis Fratrum Minorum, ac ſacræ Paginæ Profeſſori.

ILla tibi benigno favore concedimus, per quæ tibi & aliis ſpiritualis conſolatio valeat provenire. Hinc eſt, quod nos tuis ſupplicationibus inclinati, ut tu, qui de Cuſtodia Wygornien. juxta morem Ordinis Fratrum Minorum exiſtis, in loco Fratrum dicti Ordinis Minorum Londonien. ad quem nobilium de regno Angliæ frequenter, ut aſſeritur, concurſus habetur, pro tua & eorumdem nobilium ſpirituali recreatione, licite morari valeas, ſub tuorum tamen obedientia Prælatorum, perpetuo de Cuſtodia Londonien. cenſendus, ſicut alii Fratres dicti Ordinis, de prædictorum Conventus & Cuſtodiæ partibus oriundi cenſeri, juxta Fratrum dicti Ordinis conſuetudinem dignoſcuntur, quibuſcumque Apoſtolicis, & ejuſdem Ordinis conſtitutionibus ac ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis nequaquam obſtantibus tibi, auctoritate Apoſtolica, de ſpeciali gratia, tenore præſentium, indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c.

Datum Avenione IV. Idus Februarii anno III.

XXXIX.

Confirmat litteras Joannis XXII. circa unionem Eccleſiarum Waterfordien. & Liſmoren. Regeſt. Vatic. lib. 2. par. 2. epiſt. 56.

Venerabili fratri Rogerio Epiſcopo Waterfordien. & Liſmoren.

§. I. PRoviſionis noſtræ debet provenire ſubſidio, ut jus ſuum cuilibet conſervetur. Hinc eſt, quod nos tenorem quarumdam litterarum ſœlicis recordationis Joannis Papæ XXII. prædeceſſoris noſtri, in regiſtro ipſius prædeceſſoris repertum, pro eo, quod ſicut petitio tua nobis nuper exhibita continebat, prædictæ originales litteræ caſu fortuito ſint amiſſæ, de regiſtro ipſo de verbo ad verbum tranſcribi, & ad tuæ ſupplicationis inſtantiam, præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt.

§. II. *Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei; ad perpetuam rei memoriam. Romana Eccleſia, quæ ſuper univerſas orbis Eccleſias obtinet, divina inſtitutione, primatum, circa ſingulas maternæ dilectionis cura ſedulo invigilans, eorum profectibus, velut ſollicita mater, ardenter intendit, ſtudens Eccleſiarum ipſarum, præſertim Cathedralium commoda interdum per ſalubris unionis miniſterium, prout locorum, & temporum, ac perſonarum qualitate penſata, earumdem Eccleſiarum, & Prælatorum eis præſidentium ut ilitati expedire proſpicit, efficaciter procurare. Sane cariſſimus in Chriſto filius noſter Eduardus Angliæ Rex illuſtris, ac Dominus Hiberniæ attente conſiderans, quod Eccleſiæ in ejuſdem Hiberniæ provincia conſtitutæ, & præſertim Cathedrales, adeo ſint in facultatibus & reditibus tenues, & exiles, quod propter tenuitatem Eccleſiaſticorum proventuum vileſcit in eis Pontificalis auctoritas, nec eis debita, quam oportet, reverentia exhibetur. Earum quoque Præſules ad tenendum ſtatum debitum, & familiam oppportunam ſufficientes reditus non habentes, in ſuorum defenſione jurium, redduntur plurimum impotentes, ipſorum etiam Præſulum impotentia, & paupertas ad diminutionem jurium, etiam regalium noſcitur redundare, ad*

quorum defenſionem & regendam Provinciam, multum profecto facit, non ſolum circumſpectionis induſtria, quinimo ſufficientia facultatum, & potentia Prælatorum: ac propter hoc diligenter attendens ſibi, ac Regno, & dominio ſuis, & etiam pacifico ſtatui totius Inſulæ ejuſdem Hiberniæ plurimum expedire, ut per unionem dictarum pauperum Eccleſiarum, ſtatus earum, prædictis cauſis rationabilibus ſuadentibus, in melius reformetur, & duarum, vel plurium ſub unius, & ejuſdem Præſulis moderamine unita potentia Præſul vivat decentius, ſufficientius reſiſtat perſecutorum inſultibus, defendat Epiſcopalia jura commodius, commiſſum ſibi gregem dominicum potentius tueatur, eumdemque in majori pace & tranquillitate gubernet: nobis humiliter ſupplicavit, ut Liſmoren. & Waterfordien. cujus reditus & proventus annui vix quinquaginta marchas ſterlingorum tranſcendere dignoſcuntur, ſibi in vicinitate conjunctas Eccleſias Cathedrales, quæ adeo ſunt in facultatibus & reditibus ſuis tenues & exiles, quod eam Præſules ſingulariter ſinguli ex eis nequeunt, juxta Epiſcopalis ſtatus decentiam, commode ſuſtentari; unire invicem dignaremur. Nos igitur laudabile ejuſdem Regis in hac parte propoſitum & commendabilem zelum, quem ad Deum, & ad Eccleſias habere dignoſcitur, plurimum in Domino commendantes, ac conſiderantes quod Prælatis etiam earumdem Eccleſiarum videretur expediens hujuſmodi fieri unionem, propter urgentem neceſſitatem & evidentem utilitatem ipſarum, & alias rationabiles cauſas prædictas: eaſdem Eccleſias, de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, unimus auctoritate præſentium, ſtatuentes, ut ſtatu Præſulum qui nunc præſunt eiſdem, ſine mutatione aliqua integro remanente, tandem quovis ipſorum cedente ſeu etiam decedente, ſic una ſit earumdem Eccleſiarum Epiſcopalis dignitas, quod ſuperſtes ſit Epiſcopus utriuſque Liſmoren. & Waterfordien. Epiſcopus nominandus, & in qualibet ipſarum Eccleſiarum Sedem Epiſcopalem habeat, & utatur, & exerceat Epiſcopalia in utraque, prout viderit expedire; ac deinceps Eccleſiæ ipſæ uno & eodem Antiſtite ſimili, quinimo potius eadem intitulatione uſuro, perpetuis temporibus gubernentur; cujus electionem, cum ipſarum vacatio imminebit, in altera dictarum Eccleſiarum inſigniori, videlicet ab utriuſque Canonicis vocem in eadem electione, quaſi ſorcnt unum corpus ſea Collegium, pariter habituris, decernimus celebrandam, ac quoties novi paſtoris electio fuerit facienda, ad Capitulum ejuſdem inſignioris Eccleſiæ eorumdem Canonicorum Eccleſiæ utriuſque vocatio ad electionem celebrandam debeat pertinere. Per hoc autem venerabili fratri noſtro Archiepiſcopo Caſſelen. ipſarum Eccleſiarum Metropolitano, ejuſque ſucceſſoribus, ſeu etiam Caſſellen. Eccleſiæ nullum præjudicium generetur; quominus in eiſdem Liſmoren. & Waterfordien. Eccleſiis habeant alias jura Metropolitica, omniaque illa percipiant ſicut prius. Volumus autem, & Apoſtolica auctoritate decernimus, ut ſi forte alicujus dictarum Eccleſiarum Epiſcopus ſenio, aut valetudine corporali gravatus, vel alias adeo impeditus fuerit perpetuo, ut officium ſaum nequeat exercere, ac Eccleſiæ ſibi commiſſæ curam & adminiſtrationem Eccleſiæ gerere opportunas, ſuique Metropolitani, & duorum Præſulum ſuffraganeorum ſuorum judicio impotent ſeu inutilis, aut inhabilis cenſeatur, cura & adminiſtratio ejuſdem ſic unitæ, cujus Præſul talis extiterit, ut præfertur, in ſpiritualibus & temporalibus ad Epiſcopum alterius Eccleſiæ ſibi invicem conjunctæ, ſi ejuſdem Epiſcopi taliter ut præmittitur impediti concurrat aſſenſus, debeat pertinere. Proviſo tamen, quod præfato Epiſcopo impedito de victu & veſtitu ſufficienti & honeſto, pro ſe, & decenti familia, juxta Eccleſiæ ſuæ exigentiam facultatum, Metropolitani & Suffraganeorum prædictorum arbitrio, debeat provideri. Nulli ergo omnino hominum

num liceat hanc paginam noſtræ unionis, ſtatuti, voluntatum, & conſtitutionum infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Avenione II. *Kalendas Auguſti Pontificatus noſtri anno* XI.

§. III. Ceterum ut earumdem litterarum tenor prædictus ſic ipſorum omnimodam rei, ſeu facti certitudinem faciat, Apoſtolica auctoritate decernimus, ut illud idem robur, eamque vim, eumdemque vigorem dictus tenor per omnia habeat; quem haberent originales litteræ ſupradictæ; & eadem prorſus eidem tenori fides adhibeatur quandocumque, & ubicumque, ſive in judicio, vel alibi, ubi fuerit exhibitus vel oſtenſus: & eidem ſtetur firmiter in omnibus, ſicut eiſdem originalibus litteris ſtaretur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Per hæc autem nullum jus de novo alicui acquiri volumus, ſed antiquum, ſi quod habet, tantummodo conſervari. Nulli ergo &c. noſtræ annotationis, conſtitutionis & voluntatis infringere &c.

Datum Avenione V. Kalendas Aprilis anno III.

XL.

Fit Capellanus Pontificius. Regeſt. Vatic. lib. 1. part. 2. epiſt. 1256.

Dilecto filio Petro de Martigniaco Ordinis Fratrum Minorum Profeſſori, Capellano noſtro.

VIrtutibus clarens & meritis, ſicut apud nos famæ laudabilis teſtimonio commendaris, illam in noſtro, & Apoſtolicæ Sedis conſpectu gratiam meruiſti, quod perſonam tuam benevolentia paterna proſequimur, & eam libenter attollimus honoris gratia ſpecialis. Ut igitur in effectu percipias, quod ſuggerit noſtræ mentis affectus, te in noſtrum, & dictæ Sedis Capellanum recipimus, ac noſtrorum & Sedis ejuſdem Capellanorum conſortio favorabiliter aggregamus. Intendentes quod per hoc Apoſtolici favoris præſidia plenius ſortiaris. Sic igitur de bono in melius ſtudiis virtutum intendas, quod merito ad faciendum tibi pleniorem gratiam invitemur. Nulli ergo &c. noſtræ receptionis & aggregationis infringere &c.

Datum Avenione IX. Kalendas Julii anno III.

XLI.

Fit familiaris Pontificis. Ibid. epiſt. 1226.

Dilecto filio Petro de Fano Ordinis Fratrum Minorum converſo, familiari noſtro.

VIrtutibus clarens & Religionis meritis &c. *ut in epiſtola antecedenti*, te in noſtrum familiarem gratioſe recipimus, ac noſtrorum familiarium conſortio favorabiliter aggregamus, & volumus quod ex nunc gaudeas, & gaudere debeas omnibus privilegiis, libertatibus, immunitatibus, & honoribus quibus gaudent, & gaudere debent alii familiares noſtri. Intendentes &c. Nulli ergo &c. noſtræ receptionis, aggregationis, & voluntatis infringere &c.

Datum Avenione X. Kalendas Julii anno III.

XLII.

Confirmat pacta compoſitionis initæ cum Clariſſis Tholoſanis. Ibid. fol. 1242.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. I. Is quæ pro Monaſteriorum & Eccleſiarum utilitatibus provide facta ſunt, ut illibata conſiſtant, libenter adjicimus Apoſtolici muniminis firmitatem. Sane pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ, & Conventus Monialium ſanctæ Claræ Tholoſan. Ordinis ejuſdem Sanctæ nobis exhibita petitio continebat, quod orta dudum inter ipſas Abbatiſſam & Conventum ex parte una, & dilectos filios Guillelmum de Quinballo Rectorem, & Operarios Eccleſiæ beatæ Mariæ Dealbatæ Tholoſan. ſuper eo, quod Rector & Operarii prædicti, quoddam Monaſterium per dictas Abbatiſſam, & Conventum, vigore privilegii per nos eis conceſſi inchoatum, ſive erectum infra limites Parochiæ dictæ Eccleſiæ, deſtrui & totaliter demoliri, tamquam præjudiciale Rectori, Operariis, & Eccleſiæ prædictis petebant, ex altera, materia quæſtionis, & cauſa hujuſmodi inter partes prædictas in Curia venerabilis fratris noſtri Archiepiſcopi Tholoſan. auctoritate Ordinaria primo; & deinde coram dilecto filio Magiſtro Petro de Ilbano Canonico Agennen. Capellano noſtro, & Auditore cauſarum Palatii Apoſtolici, ex commiſſione noſtra, diutius ventilata, tamdem lite in cauſa ipſa, in qua coram dicto Auditore uſque ad remiſſionem ſuper articulis per partes ipſas in eadem cauſa datis, per noſtras certi tenoris litteras ad certos Judices factam, ut eſt moris, proceſſum extiterat coram præfato Auditore pendente, ſuper præmiſſis inter partes eaſdem, etiam de conſenſu dilecti filii Boniſacii de Duroforti Prioris Prioratus beatæ Mariæ Deauratæ Tholoſan. Ordinis S. Benedicti, Patroni dictæ Eccleſiæ amovibilis, compoſitio intervenit, dilecti filii Guillelmi Bragoſæ Vicarii in ſpiritualibus & temporalibus Archiepiſcopi ſupradicti in præmiſſis auctoritate, accedentibus & conſenſu, prout in inſtrumento publico inde confecto, cujus tenorem de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, plenius continetur. Quare pro parte dictarum Abbatiſſæ, & Conventus nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut compoſitioni hujuſmodi robur firmitatis adjicere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

Controverſia inter Monaſterium & aliam Eccleſiam Tholoſanæ exorta.

Datur compoſitioni opus.

§. II. Nos itaque ipſarum Abbatiſſæ & Conventus ſupplicationibus inclinati, compoſitionem hujuſmodi ratam & gratam habentes, eam auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenor autem dicti inſtrumenti talis eſt.

Quæ à Pontifice confirmantur.

§. III. *Noveritis univerſi, præſentes pariter & futuri, quod cum pro eo quod Religioſæ Dominæ, D. Abbatiſſa, & Conventus Sororum Minoriſſarum Tholoſæ de ſuo antiquo Monaſterio, quod habebant extra & prope muros villæ Tholoſæ ad domum, quæ fuit Joannis Enbrini, Burgen. Tholoſæ, & quaſdam domos vicinas ſituatas prope plateam, ſeu carreriam Tholoſanorum, infra Parochiam Eccleſiæ beatæ Mariæ Dealbatæ Tholoſæ ſe tranſtulerant, & Oratorium ibidem erexerant, jam diu eſt lis mota, fuiſſe inter dictum Guillelmum de Quinballo Rectorem dictæ Parochialis Eccleſiæ, & Operarios ejuſdem ex parte una, & dictas Dominas Religioſas ex altera parte, coram venerabili viro Domino Vicario D. Archiepiſcopi Tholoſani. In qua quidem cauſa pro dictis Rectore & Operariis, & contra dictas Religioſas pronuntiatum fuerat, & etiam ordinatum, & attentata ſeu erecta revocata fuerant & deſtructa, & ex nunc præfatæ Religioſæ Oratorium cum Campanili iterato erexiſſent, & alias officinas ædificaſſent, prætendentes hoc poſſe facere vigore Indulti Apoſtolici eiſdem ſuper hoc, ut dicebatur, conceſſi, ſubtra-*

Inſtrumentum.

tractaque iite propter hoc inter partes eaſdem coram D. Officiaii Tholoſan. idem D. Officiaiis poſt quaſdam rationes & altercationes partium prædictarum contra dictas Religioſas, & pro Rectore & Operariis prædictis declaraverit ſimiliter & proceſſerit, propter quæ dictæ Reiigioſæ ad Sedem Apoſtoiicam appeliaverant, ubi tam per modum appellationis, quam principaiitatis lis pendebat inter partes eaſdem, coram venerabiii viro D. Petro de Ilhanò utriuſque Jurii Profeſſore, ſacri Paiatii cauſarum, & couſe, ac partibus prædictis a D. N. Papa Auditore ſpeciaiiter deputato. Demum certi tractatores ambarum partium volentes partes ipſas ad concordiam deducere, & lites prædictas ſopire, ad parcendum laboribus & expenſis, quas ex huiuſmodi litibus partes poſſent incurrere ſupradictæ, tractaverunt in hunc, qui ſequitur, modum. Si D. N. Papæ ita placuerit concedendum, videlicet, quod pro eo, ut dicti Rector & Operarii ab incepto iitigio, impedimento, & turba deſiſtant, & iiti ſuper hoc pendenti, & cognitionibus & judicatis pro ſe obtentis renuntient, & dictæ Religioſæ in dicto loco, ubi nunc ſunt, infra dictam Parochiam Eccieſiæ Dealbatæ perpetuo remaneant, & morentur; & ibi habeant Monaſterium, campanile, cæmeterium, cum ceteris officinis, præfatæ Religioſæ pro emenda, damno, & intereſſe dictæ Eccleſiæ Dealbatæ, præſentis, præteriti & futuri, dent, & pleno jure transferant in dictam Eccieſiam Dealbatæ, & Guarentiſet totam illam Bovariam amortizatam, quam habent, & ſe habere dicunt apud Pinſelguellum, & Villatam infra Vicariam Tholoſan. ac domibus, terris, vineis, pratis, nemoribus, paſcuis, viridariis, piſcariis, abiiis, cenſibus, dominationibus, utiiibus, & directis, & aliis juribus, & pertinentiis univerſis & ſingulis, ad dictam Bovariam pertinentibus, & cum fructibus pendentibus, & cum privilegiis, & libertatibus de non ſolvendo exinde decimas, & aiiis Franchefiis, ſub quibus dictæ Dominæ ipſam tenebant de præſenti. Item quod dictæ Reiigioſæ efficaciter promittant, & eis interdicatur expreſſe, ne poſſint nunc, vei in futurum ædificare, aut officinas ſuas extendere vei ampiiare verſus carreriam rectam majorem, qua itur de Porta Caſtri Narbonen. ad carreriam Pontis veteris, quominus ſemper remaneant hoſpitia pro Parochianis, prout nunc ſunt, habentia in longitudine ſeu profundo ſex brachiatas ad minus, hoc ſalvo quod dictæ Religioſæ poſſint habere, conſtruere, & tenere porticum & porteiium pro introitu & exitu ad dictam rectam carreriam habentem ſex brachiatas dumtaxat in latitudine cum clauſuris. Item quod dictæ Reiigioſæ præſentes & futuræ non poſſint, & hoc eis interdicatur expreſſe, habere prædicationem vei ſermonem de mane hora, qua dicetur ſermo in dicta parochiali Eccleſia B. Mariæ Dealbatæ, in Eccleſia ſua, vel Monaſterio, ſeu domo, diebus Dominicis & feſtivis, quibus ſermo vei prædicatio erit, & eſſe conſuevit in dicta parochiaii Eccleſia Dealbatæ, exceptis dumtaxat feſtivitatibus S. Joannis Baptiſtæ, ſancti Joannis Evangeiiſtæ, ſancti Franciſci, & ſanctæ Claræ, quibus hoc eis libere permittatur. Item quod ſi aiiquis Parochianus dictæ Eccleſiæ Dealbatæ ſepeiiatur in domo dictarum Religioſarum, Rector dictæ Eccleſiæ Dealbatæ, qui nunc eſt, & pro tempore fuerit, habeat medietatem pannorum & cæræ provenientium in tali ſepultura, ſcilicet, de iiiis pannis, & cæra, quæ exirent de domo taiii Parochiani defuncti dumtaxat; ſi vero contigerit, quod aiiqui panni, cæra, aut aiiud emolumentum ſuperveniant, & dentur pro taii defuncto in Eccleſia dictarum Reiigioſarum nihii ſoivant. Item quod dictæ Reiigioſæ hæc omnia & ſingula fieri concedi procurent ſuis propriis expenſis per D. N. Papam, ſeu auctoritate ipſius. Tamdem in mei Notarii, & teſtium infraſcriptorum præſentia exiſtentes, & perſonaiiter conſtituti in Eccieſia beatæ Mariæ Dealbatæ Tholoſæ prædicta, diſcretus vir

Do-

Dominus Guillelmus Quinballo Rector dictæ Eccleſiæ, Raymundus Viſeti, Raymundus Pontii, Bartholomæus Gauberti, & Magiſter Raymundus Pelliparii Operarii ipſius Eccleſiæ facientes infractam de voluntate & conſenſu Guillelmi Stephani, Magiſtrorum Bernardi Donati, Guillelmi Bogueriì, Joannis Martini de Carcaſſona, Bernardi Martini ejus filii, Uſurni Raynaudi, Raymundi Felvi de Carmelo, Raymundi Trancor, Germani de Viridario, Bernardi Mercerii alias Botonerii, Guillelmi de Pereno, Joannis de Cauſiderliis, Pontii de Podio, Pontii de Bellopodio, Arnaldi de Albigeſio, Pontii de Nagoneſii, & Guillelmi de Podio Parochianorum dictæ Eccleſiæ Dealbatæ ibidem tunc præſentium, & ſic fieri volentium: præfati, inquam, Dominus Rector, & Operarii, & eorum quilibet principaliter & inſolidum, nominibus quibus ſupra, eiſdem præſentibus perlectis & expoſitis, ac declaratis, de puncto ad punctum contentis in prædicto accordo, tractatu, financia, compoſitione, & concordia prædictis, & illis per eoſdem ad plenum, ut aſſeruerunt, intellectis, eorum ſpontaneis & gratuitis voluntatibus per ſe & eorum ſucceſſores certificati, ut aſſeruerunt, ad plenum de eorum jure & facto, ac de jure dictæ Eccleſiæ & operis, ſeu fabricæ ejuſdem plenius & inſtructi, ac etiam certiorati, prædictum accordum, tractatum, financiam, compoſitionem, pacem, & concordiam prædicta, & omnia, & ſingula in ipſo tractatu, & quolibet articulo ejuſdem modo & forma quibus ſuperius dicta ſunt, & declarata, laudaverunt, approbaverunt, confirmaverunt, ratificaverunt, ac etiam emologaverunt, & ipſum gratum accordum, financiam, & compoſitionem, & omnia ſupradicta rata habuerunt, atque grata, & habere voluerunt perpetui roboris firmitatem; dum tamen ita placuerit per D. N. Papam conceden. prout in dicto accordo continetur. Et ad omnium & ſingulorum præmiſſorum majorem roboris firmitatem habendam, prænominati Dominus Rector, & Operarii, & eorum quilibet juraverunt ad ſancta quatuor Dei Evangelia eorum manibus ſingulis dextris gratis corporaliter tacta, prædicta omnia & ſingula ſuperius in præſenti tractatu, & accordo contenta tenere, complere firmiter, & obſervare, dum tamen ita fuerit conceſſum, ut eſt dictum, & non contrafacere, vel venire. De quibus omnibus & ſingulis Magiſter Jacobus Garziæ Syndicus & Procurator, & nomine procuratorio dictarum DD. Abbatiſſæ, & Sororum, qui ibidem tunc præſens perſonaliter erat, requiſivit me Notarium infraſcriptum ut de præmiſſis pro præfatis Religioſis retinerem publicum inſtrumentum. Acta fuerunt hæc Tholoſæ in Eccleſia prædicta Dealbatæ, die vigeſimo quinto menſis Aprilis, regnante Domino Joanne Dei gratia Francorum Rege, & Domino Stephano Archiepiſcopo Tholoſan. exiſtente; anno ab Incarnatione Domini MCCCLV. *in præſentia & teſtimonio venerabilium & diſcretorum virorum DD. Ricardi de Quinballo, Decretorum Doctoris, Canonici in Eccleſia ſancti Saturnini Tholoſani, Durandi Aimerici Presbyteri, Guillelmi Arnaldi de Quinballo Burgen. Tholoſan. teſtium ad præmiſſa vocatorum ſpecialiter & rogatorum, & Magiſtri Jacobi Guarini publici Tholoſæ Notarii, qui de prædictis ſimile retinuit inſtrumentum pro parte dictorum Rectoris & Operariorum, & mei Ugonis Renati publici Tholoſæ Notarii. Poſtquam dicta die exiſtentes, & perſonaliter conſtitutæ in præſentia mei Notarii & teſtium prædictorum, Religioſæ Dominæ, Arnalda Sitra Abbatiſſa Monaſterii dictarum Sororum Minoriſſarum, & Sorores Feliza de Morrina, Algaya de Albiaco, Raymunda de Giliaco, Ayglina de Villardel, Franceſia Robauda, Serena de Falguario, Joanna de Lonovilla, Bernarda de Malapelle, Bertrunda de Teulaco, Guillelma Groſſi, Clara de Linaſſio, Navana de Caſtronovo, Audugia de Ranſiolis, Joanna de Maurello, Sebellia Joanna, Bonafemi-*

femina de Rupibus, Alamanda Falva, Alagaya de Veſeriis, Braida Audrigua, Franceſia de Ponte, Ricarda de Guariro, Alpalia Froteria, Saxia de Bonaſenlia, Bernarda de Fœnoacuto, Franceſia de Gratulo, Navana de Fabrica, Joanna Valentia, Aladaxia Spanhala, & Arnalda Engilberta Sorores dicti Monaſterii & Conventus, congregatæ omnes & ſingulæ in domo, ſive in Eccleſia dicti novi Monaſterii, pulſata prius campana, ut moris eſt, pro faciendis, concedendis, & complendis omnibus & ſinguliis infraſcriptis, Capitulantes ibidem, & Capitulum facientes, & dicta D. Abbatiſſa de conſenſu & voluntate dictarum Sororum, & dicti Magiſtri Jacobi Garziæ Syndici dicti Monaſterii & Procuratoris ibidem tunc præſentis, & præfatæ Sorores, & Syndicus, de auctoritate & licentia dictæ dominæ Abbatiſſæ, omnes & ſinguli inſimul, & ipſorum quilibet pro ſe & pro ſe ipſis, & earum Monaſterio & Conventu, & pro aliis Sororibus dicti Monaſterii abſen. ſibi prius per me Notarium infraſcriptum perlectis, declaratis, & ſpecificatis, contentis in prædicto contractu, accordo, financia, & compoſitione prædictis, in dicto Cartello contentis, & in quolibet articulo ſupradicto, & per ipſas bene & perfecte, ut dixerunt, intellectis, certificataque ad plenum, & certioratæ de jure ſuo, & de facto in omnibus, & inſtructæ cum earum parentibus & advocatis prædictum tractatum, financiam, compoſitionem & accordum, & omnia & ſingula in quolibet articulo accordi ſupradicti contenta, laudaverunt, approbaverunt, emologavcrunt, ac etiam ſuis partibus confirmaverunt; & ipſum accordum, financiam, & tractatum bonum, firmum habuerunt, atque gratum, & habere voluerunt perpetuo roboris firmitatem: & ad omnium, & ſingulorum præmiſſorum majorem roboris firmitatem habendam, præfatæ Abbatiſſa & Sorores juraverunt, mandaverunt & promiſerunt in earum animas, ponendo manus ſuas dextras ſupra earum pectus, ad modum Religioſarum, & dictus Magiſter Jacobus Garſiæ Syndicus & Syndicarionomine, quo ſupra, juravit ad ſancta Dei quatuor Evangelia, prædicta omnia & ſingula in prædicto tractatu contenta attendere, complere firmiter, & obſervare; & non contra facere vel venire aliqua ratione, vel cauſa, per ſe, aut aliam interpoſitam perſonam aliquo tempore in futurum. Fuit tamen actum & conventum, & in pacto expreſſo deductum ante præſentis inſtrumenti conceſſionem, in ipſa, & poſt, inter prænominatos D. Rectorem, Operarios, D. Abbatiſſam, Sorores, & Syndicum, quod hujuſmodi negotium, & omnia, & ſingula ſupradicta ſtent & permaneant in ſtatu, in quo erant ante præſentis inſtrumenti conceſſionem, abſque innovatione quacunque, & quod dictæ Sorores aliquid conſtruere ſeu operari non poſſint ſeu volvant, nec alius pro ipſis, donec & quouſque prædictum tractatum, & accordum, & omnia & ſingula in ipſo accordo contenta, per D. N. Papam ſeu ejus auctoritate, conceſſa & confirmata fuerint: & quod interim per ipſas partes, ſeu ipſarum alteram nihil innovetur ſeu attententur. De quibus omnibus & ſingulis ſupradictis præfatæ D. Abbatiſſa, Sorores, & Syndicus requiſiverunt me Notarium infraſcriptum, ut de præmiſſis eiſdem pro parte ſua retinerem, & inde conficerem unum, duo, ſeu plura inſtrumenta unius & ejuſdem tenoris. Acta fuerunt hæc Tholoſæ, in præfato loco, anno, die, & regnantibus quibus ſupra: præſentibus DD. Aycardo de Quinballo Decretorum Doctore, Durando Aymerici Presbytero, Guillelmo Arnaldi de Quinballo Burgenſi, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis, & Magiſtro Jacobo Guarini publico Tholoſæ Notario, qui de præmiſſis omnibus & ſingulis pro parte dictorum D. Rectoris, & Operariorum ſimile retinuit inſtrumentum; & mei Ugonis Ronati Notarii infraſcripti. Poſtquam anno, & regnantibus quibus ſupra die nona introitus menſis Maii exiſtens & perſo-

ſonaliter conſtitutus apud locum ſancti Michaelis de Caſtro prope Tholoſam nobilis & religioſus vir D. Bonifacius de Duroforti Prior Prioratus ſanctæ Mariæ Deauratæ Tholoſæ, qui eſt patronus dictæ Parochialis Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Dealbatæ, perlectis primitus per me Notarium infraſcriptum, coram dicto D. Priore & patrono contentis in accordo prædicto, tractatu, financia, & compoſitione prædictis; & illis per eumdem, ut dixit, ad plenum intellectis; dixit, inquam, D. Prior & patronus, quod ſibi placebat tractatus, financia, & accordum hujuſmodi, & compoſitio inter partes prædictas, occaſione præmiſſorum facta, dum tamen ita tenentur & obſervetur per partes eaſdem: attendens, ut dixit, & conſiderans, quod per præmiſſa ſibi apparebat, quod præfatum accordum & financia erant ſatis expedientia & utilia dictæ parochiali Eccleſiæ beatæ Mariæ Dealbatæ: idcirco conſenſum ſuum & auctoritatem, uti patronus dictæ parochialis Eccleſiæ beatæ Mariæ Dealbatæ in ipſa compoſitione, financia, & accordo hujuſmodi adhibuit, in quantum ſua intereſt, ac etiam appoſuit. Acta fuerunt hæc in dicto loco, anno, die, & regnantibus quibus ſupra, in præſentia & teſtimonio DD. Aycardi de Quinhallo Decretorum Doctoris, Ugonis de Morlanis Monachi, Adzemarii de Marenchis Cantoris Eccleſiæ Deauratæ, & Petri de Podio Rectoris Eccleſiæ de Villa Andricu, & mei Notarii infraſcripti. Subſequenter dicta die exiſtens & perſonaliter conſtitutus in Capella Archiepiſcopi Tholoſæ venerabilis & diſcretus vir D. Guillelmus Bragoſæ Decretorum Doctor, Vicarius in ſpiritualibus & temporalibus Reverendi in Chriſto Patris & D. Archiepiſcopi Tholoſani, ubi tunc etiam D. Officialis Tholoſanus, & nonnulli alii Officiales, & de conſilio ipſius D. Archiepiſcopi Tholoſani perſonaliter intererant: viſis & diligenter conſideratis contentis in præfato accordo, financia, & compoſitione, attendens, ut dixit, quod præfatum accordum, financia, tractatus & compoſitio hujuſmodi erant conſona rationi, & ſatis expedientia & utilia dictæ Eccleſiæ Dealbatæ; & quod per modum præfatum erat emologatum & ratificatum per partes præfatas. Idcirco aſſenſum & conſenſum ſuum, ac auctoritatem, in ipſo accordo, financia, & compoſitione, & omnibus, & ſingulis ſupradictis appoſuit, præbuit, ac etiam adhibuit. Acta fuerunt prædicta Tholoſæ in dicto loco, anno, & regnantibus quibus ſupra, die nona introitus menſis Maii, in præſentia & teſtimonio DD. Joannis Guarandi Legum Doctoris, Guillelmi Caprarii Domini de Preſcvilla, Magiſtri Petri Soncolini, Baccalarii in Decretis, & mei Ugonis Ronati publici Tholoſæ Notarii, qui in præmiſſis omnibus & ſingulis, dum ſic agebantur, præſens fui, præſenſque publicum inſtrumentum requiſitus recepi, ſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, & ſigno meo ſolito ſignavi.

Nulli ergo noſtræ confirmationis infringere &c. Datum Avenione Idibus Julii, anno III.

XLIII.

Ut regatur Hoſpitale Hieroſolymitanum per Guardianum Minorum. Reg. Vatic. lib. 2. anno 2. epiſt. 998.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. Piis fidelium ſtudiis, quæ devotionis affectum, & proximi caritatem reſpiciunt, libenter annuimus, & quantum cum Deo poſſumus, favorem Apoſtolicum impertimur.

§. II. Cum itaque, ſicut teſtimoniis fide dignis accepimus, dilecta in Chri-

Christo filia Sophia Philippi de Archangelis mulier Florentina, zelo devotionis accensa, ad laudem Dei & Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, & pro animæ suæ salute, de bonis sibi a Deo collatis, ac etiam a Christi fidelibus in eleemosynam erogatis, quasdam domos inhabitatas, sitas in monte Sion, juxta locum Ordinis Fratrum Minorum in dicto loco montis Sion consistentem, in Claustro & Territorio eisdem domibus contiguis, emerit, & in eisdem unum Hospitale, in quo Christi fideles ad visitandum sepulcrum Dominicum peregre proficiscentes valeant resoveri, fundaverit ac ædificare & construere cœperit opere studioso; Nos hujusmodi ejus pium & devotum studium in Domino plurimum commendantes, dictam fundationem ratam habentes & gratam, ac de dicti Hospitalis salubri & perpetua gubernatione providere volentes; ipsius Sophiæ in hac parte supplicationibus inclinati, Apostolica auctoritate statuimus & etiam ordinamus, ut dicta Sophia cedente vel decedente, aut regimen dicti Hospitalis quomodolibet dimittente, Hospitale ipsum per Guardianum seu Fratres dicti loci de monte Sion, qui erunt pro tempore, quibuscumque Apostolicis constitutionibus, nec non statutis & consuetudinibus dicti Ordinis nequaquam obstantibus, perpetuis temporibus regi debeat, & possit etiam gubernari. Nulli ergo nostræ constitutionis & ordinationis infringere &c.

Datum apud Villam novam Avenion. Diœc. Nonis Septembris anno III.

XLIV.

Præficitur Ecclesiæ Dolien. Reg. Vat. lib. 2. an. 3. par. 1. epist. 34.

Dilecto filio Joanni de Bardaxino Electo Dolien.

INter cetera, quæ superna dispositione nobis &c. *temporalibus augeantur.* Dudum siquidem bonæ memoriæ Saladino Episcopo Dolien. reginini Dolien. Ecclesiæ præsidente, Nos cupientes eidem Ecclesiæ, cum eam vacare contingeret, per Apostolicæ Sedis providentiam &c. duximus specialiter reservandam: decernentes ex tunc &c. contingeret attentari. Postmodum dicta Ecclesia per obitum ejusdem Saladini Episcopi supradicti, qui extra &c. extremum, Pastoris solatio destituta: dilecti filii Capitulum ejusdem Ecclesiæ Dolien. hujusmodi reservationis & decreti, ut asseritur, ignari, te Ordinis Fratrum Minorum Professorem, in Sacerdotio constitutum, in eorum, & dictæ Dolien. Ecclesiæ Episcopum, licet de facto, concorditer elegerunt, tuque reservationis & decreti prædictorum, ut asseritur, etiam inscius, electioni prædictæ, tui Superioris obtenta licentia, consensisti, & postmodum ex relatione quorumdam de reservatione nostra prædicta informatus, ad Sedem Apostolicam personaliter accessisti, & fecisti hujusmodi electionis negotium in consistorio proponi coram nobis. Nos igitur attendentes electionem eamdem post & contra reservationem & decretum prædicta fuisse attentatam, eam, prout erat, reputavimus irritam & inanem; & ad provisionem ipsius Ecclesiæ de qua nullus, præter nos, hac vice disponere potuit, neque potest reservatione &c. supradictis; ne longæ vacationis &c. intendentes: Post deliberationem quam &c. diligentem: demum ad te, cui de religionis zelo, litterarum scientia &c. considerata etiam dictorum Capituli te eligentium unanimi voluntate, direximus oculos nostræ mentis. Quibus omnibus debita &c. de persona tua dictæ Dolien. Ecclesiæ, de dictorum Fratrum nostrorum consilio, auctoritate Apostolica providemus, teque illi præficimus in Episcopum & Pastorem.

Vide Const. 88. Clem. VI.

Datum Avenione VII. Kal. Novembris anno III.

XLV.

Ne viſitentur a Nunciis Apoſtolicis, aut procurationes ſolvant Cœnobia Minorum aut Clariſſarum. Reg. Vatic. ex lib. ſecret. fol. 68.

Dilectis filiis Nunciis Apoſtolicis ubilibet conſtitutis, & ſubſtitutis ab ipſis.

Licet vobis per alias noſtras ſub certa forma litteras dederimus in mandatis, ut Eccleſias & Monaſteria, aliaque loca eccleſiaſtica, necnon Capitula, Collegia, & Conventus, ac perſonas eorum, ſecularia, & regularia, ſancti Benedicti & ſancti Auguſtini, nec non Cluniacen. Ciſtercien. Præmonſtraten. & aliorum quorumcumque Ordinum, exempta dumtaxat, ac illa etiam, quæ ex privilegio, vel conſuetudine quoad viſitationem Ordinariis non ſubſunt eorum, viſitaretis, & ab Eccleſiis, Monaſteriis, & locis, necnon Capitulis, Conventibus, Collegiis, & perſonis taliter viſitatis, procurationes certo modo reciperetis in pecunia merita; quia tamen intentionis noſtræ non fuit, nec eſt, quod vos loca, & Monaſteria Fratrum, & Sororum Minorum, ac ſanctæ Claræ Ordinum ac Conventus & perſonas eorum, prætextu mandati prædicti viſitare hujuſmodi deberetis, univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus a viſitatione locorum, & Monaſteriorum Minorum, & ſanctæ Claræ Ordinum necnon Conventuum eorum prædictorum de cetero deſiſtatis, & procurationes, ſi quas prætextu viſitationis per vos factæ in eis forſitan exegiſtis, reſtituere ipſis nullatenus differatis; obligationes & promiſſiones factas vobis pro hujuſmodi procurationum ſolutione facienda vobis annullantes, quas nos etiam annullamus.

Datum Avenione XIII. Kal. Junii anno IV.

XLVI.

Ut aliquibus diebus aſſiſtere poſſit ſuis parentibus ſenibus. Ibid. fol. 100.

Dilectæ in Chriſto filiæ Eſmaraudæ, Abbatiſſæ Monaſterii Novi S. Claræ de Cherio, Ordinis ejuſdem Sanctæ, Taurinen. Diœc.

Honeſtis ſupplicum votis, præſertim quæ pietatis favore juvantur, gratum nos decet præbere conſenſum. Sane pro parte tua fuit nobis nuper expoſitum, quod dilectus filius nobilis vir Iſodinus Lanfranchi de Barbis de Cherio, domicellus, pater, & dilecta in Chriſto filia nobilis mulier Margarita uxor ejus, mater tui, Taurinen. Diœc. ſenectutis & infirmitatis incommodis adeo graviter moleſtantur, quod imminere ipſis reſolutionis dies veriſimiliter formidantur; & quod eis, ex multis liberis, quos ipſi hactenus ſuſceperunt, tu ſola dignoſceris remanſiſſe. Quare nobis humiliter fuit ſupplicatum, ut cum tu eiſdem parentibus tuis in eorum extremæ neceſſitatis articulo, per obſequelæ miniſterium implere cupias filiationis affectum, & ipſorum oculos, ſi eos migrare contigerit, tegere vehementer affectas, tibi Monaſterium novum ſanctæ Claræ de Cherio Ordinis ejuſdem Sanctæ, Taurinen. Diœc. cui præeſſe dignoſceris, cum allquibus honeſtis matronis Monialibus dicti Monaſterii egrediendi, & apud ipſos parentes tuos diebus ſaltem decem remanendi licentiam concedere dignaremur. Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, devotioni tuæ hac vice poſtulatam licentiam elargimur. Non obſtan. privilegiis Apoſtolicis, & ſtatutis, & conſuetudinibus Monaſterii & Ordinis prædictorum contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione XII. Kal. Junii, anno IV.

XLVII.

XLVII.

Ut ſuo favore adeſſe velit Clariſſis Monaſterii Corporis Chriſti. Ibid. fol. 183.

Cariſſimo in Chriſto filio Ludovico Regi Siciliæ illuſtri.

§. I. EXecutores dati per alias noſtras litteras dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſancti Corporis Chriſti Neapolitan. ſuper executione ſententiarum latarum pro dictis Abbatiſſa & Conventu contra Philippum Siginulphi militem Neapolitan. in cauſa, quæ inter Abbatiſſam & Conventum ex parte una, & Philippum prædictos ex altera vertebatur, contra dictum Philippum certum proceſſum noviter habuerunt, ad cujus executionem tuum auxilium invocant, prout poſcunt ex forma hujuſmodi litterarum.

§. II. Cum autem religioſis quibuſque perſonis, & ſpecialiter quas fragilitas fœminei ſexus auxilio potiori poſtulat adjuvandas, favoris Apoſtolici præſidium ſpecialiter debeamus; ac ad Abbatiſſam & Conventum prædictas, quæ petentes ſe reſtitui ad bona, quibus ſpoliatæ ſunt, extra Monaſterium earum in remotioribus partibus juſtitiam ſuam proſecutæ ſunt, magnæ compaſſionis debeamus affectum, Serenitatem tuam attente requirimus, & hortamur in Domino, illam attente rogantes, tibique tuæ ſalutis intuitu ſuadentes, & injungentes expreſſe, quatenus in executione hujuſmodi favorabiliter facienda, dictis Abbatiſſæ & Conventui ſic tuum impertiaris auxilium & favorem, quod cognoſcamus aperte præfati militis tibi contumaciam diſplicere: ac Abbatiſſa & Conventus prædictæ, favente te, jurium ſuorum integra & pacifica conſecutione lætentur.

Datum Avenione XIV. Kal. Octobris anno IV.

In eumdem modum cariſſimis in Chriſto filiis Roberto Imperatori Conſtantinopolitano, & Joannæ Reginæ Siciliæ, ac mutatis mutandis, venerabili fratri Joanni Archiepiſcopo Neapolitan. & dilectis filiis Univerſitati civitatis Neapolitan.

Anno Christi 1357. Innocentii VI. anno 5.

XLVIII.

Ut concedat licentiam fundandi Conventum Notzhemi. Reg. Vatic. ex lib. commun. fol. 349.

Venerabili fratri Epiſcopo Herbipolen.

§. I. PIis fidelium votis, per quæ divinus cultus, & ſacra religio valeat adaugeri, libenter annuimus, & quantum cum Deo poſſumus, favorem benevolum impertimur. Præfatio.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis pro parte dilectorum filiorum Miniſtri Generalis Fratrum Ordinis Minorum, ac nobilis viri Eckuigeri de Saweriſhem militis, tuæ Diœc. petitio continebat, quod idem miles de propria ſalute cogitans, ac cupiens terrena in cœleſtia, & tranſitoria in æterna, fœlici commercio commutare; ad prædictorum cultus, ſacræque Religionis augmentum, pro ſuæ, & aliorum fidelium animarum ſalute, proponit & intendit de bonis ſibi a Deo collatis fundare & conſtruere in propria terra ſua, in loco dicto de Notzhemi in dicta Diœc. conſiſten. in qua nullus Religioſorum Mendicantium locus exiſtit, unum locum cum Eccleſia ſeu oratorio, Supplicationis tenor.

torio, campanili & campana, aliiſque neceſſariis officinis, in quo Fratres dicti Ordinis Minorum vacando divinis ſervitiis commorentur, & quod ad hoc etiam tuus accedat aſſenſus. Quare pro parte Miniſtri, ac Militis prædictorum fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut eidem Militi fundandi, & conſtruendi, dictiſque Fratribus recipiendi, & ad uſum eorum in eiſdem ſervitiis perpetuo retinendi locum hujuſmodi in terra præfata, in loco tamen ad hoc congruo & honeſto, licentiam concedere dignaremur.

Epiſcopo inquiſitio committitur.

§. III. Nos itaque hujuſmodi præfati Militis pium in hac parte propoſitum commendantes, quia de præmiſſis certam notitiam non habemus, fraternitati tuæ, de qua in iis, & aliis gerimus in Domino fiduciam ſpecialem, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus de præmiſſis omnibus & ſingulis, & eorum circumſtantiis univerſis, auctoritate noſtra, diligentius te informans, ſi per informationem hujuſmodi repereris, quod dictus locus de Notzhemi, & locus, in quo ibidem hujuſmodi locum fundare & conſtruere intendit, ad hoc ſint congrui & honeſti; quodque duodecim ſaltem Fratres dicti Ordinis decenter & congrue ibidem valeant ſuſtentari: & quod idem Miles valeat hujuſmodi ſuum propoſitum effectualiter adimplere; ſuper quibus tuam conſcientiam oneramus: hujuſmodi ſic petitam licentiam eiſdem Miniſtro & Fratribus, ac Militi, fœl. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, in qua inhibetur, ne Fratres Ordinum Mendicantium in aliqua Civitate, Caſtro, Villa, vel loco, ad habitandum, domos vel loca quæcumque recipere de novo præſumant, abſque Apoſtolicæ Sedis licentia ſpeciali, faciente plenam & expreſſam de inhibitione hujuſmodi mentionem; & quibuſcumque aliis conſtitutionibus contrariis nequaquam obſtan. Jure parochialis Eccleſiæ & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo, auctoritate noſtra, libere largiaris. Et nihilominus eiſdem Miniſtro & Fratribus, eadem auctoritate, concedas, quod Fratres ipſius Ordinis in ipſo loco, ſi eum fundari & conſtrui contigerit, ut præfertur, pro tempore moraturi, gaudeant omnibus privilegiis, exemptionibus, libertatibus & gratiis, quibus alii Fratres dicti Ordinis, conceſſione Apoſtolica, quomodolibet potiuntur.

Et facultas concedenda.

Datum Avenione XIV. Kal. Februarii anno V.

XLIX.

Ut Monaſterium ſuum reædificent. Ibidem epiſt. 69.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii de Altaripa, Ordinis ſanctæ Claræ, Tholoſan. Diœceſis.

§. I. Sacræ Religionis, in qua devotum Deo redditis famulatum, promeretur honeſtas, ut quæ ſtatui veſtro ad perſeverantiam divini ſervitii opportuna cognoſcimus, vobis, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter concedamus.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis pro parte veſtra petitio continebat, quod Monaſterium veſtrum propter guerrarum diſcrimina, quæ in illis partibus, modernis temporibus viguerunt, dirutum totaliter extitit & deſtructum: propter quod dilectus filius nobilis vir Guacelmius Maſconis, Dominus pro certa parte Caſtri de Altaripa, Tholoſan. Diœc. ſincero vobis affectu compatiens, quamdam ſuam domum ſitam infra muros dicti Caſtri, ad Dei laudem, veſtrique Ordinis reverentiam, vobis, pro veſtris Monaſterio, & Eccleſia conſtruendis, pia liberalitate donavit. Quare pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut vobis fundandi & conſtruendi in domo præfata & terri-

territorio ei contiguo, quod pia vobis largitione fidelium concedi, vel alias per vos justo titulo acquiri contigerit, unum Monasterium cum Ecclesia, seu oratorio, campanili, campana, cœmeterio, domibus & aliis necessariis officinis, in quo positis in locum dicti Monasterii sic destructi perpetuum Domino reddere famulatum, licentiam concedere dignaremur.

§. III. Nos itaque vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vobis sic petitam, jure parochialis Ecclesiæ, & cujuslibet alterius in omnibus semper salvo, licentiam elargimur; proviso quod locus, ubi Ecclesia & Conventus antiqui Monasterii vestri prædicti fuerunt, ad profanos usus, vel alios, ut hæreditas minime transferatur. Nulli ergo &c.

Datum Avenione VI. Kal. Maii, anno V.

L.

Ut conducere possint domum a Pontifice concessam. Reg. Vat. lib. secretorum fol. 60.

Dilecto filio Guardiano & Conventui Ordinis Fratrum Minorum Avenionen.

PEtitionibus vestris libenter annuimus, quibus maxime favet considerationis æquitatis. Sane pro parte vestra fuit nobis expositum, quod vos, de quadam domo, quam nos dudum vobis pro infirmaria donavimus, quæ est juxta cœmeterium loci vestri Avenionen. cum platea, quæ est ante dictam domum, dilecto filio Magistro Paulo de sancto Gemino, Canonico Paduan. Magistro in Medicina Physico, & familiari nostro, ad vitam dicti Magistri Pauli pro censu annuo competenti conducenda, seu concedenda, cum ipso Magistro Paulo tractatum noviter habuistis. Quare pro parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, ut concedendi, seu conducendi domum eamdem præfato Magistro Paulo præmisso modo, licentiam vobis concedere dignaremur; maxime cum ad præsens domo ipsa pro infirmaria non egeatis. Nos itaque hujusmodi supplicationibus inclinati, vobis petitam licentiam elargimur. Volumus autem quod obeunte præfato Magistro Paulo, ipsa domus ad vos libere revertatur, quodque per aliquem Cortesanum, nisi de licentia nostra, inhabitari non possit. Nulli ergo &c.

Datum Avenione Kal. Maii, anno V.

LI.

Ut susceptо habitu sanctæ Clarе habere secum possit duas Moniales, a quibus instruatur. Ibidem fol. 220.

Carissimæ in Christo filiæ Beatrici, Reginæ Portugalliæ illustri.

§. I. VOtis tuis, quæ sicut fervens zelo puræ devotionis ad Deum, ejus vis beneplacitis esse conformia, libenter annuimus, sed ea libentius ad gratiam exauditionis admittimus, quæ animæ tuæ salutem respicere dignoscuntur.

§. II. Sane pro parte tua fuit nobis nuper expositum, quod tu terreni sponsi consortio destituta, ut Sponso cœlesti, orationum studiis, & piis operibus conjungaris, susceptisti habitum Sororum, & vivere secundum regulam beatæ Claræ Virginis, & ut in hujusmodi regula celerius & perfectius instruaris, duas Sorores dicti Ordinis tenere tecum quamdiu in humanis ageres, decrevisti. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, ut duas Sorores

rores dicti Ordinis, moribus & ætate maturas, & in ejuſmodi regula plenius eruditas, quas duxeris eligendas: non obſtantibus quibuſcumque privilegiis & conſtitutis Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus Ordinis prædicti, & Monaſterii, cujus Sorores ipſæ Moniales ſunt, vel erunt, contrariis, aſſumere & quamdiu vixeris, tenere tecum libere ac licite valeas, Serenitati tuæ, tenore præſentium, indulgemus. Nulli ergo &c.

Datum Avenione VII. Kal. Octobris anno V.

LII.

Præficitur Eccleſiæ Senogallien. Ibid. ex lib. commun. epiſt. 60.

Dilecto filio Joanni de Pananiet Electo Senogallien.

DUm juxta Paſtoralis officii debitum, attenta meditatione penſamus, quam ſit onuſta diſpendiis, quot, & etiam quanta pericula ſecum trahat Eccleſiarum vacatio diutina, opem & operam, quantum nobis ex alto permittitur, adhibemus, ut hujuſmodi Eccleſiis, præſertim ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentibus, quæ vacationis incommodis exponuntur, de celeris & ſalubris proviſionis remedio ſuccurratur; ne illarum proviſione protracta, ſuſtineant in ſpiritualibus & temporalibus detrimenta. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Ugolino Epiſcopo Senogallien. regimini Senogallien. Eccleſiæ, ad dictam Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, præſidente: Nos cupientes eidem Eccleſiæ cum vacaret &c. Poſtmodum vero eadem Eccleſia per ipſius Ugolini obitum, qui extra Curiam Romanam deceſſit, Paſtoris regimine deſtituta; Nos &c. ad proviſionem dictæ Eccleſiæ Senogallien. &c. paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes, poſt deliberationem &c. diligentem. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus attenta meditatione penſatis, de perſona tua, prædictæ Eccleſiæ, de dictorum Fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica, providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c.

Datum Avenione Kal. Decembris, anno V.

Anno Chaisti 1358. Innocentii VI. anno 6.

LIII.

Præficitur Eccleſiæ Caſſen. Reg. Vatic. lib. commun. epiſt. 10.

Dilecto filio Conrado de Prægoantia Electo Caſſen.

Ut in ſuperiori Conſtitut.

DUm juxta Paſtoralis &c. ſuſtineant in ſpiritualibus & temporalibus detrimenta. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Thadæo Epiſcopo Caſſen. regimini Caſſen. Eccleſiæ ad dictam Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis præſidente, nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum vacaret, per &c. ſpecialiter reſervandam: poſtmodum vero eadem Eccleſia per ipſius Thadæi obitum, qui extra Romanam Curiam deceſſit, Paſtoris deſtituta regimine: Nos &c. ad proviſionem &c. intendentes: poſt deliberationem, quam &c. diligentem, demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. direximus &c. Quibus omnibus &c. de perſona tua præfatæ Eccleſiæ, de dictorum &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c.

Datum Avenione IV. Kal. Februarii, anno VI.

LIV.

LIV.

Præficitur Eccleſiæ Smirnen. Ibidem fol. 16.

Dilecto filio Petro de Placentia Electo Smyrnen.

§. I. DUm juxta Paſtoralis officii debitum attenta &c. ut hujuſmodi Eccleſiis, præſertim ad Romanam Curiam nullo medio pertinentibus, quæ vacationis incommodis &c. temporalibus detrimenta. *Ut in ſuperiori Conſtitut.*

§. II. Dudum ſiquidem proviſiones omnium Eccleſiarum Cathedralium tunc apud Sedem Apoſtolicam vacantium, & in poſterum vacaturarum, diſpoſitioni, & ordinationi noſtræ duximus reſervandas &c. Poſtmodum vero Eccleſia Smyrnen. dictæ Romanæ Eccleſiæ immediate ſubjecta, ex eo Paſtoris regimine deſtituta, quod nos venerabilem fratrem noſtrum Paulum Theban. tunc Smyrnen. Archiepiſcopum, apud Sedem Apoſtolicam conſtitutum, a vinculo, quo dictæ Smyrnen. Eccleſiæ, cui tunc præerat, tenebatur, de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſolven. ipſum ad Eccleſiam Theban. tunc vacantem duximus transferendum, præficiendo eum ipſi Theban. Eccleſiæ in Archiepiſcopum & Paſtorem. Nos ad proviſionem Eccleſiæ Smyrnen. paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes: poſt deliberationem &c. diligentem: demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus attenta &c. de perſona tua &c. providemus, teque illi præficimus in Archiepiſcopum & Paſtorem, curam &c.

Datum Avenione II. Kal. Februarii, anno VI.

LV.

Ut recipiant domum Thovartii. Ibidem epiſt. 33.

Dilectis filiis Miniſtro Provinciali, & Fratribus Ordinis Minorum Provinciæ Turonen. ſecundum eorum morem.

SAcræ veſtræ Religionis, in qua &c. favorabiliter annuamus. Sane petitio pro parte veſtra, ac dilecti filii nobilis viri Ludovici Vicecomitis de Thovartio, Pictaven. Diœc. nobis exhibita continebat; quod ipſe ad divini nominis laudem, ſacræque Religionis augmentum, cupiens terrena in cœleſtia, & tranſitoria in æterna, fœlici commercio commutare; pro ſuæ, & parentum ſuorum animarum ſalute, proponit, & intendit de bonis ſibi a Deo collatis fundare & conſtruere in dicto loco de Thovartio, in quo ipſe dominium obtinet temporale, ad hoc, ut aſſerit, congruo & honeſto, unum locum cum Eccleſia, campanili, campana, cœmeterio, domibus, & aliis neceſſariis officinis, pro uſu & habitatione Fratrum veſtri Ordinis, qui ibidem perpetuum reddant Domino famulatum. Quare pro parte veſtra, & dicti Vicecomitis, fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut eidem Vicecomiti, quod præfata facere, vobiſque, ut locum ipſum recipere licite valeatis, concedere dignaremur. Nos itaque, qui cultus & Religionis prædictorum augmentum, veſtriſque Ordinis propagationem appetimus, veſtris & ipſius Vicecomitis in hac parte ſupplicationibus inclinati, præfato Vicecomiti fundandi, atque conſtruendi de bonis prædictis, vobiſque recipiendi, & inhabitandi locum hujuſmodi, dummodo in ipſo loco, poſtquam conſtructus fuerit, ſaltem duodecim Fratres dicti veſtri Ordinis decenter valeant ſuſtentari, ſcl. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri prohiben. ne Fratres *Ut in Conſt. 78. Clem. VI.*

tres Ordinis Mendicantium in aliqua Civitate &c. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis & voluntatis infringere &c.

Datum Avenione II. Kal. Martii, anno VI.

LVI.

Hortatur fideles ut juvent reparationem Conventus Baſilien. Ibid. epiſt. 60.

Univerſis Chriſti fidelibus.

§. I. Eccleſiarum, & aliorum piorum locorum fabricis manus poni adjutrices, pium apud Deum, & meritorium reputantes, frequenter Chriſti fideles ad impendendum Eccleſiis, & locis aliis ipſis auxilium, noſtris litteris exhortamur.

§. II. Cum itaque, ſicut pro parte dilectorum filiorum Rodulphi Miniſtri, & Fratrum Ordinis Minorum Provinciæ Alemanniæ ſuperioris, ſecundum morem eorum, nuper accepimus, locus Fratrum dicti Ordinis Baſilien. in quo olim ſexaginta Fratres commorari commode poterant, anno nuper præterito, ex terræmotu vehementi ſic fuerit diſſipatus, quod nunc inibi eorum habitatione derelicta, vix locus prædictus quatuor Fratribus valeat ſufficere; & ad reædificationem & reparationem dicti loci eleemoſynæ fidelium ſint plurimum opportunæ; Univerſitatem veſtram monemus & hortamur attente in Domino, quatenus de bonis vobis a Deo collatis, pias ad hæc veſtras eleemoſynas, & grata caritatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionem veſtram, locus prædictus valeat reparari, voſque per hæc & alia bona, quæ Domino inſpirante, feceritis, ad æterna poſſitis gaudia pervenire &c. Nos enim &c. præſentibus poſt decennium minime valituris, quas mitti per quæſtuarios diſtrictius inhibemus, eas, ſi ſecus attentatum fuerit, carere viribus decernentes.

Datum Avenione VI. Non. Martii, anno VI.

LVII.

Ut viſitet Monaſterium Ledonen. Ibidem epiſt. 32.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Biſuntin.

§. I. Petitio pro parte dilecti filii Petri de Arboſio, Profeſſoris Ordinis Fratrum Minorum, & Viſitatoris Monaſterii de Ledone Salverii, Ordinis ſanctæ Claræ, Biſuntin. Diœc. per Provinciale Capitulum Fratrum dicti Ordinis Minorum, Provinciæ Biſuntin. ſecundum eorum morem, prout ad eos canonice pertinet, deputati; & dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Conventus dicti Monaſterii, nobis exhibita continebat, quod olim nobilis vir Guillelmus de Cabilone miles dictæ Diœc. inſtantibus, & procurantibus Iſabella dicta de Cabilone.... ejuſdem militis germanis ſororibus dicti Monaſterii, quæ prædictam Abbatiſſam & nonnullas alias Sorores dicti Monaſterii auſu ſacrilego percutere, veſtibus inhoneſtis uti, earum comas nutrire, homines, & etiam inhoneſtas mulieres die, noctuque infra ſepta dicti Monaſterii, portas ipſius eis alio modo quam cum clavibus aperiendo, contra voluntatem dictæ Abbatiſſæ introducere, & multa alia inibi inhoneſta contra præcepta ejuſdem Ordinis ſanctæ Claræ, & votum profeſſionis, quo aſtrictæ exiſtebant, prout exiſtunt, facere præſumpſerant, & præſumebant, in divinæ majeſtatis offenſam, animarum ſuarum periculum, & ſcandalum plurimorum; quodque ex eo contra dictum Petrum odii rancore con-

concitatæ erant; quod ipſe Petrus viſitationis & correctionis officium in eodem Monaſterio exercuerat, & exercebat, eumdem Petrum per Willelmum Barbuliæ & Axietum de Bello ſorti Armigeros dictæ Diœc. & nonnullos alios ſuos in ea parte complices, tam inhumaniter & atrociter percuti, & vulnerari facere auſu ſimili procurari fecit, quod multis temporibus de ejuſdem Petri morte magis timebatur, quam de vita ſperaretur ipſius; idemque Petrus adhuc propterea gravi infirmitate laborat; quodque dictum Monaſterium propter præmiſſa, & etiam alia, magna reformatione dignoſcitur indigere. Super quibus omnibus iidem Petrus, Abbatiſſa, & Conventus Apoſtolicæ Sedis remedium humiliter imploraruntt.

§. II. Nos itaque ipſorum Petri, ac Abbatiſſæ & Conventus in hac parte ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, auctoritate noſtra, ſuper præmiſſis omnibus, vocatis qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, facias juſtitiæ complementum: & nihilominus in eodem Monaſterio, tam in capite, quam in membris, corrigas, & reformes, quæ officio correctionis & reformationis repereris indigere; contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: non obſtante fœl. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua cavetur, ne Judices a Sede Apoſtolica deputati extra civitatem & diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere præſumant, & quibuſcumque aliis conſtitutionibus Apoſtolicis, per quæ tuæ poſſet in hac parte juriſdictioni, aut poteſtati, ejuſque libero exercitio quomodolibet obviari, ſeu ſi aliquibus communiter, vel diviſim &c. de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Avenione v. Nonas Martii, anno VI.

LVIII.

Ut condere poſſit teſtamentum. Ibid. fol. 497.

Venerabili fratri Juliano Epiſcopo Nebien.

QUia præſentis vitæ conditio ſtatum habet inſtabilem, & ea, quæ viſibilem habent eſſentiam, tendunt viſibiliter ad non eſſe; tu hoc ſalubri meditatione præmeditans, diem tuæ peregrinationis extremum, diſpoſitione ſuprema deſideras prævenire. Nos itaque tuis ſupplicationibus inclinati, ut de bonis mobilibus a te, per Eccleſiam tuam Nebien. cui præeſſe dignoſceris, licite acquiſitis, quæ Altaris, vel Altarium ipſius Eccleſiæ miniſterio, ſeu alicui ſpeciali eorumdem, cultui divino vel uſui non fuerint deputata, pro decentibus & honeſtis expenſis funeris tui, & remuneratione illorum, qui tibi viventi ſervierint, ſive ſint conſanguinei, ſive alii, juxta ſervitii meritum, moderate tamen, diſponere & erogare poſſis, vel alias, prius tamen de dictis omnibus bonis, ære alieno deducto, & iis, quæ pro reparandis domibus, ſeu ædificiis conſiſtentibus in locis ipſius Eccleſiæ culpa vel negligentia tua, ſeu procuratorum tuorum, diſtractis vel deterioratis; necnon reſtaurandis aliis juribus ipſius Eccleſiæ deperditis ex culpa ſeu negligentia prædictis, fuerint opportuna, deductis, in pios uſus & licitos convertere valeas: non obſtante, quod Ordinis Fratrum Minorum Profeſſor exiſtis, fraternitati tuæ plenam & liberam, tenore præſentium, concedimus facultatem. Volumus autem quod in diſpoſitione eorumdem Eccleſiaſticorum bonorum, juxta quantitatem reſidui, erga dictam Eccleſiam te liberalem exhibeas, prout conſcientia tibi dictaverit, & ſaluti animæ tuæ videris expedire.

Datum apud Villam novam Avenionen. diœceſ. III. Kal. Julii, anno VI.

LIX.

Præficitur Eccleſiæ Cæſenaten. Ibid. epiſt. 17.

Dilecto filio Vitali de Cæſena Electo Cæſenaten.

Vid. Conſtit. 88. Clementis VI.

INter cetera, quæ ſuperna &c. augeantur. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Guillelmo Epiſcopo Cæſenaten. regimini Cæſenaten. Eccleſiæ præſidente; nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum eam vacare contingeret, per Apoſtolicæ Sedis providentiam, utilem &c. proviſionem ipſius &c. ſpecialiter reſervandam. Decernentes ex tunc irritum &c. Poſtmodum vero præfata Eccleſia per ejuſdem Guillelmi obitum, qui extra Romanam Curiam deceſſit, Paſtoris ſolatio deſtituta, dilecti filii Capitulum ejuſdem Eccleſiæ hujus reſervationis & decreti ignari, te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, in Sacerdotio conſtitutum, in eorum, & dictæ Eccleſiæ Epiſcopum, licet de facto, concorditer elegerunt; tuque reſervationis & decreti prædictorum ſimiliter inſcius, electioni hujuſmodi, illius tibi præſentato decreto, ſuper hoc tui ſuperioris obtenta licentia, conſenſiſti, licet de facto; & deinde hujuſmodi reſervatione & decreto ad tuam deductis notitiam, ejuſdem electionis negotium proponi feciſti in Conſiſtorio coram nobis. Nos igitur attendentes electionem prædictam, & alia inde ſecuta, utpote poſt, & contra reſervationem & decretum prædictum attentata fuiſſe, eaque prout erant irrita & inania reputantes; & ad proviſionem ipſius Eccleſiæ &c. intendentes: poſt deliberationem &c. diligentem: demum ad te litterarum ſcientia præditum, vitæ, ac morum honeſtate decorum, prudentia ſpiritualium, & providentia temporalium, aliiſque &c. laudabiliter inſignitum, direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus &c.

Datum Avenione Idibus Aprilis anno VI.

In eumdem modum, venerabili fratri Fortanerio Patriarchæ Graden.

LX.

Ut reædificent Conventum Pontiſaræ. Ibid. epiſt. 136.

Dilectis filiis Miniſtro Provinciali, ac Fratribus Ordinis Minorum Provinciæ Franciæ, ſecundum morem dicti Ordinis.

Vide Conſtit. 98. Clementis VI.

§. I. SAcræ veſtræ Religionis, in qua &c. favorabiliter concedamus. Exhibita ſiquidem nobis pro parte dilectorum filiorum Cleri & populi habitantium in villa Pontiſaræ, Rothomagen. diœceſis petitio continebat, quod præſidentes regimini dictæ villæ propter guerras in illis partibus vigentes, locum & Eccleſiam Fratrum veſtri Ordinis prope muros & ſupra foſſatum ejuſdem Villæ ab antiquo conſtructum, ne inimici eorum, non ſolum in dictæ Villæ, ſed & cum ad vicinarum partium periculum & vaſtationem ſe inibi receptarent, de quo poterat & debebat non immerito formidari, non ſine dolore cordis funditus deſtruxerunt: & quod ipſi conſiderantes zelum, & alia pia ſtudia, quibus Fratres ipſi eoſdem Clerum & populum hactenus verbo pariter & exemplo laudabiliter informabant, alium certum aptum & honeſtum locum infra clauſuram dictæ villæ & limites parochialis Eccleſiæ ſancti Petri de dicta villa ad Monaſterium de Beccohelimii Ordinis ſancti Benedicti, dictæ diœceſis procurent ex caritativa recompenſatione, de Dominorum temporalium ipſius loci, infra dictam clauſuram exiſten. conſenſu & voluntate, dederunt, & etiam aſſignarunt. Quare

pro

pro parte vestra, & dictorum Cleri & populi fuit nobis humiliter supplicatum, ut vobis, quod locum hujusmodi recipere, & habere pro usu & habitatione Fratrum dicti Ordinis, dictumque locum antiquum pro constructione novi loci hujusmodi vendere, & alienare possitis, licentiam concedere dignaremur.

§. II. Nos itaque hujusmodi supplicationibus inclinati, recipiendi, construendi, & ad divinum servitium, vice dicti prioris loci, pro usu & habitatione vestris habendi locum hujusmodi, in loco tamen ad hoc congruo & honesto cum Ecclesia, seu oratorio, campanili, campana, & cœmeterio, domibus, & aliis necessariis officinis; & insuper vendendi, & alienandi dictum locum antiquum, & quidquid inde perceperitis in constructionem novi loci hujusmodi convertendi, fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri prohibente, ne Fratres Ordinis mendicantium in aliqua civitate &c. concedentes, quod vos, & alii Fratres dicti Ordinis, qui in dicto loco per vos taliter construendo, pro tempore fuerint, gaudeatis, & gaudeant omnibus & singulis indulgentiis, exemptionibus, & libertatibus, quibus Fratres, qui in dicto priori loco fuerunt pro tempore, ex concessione Apostolica soliti sunt gaudere. Nulli ergo &c. nostræ concessionis infringere &c.

Datum apud Villam novam Avenionensis diœcesis VIII. Idus Junii, anno VI.

LXI.

Ut ædificare liceat Monasterium Clarissarum. Ibid. epist. 197.

Dilectis filiis universis nobilibus, ac aliis Incolis Castri de Acella Rapollan. diœcesis.

Vide Const. 48. hujus Pontif.

Pliis fidelium votis, illisque præsertim, quæ &c. favorem benevolum impertimur. Exhibita siquidem nobis pro parte vestra petitio continebat, quod vos, & nonnullæ aliæ personæ illarum partium cupientes terrena in cœlestia &c. commutare, pro vestrarum, & aliorum animarum salute proposuistis, & intenditis ad divini nominis laudem, sacræque Religionis augmentum, de bonis vobis a Deo collatis fundare, construere, & dotare, in Castro de Acella, Rappollan. diœcesis Monasterium Monialium, seu Sororum Ordinis sanctæ Claræ, pro una videlicet Abbatissa & duodecim Sororibus, ibidem Domino perpetuo servituris, & aliis personis ad earum servitium opportunis, cum Cappella seu oratorio, campana, campanili, cœmeterio, domibus, & aliis necessariis officinis. Quare pro parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, ut vobis faciendi præmissa licentiam concedere dignaremur. Nos itaque pium hujusmodi vestrum propositum plurimum in Domino commendantes, vestris supplicationibus inclinati, fundandi, construendi, & ædificandi in dicto Castro de Acella, in loco tamen ad hoc congruo & honesto, hujusmodi Monasterium, ut præfertur, diœcesani loci, & cujuslibet alterius licentia minime requisita, prius tamen sufficienti dote per vos, ut præmittitur, assignata, jureque parochialis Ecclesiæ & cujuslibet alterius in omnibus semper salvo, universitati vestræ plenam & liberam, auctoritate Apostolica, tenore præsentium licentiam elargimur. Nulli ergo &c. nostræ concessionis infringere &c.

Datum apud Villam novam Avenionensis diœcesis VIII. Idus Augusti, anno VI.

LXII.

Ut admittant domum in Caſtro ſancti Severini. Ibid. epiſt. 196.

Dilectis filiis Miniſtro Provinciali, & Fratribus Ordinis Minorum Provinciæ Terræ laboris, ſecundum morem dicti Ordinis.

Vide Conſtit. 78. Clement. VI.

§. I. Sacræ veſtræ Religionis, in qua &c. favorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem nobis pro parte venerabilis fratris noſtri Andreæ Epiſcopi Aleſanen. ac dilectorum filiorum univerſorum nobilium, & aliorum incolarum Caſtri ſancti Severini, Salernitan. diœceſis de quo præfatus Epiſcopus, ſicut præfertur, traxit originem, petitio continebat, quod præfati Epiſcopus, nobiles, & incolæ, ex ſpeciali devotionis affectu, quem ad Ordinem veſtrum habent, proponunt & intendunt in Caſtro ſancti Severini prædicti, de bonis ſibi a Deo collatis fundare, & conſtruere pro uſu & habitatione Fratrum dicti veſtri Ordinis, unum locum, cum Eccleſia ſeu oratorio, campana, campanili, cœmeterio, domibus, & aliis neceſſariis officinis. Quare pro veſtra & ipſorum Epiſcopi, & incolarum parte fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut ipſis Epiſcopo, nobilibus, & incolis, quod hujuſmodi ibidem fundare, conſtruere, ac ædificare, & vobis, ut locum ipſum recipere, & ad uſum prædictum habere poſſitis concedere dignaremur.

§. II. Nos igitur qui eorumdem cultus, & Religionis augmentum deſideranter appetimus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, eiſdem Epiſcopo, nobilibus, & incolis fundandi de novo ac conſtruendi, & ædificandi, ſeu conſtrui, & ædificari faciendi locum hujuſmodi in Caſtro ſancti Severini prædicto, in loco tamen ad hoc congruo & honeſto, vobiſque locum ipſum pro uſu & habitatione prædictis recipiendi, & perpetuo retinendi; dummodo duodecim Fratres dicti Ordinis inibi pro tempore moraturi decenter & congrue valeant ſuſtentari: non obſtante fœl. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri conſtitutione in qua cavetur ne Fratres &c. licentiam elargimur. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c.

Datum apud Villam novam Avenionenſis diœceſis VIII. Idus Auguſti anno VI.

LXIII.

Ut conferat gradum Magiſterii Franciſco de Cardalliaco. Ibid. epiſt. 182.

Dilecto filio Cancellario Eccleſiæ Pariſien.

§. I. Viri ſacræ lectionis ſtudio dediti, & in lege Domini eruditi, ſub Religionis habitu Domino militantes, favoris Apoſtolici gratiam promerentur, eoque benignius decet honeſtis eorum deſideriis annui, quo ex eorum profectibus, major poteſt in Eccleſia Domini utilitas provenire.

§. II. Cum itaque, ſicut accepimus, dilectus filius Franciſcus de Cardalliaco Ordinis Fratrum Minorum Profeſſor, in eodem Ordine honeſte ac laudabiliter converſando, & aſſidue vacando ſtudio litterarum, ſic in Theologica facultate profecerit, quod in Pariſienſi ſtudio, anno proxime præterito Sententias legit, ſeque dignum & idoneum reddidit ad obtinendum honorem Magiſterii in eadem. Nos ipſius Franciſci in hac parte ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ, de qua in Domino geriimus fiduciam ſpecialem, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi per tuam, & aliorum

rum Magiſtrorum dicti ſtudii in eadem facultate diligentem examinationem, dictus Franciſcus in eadem ſacra Pagina ad hoc idoneus, & ſufficiens repertus extiterit, Magiſterii honorem & docendi licentiam in eadem Pagina, ſervatis Conſtitutionibus Viennen. Concilii, ac ſolemnitatibus opportunis, etiam auctoritate noſtra, ſine mora expectationis ſolitæ largiaris. Non obſtan. &c.

Datum Avenione VIII. Kalend. Septembris anno VI.

LXIV.

Præficitur Eccleſiæ Caſtren. Ibid. epiſt. 39.

Dilecto filio Franciſco Joannis Electo Caſtren.

§. I. DUm ad univerſas orbis Eccleſias, juxta Paſtoralis officii debitum, Apoſtolicæ diffundimus conſiderationis intuitum, illarum nimirum, propenſior cura nos angit, quas ſuis Paſtoribus deſtitutas, ſubjacere diſpendioſæ vacationis conſpicimus detrimentis, ut per noſtræ providentiæ miniſterium præficiantur illis viri ſecundum cor noſtrum idonei in paſtores, ſub quorum regiminibus Eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus fœliciter gubernentur.

§. II. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Bernardo Epiſcopo Caſtren. regimini &c. Nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum eam vacare &c. Poſtmodum vero dicta Eccleſia, per obitum ipſius Bernardi Epiſcopi qui extra Romanam Curiam debitum naturæ perſolvit, Paſtoris ſolatio deſtituta; nos vacatione hujuſmodi &c. ad proviſionem ipſius &c. paternis &c. intendentes; poſt deliberationem quam &c. cum Fratribus noſtris diligentem: demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, & in Presbyteratus ordine conſtitutum, cui de Religionis zelo, litterarum ſcientia, vitæ ac morum honeſtate, aliiſque multiplicium virtutum donis apud nos &c. perhibentur, direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus &c. de perſona tua, præfatæ Eccleſiæ, de dictorum &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c.

Datum Avenione III. Nonas Octobris anno VI.

In eumdem modum, venerabili fratri Archiepiſcopo Turritan.

LXV.

Ut conſtruere poſſit Monaſterium in Caſtro Moyraci. Ibid. epiſt. 243.

Dilectæ in Chriſto filiæ nobili mulieri Mathæ de Armaniaco, Dominæ loci de Lebreto, Aduren. diœceſis.

Piis fidelium votis &c. favorem benevolum impertimur. Exhibita ſiquidem nobis pro parte tua petitio continebat, quod tu cupiens terrena &c. pro tua, & tuorum &c. proponis & intendis ad divini &c. fundare, conſtruere, & dotare in loco de Moyraco, Condonien. diœceſis unum Monaſterium Monialium, ſeu Sororum ſanctæ Claræ, in qua triginta Sorores, quarum una ſit Abbatiſſa, ibidem Domino perpetuo ſervituræ, & aliæ perſonæ ad earum ſervitium opportunæ valeant commorari, cum capella, ſeu oratorio, campana, campanili, cœmeterio, domibus, & aliis neceſſariis officinis; Quare pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut tibi faciendi præmiſſa licentiam concedere dignaremur. Nos itaque pium hujuſmodi tuum propoſitum plurimum in Domino commendantes, tuis in hac parte ſup- *Ut in Conſtit. 48. hujus Pontif.*

ſupplicationibus inclinati, fundandi, conſtruendi, & ædificandi in dicto loco de Moyraco, in loco tamen ad hoc congruo & honeſto, hujuſmodi Monaſterium, ut præfertur, diœceſani loci, & cujuſvis &c. requiſita, prius tamen ſufficienti dote, ut præmittitur, aſſignata, jureque Parochialis Eccleſiæ & cujuslibet &c. ſalvo, tibique ex nunc ſi dictum Monaſterium per te conſtrui & dotari contingat, ut præfertur, Abbatiſſæ, & Sororibus, quæ in ipſo Monaſterio pro tempore fuerint, eadem auctoritate, concedimus, quod eadem Abbatiſſa & Sorores omnibus privilegiis præfato Ordini in Provincia Aquitaniæ, vel alibi generaliter vel ſpecialiter ab Apoſtolica Sede conceſſis, potiri valeant & gaudere. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c.

Datum Avenione xv. Kalendas Novembris anno vi.

LXVI.

Ut reædificetur Conventus Minorum urbis Imolen. Ibid. epiſt. 242.

Venerabili fratri Ægidio Epiſcopo Sabinen. Apoſtolicæ Sedis Legato.

§. I. Iis quæ animarum ſalutem, & divini cultus reſpiciunt incrementum, libenter Apoſtolicum impertimur aſſenſum. Sane petitio pro parte dilectorum filiorum Miniſtri Provincialis, & Fratrum Ordinis Minorum Provinciæ Bononienſis, ſecundum ipſorum Fratrum morem, nobis exhibita continebat; quod locus eorumdem Fratrum extra muros civitatis Imolen. conſiſtens, propter guerras illarum partium, & pro tuitione, & defenſione dictæ Civitatis, ac bonorum & jurium Romanæ Eccleſiæ, ad quam ipſa Civitas ſpectat, ſunditus deſtructus exiſtat; & propterea ipſi Miniſter, & Fratres unum locum infra eamdem Civitatem, cum Eccleſia ſeu oratorio, ac campanili, campana, cœmeterio, ac aliis neceſſariis officinis ad habitandum pro Fratribus dicti Ordinis recipere deſiderant, quodque propter modicum ambitum ipſius Civitatis ipſi locum hujuſmodi inibi, ſalva conſtitutione fœlicis recordationis Clementis Papæ IV. prædeceſſoris noſtri, prohibente loca Mendicantium de prope certum cannarum ſpatium in eadem conſtitutione expreſſum, ædificari, ſeu conſtrui, commode habere, & recipere non valerent. Quare pro parte ipſorum Miniſtri, & Fratrum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis ſuper præmiſſis licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. II. Nos igitur hujuſmodi ipſorum Miniſtri, & Fratrum devotis ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ, de qua in iis, & aliis gerimus in Domino fiduciam ſpecialem, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ſi ita eſt, eiſdem Miniſtro & Fratribus, ut infra eamdem Civitatem, & quantum tibi expedire, & utile eſſe videbitur, infra dictum cannarum ſpatium a locis aliorum Fratrum Mendicantium, in dicta Civitate conſiſten. computandum, ſi alibi infra dictam Civitatem id facere commode nequiverint, hujuſmodi locum cum Eccleſia, ſeu oratorio, campanili, campana, cœmeterio, & aliis neceſſariis officinis, ſi eis pia concedatur largitione fidelium, vel alias ipſos canonice acquirere contigerit, ad habitandum, ut præfertur, recipere & retinere prædicta; nec non piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, in qua inhibetur &c. licentiam, auctoritate noſtra, concedas.

Datum Avenione x. Kalendas Novembris anno vi.

LXVII.

LXVII.

Ut gaudeant privilegiis Ordini ſanctæ Clarę conceſſis. Ibid. epiſt. 35.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſanctæ Clarę in Veteri-Buda Ordinis ejuſdem Sanctæ Veſprimien. diœceſis.

SAcræ Religionis, in qua mundanis &c. Apoſtolici favoris præſidium liberaliter præbeamus. Hinc eſt, quod porrectis nobis pro parte cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Eliſabethæ Reginæ Hungariæ illuſtris, quæ canonice veſtrum Monaſterium fundaſſe dicitur, & dotaſſe, veſtriſque devotis ſupplicationibus annuentes, ut vos & Monaſterium veſtrum præfatum, omnibus libertatibus, immunitatibus, privilegiis, veſtro Ordini ſanctæ Claræ ab Apoſtolica Sede conceſſis, gaudere ac uti perpetuo valeatis, & per vos eidem Monaſterio, de benignitate Apoſtolica, & gratia ſpeciali, tenore præſentium indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. *Ut in Conſt. 78. Clementis VI.*

Datum Avenione II. Kalendas Januarii anno VII.

LXVIII.

Ut recipiant domum in Caſtro Brolio. Regeſt. Vatic. epiſt. 137.

Dilectis filiis Miniſtro Provinciali, & Fratribus Ordinis Minorum provinciæ Aquitaniæ, ſecundum morem dicti Ordinis.

§. I. PIis fidelium votis, per quæ divinus cultus, ſanctaque Religio valeat adaugeri, libenter annuimus, & quantum cum Deo poſſumus, favorem benevolum impertimur.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis pro parte venerabilis fratris noſtri Joannis Epiſcopi Aurien. petitio continebat, quod ipſe Epiſcopus cupiens terrena &c. commutare, pro ſuæ, & parentum ſuorum &c. proponit & intendit ad divini &c. fundare, & conſtruere in Caſtro de Brolio, Caturcenſis diœceſis, quod fuit quondam patris ſui, unum locum veſtri Ordinis, cum Eccleſia, oratorio, campana &c. & aliis neceſſariis officinis. Quare pro ipſius Epiſcopi parte fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut ſibi præfata facere, & vobis locum ipſum recipere licite valeatis, concedere dignaremur.

§. III. Nos itaque qui prædictorum cultus, & religionis augmentum, veſtrique Ordinis propagationem deſiderantes appetimus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, præfato Epiſcopo fundandi & conſtruendi de dictis bonis in Caſtro prædicto, in loco tamen ad hoc congruo & honeſto, vobiſque ad perpetuum Dei ſervitium recipiendi & inhabitandi locum hujuſmodi, ut præfertur, dum tamen ibidem duodecim Fratres dicti Ordinis decenter valeant ſuſtentari: fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri prohibente, ne Fratres &c. domos, vel loca quæcumque recipere &c. de inhibitione hujuſmodi mentionem; & qualibet alia conſtitutione contraria nequaquam obſtante jure Parochialis Eccleſiæ &c. ſalvo, plenam & liberam, auctoritate Apoſtolica, de ſpeciali gratia, licentiam elargimur; vobiſque nihilominus concedentes, quod Fratres dicti Ordinis in dicto loco, ſi eum, ut præmittitur, fieri contingat, pro tempore moraturi gaudeant, & gaudere debeant omnibus privilegiis, gratiis, libertatibus, & exemptio-

ptionibus, quibus alii Fratres dicti Ordinis, ex conceſsione Apoſtolica, gaudent, & etiam potiuntur. Nulli ergo &c. noſtræ conceſsionis.

Datum Avenione II. Kalendas Februari anno VII.

LXIX.

Præficitur Eccleſiæ ſancti Angeli Ibid. epiſt. 11.

Dilecto filio Petro Fabri de Armoniaco Electo ſancti Angeli.

SOllicitæ conſiderationis indagine perſcrutantes, quam ſit onuſta periculis, quam plena diſpendiis, quantaque ſecum incommoda pertrahat Eccleſiarum vacatio diuturna, libenter operarias manus apponimus, & ſtudium efficax impertimur, ut viduatis Eccleſiis Paſtores præficiantur idonei, & Miniſtri providi deputentur, quorum fultæ præſidiis, & favoribus communitæ, malignorum inſultus non metuant, & pravorum non vereantur incurſus, quinimo, auctore Domino, fœlicibus proficiant incrementis. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Roberto Epiſcopo ſancti Angeli regimini Eccleſiæ ſancti Angeli præſidente: Nos cupientes eidem Eccleſiæ cum vacaret &c. Poſtmodum vero dicta Eccleſia, per obitum dicti Roberti, qui nuper extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, Paſtoris ſolatio deſtituta; Nos vacatione hujuſmodi fide dignis &c. intendentes &c. & etiam adaugere. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, in Sacerdotio conſtitutum, litterarum ſcientia præditum, Religionis zelo conſpicuum, vitæ ac morum honeſtate decorum, in ſpiritualibus &c. direximus &c. Quibus omnibus debita &c. de perſona tua eidem Eccleſiæ ſancti Angeli de Fratrum &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c.

Datum Avenione II. Nonas Februarii anno VII.

In eumdem modum Archiepiſcopo Conſan. & Ludovico Regi & Joannæ Reginæ Siciliæ Illuſtri.

LXX.

Confirmat litteras Innocentii IV. Ibid. epiſt. 19.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. TEnorem quarumdam litterarum fœlicis recordationis Innocentii Papæ IV. prædeceſſoris noſtri in regiſtro ipſius prædeceſſoris repertum, de regiſtro ipſo de verbo ad verbum tranſcribi, & ad dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii ſanctæ Mariæ de Veteri-Buda, Ordinis ſanctæ Claræ Veſprimien. diœceſis ſupplicationis inſtantiam, præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt.

§. II. *Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Generali & Provinciali Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Licet olim quibuſdam veſtrum &c. ut in Bulla* 38. *Innocentii IV. in regiſtro Tomi ſecundi. Datum Lugduni* IV. *Idus Julii Pontificatus noſtri anno* IV.

§. III. Ceterum ut earumdem litterarum tenor prædictus ſic inſertus omnimodam rei, ſeu facti certitudinem faciat, Apoſtolica auctoritate, decernimus, ut illud idem robur, eamque vim, eumdemque vigorem dictus tenor per omnia habeat, quam haberent originales litteræ ſupradictæ, & eadem prorſus eidem tenori fides adhibeatur quandocumque, & ubicumque,

que, ſive in judicio vel alibi, ubi fuerit exhibitus vel oſtenſus, & eidem ſtetur firmiter in omnibus, ſicut eiſdem originalibus litteris ſtaretur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo &c. noſtræ conſtitutionis &c.

Datum Avenione IX. Kalendas Martii anno VII.

LXXI.

Confirmat litteras Benedicti XI. Ibid. epiſt. 30.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. TEnorem quarumdam litterarum fœlicis recordationis Benedicti Papæ XI. prædeceſſoris noſtri in regiſtro ipſius prædeceſſoris repertum, de Regiſtro ipſo de verbo ad verbum tranſcribi, & ad dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ, & Conventus Monaſterii ſanctæ Mariæ de veteri-Buda Ordinis ſanctæ Claræ Veſprimien. diœceſis aſſerentium, prout pro parte ipſarum accepimus, ſe dictis litteris indigere, ſupplicationis inſtantiam, præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt.

§. II. *Benedictus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus univerſis Abbatiſſi, & Sororibus Monaſteriorum Ordinis ſanctæ Claræ, ſecundum regulam ipſius Ordinis ab Urbano Papa IV. prædeceſſore noſtro inſtitutam viventibus, tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Sacra veſtra Religio ſub qua devotum &c. ut in Bulla* 15. *Benedicti XI. in regiſtro Tomi* 3. *Datum Peruſii* VI. *Idus Junii Pontificatus noſtri anno* I.

§. III. Ceterum ut earumdem litterarum tenor &c. *ut in bulla præcedenti*. Nulli ergo &c. noſtræ annotationis & conſtitutionis &c.

Datum Avenione IV. Kalendas Martii anno VII.

LXXII.

Confirmat litteras Bonifacii VIII. Ibid. epiſt. 46.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. TEnorem quarumdam litterarum fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri in regiſtro ipſius repertum, de regiſtro ipſo de verbo ad verbum tranſcribi, & ad dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ, & Conventus Monaſterii ſanctæ Mariæ ad Veteri-Buda Ordinis ſanctæ Claræ Veſprimien. diœceſis ſe illo aſſerentium indigere, ſupplicationis inſtantiam præſentibus tranſcribi fecimus, qui talis eſt.

§. II. *Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus univerſis Abbatiſſis, & Conventibus Monialium incluſarum Ordinis ſanctæ Claræ, ſive ſancti Damiani, ſive Minoriſſæ dicantur, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Laudabilis ſacra Religio, quæ in Monaſteriis veſtris a vobis, & aliis perſonis in eis degentibus ſub onere voluntariæ paupertatis jugiter colitur, ſic a vobis mundanæ diſſolutionis relegavit illecebras, ut inter alia, clauſtralis abſtinentiæ nexibus relegatæ, puritate fulgeatis obſervantiæ regularis, & voluntatis libitum coarctantes, omnino ſub obedientiæ debito, dignam & ſedulam exhibeatis Domino ſervitutem. Hinc eſt, quod nos pium & congruum reputantes, ut vos illa proſequamur gratia, quam veſtris neceſſitatibus fore conſpicimus opportunam, vobis univerſis & ſingulis, auctoritate præſentium, indulgemus, ut ad præſtationem decimarum, de quibuſcumque poſſeſſionibus, & aliis omnibus bonis veſtris, quæ in*

præſentiarum habetis, & juſtis modis, præſtante Domino, acquiſieritis in futurum, vel ad contribuendum in procurationibus quorumlibet Ordinariorum, etiam Legatorum & Nunciorum Sedis Apoſtolicæ, & quibuslibet talliis, & collectis, ac ad exhibendum pedagia, telonia, & alias exactiones quibusvis Regibus, Principibus, ſeu aliis perſonis ſecularibus minime teneamini, nec ac id compelli aliquatenus valeatis. Nulli ergo omnino &c. noſtræ conceſſionis &c. Datum Anagniæ IV. *Nonas Julii, Pontificatus noſtri anno* II.

§. III. Ceterum ut earumdem litterarum tenor prædictus ſic inſertus omnimodam rei, ſeu facti certitudinem &c. *ut in præcedentibus epiſtolis*. Nulli ergo &c. noſtræ conſtitutionis & voluntatis &c.

Datum Avenione II. Idus Martii anno VII.

LXXIII.

Conceduntur Indulgentiæ inviſentibus ſacellum ſancti ſepulcri Carcaſſonen. Ibid. epiſt. 98.

Univerſis Chriſti fidelibus.

SPlendor paternæ gloriæ, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium, de clementiſſima ipſius majeſtate ſperantium tunc præcipue benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas grata operum exhibitione juvatur. Cupientes igitur ut Capella ſancti Sepulcri Dominici in Eccleſia Fratrum Ordinis Minorum Burgi Carcaſſonen. ob Dei & ipſius Sepulcri reverentiam noviter ædificata, congruis honoribus frequentetur, & ut Chriſti fideles eo libentius, cauſa devotionis confluant ad eandem, quo crebrius dono cœleſtis gratiæ conſpexerint ſe refertos; de Omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in feſtivitate Reſurrectionis Dominicæ præfatam Capellam devote viſitaverint annuatim, unum annum & quadraginta dies, de injunctis eis pœnitentiis, ſingulis videlicet ipſius feſtivitatis diebus, quibus Capellam ipſam viſitaverint, ſeu inibi eleemoſynas erogaverint, ut præfertur, miſericorditer relaxamus; præſentes autem litteras mitti per quæſtuarios diſtrictius inhibemus, eas, ſi ſecus actum fuerit, carere viribus decernentes.

Datum Avenione III. Nonas Aprilis anno VII.

LXXIV.

Ut transferre poſſint Clariſſæ de Deneyo aliquot corpora ex priori quod inhabitabant Monaſterio. Ibid. epiſt. 90.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Cantuarien.

§. I. PIis & honeſtis devotorum deſideriis libenter Apoſtolicum impertimur aſſenſum. Sane petitio pro parte dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſæ Monaſterii de Deneyo, Ordinis ſanctæ Claræ Elien. diœceſis, nobis exhibita continebat, quod olim Abbatiſſa, quæ tunc erat, & dilectæ in Chriſto filiæ Conventus dicti Monaſterii de Deneyo, de earum Monaſterio de Waterbeche Ordinis & diœceſis prædictorum, in quo tunc reſidebant, ad dictum Monaſterium de Deneyo tunc pro eis de novo canonice conſtructum & ſufficienter dotatum, & a dicto Monaſterio de Waterbeche per unam leucam diſtans, eiſque magis idoneum, de ſuorum Superiorum licentia

tia tranſierunt; hujuſmodique translatio fuit deinde per fœlicis recordationis Clementem Papam VI. prædeceſſorem noſtrum ex certa ſcientia confirmata, quodque ipſa Abbatiſſa deſiderat corpora fidelium defunctorum, quæ dudum in dicto Monaſterio de Waterbeche, ſeu ejus cœmeterio ſepulta fuerunt, ſeu duodecim ex illis, quæ duxerit eligenda, de dicto Monaſterio de Waterbeche ad dictum Monaſterium de Deneyo transferre, & transferri facere, & in eodem Monaſterio de Deneyo, ſeu ejus cœmeterio tradere, ſeu tradi facere Eccleſiaſticæ ſepulturæ, ut inibi pro eis preces frequentius Domino porrigantur, & alia fiant opera pietatis. Quare pro parte dictæ Abbatiſſæ nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ei præmiſſa faciendi licentiam concedere dignaremur.

§. II. Nos igitur ejuſdem Abbatiſſæ in hac parte ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ, de qua ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ſi id tibi videatur expediens, & ſine alterius præjudicio fieri poſſit, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, hujuſmodi petitam licentiam, eidem Abbatiſſæ, auctoritate noſtra, concedas.

Datum Avenione IV. Idus Maii anno VII.

LXXV.

Ut reædificetur Conventus Novarien. Ibid. epiſt. 63.

Dilectis filiis Guardiano & Fratribus Ordinis Minorum Novarien.

SAcræ veſtræ Religionis, in qua &c. favorabiliter concedamus. Exhibita ſiquidem nobis pro parte tua petitio continebat, quod nuper locus, quem dudum habere conſueviſtis, extra & prope muros Civitatis Novarien. propter guerras in illis partibus ingruentes, & defenſionem dictæ Civitatis totaliter & funditus eſt deſtructus. Quare pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut vobis, quod infra Civitatem præfatam, alium, ſi vobis concedatur pia largitione fidelium, vel alias per vos juſto titulo acquiratur, recipere & habere poſſitis, licentiam concedere dignaremur. Nos itaque veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, recipiendi infra Civitatem præfatam, ac conſtruendi, & perpetuo habendi, & retinendi pro uſu & habitatione veſtris, & aliorum Fratrum dicti Ordinis, in loco tamen ad hoc congruo & honeſto, hujuſmodi alium locum cum Eccleſia ſive oratorio, campanili, campana, cœmeterio, domibus, & aliis neceſſariis officinis: non obſtan. fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua cavetur ne Fratres Ordinum Mendicantium &c. Nulli ergo noſtræ conceſſionis &c.

Vt in Conſt. 81. Clementis VI.

Datum Avenione III. Idus Maii anno VII.

LXXVI.

Præficitur Eccleſiæ Chelmen. Ibid. epiſt. 34.

Dilecto filio Thomæ Himperguey de Seyno Electo Chelmen.

DUm juxta Paſtoralis officii debitum, attenta meditatione penſamus, quam ſit onuſta &c. ſuſtinerent in ſpiritualibus & temporalibus detrimenta. Cum itaque Eccleſia Chelmen. vacet ad præſens, & tanto tempore vacaverit, per obitum ultimi Epiſcopi Chelmen. qui extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, quod Epiſcopi nomen proprium ignoratur, ut

Vide Conſt. 52. hujus Pontif.

Eccleſiæ prædictæ proviſio ſit ad Sedem Apoſtolicam legitime devoluta. Nos vacatione hujuſmodi &c. intellecta &c. intendentes : poſt deliberationem &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus attenta &c. de perſona tua, præfatæ Eccleſiæ Chelmen. de prædictorum &c. ptovidemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c.

Datum Avenione XIII. Kalendas Junii anno VII.

LXXVII.

Confirmat litteras Joannis XXII. in favorem Mendicantium. Ibidem epiſt. 100.

Ad perpetuam rei memoriam.

TEnorem cujuſdam conſtitutionis a fœlicis recordationis Joanne Papa XXII. prædeceſſore noſtro editæ, in regiſtro ipſius prædeceſſoris repertum, de regiſtro ipſo de verbo ad verbum tranſcribi, & ad dilecti filii Hugonis Bernardi Ordinis Fratrum Minorum Profeſſoris, & in Provincia Hiberniæ ſecundum morem eorumdem Fratrum Provincialis Miniſtri, conſtitutione ipſa aſſerentis, ſe & Fratres ipſos indigere, præſentibus inſcribi fecimus, qui talis eſt. *Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis electis, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem. Vas electionis &c.* ut in Reg. Clementis VI. Bulla 241. & in corp. juris tit. de hæred.

Datum apud Villam novam Avenionenſis diœceſis II. Idus Julii anno VII.

LXXVIII.

Largitur Indulgentias viſitant. Eccleſ. Clariſſarum de Albenatio. Ibidem epiſt. 238.

Univerſis præſentes litteras &c.

§. I. LIcet is de cujus munere venit, ut ſibi a fidelibus ſuis digne ac laudabiliter ſerviatur, de abundantia pietatis ſuæ, quæ & merita ſupplicum excedit & vota, bene ſervientibus multo majora retribuat, quam valeant promereri : nihilominus tamen deſiderantes Domino reddere populum acceptabilem, ac bonorum operum ſectatorem, fideles Chriſti ad complacendum ei, quaſi quibuſdam allectivis muneribus, indulgentiis ſcilicet, & remiſſionibus invitamus, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores.

§. II. Cum itaque, ſicut accepimus, Monaſterium de Albenatio Ordinis ſanctæ Claræ Vivarien. adeo ſit in redditibus tenue & exile, quod dilectæ in Chriſto filiæ Moniales in eo degentes non poſſunt ex ipſis congruam ſuſtentationem habere, imo multas ex hoc indigentias ſuſtinere noſcantur. Nos cupientes ut & ipſius Monaſterii Eccleſia congruis frequentetur honoribus, & ipſarum Monialium indigentiæ ſuccurratur, Chriſtique fideles eo libentius cauſa devotionis ad eamdem Eccleſiam confluant, ipſiſque Monialibus pias eleemoſynas largiantur, quo ex his uberius dono cœleſtis gratiæ conſpexerint ſe refectos: de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in Nativitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ, Reſur-

ſurrectionis, Aſcenſionis, & Corporis Chriſti, Pentecoſtes, quatuor principalibus beatæ Mariæ Virginis, & dictorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & beatæ Claræ feſtivitatibus, dictam Eccleſiam devote viſitaverint annuatim, & eiſdem Monialibus pro ſuſtentatione earum, pias eleemoſynas erogarint, unum annum & quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis, ſingulis videlicet feſtivitatum ipſarum diebus, quibus Eccleſiam ipſam viſitaverint, & hujuſmodi eleemoſynas erogaverint, ut præfertur, miſericorditer relaxamus.

Datum Avenione v. Idus Septembris anno VII.

LXXIX.

Ut ad Caſtrum Malliani domum ſuam transferre poſſint. Ibid. epiſt. 209.

Dilectis filiis Marco Miniſtro Generali Fratrum Ordinis Minorum, & Guardiano & Fratribus ejuſdem Ordinis loci ſiti extra Caſtrum Malliani, Sabinen. diœceſis.

§. I. VEſtræ devotionis ſinceritas promeretur, ut petitionibus veſtris, illis præſertim, per quas veſtris occurratur diſpendiis, & utilitatibus conſulatur, favorabiliter annuamus. Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod vos fili Guardiane & Fratres loci ſiti extra Caſtrum Malliani, Sabinen. diœceſis, propter guerrarum diſcrimina in illis partibus ingruentium & bellorum incurſus, multa in eodem loco incommoda paſſi fuiſtis, & quod ad evitandum in antea ſimilia incommoda, unum locum pro habitatione veſtra, infra dictum Caſtrum recipere, & in eo Eccleſiam, ſeu oratorium cum cœmeterio, campanili, campana, & aliis neceſſariis officinis conſtruere & ædificare, & ad illud vos transferre, & in eo commorari deſideratis.

§. II. Nos igitur veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis, ut infra dictum Caſtrum, in loco tamen ad hoc congruo & honeſto, hujuſmodi locum, ſi vobis pia tradatur largitione fidelium, vel alias ipſum juſto titulo acquiratis; dummodo id ſiue juris præjudicio alieni fieri poſſit, recipere pro hujuſmodi habitatione, & alia præmiſſa facere poſſitis, jure tamen Parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo; fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua inhibetur expreſſe, ne Fratres Ordinum Mendicantium domos, vel alia &c. Nulli ergo &c.

Datum Avenione Nonis Novembris, anno VII.

LXXX.

Ut in Caſtro Somnini Conventum liceat admittere. Ibidem epiſt. 210.

Dilectis filiis Marco Miniſtro Generali, & Fratribus Ordinis Minorum.

§. I. DEvotionis veſtræ exigentibus meritis inducimur, ut petitionibus veſtris, illis præſertim, quæ divini cultus, & veſtri Ordinis incrementa reſpiciunt, favorabiliter annuamus.

§. II. Sane petitio pro parte veſtra nobis exhibita continebat, quod vos pro eorumdem cultus & Ordinis augmento, unum locum de novo ad habitationem Fratrum ipſius Ordinis in Caſtro Somnini, Terracinen. diœceſis, recipere, & in eo Eccleſiam ſeu oratorium cum cœmeterio, campanili, cam-

campana, & aliis neceſſariis officinis ædificare & conſtruere deſideratis, in quo duodecim Fratres decenter & commode poterunt ſuſtentari.

§. III. Nos igitur hujuſmodi deſiderium in Domino commendantes, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis, ut infra dictum Caſtrum, in loco tamen ad hoc congruo & honeſto, locum hujuſmodi, ſi vobis tradatur pia largitione fidelium, vel alias ipſum juſto titulo acquiratis, dummodo id ſine juris præjudicio alieni fieri poſſit, & in eo, ut præfertur, duodecim Fratres ſuſtentari valeant, recipere pro hujuſmodi habitatione eorumdem Fratrum, & alia præmiſſa facere poſſitis; jure tamen Parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo, fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua inhibetur expreſſe ne Fratres Ordinum Mendicantium domos, vel loca &c. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione Nonis Novembris anno VII.

Reliqua pars regiſtri Innocentii VI. deperdita eſt.

URBANUS V.

Electus eſt XV. *Kalendas Octobris anno* MCCCLXII.

Anno Christi 1362. Urbani V. anno 1.

I.

Ut ædificent Conventum in Valle Joſaphat, & alia loca ſancta reſtaurent.
Reg. Vat. lib. commun. ann. 1. epiſt. 232.

Dilectis filiis Andreæ Cheſan. & Joanni Poulier, Ordinis Fratrum Minorum Profeſſoribus.

Cõgruentia quæ a Pontificibus delet ſervari.

§. I. Rationi congruit, & convenit honeſtati, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet ejus ſupervenicnte obitu, litteræ Apoſtolicæ ſuper illis confectæ non fuerint, ſuum conſequantur effectum.

Innocentius VI. conſtruendi loci in Terra ſancta Minoribus concedit.

§. II. Dudum ſiquidem fœlicis recordationis Innocentius Papa VI. prædeceſſor noſter, Miniſtro Provinciali, & Fratribus Ordinis Minorum Terræ ſanctæ, ſecundum morem dicti Ordinis, pro veneratione ſepulcri beatæ Mariæ Virginis glorioſæ in valle Joſaphat conſiſtentis, & loci ibi vicini, Cana vulgariter nuncupati, in quo, ut aſſeritur, Salvatore noſtro Domino Jeſu Chriſto nocte ſuæ paſſionis orante ad Patrem, factus eſt ſudor ejus tanquam guttæ ſanguinis decurrentis in terram, quemdam locum Fratrum dicti Ordinis, in quo Fratres ipſi pro veneratione præmiſſa, & aliis divinis ſervitiis valeant commorari, cum neceſſariis officinis, fundandi, & conſtruendi per ſuas certi tenoris litteras, plenam & liberam duxit licentiam concedendam, prout in eiſdem litteris plenius continetur.

Aliorum auxilium expoſcitur.

§. III. Et deinde pro parte ipſorum Miniſtri, & Fratrum, eidem prædeceſſori humiliter ſupplicato, ut in auxilium conſtructionis hujuſmodi, necnon reparationis loci ipſorum de monte Sion dicti Ordinis, ubi (ſicut aſſeritur) Spiritus Sanctus deſcendit ſuper Apoſtolos; quique pro majori parte ruinam minatur, quæ ſine Chriſtianorum ſubſidio fieri non poſſunt, ducendi vobiſcum trecentas perſonas, quas duxeritis eligendas; volentes conſtructioni, & reparationi hujuſmodi manus porrigere adjutrices, ac delibe-

liberantes cauſa devotionis ſepulcrum Dominicum, & alia Oratoria Terræ ſanctæ perſonaliter viſitare, ipſiſque perſonis & earum ſingulis ſepulcrum & alia Oratoria ſupradicta viſitandi, licentiam concedere dignaretur. Idem prædeceſſor hujuſmodi ſupplicationibus inclinatus, vobis, videlicet II. Kalen. Junii Pontificatus ſui anno X. ut ea vice dumtaxat trecentas perſonas hujuſmodi vobiſcum ducere, ipſiſque perſonis, ut ſepulcrum & alia oratoria ſupradicta, ex cauſa prædicta viſitare, quibuſcumque prohibitionibus, conſtitutionibus & proceſſibus Sedis Apoſtolicæ in contrarium factis, habitis, ſeu etiam promulgatis, pœnas & ſententias ſpirituales ac temporales continentibus, nequaquam obſtantibus: illaque nihilominus pro hujuſmodi viſitatione deferre & exhibere, ſine quibus peregrinationem hujuſmodi commode adimplere non poſſent, dummodo vos & perſonæ ipſæ ad partes ipſas nulla alia deferretis, vel deferrent, nec deferre faceretis, vel facerent; quæ in profectum vel favorem hoſtium fidei Chriſtianæ redundare poſſent, duxit, auctoritate Apoſtolica, indulgendum.

Quod ab eodem Innocentio concedimur.

§. IV. Verum quia ipſius prædeceſſoris ſuperveniente obitu, Apoſtolicæ litteræ ſuper conceſſione hujuſmodi confectæ non fuerunt: nos ne propterea dictæ conceſſionis effectu fruſtremini, volumus & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod dicta conceſſio per eumdem prædeceſſorem, ut præmittitur, vobis facta, a prædicta die, videlicet, IV. Kalend. Junii, perinde ſortiatur effectum, ac ſi ipſius prædeceſſoris litteræ ſuper ea, ſub ipſius diei data confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur. Quodque præſentes ad probandam plene conceſſionem antedictam, ubique ſufficiant; nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo &c. noſtræ voluntatis & conſtitutionis infringere &c.

Litteræ ejuſdem in ſuo robore manent.

Datum Avenione VI. Idus Novembris, anno I.

II.

Ut pro prædicta fabrica aſportare poſſint neceſſaria. Ibid. epiſt. 233.

Eisdem.

RAtioni congruit &c. conſequantur effectum. Olim ſiquidem fœlicis recordationis Innocentius Papa VI. prædeceſſor noſter, dilectis filiis Miniſtro Provinciali & Fratribus Ordinis Minorum Provinciæ Terræ ſanctæ, *ut ſupra, uſque, & deinde* dicto prædeceſſori pro parte ipſorum Miniſtri & Fratrum humiliter ſupplicato, ut eis & vobis eorum nomine, tam pro conſtitutione hujuſmodi, quam etiam pro reparatione loci eorum de Monte-Sion, dicti Ordinis qui, ſicut aſſeritur, pro majori parte ruinam minatur, portandi, & portari faciendi ad partes illas ferraturas, claves, vectes, clavos, & alia ferramenta, quæ in partibus ipſis commode haberi non poſſunt, licentiam concedere dignaretur. Idem prædeceſſor hujuſmodi ſupplicationibus inclinatus, portandi & portari faciendi prædicta, & alia ferramenta pro fundatione, conſtructione, & reparatione prædictis, ut præmittitur, opportuna; conſtitutionibus, prohibitionibus, & proceſſibus Apoſtolicæ Sedis, ſpirituales & temporales pœnas, mulctas, & ſententias prolatas in deferentes, ſeu deferri facientes ferrum, ſeu lignamina ad partes eaſdem continentibus, nequaquam obſtantibus, vobis, videlicet, XI. Kalen. Junii, Pontificatus ſui anno X. de benignitate Apoſtolica, licentiam conceſſit, atque dedit. Voluit tamen, quod in manibus Diœceſani loci, in quo navigium, ſeu navigia, in quo, vel quibus dicta deferenda ponentur, exiſtent, quod præmiſſa, vel aliquod eorumdem in fraudem non faceretis, præſtaretis

Ut in ſuper-Conſtitut.

tis corporaliter juramentum; alioquin niſi juramentum hujuſmodi præſtaretis, ut præfertur, conceſſionem ipſam haberi voluit pro non facta. Ac etiam voluit quod ſuper hujuſmodi juramenti præſtatione Dioeceſanus prædictus duo confici faceret publica inſtrumenta, quorum alterum Cameræ Apoſtolicæ deſtinare ſtuderet, reliquo penes ſe reſervato. Verum quia ipſius prædeceſſoris ſuperveniente obitu, litteræ Apoſtolicæ ſuper dicta conceſſione confectæ non fuerunt; nos ne propterea dictæ conceſſionis effectu fruſtremini, volumus & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod dicta conceſſio per eumdem prædeceſſorem, ut præmittitur, vobis facta, a prædicta die, videlicet, IV. Kalend. Junii proinde ſortiatur effectum, ac ſi ipſius prædeceſſoris litteræ, ſuper ea, ſub ipſius diei data confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur: quodque præſentes litteræ ad probandum plene conceſſionem antedictam ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo &c.

Datum Avenione VI. Idus Novembris anno 1.

III.

Quod Abbatiſſæ ſint triennales. Ibid. fol. 38.

Ad futuram rei memoriam.

Præfatio. §. I. Regularem obſervantiam, ſub qua dudum, dum eramus in Minoribus conſtituti, devotum reddidimus Altiſſimo famulatum, ſinceris affectibus proſequen. intento ſtudio tenemur, & cupimus in perſonis & locis Regularibus, quantum cum Deo poſſumus, reformare deformia Simoniæ ſcandala, pacem ponere, & ſalutaria promovere.

Provincial. apud Pontificem conquæritur. §. II. Nuper ſiquidem gravis dilecti filii Montolinii Miniſtri Provincialis Fratrum Ordinis Minorum de Provincia Provinciæ, juxta dicti Ordinis morem, & dilectarum in Chriſto filiarum Conventus Monaſterii de Albonaſtio Ordinis ſanctæ Claræ, Vivarien. dioceſis querela ad Apoſtolatus noſtri perduxit auditum, quod licet Abbatiſſæ Monaſteriorum Ordinis ſanctæ Claræ, cujus Ordinis Abbatiſſæ atque Sorores, ſub regimine & ſecundum Inſtituta Ordinis Fratrum Minorum vivere dignoſcuntur abſque minimo inſignio Prælaturæ, & in dicta provincia ſingulæ Abbatiſſæ ejuſdem Ordinis ſanctæ Claræ temporales extiterint, ut videlicet ultra triennium in ſuarum Abbatiſſarum regiminibus non perdurent; necnon correctioni, & obedientiæ, & regimini Miniſtri Provincialis Provinciæ & Miniſtri Generalis Ordinis prædictorum, qui eſt, & erit pro tempore, ſubjectæ fore noſcantur; tamen dilecta in Chriſto filia Lombarda de Chavalellis Soror dicti Monaſterii de Albonaſtio, quod in dicta Provincia conſiſtit, olim in Abbatiſſam dicti Monaſterii tunc vacan. in diſcordia electa, electionem hujuſmodi contra conſuetudinem dictorum Ordinum apud Apoſtolicam Sedem multo tempore proſequens, electionem ipſam obtinuit ex commiſſione Apoſtolica confirmari, ſibique, quod eſt in dicto Ordine ſanctæ Claræ inauditum, munus benedictionis impendi, ac Abbatialis baculi, & annuli inſignia exhiberi, ex iis ſe jactando, quod Abbatiam dicti Monaſterii poſſet, & deberet perpetuo retinere, & quod deteſtabilius eſt, ipſa Lombarda contra honeſtatem, & Inſtituta dictorum ſuorum Ordinis & Monaſterii, in quo conſuevit & debet clauſura ſervari, ſub præmiſſorum colore, ſibi aſſumpſit audaciam, & materiam tam in Romana Curia, quam in locis aliis evagandi, quamquam de redeundo ad clauſuram ſæpius monita legitime fuerit, & etiam requiſita. Quare pro parte Miniſtri & Sororum aliarum & Conventus

Abbatiſſa nequit ultra triennium munus proſequi.

Coinſdam Monialis temeritas.

præ-

prædicti fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut, cum prædicta in gravem offenſam Dei, ſacræque Religionis opprobrium, & maximum Conventus & Monaſterii prædicti præjudicium, & ſcandalum plurimorum ceſſiſſe, & cedere dignoſcatur, providere ſuper iis de opportuno remedio dignaremur.

Ejus electio irrita declaratur.

§. III. Nos igitur ſuper præmiſſis eidem Conventui paterno compatientes affectu, earumque tranquillitati & paci conſulere, dictiſque obviare malis & ſcandalis cupientes, prædictam electionem de dicta Lombarda factam, & confirmationem, & quæcumque alia inde ſecuta, auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia, revocamus, caſſamus, & irritamus, & omnino viribus vacuamus, volentes, & decernentes, quod prædictus Conventus ipſius Monaſterii, præmiſſis nequaquam obſtantibus, ad electionem Abbatiſſæ dicti Monaſterii procedere valeant, juxta Inſtituta, ritum, morem & obſervantiam ſupradictarum, & quod dicta Lombarda ad redeundum ad dictum Monaſterium, & ejus clauſuram inibi cum Abbatiſſa, quæ pro tempore fuerit, & Conventu prædictis Domino ſervitura, & ſincera in Domino caritate tractanda per Miniſtrum Provincialem prædictum compelli valeat, & etiam compellatur, conſtitutionibus Apoſtolicis, & aliis contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtræ revocationis, caſſationis, irritationis, vacuationis, voluntatis, & conſtitutionis infringere &c.

Datum Avenione III. Kalend. Decembris, anno I.

IV.

Conceditur Indulgentia viſitantibus Eccleſiam Clariſſarum de la Gerra. Ibid. epiſt. *255*.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis.

§. I. DUm præcelſa meritorum inſignia, quibus Regina cœlorum Virgo Dei genitrix glorioſa, ſedibus prælata ſydereis, quaſi ſtella matutina prærutilat, devotæ conſiderationis indagine perſcrutamur, dum etiam infra pectoris arcana revolvimus, quod ipſa, utpote mater miſericordiæ, gratiæ, pietatis amica, humani generis conſolatrix pro ſalute fidelium, qui delictorum onere prægravantur, ſedula oratrix, & pervigil ad Regem quem genuit, intercedit, dignum quin potius debitum arbitramur, ut Eccleſias in honorem ſui nominis gratioſis remiſſionum proſequamur impendiis, & indulgentiarum muneribus honoremus.

§. II. Cupientes igitur ut Eccleſia Monaſterii beatæ Mariæ de la Gerra Montis Albi, ſanctæ Claræ, Terracon. diœceſis ad quam, ut aſſeritur, propter multa miracula, quæ ibidem divina clementia operatur, magna confluit populi multitudo, congruis honoribus frequentetur, & ut Chriſtifideles eo libentius cauſa devotionis confluant ad eamdem, quo ibidem uberius dono cœleſtis gratiæ conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui in Aſſumptionis ejuſdem beatæ Mariæ Virginis, & beati Matthiæ Apoſtoli feſtivitatibus unum annum, & unam quadragenam, illis vero, qui per octavas earum feſtivitatum prædictam Eccleſiam devote viſitaverint annuatim, quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis, ſingulis videlicet diebus feſtivitatum & octavarum ipſarum, quibus prædictam Eccleſiam devote viſitaverint, ut præfertur, miſericorditer relaxamus.

Datum Avenione VII. Idus Novembris anno I.

V.

Ut reædificent ſuum Monaſterium intrà Civitatem Aquen. Ibid. epiſt. 234.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii Monialium ſanctæ Claræ, prope Civit. Aquen. Ordinis dictæ Sanctæ.

§. I. SAcræ veſtræ Religionis, in qua devotum Deo redditis famulatum, promeretur honeſtas, ut votis veſtris, & præſertim illis, quæ divini cultus perſeverantiam & ipſius Religionis ſtatum conſpiciunt, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod Monaſterium veſtrum, quod prope muros civitatis Aquen. in Provincia ſituatum erat, propter guerras, quæ in illis partibus retroactis temporibus ingruernnt, adeo deſtructum erat, quod in illo reſidere non poteratis, prout etiam non poteſtis. Quare pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut vobis infra dictam civitatem Aquen. in loco tamen ad hoc congruo, loco dicti antiqui Monaſterii, unum Monaſterium pro habitatione veſtra de novo fundare, & conſtruere cum Eccleſia, ſive oratorio, campanili, campana, cœmeterio, domibus, aliiſque neceſſariis officinis licite valeatis, de benignitate Apoſtolica licentiam concedere dignaremur.

§. III. Nos itaque veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, devotioni veſtræ fundandi & conſtruendi de novo Monaſterium hujuſmodi infra dictam civitatem, in loco tamen ad hoc congruo & honeſto, per vos legitime acquiſito, ſeu acquirendo loco dicti antiqui Monaſterii, ut præfertur, jure parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo, plenam & liberam, tenore præſentium, licentiam elargimur. Proviſo quod locus, in quo dicta Eccleſia quæ deſtructa eſt, conſiſtebat, & cœmeterium ipſius antiqui Monaſterii nequaquam ad profanos uſus ut hæreditas transferatur. Vobis nihilominus concedentes, quod vos & aliæ Sorores dicti Ordinis, quæ in dicto Monaſterio per vos conſtruendo pro tempore fuerint, gaudeatis omnibus & ſingulis gratiis, privilegiis, immunitatibus & libertatibus, quibus in ipſo antiquo Monaſterio gaudebatis. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c.

Datum Avenione VIII. Idus Decembris anno 1.

VI.

Confirmat quaſdam donationes factas Monaſterio Scorlinien. Reg. Vatic. ex libro an. 2. & 3. epiſt. 98.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex Prædeceſſorum acta confirmare debet.

§. I. RAtioni congruit, & convenit honeſtati, ut ea, quæ de benignitate Romani Pontificis proceſſerunt, licet ejus ſuperveniente obitu, litteræ Apoſtolicæ confectæ non fuerint ſuper illis, ſuum conſequantur effectum.

§. II. Olim ſiquidem pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ, & Conventus Monaſterii Scorlinien. Ordinis ſanctæ Claræ, Uratislavien. Dioec. fœl. rec. Innocentio Papæ VI. prædeceſſori noſtro expoſito, quod nobiles viri Boulko, & Henricus Duces Sletiæ pro ſalute animarum ſuarum, videlicet Bolko de Provincialis Advocariæ in Strelin. viginti, & Henricus prædictus totidem marcas argenti de emolumentis, & juribus Curiæ Villæ

ſeu

ſeu Caſtri ſui Jaoron ad ipſum pertinentes, ſingulis annis eiſdem Abbatiſſæ, & eis, quæ ei ſuccederent in eodem Monaſterio perſolvendas, perpetuo ſucceſſive donavit, prout in patentibus litteris inde confectis, Ducum prædictorum ſigillis munitis, quarum tenores dictus prædeceſſor de verbo ad verbum ſuis, ſi ſuper iis confectæ fuiſſent, litteris inſeri voluit, & etiam annotari, ac earumdem litterarum patrocinio communiri, plenius continetur, ac humiliter ſupplicato, ut donationibus hujuſmodi robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, de benignitate Apoſtolica dignaretur, dictus prædeceſſor volens, ut ea quæ pro divini cultus augumento, & animarum ſalute conceſſa extiterunt, conſiſterent perpetuo illibata, earumdem Abbatiſſæ ac Conventus ſupplicationibus inclinatus, donationes hujuſmodi Conventui, & Monaſterio prædictis factas, clauſula ipſa in dictis litteris ejuſdem Boulkonis contenta, videlicet: *eidem noſtræ germanæ Annæ contulimus, atque devovimus viginti marcarum redditus de Provinciali noſtra Advocaria in Strelin. annis ſingulis perſolvendas certis temporibus, videlicet ad quælibet quatuor tempora anni quinque marcas, juxta quod ſolutiones cenſus hujuſmodi fieri communiter eſt conſuetum, quas profecto marcas eadem noſtra germana tollet, & accipiet, & in ſuos uſus convertet ad vitæ ſuæ tempora, quæ omnium Conditor, & Redemptor faciat diuturna*, & etiam alia clauſula in eiſdem litteris dicti Henrici contenta, videlicet: *eidem noſtræ germanæ Annæ contulimus, atque donavimus viginti marcarum redditus in civitate noſtra Jaoron de exactione noſtra ſingulis annis in feſto beati Michaelis perſolven. quas profecto marcas eadem noſtra germana Anna toliet, & accipiet, & in ſuos uſus convertet ad vitæ ſuæ tempora, quæ omnium Conditor, & Redemptor faciat diuturna*, ab hujuſmodi confirmatione aliis prorſus excluſis, ratas habens & gratas, illas videlicet v. Idus Octobris, Pontificatus ſui anno viii. auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia confirmavit, & ſuarum litterarum voluit patrocinio communiri. Tenores vero dictarum litterarum collationis & donationis Ducum prædictorum, quas, ut præfertur, dictus prædeceſſor inſeri voluit, talis eſt, videlicet:

Donatio Monaſterio facta.

Quædam Inſtrumenti clauſulæ.

§. III. *In nomine Domini Amen. Quoniam naturalis dilectionis pietas fraternum movet animum, ut eam ſororem, quæ delectamentis hujus mundi renuncians Sponſa Chriſti dedicata eſt, amplioribus amoris, & fidelitatis exhibitionibus diligere oporteat merito, ac favere. Hinc eſt, quod nos Balbo Dei gratia Dux Sietiæ, & Dominus de Furſtauberth, tenore præſentium, omnibus in perpetuum cupimus fore notum, quod præhabita cum noſtris fidelibus deliberatione matura, bona atque devota voluntate, eidem noſtræ germanæ detulimus, atque donavimus viginti marcarum reditus de noſtra Provinciali Advocaria in Strelin. ſingulis annis perſolvendarum in certis temporibus, videlicet ad quælibet quatuor tempora anni quinque marcas, juxta quod ſolutionem cenſus hujuſmodi fieri communiter eſt conſuetum, quas profecto marcas eadem noſtra germana tollet & accipiet, & in ſuos uſus convertet ad vitæ ſuæ tempora, quæ omnium Conditor, & Redemptor faciat diuturna. Ne autem noſtra donatio, utpote naturali prodiens ex affectu, noſtrum meritum attenuet, ſeu minuat apud Deum, cupientes aliquid perpetuum ſeminare, quod in diem meſſionis, ſive retributionis extremæ reconditum, cum gaudio portatis manipulis, metere valeamus, ſupradictam donationem præmiſſorum redituum viginti marcarum, cæleſtium præmiorum intuitu, donatione ſincera, transferimus in Monaſterium, ac Collegium Strelinien. donantes atque appropriantes de fratris noſtri Ducis Bernhardi expreſſo conſenſu, ſupradictos viginti marcarum reditus, prælibato Strelinien. Monaſterio, poſt mortem præfatæ noſtræ germanæ, jure proprietario, non obſtantibus quibuſcumque*

Inſtrumenti ejuſdem confectio.

impedimentis perpetuo poſſidendos. In cujus rei teſtimonium præſentem paginam dedimus ſigilli noſtri munimine fideliter roboratam. Actum, & datum in Strelin. anno Domini MCCCXXIV. *in vigilia Annunciationis Virginis gloriosæ, præſentibus iis teſtibus D. Kyliano de Huglbitz, D. Hermanno de Richinbach, D. Speculo de Bezolbe, Bunado de Ulet, Joanne & Petro germano ſuo de Adchugnbach, Petro Roſeboldi cive Strelinien. & aliis fide dignis. In nomine Domini Amen. Quoniam naturalis dilectionis pietas fraternum movet animum, ut eam Sororem, quæ delectamentis hujus mundi &c.* ut paulo ſuperius: *eidem noſtræ germanæ Annæ contulimus atque donavimus viginti marcarum reditus in civitate noſtra Jaoron, de exactione noſtra ſinguli annis in feſto beati Michaelis perſolven. quas profecto marcas eadem noſtra germana tollet, & recipiet, ac in ſuos uſus convertet ad ſuæ vitæ tempora, quæ omnium Conditor & Redemptor &c.* ut ſupra in præcedenti inſtrumento uſque ad *munimine fideliter roboratam. Actum Bolen. anno Domini* MCCCXXIX. *prima Dominica poſt diem Nativitatis Mariæ Virginis gloriosæ, præſentibus teſtibus ad hæc vocatis, videlicet D. Rythſeboldo de Bobgert, D. Henric. de Waldolu Bunado, & Bumbardo fratribus de Zedlitz, Sifido Reuler. Judice Curiæ noſtræ, D. Petroldo de Zeclata Confeſſore noſtro, Petſchone de Laudiſtrone, & aliis multis fide dignis. Datum per manus Joannis de Slilvitz noſtri Protonotarii,* IV. *Idus Septembris.*

§. IV. Verum quia ipſius prædeceſſoris ſuperveniente obitu, Apoſtolicæ litteræ ſuper confirmatione hujuſmodi confectæ non fuerunt; Nos ne dicta Abbatiſſa & Conventus dictæ confirmationis fruſtrentur effectu. Volumus & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod præſentes litteræ ad probandum plene confirmationem ſupradictam ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo &c.

Datum Avenione VI. Idus Novembris anno I. &c.

VII.

Ut promoveatur ad Lecturam & Magiſterium frater Dionyſius Foullechat. Ibidem epiſt. 270.

Dilecto filio Cancellario Eccleſiæ Pariſien. ſalutem.

§. I. VIri ſacræ lectionis ſtudio dediti, & in lege Dei eruditi, ſub Religionis habitu Domino famulantes, favoris Apoſtolici gratiam promerentur; eoque benignius decet honeſtis eorum deſideriis annui, quo ex eorum profectibus major poteſt in Dei Eccleſia utilitas provenire.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis pro parte dilecti filii Joannis de Sparnaco, Cuſtodis Fratrum Minorum Ordinis Remhen. petitio continebat, quod licet ipſe, qui in Remhen. ſtudio, quod in ſacra Theologia ſolemne poſt Pariſien. ſtudium reputatur, principalis Sententiarum & Bibliæ Lector, per ſex continuos annos fuit ad legendum ſententias in dicto Pariſien. ſtudio, pro primo curſu debito Provinciæ Franciæ, de qua fore dignoſcitur, per dilectos filios Capitulum Provinciale Fratrum dicti Ordinis ejuſdem Provinciæ Franciæ, juxta ipſius Ordinis morem, nuper electus, & per dilectum filium Miniſtrum Generalem dicti Ordinis approbatus & confirmatus extiterit. Tamen, quia dilectus filius Dionyſius Foullechat dicti Ordinis Profeſſor, qui ſententias ipſas, quæ ordinarie leguntur in hyeme, primo loco, & curſu, & ante omnes eorumdem Ordinis & Provinciæ Fratres legere poſſit, a Sede Apoſtolica, ut dicitur, litteras impetravit, præfatus Joannes in lectura hujuſmodi, ad quam electus, ut præmittitur, extitit, & aliis quæ inde

juxta

juxta dictorum ſtudii & Ordinis conſtitutiones ſequi conſueverunt, impeditur. Quare pro ipſius Joannis parte, fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut providere ſibi ſuper iis, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. III. Nos itaque præmiſſis, necnon laudabili teſtimonio, quod de ipſius Joannis magna ſcientia, & honeſtate morum & vitæ, aliiſque virtutum meritis, apud nos a fide digno multipliciter perhibetur, benigne penſatis; volentes eum propterea favoribus proſequi gratioſis, ipſius Joannis in hac parte ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi ita eſt, eumdem Joannem ad legendum dictas ſententias in ipſo Pariſien. ſtudio, in proximo æſtatis ſeu vacationis tempore, recipias & admittas; ipſumque omnibus libertatibus & gratiis in dicto Pariſien. ſtudio dictas ſententias in hyeme legentibus, conceſſis, facias, ſine difficultate gaudere. Et demum poſt lecturam hujuſmodi, eum ad magiſterium in facultate prædicta, ſi ad hoc per examinationem tuam, & aliorum Magiſtrorum dicti ſtudii reperiatur idoneus, ſervatis ſolemnitatibus conſuetis, provide promoveas, ac ſi hyemali tempore, & debitis, curſu, & ordine ſententias legiſſet eaſdem; ſtatutis & conſuetudinibus ſtudii & Ordinis prædictorum contrariis non obſtantibus quibuſcumque.

Datum Avenione XVII. Kal. Januarii, anno 1.

Anno Christi 1363. Urbani V. anno 1. & 2.

VIII.

Fit familiaris Pontificis. Ex lib. ſecret. fol. 92.

Dilecto filio Petro de Fano Ordinis Fratrum Minorum Converſo familiari noſtro, ſalutem.

VIrtutibus clarens, & Religionis meritis, ſicut famæ laudabilis teſtimonio commendaris, illam in noſtro & Apoſtolicæ Sedis conſpectu gratiam meruiſti &c. pleniorem gratiam invitemur. Nulli ergo &c. *Vt in Conſt. 40. Innoc. VI.*

Datum Avenione V. Idus Februarii, anno 1.

IX.

Conceditur licentia ædificandi Monaſterium Clariſſarum Patavien. Ibidem epiſt. 307.

Dilecto filio nobili viro Rodulpho Duci Auſtriæ.

§. I. IIs, quæ animarum ſalutem, & divini cultus augmentum reſpiciunt, libenter Apoſtolici favoris præſidium impertimur. Sane porrectæ nobis pro parte tua petitionis ſeries continebat, quod tu de ſalute propria cogitans, cupienſque terrena in cœleſtia, & tranſitoria in æterna fœlici commercio commutare, ad laudem Omnipotentis Dei, & divini cultus augmentum, tuæque, & progenitorum tuorum animarum ſalutem, unum Monaſterium Monialium Ordinis ſanctæ Claræ extra muros tui Oppidi Viennen. prope ſanctum Theobaldum, Patavien. Diœc. in loco ad hoc congruo & honeſto, cum Eccleſia, cœmeterio, domibus, campanili, campana, & aliis neceſſariis officinis fundare, conſtruere, & ædificare, ac de bonis propriis a Deo tibi collatis pro ſuſtentatione Abbatiſſæ, & viginti Monialium, ſeu Sororum inibi ponendarum, ſufficienter dotare proponis. Quare nobis pro parte tua extitit humiliter ſupplicatum, ut præmiſſa faciendi tibi licentiam concedere dignaremur.

§. II. Nos

§. II. Nos itaque volentes te in hujuſmodi propoſito, quod gratum Altiſſimo reputamus confovere, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, devotioni tuæ ſundandi, conſtruendi, & ædificandi dictum Monaſterium cum Eccleſia, cœmeterio, domibus, campanili, campana, & aliis officinis prædictis extra dictos muros, prope dictum Oppidum, in loco prædicto, dote hujuſmodi eidem Monaſterio primitus aſſignata, Diœceſani loci & cujuslibet alterius licentia minime requiſita: jure tamen parochialis Eccleſiæ &c. plenam & liberam, tenore præſentium, auctoritate Apoſtolica licentiam elargimur. Et nihilominus quod Abbatiſſa & Moniales prædictæ, ac perſonæ dicti Monaſterii, & ipſum Monaſterium, poſtquam ſundatum, conſtructum, & dotatum ſuerit, ut præfertur, gaudeant omnibus privilegiis, libertatibus, exemptionibus, indulgentiis & gratiis, quibus gaudent alia Monaſteria, & perſonæ Ordinis memorati, de gratia concedimus ampliori. Nulli ergo &c. noſtræ largitionis & conceſſionis infringere &c.

Datum Avenione XVI. Kal. Martii, anno 1.

X.

Ut intra civitatem Nivernen. ædificetur Conventus Minorum. Ibid. epiſt. 26.

Venerabili fratri Epiſcopo Nivernen.

§. I. IN iis, quæ ad perſeverantiam divini ſervitii opportuna ſore cognoſcimus, quantum cum Deo poſſumus, nos favorabiles reddimus & benignos. Sane petitio pro parte dilectorum filiorum Guardiani, & Fratrum Ordinis Minorum nobis nuper exhibita continebat, quod olim locus eorumdem Ordinis, qui extra civitatem Nivernen. exiſtebat, propter guerrarum motiones in illis partibus notorie ingruentes, totaliter deſtructus fuit: quodque dilectus filius nobilis vir Ludovicus Comes Flandriæ, Dominus temporalis dictæ Civitatis Nivernen. ipſis Guardiano & Fratribus intra dictam Civitatem quemdam locum, in quo pro uſu & habitatione dicti Guardianus & Fratres alium locum de novo conſtrui fecerunt, donavit. Quare pro parte Guardiani & Fratrum prædictorum nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut eis, quod hujuſmodi locum, ipſis, ut præfertur, donatum recipere, & in eo Eccleſiam, ſeu oratorium cum cœmeterio, campanili, campana, domibus, & aliis neceſſariis officinis conſtruere & ædificare, dictumque locum antiquum alienare, ac pretium, & quidquid inde reciperent, in conſtructionem ipſius novi loci convertere valeant, concedere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. II. Nos igitur ipſorum Guardiani, & Fratrum in hac parte ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ, de qua in iis, & aliis, in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi tibi videatur, quod præmiſſa ſine præjudicio Eccleſiarum ejuſdem Civitatis Nivernen. fieri poſſint; & ad id dilectorum filiorum Communitatis dictæ Civitatis accedat aſſenſus, eiſdem Guardiano & Fratribus recipiendi dictum locum ſic donatum, dummodo ad hoc ſit congruus, & honeſtus, & in eodem loco, ut præfertur, donato, ædifican. & conſtruen. Eccleſiam, ſeu oratorium cum cœmeterio, campanili, campana, domibus, & aliis neceſſariis officinis prædictis, ſœl. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri prohibente &c. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Datum Avenione XIV. Kal. Martii, anno 1.

XI. *Ut*

XI.

Ut Monaſterium Podutentanum Clariſſarum gaudeat privilegiis Ordini ſanctæ Clarę conceſſis. Ibidem epiſt. 352.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii loci Podutentani, Ordinis ſanctæ Clarę, Urgellen. Diœceſ.

PIa deſideria devotorum, & præſertim ſub regulari habitu virtutum Domino famulantium, favore benigno proſequi cupientes, eis affectione paterna in iis libenter annuimus, per quæ ipſius pacis & quietis commodum valeant promereri. Sane petitio pro parte veſtra nobis nuper porrecta continebat, quod vos, jam ſunt tres anni elapſi ..... & conſenſu, & beneplacito bonæ memoriæ Hugonis Epiſcopi Urgellen. unum Monaſterium in loco Podutentani Ordinis ſanctæ Claræ Urgellen. Diœceſ. fundare & conſtruere incœpiſtis. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, ut vos, & dictum veſtrum Monaſterium omnibus privilegiis Apoſtolicis, immunitatibus, & libertatibus gaudere, & uti poſſitis, quibus Ordo præfatus, & alia Monaſteria dicti Ordinis ſanctæ Claræ gaudent, & utuntur, Apoſtolica auctoritate, vobis, tenore præſentium concedimus de gratia ſpeciali. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c.

Datum Avenione III. Idus Martii, anno 1.

XII.

Ut conferat gradum Magiſterii fratri Montelino de Croca Miniſtro Provinciæ. Ibid. epiſt. 185.

Dilecto filio Franciſco de Cardiliaco Ordinis Fratrum Minorum in ſacra Pagina Magiſtro, in loco Fratrum dicti Ordinis Avenionen. in eadem Pagina Regenti.

VIri ſacræ lectionis ſtudio dediti & in lege Domini eruditi, ſub Religionis habitu Domino militantes, favoris Apoſtolici gratiam promerentur, eoque benignius decet honeſtis eorum deſideriis annui, quo ex eorum profectibus major poteſt in Eccleſia Domini utilitas provenire. Cum itaque, ſicut accepimus, dilectus filius Montolinus de Croca de Aquis, Miniſter Provincialis Fratrum Ordinis Minorum in Provincia Provinciæ, ſecundum dicti Ordinis morem, apud nos de Religionis zelo, litterarum ſcientia, ac aliis multiplicium virtutum meritis fide dignorum teſtimonio commendatus, multis annis in quampluribus Civitatibus legerit Theologicam facultatem, & ſex annis in Maſſilia, Avenionen. & in Montepeſſulano, Magalonen. Diœc. per ſex annos & alibi, in ipſa Theologica facultate adeo, divina gratia favente, profecerit, quod digne meretur in dicta Pagina honorem recipere Magiſtralem, fuit pro ipſius Montelini parte humiliter ſupplicatum, ut ipſum ad honorem dicti Magiſterii promoveri, de benignitate Apoſtolica mandaremus. Nos igitur de ſufficientia & idoneitate ipſius Montelini ad hoc notitiam non habentes, diſcretioni tuæ, de qua in Domino fiduciam gerimus ſpecialem, eidem Montelino, ſi per tuam, & aliorum Magiſtrorum facultatis prædictæ, in civitate Avenionen. exiſtentium, diligentem examinationem, ipſum ad hoc ſufficientem & idoneum eſſe repereris, Magiſtralem honorem, & docendi licentiam, ſervatis conſuetudinibus Viennen. Concilii, & aliis ſolemnitatibus in talibus conſuetis, & ut ipſe intra ipſum

Ordi-

Ordinem, & extra, quibuſcumque gratiis, privilegiis, libertatibus, indulgentiis tam a Sede Apoſtolica, quam a prædicto Ordine, Fratribus ejuſdem Ordinis in eadem Theologia Pariſiis Magiſtratis, conceſſis, uti, & gaudere valeat; ac ſi in Pariſien. ſtudio hujuſmodi Magiſterium recepiſſet, auctoritate Apoſtolica concedendi. Non obſtan. quibuſcumque &c. plenam & liberam concedimus, tenore præſentium, facultatem.

Datum Avenione III. Kal. Aprilis, anno 1.

XIII.

Ut duos Fratres in ſuo poſſit habere conſortio. Ibid. epiſt. 324.

Venerabili fratri Manfredo Epiſcopo Chien.

EXimiæ devotionis ſinceritas, quam ad nos & Romanam geris Eccleſiam, promeretur, ut in iis quæ tibi, & Eccleſiæ tuæ poſſunt eſſe commoda, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Tuis itaque ſupplicationibus inclinati, ut tu duos Fratres Ordinis Minorum Profeſſores, cujus Profeſſor exiſtis, quos ad hoc duxeris eligendos, in ſocietatem tuam aſſumere, tecumque habere, & pro tuis, & Eccleſiæ tuæ utilitatibus, ſeu negotiis, quoties id expedire tibi videbitur, ad loca non prohibita deſtinare, cujuſcumque licentia per te, vel Fratres ipſos minime requiſita. Non obſtan. quibuſcumque &c. Nulli ergo &c.

Datum Avenioni Kal. Aprilis, anno 1.

XIV.

Ut poſſint ſuum Monaſterium transferre intra Civitatem. Ibid. epiſt. 372.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ Maſſilien.

§. I. INter ceteras ſollicitudinis noſtræ curas, illud cordi noſtro potiſſime inſidet, ut perſonæ eccleſiaſticæ, & præſertim regulares, quæ, mundanis illecebris relegatis, ſe divinis obſequiis voluntarie dedicarunt, cultum divinum, ad quem ſunt ſpecialiter deputatæ, liberis & quietis mentibus exequantur.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis veſtra petitio continebat, quod dudum vos propter metum armigerarum gentium, ſocietatis iniquæ, molientium civitatem Maſſilien. ſibi tyrannica rabie ſubjugare, de veſtro Monaſterio ſanctæ Claræ, quod extra mœnia Civitatis ejuſdem ſatis ſolemne, cum Eccleſia habebatis, recedentes pro veſtra tuitione, veſtrique pudoris contaminatione vitanda, infra dictam Civitatem vos reduxiſtis, præfatumque veſtrum Monaſterium datum fuit in ruinam. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, ut aliud Monaſterium infra Civitatem eamdem conſtruendi, & conſtrui faciendi, cum Eccleſia, cœmiterio, & aliis neceſſaris officinis, licentiam vobis concedere dignaremur.

§. III. Nos igitur veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, locum aliquem honeſtum & idoneum ad hoc, ſi vobis pia largitione fidelium concedatur, aut alias per vos juſto titulo acquiratur, infra mœnia Civitatis prædictæ recipiendi & habendi, ac in illo Monaſterium cum Eccleſia, & cœmeterio, & aliis neceſſariis officinis conſtruendi, & conſtrui faciendi, illudque inhabitandi, & perpetuo retinendi; jure tamen Parochialis &c. cujuslibet &c. ſalvo, plenam & liberam vobis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſen-

ſentium, licentiam elargimur. Proviſo quod locus, in quo dictum Monaſterium exiſtebat, ad profanos uſus ut hæreditas minime transferatur. Vobis nihilominus concedentes, quod vos, & aliæ Moniales Ordinis ſanctæ Claræ, quæ in dicto Monaſterio de novo conſtruendo pro tempore fuerint, gaudeatis omnibus & ſingulis privilegiis, gratiis, & libertatibus, quibus vos aliæque Moniales quæ in dicto veſtro Monaſterio diruto fuerunt pro tempore, hactenus gaudebatis. Nulli ergo &c.

Datum Avenione tv. Idus Maii, anno 1.

XV.

Conceditur Indulgentia viſitantibus Eccleſiam Minorum Fanen. Ibid. ep. 216.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis.

SPlendor paternæ gloriæ, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementia ipſius ſperantium, tunc præcipue benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas Sanctorum precibus & meritis adjuvatur. Cupientes igitur, ut Eccleſia Fratrum Ordinis Minorum Fanen. congruis honoribus frequentetur, & ut Chriſti fideles eo libentius cauſa devotionis confluant ad eamdem, quo ibidem uberius dono cœleſtis gratiæ conſpexerint ſe refectos; de Omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Apoſtolorum ejus Petri & Pauli auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in Nativitatis, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pentecoſtes, necnon in quatuor principalibus beatæ Mariæ Virginis, Paraſceves, ſanctæ Crucis, ſancti Franciſci, ſancti Antonii, ſancti Ludovici Epiſcopi & Confeſſoris, ac ſanctæ Claræ feſtivitatibus, præfatam Eccleſiam devote viſitaverint, annuatim unum annum & quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis, ſingulis videlicet feſtivitatum ipſarum diebus, quibus Eccleſiam ipſam viſitarint, ut præfertur, miſericorditer relaxamus; præſentibus poſt decennium minime valituris.

Datum Avenione xvtii. Kalendas Julii, anno 1.

XVI.

Ut reſtituantur fratri Petro Fanen. Pontificio Vicario in urbe Smyrnarum, bona ablata. Ibid. epiſt. 656.

Venerabilibus fratribus, Collocen. & Smyrnen. Archiepiſcopis, ac Epiſcopo Chien.

§. 1. QUerelam dilecti filii Petri de Fano Ordinis Fratrum Minorum Profeſſoris accepimus, continentem, quod dum ipſe olim Vicariatus officio pro ſancta Romana Eccleſia, per fœl. rec. Clementem VI. & Innocentium VI. Romanos Pontifices, prædeceſſores noſtros, quorum familiaris erat, dum agerent in humanis, ſucceſſive ſibi commiſſo in civitate Smyrnen. ubi præcipue receptatio fidelium in partibus illis viget, eidem uſque ad Apoſtolicæ Sedis beneplacitum, exercendo ad profectum & tuitionem fidei Orthodoxæ, repreſſionemque infidelium, utiliter fungeretur, illudque attenta ſolertia exerceret: quidam iniquitatis filii, concitata ſeditione intra dictæ mœnia Civitatis, domos habitationum dicti Petri, & ſtipendiariorum ad commiſſi ſibi executionem officii deputatorum, ibidem ſituatas, impetuoſe ac hoſtiliter invadentes, effractis clauſuris, bladum, vinum, & alia victualia; necnon lectos, veſtes, utenſilia, armaque, & non-

Petrus Fanenſis cóqueritur apud Pontificem.

Hoſtilia perpetrata recenſentur.

nonnulla alia bona, tam ad Petrum, quam ad ſtipendiarios prædictos pertinentia, nequiter inde rapuerunt, aſportarunt, dictoſque Petrum & ſtipendiarios rebus & bonis hujuſmodi ad ſe pertinentibus ſpoliatos, injuriis affecerunt, & Civitatem præfatam multis minis & terroribus, quæ in conſtantem cadere poterant, egredi compulerunt, in gravem Dei & Apoſtolicæ Sedis contemptum & offenſam, ac in enorme periculum perditionis Civitatis prædictæ, ipſorumque ſpoliatorum non modicum præjudicium & gravamen.

Vult Pontifex de remedio providere.

§. II. Volentes igitur Petro, & ſtipendiariis prædictis, ne ex ſervitiis Eccleſiæ præfatæ fideliter per eos impenſis, ex quibus præmia promerentur, detrimenta ſuſtineant, de opportuno remedio providere, Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, per vos, ſeu alium, vel alios, omnes occultos detentores hujuſmodi rerum & bonorum, ex parte noſtra publice in Eccleſiis coram populo moneatis, ut infra certum terminum competentem præfigendum eiſdem, hujuſmodi res & bona ..... præfatis Petro & ſtipendiariis reſtituant & revelent, ac de iis plenam ſatisfactionem impendant; & ſi hoc non impleverint, infra alium terminum competentem, eis ad hoc peremptorie præfigendum, ex tunc in eos proferatis excommunicationis ſententiam generalem. Et nihilominus ſine ſtrepitu & figura judicii, vos de iis diligentius informantes, omnes & ſingulos, quos vobis conſtiterit hujuſmodi ſpoliationem commiſiſſe, etiam pro quacumque parte dictorum bonorum, vel eam committi mandaſſe, vel res & bona ipſius, vel de ipſis aliqua occupaſſe, vel occupare, ſeu detinuiſſe, vel detinere, ſuo, aut aliorum nomine, nominatim, auctoritate noſtra, monere curetis, ut infra certum competentem terminum dictis Petro & ſtipendiariis, res & bona præfata reſtituant: alioquin ex tunc in omnes & ſingulos monitioni hujuſmodi non parentes, nominatim, auctoritate prædicta, excommunicationis ſententiam proferatis, & tam dictos in quos generaliter, quam alios prædictos, in quos nominatim hujuſmodi excommunicationis ſententiam duxeritis promulgandam, ubi, & quando vobis expedire videbitur, excommunicatos publice nuntiari, & ab omnibus arctius evitari faciatis, donec ſuper præmiſſis ſatisfecerint competenter, & abſolutionis beneficium meruerint obtinere. Non obſtan. tam ſœlicis recordationis Bonifacii VIII. prædeceſſoris noſtri, in quibus cavetur ne quis extra ſuam civitatem & diœceſim &c. Contradictores per cenſuram &c. appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Delegantur ad eauſam Epiſcopi.

Datum Avenione XVI. Kalendas Julii anno I.

XVII.

Ut reædificent Monaſterium ſuum intra muros Civitatis Biterren. Ibidem, epiſt. 427.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ in ſuburbiis Biterren. Ordinis ejuſdem Sanctæ.

Ut in Conſtit. 5. hujus Pontif.

§. I. Sacræ veſtræ Religionis in qua &c. favorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem nobis pro parte veſtra petitio continebat, quod Monaſterium veſtrum, quod in loco ſorti, multum bene ædificatum & conſtructum exiſtit, frequenter ſubjacuerit; & ad præſens evidenter ſubjacet periculo incurſuum patriam invadentium hoſtilium perſonarum: propter quod jam per ſeptennium, vel circiter pro magna parte temporis vos oportuit extra ipſum Monaſterium commorari; dilectique filii Cives Civitatis Biterren. ex præmiſſis, etiam ſibi, & Civitati prædictæ periculum metuentes,

tes, vobis ſæpius ſuaſerunt, ut præfatum deſtruere, & aliud de novo infra Civitatem ipſam Monaſterium conſtruere curaretis. Quare pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut vobis pro loco dicti antiqui veſtri Monaſterii, aliud Monaſterium infra muros prædictos fundare, & conſtruere, & conſtructum recipere, & perpetuo retinere poſſitis, licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. II. Nos itaque hujuſmodi veſtris ſupplicationis inclinati, vobis fundandi & conſtruendi loco dicti antiqui veſtri Monaſterii, infra muros prædictos alium Monaſterium, in loco tamen ad hoc congruo & honeſto, qui vobis pia largitione fidelium tradatur, aut per vos alio juſto titulo acquiratur, cum Eccleſia &c. & aliis neceſſariis officinis, illudque perpetuo retinendi, quibuſcumque conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis nequaquam obſtan, dummodo venerabilis fratris noſtri Epiſcopi, & dilectorum filiorum Capituli Biterren. ac Conſulum Civitatis prædictæ ad id accedat aſſenſus: jure Parochialis &c. ſemper ſalvo, plenam & liberam, auctoritate Apoſtolica, licentiam elargimur. Proviſo quod Eccleſia ſeu Oratorium, & cœmeterium dicti veſtri antiqui Monaſterii ad profanos uſus, velut hæreditas minime transferatur, & quod in ipſa Eccleſia per aliquem Presbyterum idoneum deſerviatur perpetuo laudabiliter in divinis. Et nihilominus vobis, tenore præſentium, concedimus, quod vos in prædicto novo Monaſterio, cum conſtructum fuerit, & in eo habitaveritis, gaudeatis omnibus indulgentiis, privilegiis, gratiis, libertatibus, & exemptionibus, quibus antea in dicto Monaſterio gaudebatis. Nulli ergo &c.

Datum Avenione XVIII. Kalendas Septembris anno 1.

XVIII.

Ut poſſint admittere tres Conventus. Ibid. epiſt. 109.

Dilectis filiis Miniſtro Provinciali & Fratribus Ordinis Provinciæ Calabriæ, ſecundum morem dicti Ordinis, ſalutem.

§. I. Inter Eccleſiaſticos Ordines in domo Domini militantes, illud ex benedictione cœleſti Ordini veſtro, & vobis ad laudes ſpeciales adſcribitur, & rerum efficax magiſtra experientia teſtatur, quod ubique locorum, in quibus degitis, fideles populos ad ſalutis gratiam evocatis, proficientes vobis per vitæ meritum, & aliis per exemplum. Cum itaque, ſicut exhibita nobis pro parte veſtra petitio continebat, in terra Ipſigro, ac Burelli, & ſancti Lucidi, caſtris, Biraticen. Militen. & Cuſentin. diœceſis, ac etiam in aliis locis, eiſdem terræ, & caſtris per decem leucas & ultra propinquis, nullus locus, ſeu Conventus Fratrum Mendicantium exiſtat, licet ibi tres valde neceſſarii pro prædicatione verbi Dei, & doctrinæ Catholicæ, ac Chriſtianæ fidei forent, cum inibi per Fratricellos, & Græcos aliquos contra fidem Catholicam ſint errores varii ſeminati, pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut vobis recipiendi & ædificandi tria loca in prædictis terra, & caſtris, quemlibet videlicet dictorum locorum cum Eccleſia, ſeu oratorio, cœmeterio, campanili, campana, & aliis neceſſariis officinis, pro uſu & habitatione Fratrum veſtri Ordinis, auctoritate Apoſtolica licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§ II. Nos itaque eariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Joannæ Reginæ Hieruſalem, & Siciliæ illuſtris, nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, & veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, recipiendi & ædificandi hujuſmodi tria loca in dictis terra & caſtris, unum videlicet in quolibet eorum, in locis ta-

men ad hoc congruis & honeſtis, ſi vobis pia largitione fidelium concedantur, aut alias juſto titulo acquirantur, pro uſu & habitatione prædictis, cum Eccleſia, ſeu oratorio, cœmeterio, campanili, campana, & aliis neceſſariis officinis, dummodo in quolibet loco prædictorum duodecim Fratres veſtri Ordinis præfati pro tempore moraturi honeſte & congrue valeant ſuſtentari: jure tamen Parochialium Eccleſiarum &c. conſtitutione fœl. recor. Bonifacii PapæVIII. prædeceſſoris noſtri prohibente, ne Religioſi Ordinis Mendicantium loca de novo &c. Nulli ergo &c.

Datum Aveniune v. Kalendas Septembris anno 1.

XIX.

Ut fideles adjuvent ſtructuram Conventus de Aleto. Ibid. epiſt. 497.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis.

Vid. Conſtit. 56. Innocent. VI.

Eccleſiarum & aliorum piorum locorum fabricis manum porrigere adjutricem, pium apud Deum & meritorium reputantes, frequenter Chriſti fideles ad impendendum Eccleſiis & locis ipſis auxilium, noſtris litteris exhortamur. Cum itaque, ſicut accepimus, locus Fratrum Ordinis Minorum de Aleto, Nemauſen. diœceſis, dudum propter guerrarum turbines, quæ in illis partibus viguerunt, diſſipatus fuerit & deſtructus; & ad reparationem ejuſdem loci eleemoſynæ fidelium ſint plurimum opportunæ: Univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attente, vobis in remiſſionem peccaminum injungentes, quatenus de bonis vobis a Deo collatis; ad reparationem hujuſmodi, pias eleemoſynas, & grata caritatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionem veſtram hujuſmodi locus prædictis Fratribus reparari valeat, voſque per hoc, & alia bona quæ, Domino inſpirante, feceritis, ad æternæ poſſitis fœlicitatis gaudia pervenire. Nos. enim &c.

Datum Avenione Nonis Septembris anno 1.

XX.

Ut admittatur ad actus Magiſtrales in Univerſitate Pariſienſi Guillelmus de Prato. Ibid. epiſt. 89.

Cancellario Eccleſiæ Pariſien.

Vid. Conſtit. 33. Innocent. VI.

Religionis zelus, litterarum ſcientia, vitæ ac morum honeſtas &c. ſuper quibus apud nos dilectus filius Guillelmus de Prato Ordinis Fratrum Minorum Profeſſor, & in ſacra Theologia Magiſter fide dignorum commendatur teſtimonio, nos inducunt, ut ipſum Apoſtolicis gratiis & favoribus proſequamur. Cum itaque, ſicut accepimus, dictus Guillelmus, qui, ut aſſerit, de civitate Pariſien. traxit originem, & in univerſitate ſtudii Oxonien. Cantuarien. diœceſis multis annis ſtuduit, & legit in Theologica facultate; & demum ibidem in ipſa facultate docendi licentiam, & Magiſterii ſuſcepit honorem; cupiat in Univerſitate Pariſien. ſtudii eamdem legere facultatem, & patriæ ſuæ impendere, quod alibi ſtudioſis laboribus acquiſivit. Nos hujuſmodi ejus deſiderium æquum, & laudabile reputantes, ſuiſque in hac parte ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eumdem Guillelmum ad legendum, determinandum, diſputandum, & ceteros actus Magiſtrales exercendum in facultate & univerſitate ipſius Pariſien. ſtudii ſupraſcriptis, proinde

inde etiam auctoritate noſtra libere admittas, & ab aliis admitti facias, ac ſi in ipſa Univerſitate Pariſien. ſtudii Magiſtratus fuiſſet, eumque Univerſitati & conſortio Magiſtrorum facultatis, & univerſitatis earumdem aggreges, & facias aggregari &c.

Datum Avenione xv. Kalendas Decembris anno 11.

XXI.

Ut Minores miniſtrent Sacramenta peregrinis Hoſpitalis Hieroſolymitani. Ibid. epiſt. 112.

Ad perpetuam rei memoriam.

Piis devotorum deſideriis, illis præſertim, quæ ſalutem reſpiciunt fidelium animarum, gratum nos decet præbere aſſenſum. Cum itaque, ſicut accepimus, dilecta in Chriſto filia Sophia Philippi mulier Florentina zelo devotionis accenſa, ad laudem Dei, & pro animæ ſuæ ſalute, de licentia Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, in monte Sion prope Hieruſalem, unum Hoſpitale pauperum, in quo Chriſtiani peregrini recipiantur, conſtrui fecerit, opere non modicum ſumptuoſo. Nos volentes Hoſpitale ipſum munere proſequi gratiæ ſpecialis, & fidelibus in eodem Hoſpitali, qui in dicto Hoſpitali morabuntur pro tempore, nos exhibere in ſpiritualium largitione munerum liberales; ut Fratres Ordinis Minorum in Presbyteratus Ordine conſtituti, qui in loco ſeu Conventu dicti montis Sion erunt pro tempore, omnibus Chriſti fidelibus, qui in dicto Hoſpitali pro tempore morabuntur, quoties expedierit, pœnitentiæ & Euchariſtiæ, & alia Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare valeant, abſque cujuſcumque præjudicio, conſtitutionibus quibuſcumque contrariis nequaquam obſtan. eiſdem Fratribus, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium indulgemus. Nulli ergo &c.

Datum Avenion. Idibus Decembris anno 11.

Anno Christi 1364. Urbani V. anno 2. & 3.

XXII.

Ut conſtruere poſſit Monaſterium Clariſſarum. Reg. Vatic. epiſt. 194.

Dilecto filio nobili viro Leonello ſecundogenito cariſſimi in Chriſto filii noſtri Eduardi Regis Angliæ Illuſtris, Duci Clarentiæ.

§. I. Tuæ nobilitatis & devotionis merita, quibus in ſinceritate mentis & fidei æterno Regi placere deſideras, non immerito promerentur, ut tuis deſideriis, illis præſertim, quæ divini cultus augmentum, & tuæ ſalutem animæ reſpicere dignoſcuntur, opportunis favoribus annuamus.

§ II. Ex tenore ſiquidem petitionis tuæ nobis nuper oblatæ percepimus, quod tu piæ devotionis & ſinceritatis fervore ſuccenſus, ac de ſalute propria cogitans, cupienſque terrena &c. commutare; ob præcipuæ devotionis fervorem, & ſinceræ dilectionis affectum, quem ad Ordinem ſanctæ Claræ, quem continuum ſuſcipere deſideras incrementum; & ad perſonas ejuſdem Ordinis geſſiſti hactenus, & etiam adhuc geris, unum Monaſterium in Manerio tuo de Bruſud, Norwicen. diœceſis, in loco ad hoc congruo & honeſto, cum Eccleſia, cœmeterio, campanili, campana, domibus, & aliis neceſſariis officinis, fundare, & facere conſtrui, ac de bonis tuis propriis pro ſuſtentatione tredecim, aut plurium Monialium ejuſdem Ordinis ſanctæ Clarae

ræ inibi collocandarum, quarum una erit Abbatiſſa, ſufficienter dotare proponis. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut faciendi præmiſſa tibi licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. III. Nos itaque cariſſimi in Chriſto filii noſtri Joannis Regis Francorum illuſtris, nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, ac tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, fundandi ac conſtrui faciendi prædictum Monaſterium, cum Eccleſia &c. & aliis neceſſariis officinis in Manerio prædicto, in eodem loco, ut præmittitur, dote ſufficienti pro præmiſſis omnibus per te primitus aſſignata, ac jure Parochialis &c. ſemper ſalvo, plenam & liberam devotioni tuæ, tenore præſentium, licentiam elargimur. Et nihilominus quod præfatum Monaſterium poſtquam fundatum, dotatum, & conſtructum fuerit, ut præfertur, ac Abbatiſſa & Moniales dum inibi collocatæ fuerint, gaudeant omnibus privilegiis, exemptionibus, & immunitatibus, quibus gaudent alia Monaſteria & perſonæ Ordinis memorati, de gratia concedimus ampliori. Nulli ergo &c.

Datum Avenione tit. Idus Aprilis anno tr.

XXIII.

Ut ad Monaſterium Bruſuden. transferat aliquas primæ diſciplinæ Magiſtras. Ibid. epiſt. 193.

Dilecto filio Miniſtro Provinciali Ordinis Fratrum Minorum Provinciæ Angliæ, ſecundum morem dicti Ordinis.

Iis, quæ divini cultus reſpiciunt augmentum, libenter Apoſtolici favoris præſidium impertimur. Cum itaque hodie dilecto filio nobili viro Leonello ſecundogenito cariſſimi in Chriſto filii noſtri Eduardi Regis Angliæ Illuſtris, Duci Clarentiæ, fundandi, & conſtrui faciendi in Manerio ſuo de Bruſud, Norwicen. Diœc. in loco ad hoc congruo & honeſto, unum Monaſterium Ordinis ſanctæ Claræ, dote ſufficienti pro tredecim aut pluribus Monialibus, quarum una erit Abbatiſſa, inibi collocandis, primitus aſſignata, per noſtras litteras licentiam duxerimus concedendam. Nos ad ea, per quæ Monaſterium ipſum, dum conſtructum & dotatum fuerit, ut præfertur, in divinis ſervitiis valeat decorari, libenter intendentes, cariſſimi in Chriſto filii noſtri Joannis Regis Francorum illuſtris, nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, ac ipſius Leonelli in hac parte ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de Deneyo ejuſdem Ordinis, Elien. Diœc. aut de alio, ſeu aliis Monaſteriis dicti Ordinis, de quibus tibi videbitur, tredecim Moniales idoneas, dictum Ordinem ſanctæ Claræ profeſſas, ad præfatum Monaſterium de novo conſtruendum, poſtquam fundatum, dotatum, & extructum fuerit, ut præfertur, per te, vel alium, ſeu alios, auctoritate Apoſtolica, transferas, eaſque ibi colloces, & facias ſincera in Domino caritate tractari: contradictores, auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; non obſtan. quibuſcumque conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon privilegiis, & ſtatutis, ac conſuetudinibus Monaſteriorum, de quibus dictas Moniales duxeris transferendas, ac Ordinis ſanctæ Claræ prædictorum contrariis &c.

Datum Avenione ttt. Idus Aprilis anno 11.

XXIV.

XXIV.

Ut ad Ordinem ſanctæ Claræ poſſit tranſire. Ibid. epiſt. 192.

Dilectæ in Chriſto filiæ Matildi de Lancaſtria Canonicæ Monaſterii de Campeſſe, Norwicen. Diœceſ. Ordinis ſancti Auguſtini.

§. I. Religionis zelus, vitæ ac morum honeſtas, aliaque merita probitatis, ſuper quibus apud nos fide digno commendaris teſtimonio, nos inducunt, ut te favore Apoſtolico proſequamur.

§. II. Sane petitio pro parte tua nobis nuper exhibita continebat, quod olim tu, quæ dum in annis puerilibus eras coofituta, Ordinem ſanctæ Claræ ingredi propoſueras, poſt obitum quondam Rodulfi Dufforde militis, tu quæ poſt hujuſmodi propoſitum matrimonio fueras copulata, Monaſterium de Campeſſe Norwiceo. Ordiois ſancti Auguſtini intraſti, & inibi profeſſionem emiſiſti regularem, ac deinde nonnullorum nobilium, & aliorum ad dictum Monaſterium venientium volens declinare frequeotiam, in quodam loco dicti Monaſterii te includi feciſti.

§. III. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, tu ad frugem melioris vitæ aſpirans, ad dictum Ordioem ſanctæ Claræ deſideres te transferre, nobis humiliter ſupplicaſti, ut pro conſcientiæ tuæ pace, providere tibi ſuper hoc, de benignitate Apoſtolica, dignaremur. Nos itaque cariſſimi in Chriſto filii noſtri Joannis Regis Francorum illuſtris, nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, ac tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut tu de dicto Ordine ſancti Auguſtini, ad præfatum Ordinem ſanctæ Claræ libere & licite tranſire valeas: & nihilominus, ſi Miniſtro Ordinis Fratrum Minorum Provinciæ Angliæ, ſecundum morem dicti Ordinis videatur, infra probationis annum, dictum Ordinem ſanctæ Claræ profiteri poſſis, quibuſcumque conſtitutionibus Apoſtolicis, ac privilegiis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus dictorum Ordinum contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, nequaquam obſtan. tibi degratia concedimus ſpeciali. Nulli ergo &c.

Datum Avenioое III. Idus Aprilis anno II.

XXV.

Ut liberam habeant ſepulturam. Reg. Vat. ex lib. aon. 1. & 2. epiſt. 100.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ Maſſilien.

§. I. Devotionis veſtræ ſinceritas &c. favorabiliter annuamus. Dudum ſiquidem pro parte veſtra nobis expoſito, quod veſtrum antiquum Monaſterium, quod extra mœnia Civitatis Maſſilien. fuerat fituoi, certis ex cauſis datum extiterit in ruinam. Nos vobis ut locum alium ad hoc idoneum infra mœnia civitatis ejuſdem recipere, & habere, & in illo Monaſterium cum Eccleſia, & aliis neceſſariis officinis conſtruere, illudque inhabitare & perpetuo retinere poſſetis, duximus indulgendum. Vobis nihilomious conceden. quod vos, & aliæ Moniales Ordinis ſanctæ Claræ, quæ in dicto Monaſterio de novo conſtruendo pro tempore forent, gauderetis omnibus & ſingulis gratiis, privilegiis, & libertatibus, quibus vos aliæque Moniales quæ in dicto veſtro antiquo Monaſterio fuerant hactenus, gaudebatis, prout in noſtris inde confectis litteris plenius continetur. *Vide Conſtit. 27. Innoc. VI.*

§. II.

§. II. Cum autem, ſicut exhibita nobis pro parte veſtra petitio continebat, vos locum hujuſmodi infra mœnia civitatis ejuſdem receperitis, & inibi Monaſterium cum Eccleſia, & cœmeterio conſtrui incœperitis, multique etiam ſeculares ad dictum Monaſterium gerant ſpecialis devotionis affectum, & inibi ſuam deſiderent eligere ſepulturam; nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ſepulturam dicti veſtri Monaſterii novi liberam eſſe decernimus, vobis auctoritate Apoſtolica concedentes, ut omnium etiam ſecularium, qui in eodem Monaſterio deſideraverint ſepeliri, niſi excommunicati, vel nominatim interdicti, aut etiam publice uſurarii fuerint, corpora inibi tradi valeant Eccleſiaſticæ ſepulturæ: jure parochialis &c. ſemper ſalvo. Nulli ergo &c.

Datum Avenione IV. Idus Auguſti anno II.

XXVI.

Ut Monaſterium Benedictinum fiat Clariſſarum. Ibid. epiſt. 9.

Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Catharen.

§. I. PIis votis fidelium gratum nos decet præſtare aſſenſum, & ut ea, quæ religionis propagationem, divini quoque cultus augmentum reſpiciunt, optatum ſortiantur effectum: necnon ea, per quæ Chriſtifidelium ſub hujuſmodi Religionis obſervantia Domino famulari geſtientium, ſtatui, indemnitatibuſque conſulitur, libenter auxiliis proſequimur opportunis. Petitio ſiquidem pro parte dilectorum filiorum Communis civitatis Catharen. nobis nuper exhibita continebat, quod cum olim in Civitate prædicta quoddam Monaſterium Monialium Ordinis ſancti Benedicti fuerit, quod per ſui vetuſtatem a multis jam elapſis temporibus pro majori parte eſt dirutum, nec ex tunc ibidem Abbatiſſa, ſeu aliquæ Moniales habitarunt, iidem commune habentes ad Ordinem ſanctæ Claræ ſpecialis devotionis affectum, ac cupientes terrena &c. commutare, ad laudem Dei, & divini cultus ac Religionis augmentum, in loco, ubi antiquum Monaſterium exiſtebat, unum aliud Monaſterium Monialium, ſeu Sororum Ordinis ejuſdem Sanctæ, cum Eccleſia, ſeu oratorio, campanili, campana, & aliis neceſſariis officinis, pro Abbatiſſa & triginta Monialibus, ſeu Sororibus inibi perpetuo moraturis, fundare & ædificare, ac de bonis propriis ſufficienter dotare proponunt. Quare pro parte dictorum Communis nobis humiliter extitit ſupplicatum, ut eis faciendi præmiſſa licentiam concedere dignaremur.

§. II. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ, de qua fiduciam gerimus in Domino ſpecialem, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ſi eſt ita, eidem Communi, ut Monaſterium hujuſmodi, in quo Abbatiſſa & xxx. Moniales, ſeu Sorores dicti Ordinis ejuſdem ſub Religionis obſervantia Domino famulentur, cum hujuſmodi Eccleſia, ſeu oratorio, cœmeterio, campanili, campana, domibus, & aliis neceſſariis officinis, dote ſufficienti pro præmiſſis omnibus, ad tui arbitrium, primitus aſſignata; ac jure Parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo, in loco prædicto, ubi prædictum Monaſterium, ut præmittitur exiſtebat, fundare & conſtruere valeant, auctoritate Apoſtolica, licentiam largiaris.

§. III. Et nihilominus in hac vice primaria Moniales, ſeu Sorores hujuſmodi in eodem Monaſterio, poſtquam conſtructum & dotatum fuerit, ut præfertur, auctoritate præfata, recipias, & recipi facias, & unam ex eis, ſeu

ſeu aliam Monialem, ſeu Sororem dicti Ordinis ſanctæ Claræ, Ordinem ipſum profeſſam, & ad regimen præfati Monaſterii utilem & idoneam, ipſi Monaſterio in Abbatiſſam præficias; curam & adminiſtrationem ipſius Monaſterii ſibi in ſpiritualibus & temporalibus committendo, ſibique facias a ſuis ſubditis obedientiam & reverentiam debitas exhiberi: contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Et inſuper poſtquam idem Monaſterium conſtructum & dotatum fuerit, ut præfertur, ut Abbatiſſa & Moniales prædictæ omnibus & ſingulis privilegiis & indulgentiis eidem Ordini ſanctæ Claræ per Sedem Apoſtolicam conceſſis, perpetuo uti & gaudere valeant, eiſdem Abbatiſſæ & Monialibus, auctoritate præfata, concedas.

Datum Avenione III. Idus Decembris anno III.

Anno Chaisti 1365. Urbani V. anno 3. & 4.

XXVII.

Ut informet circa Conventus Minorum & Clariſſarum in ſua Diœceſi ædificandos. Reg. Vat. fol. 107.

Venerabili Fratri Epiſcopo Maurianen.

NUper pro parte dilecti filii nobilis viri Joannis Vicecomitis Maurianen nobis fuit expoſitum, quod ipſe ad honorem Dei, & pro animæ ſuæ ſalute, deſiderat fundare ac conſtruere, & dotare duo loca cum Eccleſiis, & debitis officinis, ſecundum ſtylum Fratrum Ordinis Minorum, & aliud Monialium Ordinis ſanctæ Claræ, in certis locis tuæ Diœceſis, ad hoc congruis & honeſtis; & cum nulli Fratres dicti, vel alterius Ordinis Mendicantium locum habeant in Diœceſi ſupradicta, hujuſmodi loca eſſent ad magnam conſolationem & ſalutem Chriſti fidelium Diœceſis memoratæ. Quare pro eadem parte fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut eidem fundandi & conſtruendi hujuſmodi dictorum Fratrum & Monialium, ut præfertur, locum, licentiam concedere dignaremur. Nos igitur de prædictis informari volentes, ac de tua fraternitate, in his, & aliis in Domino confidentes, eidem fraternitati per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de prædictis, quanto citius poteris, breviter & ſummarie te informans, ea quæ de prædictis repereris, nobis notificare procures.

Datum Avenione Kalend. Januarii anno III.

XXVIII.

Ut permittat ædificari Monaſterium Clariſſarum in Brugeſcon. Ex libr. an. 1. & 2. epiſt. 18.

Venerabili Fratri Archiepiſcopo Eboracen.

§. I. PIis votis fidelium, *ut ſupra in bulla* XXVI. Sane petitio pro parte dilecti filii nobilis viri Willelmi de Lapole militis, tuæ Diœceſis, nobis exhibita continebat, quod idem miles ad laudem & honorem Dei, & pro ſua, & progenitorum ſuorum, & cunctorum etiam fidelium animarum ſalute, & pro divini cultus augmento, in territorio ſuo dicto Brugeſcon. ſuper hull. dictæ tuæ Diœceſis, unum Monaſterium, in quo tredecim Moniales, ſeu Sorores Ordinis ſanctæ Claræ exiſtant, quarum una ſit Abbatiſſa, fundare & conſtrui facere, ac de bonis ſibi a Deo collatis ſufficienter dotare proponit. Quare pro parte dicti militis nobis fuit humiliter ſupplica-

tum, ut ei fundandi, & conſtrui faciendi hujuſmodi Monaſterium, cum Eccleſia, cœmeterio, campanili, campana, domibus, & aliis neceſſariis officinis, licentiam, de benignitate Apoſtolica, concedere dignaremur.

§. II. Nos itaque ipſius militis in hac parte pium propoſitum in Domino commendantes, ſuis ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ de qua &c. per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus eidem militi fundandi & conſtrui faciendi in præfato Territorio de Brugeſcon. ſuper hull. in loco tamen ad hoc congruo & honeſto, hujuſmodi Monaſterium in quo tredecim Moniales ſeu Sorores dicti Ordinis ſanctæ Claræ, quarum una ſit Abbatiſſa, exiſtant, cum Eccleſia &c. & aliis neceſſariis officinis, dote ſufficienti pro præmiſſis omnibus primitus aſſignata; & jure Parochialis &c. ſemper ſalvo, Apoſtolica auctoritate licentiam largiaris. Et nihilominus cum præfatum Monaſterium fundatum, conſtructum & dotatum fuerit, ut præfertur, Abbatiſſæ & Conventui ipſius Monaſterii, eadem auctoritate, concedas, ut ipſæ, & earum Monaſterium præfatum, & perſonæ in eo degentes, omnibus privilegiis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, & indulgentiis gaudeant, quibus gaudent alia Monaſteria & perſonæ Ordinis memorati.

Datum Avenione xvi. Kalend. Febr. anno iii.

XXIX.

Ut admittant Conventum Cameræ. Reg. Vat. in lib. com. an. 3. epiſt. 243.

Dilectis filiis Miniſtro Provinciali & Fratribus Ordinis Minorum Provinciæ Burgundiæ, ſecundum morem dicti Ordinis.

Vide Conſtit. 5. hujus Pontificis.

§. I. Sacræ veſtræ Religionis in qua &c. favorabiliter annuamus. Cum itaque ſicut exhibita nobis pro parte veſtra & dilecti filii Joannis Vicecomitis Maurianen. petitio continebat, idem Vicecomes de propria ſalute cogitans, & cupiens terrena &c. commutare, ad ipſorum divini cultus, ſacræque Religionis augmentum, pro ſua, & ſuorum progenitorum animarum ſalute proponat, de bonis a Deo ſibi collatis de novo fundare & conſtruere in loco ſuo dicto Cameræ, Maurianen. Diœceſ. in qua quidem Diœceſi unus dumtaxat locus Fratrum Mendicantium, videlicet Fratrum Ordinis ſanctæ Mariæ de monte Carmeli, in ipſius Diœceſis finibus exiſtit, in fundo ſeu ſolo ad ipſum Vicecomitem pertinente, unum veſtri Ordinis locum cum Eccleſia, ſeu oratorio, campanili, campana, domibus, & aliis neceſſariis officinis.

§. II. Nos hujuſmodi dicti Vicecomitis pium propoſitum, ſuper quo a venerabili fratre noſtro Amadeo Maurianen. Epiſcopo informationem recepimus, quod hujuſmodi fundatio cedet in magnam conſolationem fidelium Diœceſis antedictæ, in Domino commendantes, veſtris, & ipſius Vicecomitis in hac parte ſupplicationibus inclinati, præfato Vicecomiti fundandi, conſtruendi, & ædificandi locum ipſum in loco prædicto, dummodo ad hoc ſit congruus & honeſtus, & in eodem duodecim Fratres dicti Ordinis decentius valeant ſuſtentari, vobiſque locum ipſum recipiendi, & in divinis ſervitiis perpetuo retinendi & inhabitandi, fœl. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri inhibente &c. Nulli ergo &c.

Datum Avenione xvi. Kal. Martii anno iii.

XXX.

XXX.

Ne Moniales Monaſterii de Jugo-cellarum aut Aſtudilli alio transferant Superiores. Ibid. fol. 255.

Cariſſimo in Chriſto filio Petro Caſtellæ & Legionis Regi illuſtri.

§. I. Sinceræ devotionis affectus, quem ad nos &c. reddere valeant Domino famulatum. Exhibita ſiquidem nobis pro parte tua petitio continebat, quod tu olim zelo piæ devotionis accenſus Monaſterium de Jugo-Cellarum, Ordinis ſanctæ Claræ, Palentin. diœceſis, de licentia & auctoritate venerabilis fratris noſtri Gutterii Epiſcopi Palentin ædificari feciſti, illudque de bonis propriis pro Abbatiſſa, & certis Monialibus, ſeu Sororibus fundaſti, & dotaſti ſufficienter, & deſideras, ut Moniales, ſeu Sorores ejuſdem Monaſterii quæ erunt pro tempore, morum honeſtate pollentes, puritate fulgeant obſervantiæ regularis. *Ut in Reg. Tom. 6 fol. 478.*

§. II. Nos igitur tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, volumus, & Apoſtolica auctoritate tibi concedimus, quod nullus Prælatus vel alius ſuperior Abbatiſſæ & Monialium prædictarum, quamdiu vitam duxeris in humanis, abſque tua, & poſtquam fueris rebus humanis exemptus, abſque Abbatiſſæ, & Viſitatorum ipſius Monaſterii, qui erunt pro tempore, licentia, aliquam ex Monialibus ipſis de dicto Monaſterio amovere, ſeu aliam Monialem de alio Monaſterio transferre valeat ad Monaſterium Jugo-Cellarum antedictum, diſtrictius inhibentes eidem Prælato, ſeu Superiori, vel quibuſvis aliis, communiter, vel diviſim, ne contra hujuſmodi conceſſionis noſtræ tenorem aliquid facere ſeu attentare præſumant; decernentes ex nunc irritum & inane quidquid in contrarium a quovis, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo &c.

Datum Avenione III. Kalend. Martii, anno III.

In eumdem modum, pro Monaſterio ſanctæ Claræ de Aſtudillo.

XXXI.

Confirmat erectionem Monaſterii de Jugo-Cellarum. Ibid.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii de Jugo-Cellarum Ordinis ſanctæ Claræ, Palentin. diœceſis.

JUſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota quæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Sane petitio pro parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri Petri Caſtellæ & Legionis Regis illuſtris, ac veſtra nobis nuper exhibita continebat, quod olim idem Rex zelo piæ devotionis accenſus, de licentia, & auctoritate venerabilis fratris noſtri Gutterii Epiſcopi Palentin. Monaſterium veſtrum ædificavit, illudque de bonis propriis pro Abbatiſſa & quinquaginta Monialibus, & aliis certis perſonis inibi perpetuo Domino ſervituris, canonice fundavit, & ſufficienter dotavit. Quare pro parte ipſius Regis & veſtra nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut præmiſſis confirmationis robur adjicere dignaremur. Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ædificationem, fundationem, & dotationem præfatas, prout rite & rationabiliter factæ ſunt, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c.

Datum Avenione III. Kalend. Martii, anno III.

XXXII.

Confirmat omnia privilegia a Rege conceſſa. Ibidem.

Eidem.

CUm a nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum, tam rigor æquitatis, quam rationis exigit, ut id per ſollicitudinem officii noſtri, ad debitum perducatur effectum. Hinc eſt quod nos cariſſimi filii noſtri Petri Caſtellæ & Legionis Regis illuſtris, ac veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, omnia privilegia quæ per ipſum Regem vobis & eidem Monaſterio, quod idem Rex canonice fundaſſe dicitur & dotaſſe, rationabiliter indulta ſunt, & juſte & pacifice obtinetis, vobis, & per vos, eidem Monaſterio veſtro, auctoritate Apoſtolica, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c.

Datum Avenione ut ſupra.

Simili modo, pro Monaſtario de Aſtudillo.

XXXIII.

Suſcipit Monaſterium ſub protectione ſancti Petri. Ibidem.

Eisdem.

EXigit veſtræ devotionis affectus, & debitum honeſtatis expoſcit, ut vos, & Monaſterium veſtrum, in quo ſub Religionis obſervantia, relictis mundanis illecebris, virtutum Domino deſervitis, favoribus Apoſtolicis proſequamur. Hinc eſt, quod nos cariſſimi in Chriſto filii noſtri Petri Caſtellæ & Legionis Regis illuſtris, ac veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vos, & Monaſterium veſtrum præfatum, quod idem Rex de bonis propriis fundaſſe dicitur, pariter & dotaſſe, cum omnibus poſſeſſionibus, & aliis bonis & juribus, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis, præſtante Domino, poteritis adipiſci, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocio communimus. Nulli ergo &c.

Datum ut ſupra.

Simili modo, pro Monaſterio de Aſtudillo.

XXXIV.

Ut gaudeant privilegiis Ordini ſanctæ Clarę conceſſis. Ibidem.

Essdem.

REligionis veſtræ, in qua relictis ſeculi vanitatibus Domino deſervitis, fervor expoſcit, ut vos & Monaſterium veſtrum paterna benevolentia proſequentes, illam vobis gratiam concedamus, quæ reddatur vobis, & eidem Monaſterio fructuoſa. Hinc eſt quod nos cariſſimi in Chriſto filii noſtri Petri Caſtellæ, & Legionis Regis illuſtris, & veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut vos, & Monaſterium veſtrum, quod idem Rex, ut aſſeritur, fundavit & dotavit ſufficienter, omnibus & ſingulis privilegiis & libertatibus, præterquam ſub præſtatione, ſeu perceptione decimarum, Ordini ſanctæ Clarę, ab Apoſtolica Sede conceſſis, gaudeatis, vobis, auc-

to-

ctoritate Apoſtolica, tenore præſentium indulgemus. Nulli ergo &c.
Datum ut ſupra.

Simili modo, pro Monaſterio ſanctæ Claræ de Aſtudillo.

XXXV.

Ut ſuis eleemoſynis juvent ſtructuram Conventus Limoſien. Ex lib. ann. 3. epiſt. 282.

Univerſis Chriſti fidelibus.

§. I. Ecclesiarum fabricis manum porrigere adjutricem, pium apud Deum & meritorium reputantes, frequenter Chriſtifideles ad impendendum Eccleſiis ipſis auxilium litteris noſtris exhortamur.

§. II. Cum itaque, ſicut accepimus, dilecti filii Guardianus & Fratres Ordinis Minorum villæ de Limoſo, Narbonen. dioceſis loco ipſarum quem olim habebant extra muros dictæ villæ ex certis cauſis per eos dimiſſo, alium locum infra muros dictæ villæ, pro uſu & habitatione ipſorum, de licentia Sedis Apoſtolicæ, receperint; & illum cum Eccleſia, domibus, & aliis neceſſariis officinis conſtruere inceperint opere non modicum ſumptuoſo, ad cujus conſummationem fidelium eleemoſynæ ſunt plurimum opportunæ; univerſitatem veſtram monemus, rogamus, & hortamur in Domino, vobiſque in remiſſionem peccaminum injungentes, quatenus de bonis vobis a Deo collatis, ad conſtructionem & conſummationem operis hujuſmodi, pias eleemoſynas, & grata caritatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionem veſtram hujuſmodi locus ſic inceptus, cum Eccleſia, domibus, & aliis officinis prædictis conſtrui, & conſummari valeat; voſque per hæc, & alia bona, quæ Domino inſpirante, feceritis, ad æternæ poſſitis fœlicitatis gaudia pervenire &c.

Datum Avenione II. Idus Martii, anno III.

XXXVI.

Conceditur licentia ut condat teſtamentum, etſi fuerit Minorita. Ex lib. com. ann. 4. fol. 94.

Venerabili fratri Ludovico Epiſcopo Ebronen.

Quia præſentis vitæ conditio &c. convertere valeas; non obſtan. quod Ordinis Fratrum Minorum Profeſſor exiſtis, fraternitati tuæ &c. *Ut in ſequenti Conſtit. 38.*

Datum Avenione IV. Kal. Novembris anno IV.

Anno Christi 1366. Urbani V. anno 4 & 5.

XXXVII.

Ut concedat licentiam Fratribus Ortanis transferendi domum ſuam. Ibidem fol. 255.

Venerabili fratri Ægydio Epiſcopo Sabinen. Apoſtolicæ Sedis Legato.

§. I. Per officiales Romanæ Eccleſiæ conſiſtentes in Provincia Patrimonii beati Petri in Tuſcia ad nos, & Eccleſiam præfatam ſpectante, nuper nobis extitit intimatum, quod pro ſecuritate ſtatus civitatis Ortan. in

in dicta Provincia conſtitutæ, & per conſequens Provinciæ & Eccleſiæ præfatarum, plurimum reputatur expediens, quod locus Fratrum Minorum dictæ civitatis ex certis utilibus, & neceſſariis cauſis ad ſitum alium transferatur, ſuper quo fuit noſtra licentia poſtulata.

§. II. Nos igitur de his notitiam non habentes, ac de tua circumſpectione in his & aliis gerentes in Domino fiduciam pleniorem, fraternitati tuæ, ſi tibi videatur expediens, concedendi licentiam dilectis filiis Guardiano & Conventui dicti loci, quod ipſum locum cum Eccleſia, campanili, domibus, & ceteris neceſſariis officinis, ſine tamen juris præjudicio alieni, ad ſitum ſeu locum alium in dicta civitate ad hoc accommodum & decentem transferre licite valeant, conſtitutione fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, per quam inhibetur ne Fratres dicti Ordinis in aliqua civitate &c.

Datum Avenione, XIX. Kalend. Septembris anno IV.

Anno Christi 1367. Urbani V. anno 5. & 6.

XXXVIII.

Ut condere poſſit teſtamentum, etſi Profeſſor ſit Ordinis Minorum. Regeſt. Vatic. lib. com. fol. 13. epiſt. 3.

Venerabili fratri Auſterio Epiſcopo Sarlaten.

§. I. QUia præſentis vitæ conditio ſtatum habet inſtabilem, & ea quæ viſibilem habent eſſentiam, tendunt viſibiliter ad non eſſe; tu hoc, ſalubri meditatione, præmeditans, diem tuæ peregrinationis extremum diſpoſitione ſuperna deſideras prævenire.

§. II. Nos itaque tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut de bonis mobilibus a te per Eccleſiam Sarlaten. cui præeſſe dignoſceris, licite acquiſitis, quæ altaris, ſeu altarium ipſius Eccleſiæ miniſterio, ſeu alicui ſpeciali eorumdem divino cultui, vel uſui non fuerint deputata, pro decentibus & honeſtis expenſis funeris tui, & pro remuneratione illorum, qui tibi viventi ſerviverunt, ſive ſint conſanguinei, vel alii juxta ſervitii meritum, moderate tamen, diſponere & erogare poſſis & valeas; prius tamen de omnibus prædictis bonis ære alieno, & aliis quæ pro reparandis domibus & ædificiis conſiſtentibus in locis ipſius Eccleſiæ, culpa vel negligentia tua, vel tuorum procuratorum diſtractis, ſeu deterioratis, necnon reſtaurandis aliis juribus ejuſdem Eccleſiæ deperditis, ex culpa, vel negligentia ſupradictis, fuerint opportuna, deductis, in pios uſus, & licitos convertere valeas, non obſtantibus quod Ordinis Fratrum Minorum Profeſſor exiſtas, fraternitati tuæ plenam & liberam, tenore præſentium, concedimus facultatem. Volumus autem, quod in eorumdem diſpoſitione bonorum, juxta quantitatem reſidui erga dictam Eccleſiam te liberalem exhibeas, prout conſcientia tibi dictaverit, & animæ tuæ ſaluti videris expedire.

Datum Avenione VI. Kalend. Aprilis, anno V.

XXXIX.

Suscipit eas sub protectione sancti Petri. Ibid. fol. 45. epist. 1.

Dilectis in Christo filiabus Abbatissæ & Conventui Monasterii Monialium sanctæ Claræ Arelaten. Ordinis ejusdem Sanctæ.

§. I. Sacrosancta Romana Ecclesia personas Ecclesiasticas, præsertim sub religionis habitu vacantes studio piæ vitæ, ex assuetæ pietis officio propensius diligere consuevit, & ne pravorum hominum malitiis, seu molestiis agitentur, eas tamquam pia mater suæ protectionis munimine confovere.

§. II. Sane petitio pro parte vestra nuper nobis exhibita continebat, quod dilecti filii Sindici, & Commune civitatis Arelaten. vobis minantur, quod postquam nos erimus in remotis, ad quod nos paramus, de præfata civitate Arelaten. & vestro Monasterio vos expellent.

§. III. Nos igitur super præmissis, prout ex debito tenemur pastoralis officii, providere volentes, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, personas vestras & Monasterium vestrum prædictum, cum omnibus bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, & in futurum, justis modis, præstante Domino, poteritis adipisci, sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus, districtius inhibentes eisdem Sindicis, & Communi dictæ civitatis, & quibusvis aliis, ne vobis in personis, vel bonis vestris inferant gravamina, injuriam, molestiam, vel offensam, nec ab aliis inferri faciant aut procurent. Alioquin nostram indignationem, & condignam punitionem poterunt merito formidare. Nulli ergo &c. nostræ protectionis & inhibitionis infringere &c.

Datum Avenione xi. Kal. Maii, anno v.

XL.

Confirmat litteras Alexandri IV. ne ullas solvant exactiones. Ibid. fol. 58. epist. 5.

Dilectis in Christo filiabus Abbatissæ, & Conventui Monasterii sanctæ Mariæ Vallisgloriæ de Spello, Ordinis sanctæ Claræ. Spoletanæ diœcesis.

§. I. Vestræ devotionis sinceritas promeretur, ut vos & Monasterium vestrum paterno prosequentes affectu, petitiones vestras, quantum cum Deo possumus, ad exauditionis gratiam admittamus.

§. II. Tenorem igitur cujusdam privilegii fœlicis recordationis Alexandri Papæ IV. prædecessoris nostri, vobis, quæ tunc Ordinis sancti Damiani nominabamini concessi, quod incipit vetustate consumi, & quod inspici & examinari fecimus diligenter, de verbo ad verbum, ad vestræ supplicationis instantiam præsentibus annotari fecimus, qui talis est. *Alexander Episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus Abbatissæ & Conventui Monasterii sanctæ Mariæ Vallisgloriæ de Spello, Ordinis sancti Damiani, Spoletan. diœcesis. Paupertati, quam propter Deum &c.* ut in Bulla 10. Alexandri IV. in regesto tomi 2. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, hujusmodi privilegium, auctoritate Apostolica, innovamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Per hoc autem nullum jus alicui

de

de novo acquiri volumus, ſed antiquum tantummodo conſervari. Nulli ergo &c.

Datum Viterbii VII. Idus Julii anno V.

XLI.

Confirmat litteras Joannis XXII. ſuper decimas. Ibid. fol. 59. epiſt. 1.

Eisdem.

§. I. VEſtræ devotionis ſinceritas promeretur, ut vos, & Monaſterium veſtrum paterno proſequentes affectu, petitiones veſtras, quantum cum Deo poſſumus, ad exauditionis gratiam admittamus. Tenorem igitur quarumdam litterarum fœlicis recordationis Joannis Papæ XXII. prædeceſſoris noſtri in favorem veſtrum conceſſarum, quæ incipiunt vetuſtate conſumi, & quas inſpici & examinari fecimus de verbo ad verbum, ad veſtræ ſupplicationis inſtantiam præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt.

§. II. *Joannes Epiſc. ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Theſaurario, & aliis officialibus noſtris Ducatus Spoletan. Salutem & Apoſtol. benedictionem. Dudum pium & congruum reputantes, ut dilectas in Chriſto filias univerſas Abbatiſſas, & Conventus Monialium Incluſarum, ſive Ordinis ſanctæ Claræ, ſive ſancti Damiani, ſeu Minoriſſæ dicerentur, illa proſequeremur gratia, quam conſpiciebamus earum neceſſitatibus opportunam, eis univerſis & ſingulis ad inſtar fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, auctoritate litterarum noſtrarum, duximus indulgendum, ut ad præſtationem decimarum de quibuſcumque poſſeſſionibus, & omnibus aliis bonis, quæ tunc habebant, & juſtis modis, præſtante Domino, acquirerent in futurum, vel ad contribuendum in procurationibus quorumlibet Ordinariorum, & etiam legatorum, & Nunciorum Sedis Apoſtolicæ, & quibuslibet talliis, & collectis, & ad exhibendum pedagia, telonia, & alias exactiones, quibuscumque Regibus, Principibus, ſeu aliis perſonis ſecularibus minime tenerentur, nec ad id aliquatenus compelli valerent. Nuper vero ex parte dilectarum in Chriſto filiarum, Abbatiſſarum, & Conventuum, Monialium Monaſteriorum dicti Ordinis ſanctæ Claræ, in Provincia Ducatus Spoletan. conſiſtentium, nobis intimatum extitit cum querela, quod tu fili Theſaurari non attendens, quod dictus Ordo eſt in paupertate fundatus, ab eiſdem Abbatiſſis, & Conventibus decimas petis, & exigis omnium fructuum, redituum, proventuum, & omnium bonorum earumdem, prætextu commiſſionis per nos tibi factæ ſuper decimis in illis partibus, per te noſtro nomine recipiendis, et etiam exigendis. Quo circa vobis, et veſtrum ſingulis, tenore præſentium, mandamus, et diſtrictius inhibemus, ne Abbatiſſas et Conventus prædictas, vel earum aliquas in præfato Ducatu, ut præmittitur, conſiſtentes, contra ejuſdem indulti tenorem, de cetero moleſtare aliquatenus præſumatis. Datum Avenione X. Kalendas Septembris Pontificatus noſtri anno XVI.*

§. III. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati hujuſmodi litteras, auctoritate Apoſtolica, innovamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Per hoc autem nullum jus alicui de novo acquiri volumus, ſed antiquum tantummodo conſervari. Nulli ergo omnino &c.

Datum Viterbii VII. Idus Julii, anno V.

XLII.

XLII.

Ut admittere poſſit Conventum in urbe Capritan. . Ibid. fol. 66. epiſt. 3.

Dilecto filio Miniſtro Generali Ordinis Fratrum Minorum .

§. I. IN Eccleſiæ firmamento tuus Ordo ſydereo nitore coruſcans, univerſam Dominici gregis aulam illuminat, & currentibus in ſtadio verum iter inſinuat, quo ad ſalutis bravium facilius pervenitur, hinc in valle paupertatis terrenæ militans, in cœleſtium triumphat eminentia facultatum.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis pro parte dilecti filii Jacobi Cici Civis Caprican. petitio continebat, quod ipſe de bonis ſibi a Deo collatis, pro ſua, & parentum ſuorum animarum ſalute, & ut homines Civitatis Capricani. in qua nullus eſt Ordo Religioſus Mendicantium, diligentius inſtruantur prædicationibus & doctrinis, in Civitate prædicta unum Conventum Ordinis Fratrum Minorum, cum oratorio, campanili, campana, domibus, & aliis neceſſariis officinis ædificare proponit pro octo, vel duodecim Fratribus dicti Ordinis competentibus. Quare pro parte ipſius Jacobi fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut ſibi ædificandi in Civitate prædicta hujuſmodi locum, tibique, tuiſque Fratribus recipiendi eumdem locum, licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. III. Nos igitur ipſius Jacobi propoſitum laudabile in hac parte plurimum in Domino commendantes, ac volentes promptius ad ea intendere, per quæ cultus divinus augeatur, quæve tui, Fratrumque tuorum, & aliorum fidelium animarum ſpirituale afferant incrementum, ipſius Jacobi in hac parte ſupplicationibus inclinati, ſibi ædificandi, tibique, tuiſque Fratribus prædictis recipiendi eumdem locum, cum dictis oratorio, domibus, & aliis neceſſariis officinis, ac in eo morandi, dummodo in ipſo duodecim Fratres dicti Ordinis inibi pro tempore moraturi decenter & congrue valeant ſuſtentari, abſque tamen præjudicio Parochialis Eccleſiæ dicti loci, & cujuſvis alterius, conſtitutionibus ſœlicis record. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri prohibente, ne Religioſi Ordinum Mendicantium loca de novo recipiant, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, faciente plenam & expreſſam de prohibitione hujuſmodi mentionem, & alia qualibet nequaquam obſtantibus, auctoritate Apoſtolica, plenam & liberam concedimus, tenore præſentium, facultatem.

Datum Viterbii XVI. Kalendas Octobris anno V.

XLIII.

Ut uniatur Monaſterio Racanaten. Clariſſarum Eccleſia ſancti Michaelis. Ibid. fol. 167. epiſt. 135.

Dilecto filio Plebano Plebis ſancti Andreæ de Monticulo, Camerinen. diœceſis .

§. I. EXhibita nobis pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ, & Conventus Monaſterii ſancti Nicolai prope Racanatum, Ordinis ſanctæ Claræ petitio continebat, quod licet Eccleſia ſancti Michaelis Racanaten. ipſis Abbatiſſæ & Conventui, quarum Monaſterium propter malas ſocietates, quæ in Marchia Anconitana per plures annos deſtruxerant, totaliter erat deſolatum, ex certis rationabilibus cauſis canonice unita fuiſ-

ſet, ipſæque Abbatiſſa & Conventus prædictam Eccleſiam, tamquam eis unitam, aliquandiu tenuiſſent & poſſediſſent, tamen dilecti filii Prior & Fratres Prædicatorum Racanaten. falſo aſſerentes dictam Eccleſiam eorum domui canonice fore unitam, impediverunt, prout impediunt, quominus præfatæ Abbatiſſa & Conventus dictam Eccleſiam poſſint pacifice poſſidere, ac ipſas Abbatiſſam & Conventum ob ſupradictam Eccleſiam multipliciter moleſtant. Quare pro parte dictarum Abbatiſſæ & Conventus nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut providere eis ſuper hoc de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. II. Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ, cum dictæ Abbatiſſa & Conventus, ſicut aſſerunt, potentiam dictorum Prioris & Fratrum merito perhorreſcentes, eos infra Civitatem, ſeu diœceſim Racanaten. nequeunt convenire ſecure, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, auditis hinc inde propoſitis, quod canonicum fuerit, appellatione remota, decernas, faciens quod decreveris per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari.

§. III. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe odio, gratia, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere. Non obſtantibus ſi eidem Ordini Prædicatorum a dicta ſit Sede indultum, quod perſonæ ipſius Ordinis ad judicium trahi nec ſuſpendi, vel excommunicari, ſeu ipſius antedicti Ordinis loca interdici non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam tuæ juriſdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, quæ quoad hoc ipſis nolumus aliquatenus ſuffragari.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum III. Kalendas Novembris anno VI.

XLIV.

Ut permittat Minoribus admittere locum in Inſula Manniæ. Ibid. epiſt. 89.

Venerabili fratri Epiſcopo Sodoren.

§. I. INtenta ſalutis operibus Apoſtolicæ Sedis benignitas circumſpecta, illorum qui divina præventi gratia augmentum cultus divini nominis intentis deſideriis affectant, & ad id eorum opem & operam intendere cupiunt, libenter Apoſtolicum impertitur aſſenſum, eaque favoribus proſequitur gratioſis.

§. II. Sane petitio pro parte dilectorum filiorum Miniſtri Provincialis, & Fratrum Ordinis Minorum Provinciæ Hiberniæ ſecundum morem dicti Ordinis, ac dilecti filii nobilis viri Guillelmi de Monteacuto Comitis Saresburen. petitio continebat, quod in diœceſi Sodoren. nullus locus dicti Ordinis Minorum fore dignoſcitur. Quodque idem Comes de ſalute propria cogitans, ac cupiens terrena in cœleſtia, & tranſitoria in æterna fœlici commercio commutare, ad Omnipotentis Dei laudem & gloriam, & pro ſua, ac aliorum Chriſti fidelium animarum ſalute, unum locum ad opus & uſum dictorum Fratrum in villa ſanctæ Columbæ, in Inſula Manniæ diœceſis, cujus idem Comes Dominus exiſtit, conſiſtente, aſſignare proponit. Quare pro parte dictorum Miniſtri & Fratrum, ac Comitis, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ipſis Miniſtro & Fratribus recipiendi locum hujuſmodi, & in

& in eo conſtruendi ſeu ædificandi Eccleſiam, ſeu oratorium cum campanili, campana, cœmeterio, domibus, & aliis neceſſariis officinis licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. III. Nos itaque ſupplicationibus hujuſmodi inclinati, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quod ſi ita eſt, eiſdem Miniſtro & Fratribus recipiendi locum hujuſmodi, ſi ſit congruus & honeſtus, & ibidem ædificandi, ſeu conſtruendi Eccleſiam, ſeu oratorium cum campanili, campana, cœmeterio, domibus, & aliis neceſſariis officinis prædictis, dummodo duodecim Fratres dicti Ordinis in loco ipſo degentes pro tempore ibidem congrue & honeſte ſuſtentari valeant, jure tamen Parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo. Conſtitutione fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri prohibente &c. nequaquam obſtantibus, auctoritate Apoſtolica, licentiam elargiaris.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum VII. Idus Decembris anno VI.

Anno Christi 1468. Urbani V. anno 6. & 7.

XLV.

Ut informet pro concedendo Conventu Minoritis in Campanea. Ibid. fol. 99. epiſt. 3.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Neapolitano.

§. I. EXhibita nobis pro parte dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Iſabellæ de Appia Comitiſſæ Solleti, Idruntin. Diœceſ. petitio continebat, quod ipſa cupiens temporalia cum ſpiritualibus, & tranſitoria cum æternis fœlici commercio commutare, de bonis ſibi a Deo collatis, pro ſua, & parentum ſuorum ſalute, in loco de Campanea, Salernitan. Diœceſ. in quo, ut aſſeritur, eſt quoddam oratorium non conſuetum in eccleſiaſticum beneficium aſſignari, & cui nulla eſt dos congruenter aſſignata, & in quo etiam corpus quondam Joannis de Appia patris ejus requieſcit, deſiderat unum Monaſterium Fratrum Minorum Ordinis, in quo unus Conventus dicti Ordinis habeat continuo commorari, conſtrui, & ædificari facere, nobis pro parte ipſius extitit humiliter ſupplicatum, ut ſibi ædificandi hujuſmodi Monaſterium cum campana, campanili, & aliis neceſſariis officinis, & dilectis filiis Fratribus dicti Ordinis hujuſmodi Monaſterium acquirendi licentiam, de benignitate Apoſtolica, concedere dignaremur.

§. II. Nos igitur de præmiſſis notitiam non habentes, ac gerentes de fraternitate tua in Domino in iis & aliis fiduciam ſingularem, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ſi in dicto loco de Campanea alia Monaſteria aliorum Fratrum Mendicantium exiſtant, & quam remote a dicto loco alius dicti Ordinis Fratrum Minorum locus exiſtat, & nihilominus ſi dictus locus ad hoc ſit ſufficiens & honeſtus, ac aliis omnibus & ſingulis ad hoc opportunis te debite informes, & quidquid pro informatione hujuſmodi inveneris, nobis per tuas litteras tuo ſigillo communitas, harum ſeriem continentes, quanto citius intimare procures, ut tuæ ſuper iis informatione inſtructi, ſuper iis conſultius agere valeamus.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum XVII. Kal. Februarii, anno VI.

XLVI.

Ut permittat Minoribus Conventum ædificare in urbe Terdonen. Ibidem fol. 146. epiſt. 53.

Venerabili fratri Epiſcopo Vercellen.

Suum erga Ordinem Pontifex affectum exprimit.

§. I. SPecialis benevolentiæ plenitudo, quam ad Ordinem Fratrum Minorum gerimus, merito nos inducit, ut Ordinem ipſum, & ejus perſonas, præſertim ad perſeverantiam divini ſervitii, opportunis favoribus, quantum cum Deo poſſumus, foveamus.

Cœnventus translatio expoſcitur.

§. II. Olim ſiquidem pro parte dilectorum filiorum Guardiani & Fratrum dicti Ordinis Minorum, & e ſuburbiis Terdonen. nobis expoſito, quod in civitate Terdonen. propter guerras in illis partibus ingruentes, de mandato Dominantium eidem Civitati extiterit ordinatum, quod pro majori tuitione dictæ Civitatis, ejus ſuburbia, in quibus locus ipſorum Fratrum conſiſtebat, deberent totaliter deſtrui, ac humiliter ſupplicato, ut eis quod infra dictam Civitatem alium locum cum Eccleſia, cœmeterio, campanili, campana, domibus, & aliis neceſſariis officinis, recipere & conſtruere, dictumque antiquum locum eorum pro conſtructione hujuſmodi novi loci vendere, & alienare poſſent; & nihilominus quod ipſa Civitas non erat adeo ampla, quod conſtitutiones & privilegia Apoſtolica ſuper ſpatiis, ſeu diſtantia, quæ in receptione locorum Mendicantium requiruntur, obſervari valerent, concedere dignaremur.

Delegatur Epiſcopus, qui poſtulata concedat.

§. III. Nos venerabili fratri Epiſcopo Terdonen. noſtris dedimus litteris in mandatis, ut de præmiſſis omnibus, & aliis, quæ eſſent in talibus requirenda, plenarie ſe informans, & citra præjudicium Eccleſiarum Civitatis ejuſdem diligenter attendens, ſi ſuburbia hujuſmodi deſtrui contingeret, & eidem Epiſcopo videretur, quod petita hujuſmodi concedenda forent, eiſdem Guardiano & Fratribus recipiendi novum locum infra Civitatem prædictam, auctoritate Apoſtolica, licentiam largiretur, prout in eiſdem litteris plenius continetur.

FF. Auguſtiniani ſe opponunt.

§. IV. Et deinde, ſicut exhibita nobis pro parte dictorum Guardiani & Fratrum petitio continebat, præfatus Epiſcopus, de præmiſſis inquiſito, eis licentiam hujuſmodi conceſſit, propter quæ dilecti filii Prior & Fratres Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini Terdonen. prætendentes propter inſufficientem diſtantiam loci a domo ipſorum, conſtitutionem Apoſtolicam de menſura cannarum non plene obſervari, ad Sedem Apoſtolicam appellarunt: Noſque cauſam appellationis hujuſmodi & negotii principalis dilecto filio noſtro Joanni tituli ſancti Marci Presbytero Cardinali, ad inſtantiam ipſorum Prioris & Fratrum, audiendam commiſimus, & fine debito terminandam, qui in cauſa ipſa procedens, per ſuam ſententiam pronunciavit, Fratres Minores antedictos ibidem non poſſe reſidere, nec morari debere ſine Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali.

Tandem annuunt.

§. V. Cum vero, ſicut eadem petitio ſubjungebat, iidem Guardianus & Fratres infra dictam Civitatem quemdam locum pro uſu & habitatione ſuorum repererint, a prædicta domo dictorum Prioris & Fratrum Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini per ſpatium nonaginta cannarum diſtantem, ac dilectus filius Prior Generalis dicti Ordinis Eremitarum, ſi locus ipſe a prædicta domo prædictas nonaginta cannas diſtet, in præmiſſis conſentiat, pro parte dictorum Guardiani & Fratrum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis quod locum hujuſmodi cum Eccleſia, cœmeterio, campanili, campana, do-

domibus, & aliis neceſſariis officinis recipere & conſtruere, dictumque antiquum locum eorum pro conſtructione hujuſmodi novi loci vendere, & alienare poſſint, concedere miſericorditer dignaremur.

§. VI. Nos itaque prædictum Ordinem Minorum gerentes in viſceribus caritatis, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ, de qua in iis, & aliis fiduciam in Domino gerimus ſpecialem, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ſi eſt ita, & prædictorum Epiſcopi & Prioris Generalis dicti Ordinis Fratrum Eremitarum ſancti Auguſtini, & dilecti filii Rectoris Eccleſiæ, infra cujus Parochiam hujuſmodi locus conſtit, ad id accedat aſſenſus, eiſdem Guardiano, & Fratribus dicti Ordinis Minorum recipiendi hujuſmodi novum locum, ſi ad hoc ſit congruus & honeſtus, ipſumque novum locum, ut præmittitur, conſtruendi, ædificandi, necnon vendendi & alienandi dictum antiquum locum, ac pretium, & quidquid inde perceperint, in conſtructionem prædictam convertendi, fœl. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri prohibente &c. in dicto antiquo loco gaudebant, libere potiantur. Apoſtolica confirmatio.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum VII. Kal. Martii, anno VI.

XLVII.

Ut obſervent conventiones ſtabilitas in tranſlatione ſui Conventus. Ibidem fol. 155. epiſt. 88.

Dilectis filiis Guardiano, & Fratribus Ordinis Minorum Caſtri Bellicardi, Arelaten. Diœceſis.

§. I. Regimini univerſalis Eccleſiæ, diſponente Domino, præſidentes, juxta paſtoralis officii debitum, libenter intendimus utilitatibus ſubditorum, & ideo ad removenda ſcandala, & nutriendam quietem inter viros eccleſiaſticos, eo propenſius Apoſtolicæ ſollicitudinis ſtudium adhibemus, quo diſſentio talium diſpendioſior comprobatur.

§. II. Olim ſiquidem, cum inter dilectum filium Hugonem Signium Priorem Prioratus de Caſtro Bellicardi, Ordinis ſancti Benedicti Arelaten. Diœceſis, ex parte una, & vos ex parte altera, ſuper eo, quod vos locum veſtrum, quem extra muros dicti Caſtri habere ſolebatis, infra muros ejuſdem Caſtri in parochia Eccleſiæ dicti Prioratus, & poſt denunciationem novi operis mutaveratis, & nonnullis aliis articulis exorta fuiſſet materia quæſtionis, ac inter ipſum Priorem, & vos ſuper præmiſſis certa tranſactio, & compoſitio interveniſſet, confecto ſuper hoc publico inſtrumento, nos hujuſmodi tranſactionem, & compoſitionem, & alia omnia & ſingula in dicto inſtrumento contenta, rata habentes & grata, illa, auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia, cum inſertione tenoris dicti inſtrumenti duximus confirmanda, prout in noſtris inde confectis litteris plenius continetur.

§. III. Cum autem, ſicut ad noſtrum de novo pervenit auditum, vos tranſactionem & compoſitionem hujuſmodi, ac alia in dicto inſtrumento contenta, temeritate propria, obſervare indebite recuſetis: Nos attendentes, quod ea, quæ concordia, vel judicio terminantur, & per Sedem Apoſtolicam prædictam, ex certa ſcientia, confirmantur, firma debent perſiſtere, & illibata perpetuis temporibus obſervari, ac ſuper præmiſſis eidem Priori providere volentes, vobis, tenore præſentium, diſtrictius inhibemus, ut in dicto loco novo, aliquid ædificare, nec etiam in Eccleſia, ſeu cœmeterio ejuſdem loci per vos, ut præfertur, recepti, aliquam perſonam eccleſiaſticam, vel ſæcularem de dicto Caſtro, vel etiam aliunde tumulare, ſeu ad ſe-

ſepulturam eccleſiaſticam admittere, abſque Apoſtolicæ Sedis licentia ſpeciali, faciente plenam & expreſſam de hujuſmodi noſtra inhibitione mentionem, de cetero præſumatis. Non obſtantibus quibuſcumque privilegiis, gratiis, ſen libertatibus ſuper mutatione, ſeu translatione dicti antiqui loci a perſonis per vos ad ſepulturam admittendis, per prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices forſitan vobis conceſſis. Nos enim, ſi ſecus feceritis, ſingulares perſonas veſtras excommunicationis, & dictum locum veſtrum novum interdicti ſententiis, ipſo facto volumus, ex certa ſcientia, & decernimus ſubjacere. Abſolutionem a dicta ſententia præterquam in mortis articulo, ac relaxationem, & ſuſpenſionem interdicti præfati, nobis & noſtris ſucceſſoribus Romanis Pontificibus tantummodo reſervando.

Datum apud Montem Flaſconem XI. Kal. Auguſti anno VI.

Anno Chriſti 1369. Urbani V. anno 7. & 8.

XLVIII.

Ut informet de quodam contractu inito in favorem Monaſterii Clariſſarum Areſtan. Ibid. fol. 125. epiſt. 2.

Venerabili fratri Epiſcopo Barchinonen.

§. I. Eccleſiarum Monaſteriorumque omnium univerſali regimini, auctore Domino, præſidentes, ſingula eorumdem præſervari a noxiis, atque incommodis, eorumque profectus, & commoda, quantum nobis ex alto conceditur, paterna proſequi diligentia procuramus.

§. II. Sane oblata nobis pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii ſanctæ Claræ Areſtanen. Ordinis ejuſdem Sanctæ, in Inſula Sardiniæ conſiſten. petitionis ſeries continebat, quod ipſæ olim, attento quod villa Molendinorum regalium Luppricati Barchinonen. ad præfatas Abbatiſſam, Conventum, & Monaſterium juſto titulo pertinens, ob localem diſtantiam ab eodem, & magna expenſarum onera, quæ ipſas oportebat propter villam eamdem ſubire, necnon ſæpe ratione ipſius villæ, ſeu jurium & pertinentiarum ipſius frequenter ad remotorum Judicum tribunalia trahebantur, & quod tam præfatis, quam aliis incumbentibus ipſis Religioſis, occaſione ipſius villæ, deductis oneribus, ejus poſſeſſio Religioſis prædictis utilitatis, ſeu emolumenti modicum afferebat, illudque ad eas abſque magna difficultate non poterat pervenire, & quod pro earum pretio bona infra dictam Inſulam conſiſtentia eis magis profecua poſſent acquirere, tractatu inter ſe ſuper hoc prahabito diligenti, Villam ipſam cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Alionoræ Aragonum Reginæ illuſtri, interveniente ſuper hoc conſenſu cariſſimi in Chriſto filii noſtri Petri Aragonum Regis illuſtris, ejuſdem Reginæ conſortis, pro certo juſto pretio vendiderunt, & in francum & liberum allodium conceſſerunt, & etiam tranſtulerunt, auctoritate Apoſtolicæ Sedis ſemper ſalva, & nonnullis aliis conditionibus interjectis. Quare pro parte dictarum Abbatiſſæ & Conventus fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut hujuſmodi venditionis, & emptionis contractui confirmationis Apoſtolicæ robur adjicere dignaremur.

§. III. Nos igitur de hujuſmodi nobis expoſitis plenam notitiam non habentes, fraternitati tuæ, de qua plurimum in Domino fiduciam obtinemus, præſentium tenore committimus & mandamus, ſuper hoc nihilominus tuam conſcientiam onerantes, quatenus de dictæ villæ, ac jurium & pertinentiarum ejus valore, ac etiam de pretio in dicto contractu appoſito, ſi ſit juſtum, & ſi dicta Regina ſe non intromittente de emptione præfata, majus pretium poſſet

poſſet ab alio inveniri, necnon de circumſtantiis univerſis, ex quarum indagine apparere valeat, utrum dicto Monaſterio expediat, vel inutilis e contra forſan exiſtat efficacia memorati contractus, ac etiam de modo, quo dictum pretium in eventum Apoſtolicæ confirmationis dicti contractus, poſſet in majorem utilitatem ipſius Monaſterii deputari, ſeu converti, per ſolertem Inquiſitionem te diligenter informans, quidquid per inquiſitionem, & informationem hujuſmodi repereris, nobis per litteras tuas de verbo ad verbum harum ſeriem continentes, quantocius referre procures, ut hujuſmodi tuo relatu directi, circa præmiſſa conſultius & ſecurius procedere valeamus.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum XV. Kal. Februarii anno VII.

XLIX.

Ut permittat ædificari Monaſterium Clariſſarum in Caſtro Cerreti. Reg. Vatic. ex lib. com. an. 7. fol. 40. epiſt. 232.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Tholoſan.

§. I. IIs, per quæ divini cultus, ſacræque Religionis procuratur augmentum, libenter annuimus, & eis Apoſtolici muniminis adjicimus firmitatem.

§. II. Sane petitio pro parte dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Franciſcæ de ſancto Raymundo, viduæ, Tholoſan. Diœceſis, nobis exhibita continebat, quod olim ipſa cupiens aliqua terrena in cœleſtia, & tranſitoria in æterna fœlici commercio commutare, de bonis ſibi a Deo collatis, pro ſuæ & parentum, ac progenitorum ſuorum animarum ſalute, unum Monaſterium Ordinis ſanctæ Claræ, in quo morari debeant decem Moniales Ordinis ejuſdem Sanctæ, ibidem virtutum Domino ſub Religionis habitu, perpetuo ſervituræ, in honorem & ſub vocabulo beatæ Mariæ Virginis Matris Chriſti in Caſtro Cerreti, Diœceſis præfatæ, in loco ad hoc congruo & honeſto, de licentia Diœceſani dicti loci, cum Eccleſia, campanili, campana, & aliis neceſſariis officinis conſtruxit, ædificavit, ac dotavit in tantum, quod ex fructibus dictæ dotis præfatus Monialium numerus ſemper poſſit commode ſuſtentari. Quare pro parte dictæ Franciſcæ fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut hujuſmodi conſtructioni, & ædificationi Apoſtolicæ confirmationis robur adjicere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. III. Nos igitur de præmiſſis certam notitiam non habentes, ac prædictum pium opus mulieris ejuſdem, ſi eſt ita, plurimum in Domino commendantes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ, de qua in iis & aliis gerimus in Domino fiduciam ſpecialem, per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus ſi præmiſſa inveneris vera eſſe, hujuſmodi conſtructionem ædificationem & dotationem, & alia inde ſecuta, auctoritate noſtra, approbare, & confirmare procures, jure tamen Parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum XI. Nonas Januarii, anno VII.

L.

Ut poſſint hæreditare. Ibidem fol. 60. epiſt. 283.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ, Ordinis ejuſdem Sanctæ, Juſtinopolitan. Diœceſis.

§. I. REligionis veſtræ, in qua relictis mundanis illecebris, virtutum Domino famulatum impenditis, promeretur honeſtas, ut vos & Mo-

Monaſterium veſtrum in iis, quæ veſtram & ipſius Monaſterii honeſtatem & commoda reſpicere dignoſcuntur, favore Apoſtolico proſequamur.

§. II. Hinc eſt, quod nos veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis, quibus, ut aſſeritis, licet habere proprium in commnni ex privilegio Apoſtolicæ Sedis ſpeciali, poſſeſſiones, & alia bona immobilia, & etiam mobilia, quæ Sorores ejuſdem Monaſterii pro tempore exiſtentes, ſi in ſeculo remanſiſſent, ex ſucceſſionibus vel alio juſto titulo contigiſſent, petendi, recipiendi, & retinendi, jure tamen cujuslibet ſemper ſalvo, quibuſcumque Apoſtolicis conſtitut. & aliis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus ipſius Ordinis ſanctæ Claræ, & dicti Monaſterii contrariis, juramento, confirmatione, vel quacumque firmitate alia roboratis nequaquam obſtantibus, plenam & liberam, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, licentiam elargimur. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum VII. Idus Martii, anno VII.

Anno Chaisti 1370. Urbani V. anno 8. & 9.

L I.

Ut confirmet conſtructionem Monaſterii Clariſſarum Aprutin. Reg. Vatic. ex lib. commun. fol. 23. epiſt. 78.

Venerabili fratri Epiſcopo Pennen.

§. I. JUſtis petentium deſideriis libenter annuimus, eaque favore proſequimur opportuno. Sane petitio pro parte dilecti filii Antonii de Podio de Teramo, civis Aprutin. nobis nuper exhibita continebat, quod olim ipſe cupiens illi aliqua dare de ſuo, qui ſibi contulit univerſa, ac habens ad hoc a bonæ memoriæ Stephano Epiſcopo, & Capitulo Aprutin. de quorum numero venerabilis frater noſter Petrus Epiſcopus Aprutin. modernus tunc exiſtebat, licentiam ſpecialem, pro ſuæ, ac parentum ſuorum animarum ſalute, in certis domibus ſuis in civitate Aprutin. conſiſtentibus, quoddam Monaſterium ſub vocabulo ſanctæ Claræ, cum Eccleſia, campanili, campana, & aliis neceſſariis officinis fundavit, ac conſtrui fecit, & de bonis ſibi a Deo collatis, pro Presbyteris, Religioſis, & Clericis, ac Monialibus in eodem Monaſterio in divinis Domino ſervituris, & ſervitoribus eorumdem dotem ſufficientem aſſignavit, jurepatronatus eidem Antonio, & ſuis ſucceſſoribus in præfatis Eccleſia & Monaſterio reſervato, ita quod Rector, ſeu Capellanus ejuſdem Eccleſiæ pro tempore exiſtens, in ſignum ſubjectionis, & cenſus Monaſterii, & Eccleſiæ prædictorum, eidem Stephano, & ſuis ſucceſſoribus unum, & prædictis Capitulo aliam libram ceræ, annis ſingulis, in feſto Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis, ſolvere teneretur, prout in inſtrumento publico ſuper hoc confecto dicitur contineri. Quodque Petrus Epiſcopus & Capitulum prædicti hujuſmodi libras ceræ in feſto prædicto Aſſumptionis aliquandiu receperunt.

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, præfatus Epiſcopus Petrus contra voluntatem & ordinationem, ac laudabile propoſitum dicti Antonii fundatoris veniens, nomen ejuſdem ſanctæ Claræ de Eccleſia & Monaſterio prædictis aboleri, & Eccleſiam ipſam ſanctæ Mariæ Novellæ appellari nitatur, pro parte dicti Antonii nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut conſtitutioni & fundationi hujuſmodi robur confirmationis adjicere, & alias eidem Antonio in præmiſſis providere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. III. Nos

§. III. Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi vocatis qui fuerint evocandi, tibi conſtiterit, quod dos ſufficiens pro præmiſſis aſſignata fuerit, conſtructionem & fundationem prædictas, auctoritate Apoſtolica, confirmes, ac eadem auctoritate ſtatuas & decernas, quod Eccleſia ipſa ſub nomine ejuſdem ſanctæ Claræ perpetuo remaneat; contradictores, auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtan. ſi eidem Petro Epiſcopo, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum XVII. Kal. Februarii anno VIII.

LII.

Ut quos velit Fratres in ſocios aſſumat. Ibid. epiſt. 547.

Dilecto filio Joanni Chambareti, Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, Altarario Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe.

CUm ſit bonum pariter, & jucundum habitare Fratres in unum, & omne animal ſibi ſimile diligat: Nos tuis ſupplicationibus inclinati, tibi, qui Altararius Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, auctoritate Apoſtolica, deputatus exiſtis, ut unum Fratrem tui Ordinis Fratrum Minorum cujuſcumque Provinciæ extiterit, quem duxeris eligendum in ſocium, auctoritate noſtra, recipere, & ipſum ſic receptum tecum tenere, ac ipſo cadente, vel decedente, alium Fratrem dicti Ordinis loco ſui recipere, eumdemque Fratrem pro tuis neceſſitatibus ubicumque, prout tibi videbitur expedire, mittere; & inſuper duos vel plures Fratres Ordinis ſupradicti pro opere dictæ Baſilicæ, tam lignaminibus, quam in plumbo expertos etiam recipere, Generalis Miniſtri, necnon Guardianorum, & aliorum Superiorum dicti Ordinis, ſeu cujuſcumque alterius licentia minime requiſita, Conſtitutionibus Apoſtolicis necnon ſtatutis, & conſuetudinibus dicti Ordinis, juramento vel quacumque firmitate alia roboratis, & aliis contrariis non obſtantibus quibuſcumque, quamdiu tamen Altararius dictæ Baſilicæ fueris, plenam & liberam, tenore præſentium, licentiam elargimur. Nulli ergo &c.

Datum apud Montem Flaſconum VI. Kal. Julii anno VIII.

LIII.

Ut oblationes ad altare ſancti Petri factas convertat in beneficium fabricæ Baſilicæ. Ibid. epiſt. 548.

EIDEM.

ILla ſolidæ dilectionis ſinceritas, quam ad Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe habuimus & habemus, digne nos incitat & inducit, ut ad ipſius Baſilicæ honorem & commodum, quantum cum Deo poſſumus, intendamus. Cum itaque tu ad recipiendum oblationes dictæ Baſilicæ, auctoritate Apoſtolica, fueris deputatus, Nos fabricæ ejuſdem Baſilicæ de alicujus ſubventionis auxilio gratioſe providere volentes, diſcretioni tuæ, tenore præſentium, mandamus, quatenus id quod de hujuſmodi oblationibus ad nos pertinentibus, deductis expenſis ordinariis, ſupereſſe contigerit, in fabricam dictæ Baſilicæ convertas, & in præmiſſis taliter te habeas,

quod de bona diligentia merito valeas commendari. Præſentibus poſt quinquennium minime valituris.

Datum apud Montem Flaſconum VI. Kalendas Julii anno VIII.

LIV.

Ut curam agat horti aliarumque rerum Palatii Apoſtolici. Ibid. epiſt. 549.

Eidem.

EX fideli & ſollicita, ac diligenti prudentia, & probitate, providentia quoque circumſpecta, aliiſque virtutibus pluribus, quibus, prout ex fide dignorum relatione nobis innotuit, te Dominus inſignivit, præſumimus evidenter, quod ea, quæ tibi commiſerimus, ſolerti & ſalubri ſtudio gubernabis, & fideliter exequeris. Hinc eſt, quod nos de hujuſmodi probitate & virtutibus plurimum in Domino confidentes, euſtodiam vineæ & horti noſtri de Urbe, necnon etiam aliarum rerum noſtrarum, quæ in Palatio noſtro Apoſtolico prope ſanctum Petrum exiſtunt, tibi, donec ſuper præmiſſis aliud duxerimus ordinandum, committimus per præſentes, diſtrictius inhibentes quibuſcumque perſonis, tam Eccleſiaſticis, quam aliis etiam Religioſis, ne abſque tua licentia, hortum & vineam ipſam intrare, ſeu res hujuſmodi retinere vel occupare præſumant. Sic igitur in præmiſſis ſollicite, diligenter, ac fideliter te habeas, quod apud nos merito commendari valeas, noſtramque ac dictæ Sedis benedictionem, & gratiam uberius conſequi merearis.

Datum apud Montem Flaſconum V. Kal. Julii anno VIII.

LV.

Quod reditus fabricæ Templi ſancti Petri exigat. Ibid. epiſt. 551.

Eidem.

AD ea, ex Apoſtolicæ Sedis officio nobis immerito commiſſo, libenter intendimus, per quæ Eccleſiarum utilitas procuratur. Sane nuper ad noſtrum pervenit auditum quod nonnulli, qui gloriantur cum male fecerint, & quorum oculis Dei timor abſceſſit, decimas, reditus, cenſus, legata & nonnulla alia bona, quæ fabricæ Principis Apoſtolorum de Urbe præſtare tenentur, tibi reddere ſeu præſtare recuſant, in animarum ſuarum periculum, dictæ fabricæ præjudicium non modicum & gravamen. Nos igitur volentes dictæ fabricæ in præmiſſis de opportuno remedio providere, tibi quamdiu Altararius dictæ Baſilicæ fueris, petendi, & exigendi nomine dictæ fabricæ, decimas, cenſus, reditus, legata & alia bona prædicta... receperis, de iis dumtaxat, quæ ex eis recipere te continget, quietandi, liberandi, & abſolvendi, ac omnia alia & ſingula, quæ in præmiſſis neceſſaria fuerint, ſeu etiam opportuna, etianſi talia eſſent, quæ mandatum exigerent ſpeciale, faciendi: non obſtantibus, quod Ordinis Fratrum Minorum profeſſor exiſtis, necnon conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis & conſuetudinibus dicti Ordinis contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, & aliis contrariis quibuſcumque, plenam & liberam, tenore præſentium, concedimus facultatem.

Datum apud Montem Flaſconum VI. Kalendas Julii anno VIII.

LVI.

LVI.

Ut oblationes quæ obveniebant Epiſcopo Portuen. in Baſilica ſancti Petri, convertantur ab Altarario in beneficium fabricæ. Ibid. epiſt. 552.

Ad futuram rei memoriam.

§. I. IN caritatis viſceribus gerentes Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe, ſicut filiam prædilectam, ad ea paternis ſtudiis libenter intendimus, ex quibus ipſius Baſilicæ, & ejus ſtatui, honoris & utilitatis proveniat incrementum, & ſuper hoc, prout expedire conſpicimus, providemus auxiliis opportunis.

§. II. Dudum ſiquidem per Nos accepto, quod Epiſcopus Portuen. pro tempore exiſtens, in feſto Nativitatis Domini, necnon in die Ramiſpalmarum, & quinta, & ſexta feria, & ſabbato majoris hebdomadæ, ac in feſto Reſurrectionis Domini, oblationes in eadem Baſilica recipere conſueverat; Nos, ex certis cauſis ad hoc animum noſtrum moventibus, dilecto filio Joanni Chambareti, Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, Altarario dictæ Baſilicæ mandavimus, ut oblationes ipſas alicui Officiali venerabilis fratris noſtri Guidonis Epiſcopi Portuen. recipere non ſineret, ſed eas reciperet, & deductis oneribus, pro fabrica dictæ Baſilicæ convertere deberet.

§. III. Volentes igitur eidem Baſilicæ ſubſidium aliquod impertiri, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, ſtatuimus, conſtituimus, & etiam ordinamus, quod idem Guido Epiſcopus, ac ſucceſſores ſui Epiſcopi Portuen. qui erunt pro tempore, nullas unquam oblationes in præfata Baſilica recipere, petere, ſeu exigere poſſint, ac volumus quod oblationes prædictæ, quæ per dictum Epiſcopum Portuen. ibidem recipi conſueverant, per Altararium dictæ Baſilicæ exiſtentem pro tempore, leventur, recipiantur, & etiam exigantur. Conſuetudinibus, privilegiis Apoſtolicis, quorumcumque tenorum exiſtant, & ſi de illis & totis eorum tenoribus eſſet præſentibus ſpecialis & expreſſa mentio facienda &c. quæ omnia & ſingula, in quantum præſentibus obviarent, revocamus, caſſamus, irritamus, ac nullius eſſe volumus roboris vel momenti. Nulli ergo &c. noſtræ conſtitutionis, ordinationis, revocationis, caſſationis, irritationis & voluntatis infringere &c.

Datum apud Montem Flaſconum VI. Idus Julii anno VIII.

LVII.

Ut accipiat expenſas ex Caſtro Corneti, & rationem reddat. Ibid. epiſt. 553.

Eidem Joanni Chambareti Altarario Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe.

CUm nos tibi Palatii, vineæ, & viridarii noſtrorum prope Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe, in cuſtodiam, conſervationem, & culturam, ad noſtrum beneplacitum, duxerimus committendas, & dilecto filio nobili viro Bertrando Raynardi militi, Miniaten. Diœceſis in Caſtro noſtro Corneti pro nobis Vicario, ut de pecuniis per eum receptis, & recipiendis de proventibus dicti Caſtri ad nos ſpectantibus, pro omnibus expenſarum in prædictis cuſtodia, conſervatione & cultura neceſſariarum tibi providere procuret, per alias noſtras litteras dederimus in mandatis, diſcretioni tuæ prædictum Bertrandum, ſeu alios quoſcumque nomine ſuo ſol-

ventes, de receptis pro prædictis abſolvendi, & quietandi concedimus, tenore præſentium, facultatem, ſic tamen, quod tu de receptis & expenſis hujuſmodi tenearis gentibus Cameræ noſtræ reddere rationem.

Datum ut ſupra IV. Idus Julii anno VIII.

GREGORIUS XI.

Electus eſt III. *Kalendas Januarii anno* MCCCLXX.

Anno Christi 1371. Gregorii XI. anno 1.

I.

Indulgentia pro viſitantibus facellum Eccleſiæ Minorum apud Burgum in Briſſia. Reg. Vat. lib. com. fol. 129.

Univerſis chriſtifidelibus, præſentes litteras inſpecturis.

§. I. SPlendor paternæ gloriæ, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementiſſima ipſius Majeſtate ſperantium, tunc præcipue benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas Sanctorum precibus & meritis adjuvatur.

§. II. Cupientes igitur, ut Altare beatæ Mariæ Virginis, quod dilectus filius nobilis vir Geraldus Deſtres, Miles, Dominus de Raguens, Lugdunen. Diœceſis, ſitum in Eccleſia Fratrum Minorum apud Burgum in Briſſia, ejuſdem Diœceſis conſtrui fecit, congruis honoribus frequentetur, & Chriſtifideles eo libentius cauſa devotionis ad illud confluant, quo ibidem uberius dono cœleſtis gratiæ conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui dictum Altare in Nativitatis, Circunciſionis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, & Corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac Pentecoſtes, & in Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, & Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis glorioſæ, ac in nativitatis beati Joannis Baptiſtæ, & dictorum Apoſtolorum feſtivitatibus, & in omnium Sanctorum celebritate, & in conſecratione dicti Altaris, & per dictarum Nativitatis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, & Aſcenſionis, & Corporis Domini noſtri, ac Nativitatis, & Aſſumptionis ejuſdem beatæ Mariæ Virginis, & nativitatis ſancti Joannis Baptiſtæ, & Apoſtolorum prædictorum feſtivitatum octavas devote viſitaverint, annuatim unum annum, & unam quadragenam, de injunctis eis pœnitentiis, ſingulis diebus ipſarum feſtivitatum, & celebritatis conſecrationis, & octavarum diebus, quibus ipſum Altare viſitaverint, miſericorditer relaxamus.

Datum Avenione IV. Kalendas Aprilis anno I.

II.

Ut accipiant domum in Caſtro Maranulæ. Ibid. fol. 127.

Dilectis filiis Miniſtro Generali, & Fratribus Ordinis Minorum.

Ordinis Minorū præconia.

§. I. INter Eccleſiaſticos Ordines in domo Domini militantes, illud benedictione cœleſti Ordini veſtro, & vobis ad laudes ſpeciales adſcribitur, ac rerum efficax experientia Magiſtra teſtatur, quod ubique locorum, in quibus degitis, fideles populos ad ſalutis gratiam evocatis, proficien-

cientes vobis per vitæ meritum, & aliis nihilominus per exemplum.

Cœnobii fundatorum ſupplicatio.

§. II. Sane petitio pro parte dilectorum filiorum nobilis viri Honorati Cajetani Comitis Fundorum, ac Univerſitatis Caſtri Maranulæ, Cajetan. Diœceſis, nobis nuper exhibita continebat, quod ipſi ob devotionis fervorem, quem ad veſtrum habent Ordinem, in quodam loco prope ipſum Caſtrum conſiſtente, in quo dudum ſub vocabulo beatæ Mariæ Annunciatæ, incepta fuit Eccleſia, quæ dotem & Rectorem non habet, unum locum dicti Ordinis veſtri Minorum, cum Eccleſia ſeu capella vel oratorio, ſub vocabulo ejuſdem beatæ Mariæ Annuntiatæ, & etiam cum cœmeterio, campanili, campana, domibus, & aliis neceſſariis officinis conſtrui, & ædificari deſiderant quamplurimum, & affectant. Quare pro parte dictorum Comitis, & Univerſitatis nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut vobis recipiendi locum hujuſmodi, ac in illo Eccleſiam, ſeu Capellam, vel oratorium ſub vocabulo ejuſdem beatæ Mariæ Annuntiatæ, cum campanili, campana, domibus, & aliis neceſſariis officinis conſtruendi, ſeu conſtrui faciendi licentiam concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Pontifex annuit.

§. III. Nos igitur hujuſmodi pium deſiderium quamplurimum in Domino commendantes, ac volentes cultum divinum, quantum cum Deo poſſumus adaugere, voſque & Ordinem veſtrum præfatum proſequi favorabiliter in hac parte, veſtris, ac hujuſmodi Comitis, & Univerſitatis ſupplicationibus inclinati, recipiendi locum hujuſmodi, ſi ſit idoneus, & Eccleſia ipſa, ut præfertur, dotem & Rectorem non habeat, & in ipſo loco Eccleſiam, ſeu Capellam, vel oratorium ſub vocabulo prædicto, cum campanili, campana, domibus, & aliis neceſſariis officinis prædictis conſtruendi, ſeu conſtrui faciendi, dummodo ibidem duodecim Fratres prædicti veſtri Ordinis pro tempore moraturi honeſte & congrue valeant ſuſtentari, jure tamen Parochialis Eccleſiæ & cujuſcumque alterius in omnibus ſemper ſalvo, ac conſtitutione fœl. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri prohibente, ne Religioſi Ordinis Mendicantium loca de novo recipiant, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali facien. plenam & expreſſam de prohibitione hujuſmodi mentionem, nequaquam obſtantibus, devotioni veſtræ, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, plenam & liberam licentiam elargimur. Nulli ergo &c.

Datum Avenione XIV. Kal. Aprilis anno 1.

III.

Ut Clariſſas Montisfalci liberet a moleſtiis. Ibid. fol. 47.

Dilecto filio Petro &c. ſanctæ Mariæ in Tranſtyberim Presbytero Cardinali, in nonnullis terris Italiæ S. R. Eccleſiæ immediate ſubjectis, noſtro, & pro eadem Eccleſia in temporalibus Vicario.

§. I. EXhibita nobis pro parte Abbatiſſæ, & Conventus Monaſterii ſanctæ Claræ de Monte Falcone Ordinis ejuſdem Sanctæ, Spoletan. diœceſis petitio continebat, quod fructus, reditus, proventus, & facultates dicti Monaſterii adeo tenues & exiles, & etiam diminuti exiſtunt, quod præfata Abbatiſſa, & Conventus nequeunt ex eis commode ſuſtentari, & quod licet de ipſarum Abbatiſſæ, & Conventus paupertate cunctis pateat evidenter, tamen venerabilis frater noſter Epiſcopus Spoletan. eiſdem Abbatiſſæ, & Conventui de die in diem taleas & collectas, & alia quamplurima gravamina imponit, ipſamque Abbatiſſam, & ſingulares Moniales dicti Mo-

Monaſterii propter quamdam collectam eis per dictum Epiſcopum impoſitam, & iuſtra terminum eiſdem Abbatiſſæ & Conventui aſſignatum, non ſolutam, excommunicationis ſententiam promulgavit, & eas per ſex menſes excommunicatas tenuit, & adhuc tenet de præſenti. Quare pro parte dilectarum Abbatiſſæ, & Conventus nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut præfatas Abbatiſſam, & Moniales ab hujuſmodi excommunicationis ſententia abſolvere, & alias eis in præmiſſis providere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. II. Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, circumſpectioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, præfatas Abbatiſſam & Moniales ab hujuſmodi excommunicationis ſententia in forma Eccleſiæ conſueta, prout juſtum fuerit, auctoritate Apoſtolica, abſolvas, ac eis abſolutis, ipſis Abbatiſſæ & Conventui, eadem auctoritate, concedas, ut uſque ad quatuor annos a data præſentium computandos, nulla talea, impoſitio, ſeu collecta eis imponatur, & ſi ſecus actum fuerit, & etiamſi propterea fierent, irritæ ſint & inanes, & inſuper ſi taleæ, impoſitiones, ſeu collectæ præfatis Abbatiſſæ & Conventui jam impoſitæ ſint, quas nondum perſolverint, eas ipſas Abbatiſſæ & Conventui remittas ſupradictis; contradictores, auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, non obſtantibus &c.

Datum Avenione, x. Kalend. Maii, anno 1.

IV.

Ut admittere poſſint novum Monaſterium in Calatajudo. Ibid. fol. 158.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſancti Nicolai prope muros villæ Calatajudi, Ordinis ſanctæ Claræ, Tiraſonen. diœceſis.

§. I. IIs, quæ pro divini cultus augmento, & conſervatione ſtatus perſonarum eccleſiaſticarum, maxime ſub religionis obſervantia, virtutum ſtudio & piæ vitæ perinde facta & ordinata exiſtunt, ut perpetua ſtabilitate ſubſiſtant, libenter adjicimus Apoſtolici munimiris firmitatem.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod nuper ex eo, quia Eccleſia veſtri Monaſterii, & ipſum etiam Monaſterium, cum ſuis domibus, & aliis officinis propter guerras, quæ in illis partibus viguerunt, adeo diruta & deſtructa exiſtebant, prout exiſtunt, quod in eo, ſicut conſueviſtis hactenus, Altiſſimo famulari, & commorari commode nequibatis: cariſſima in Chriſto filia noſtra Aleonora Regina Aragonum illuſtris, vobis pie compatiens, ac cupiens terrena in cœleſtia, & tranſitoria in æterna fœlici commercio commutare, pro ſuæ & progenitorum ſuorum animarum remedio & ſalute, quemdam locum cum dictis domibus, & ædificiis infra muros villæ Calatajudi, Tiraſonen. diœceſis conſiſtentem, quem dicta Regina de propriis bonis ſuis legitime acquiſivit, pro Monaſterio ad uſum veſtrum inibi de novo conſtruendo, & pro habitatione veſtra, ut ſecurius ibidem poſſitis Domino famulari, vobis in perpetuum, pia ſtabilitate donavit. Voſque poſtmodum legitime locum ipſum recipientes, vos de dicto Monaſterio ad eumdem locum tranſtuliſtis, & in eo præſentialiter reſidetis. Quare pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut donationi, receptioni & translationi hujuſmodi Apoſtolicæ firmitatis robur adjicere dignaremur.

§. III. Nos igitur hujuſmodi pium opus, & meritorium apud Deum dignis

gnis in Domino laudibus commendantes, ipſius Reginæ nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, ac veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, donationem, receptionem, & translationem hujuſmodi, & alia inde rite ſecuta, rata, & grata habentes, illa auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Jure tamen Parochialis Eccleſiæ, & cujuſcumque alterius in omnibus ſempe ſalvo, proviſoque quod Eccleſia, & cœmeterium dicti primi veſtri Monaſterii ad Clericos, vel laicos, tamquam hæreditas minime transferatur, & in ipſa Eccleſia per aliquem Sacerdotem idoneum deſerviatur laudabiliter in divinis. Nulli ergo &c.

Datum ut ſupra VI. Nonas Maii, anno I.

V.

Ut Abbatiſſæ uti poſſint baculo paſtorali. Ibid. fol. 92.

Dilectæ in Chriſto filiæ Mariæ, Abbatiſſæ Monaſterii ſanctæ Catarinæ de Turolio, Ordinis ſanctæ Claræ, Ceſarauguſtan. diœceſis.

EXpoſcit tuæ devotionis ſinceritas, quam ad nos, & Romanam geris Eccleſiam, & Religionis promeretur honeſtas, ut tam te, quam Monaſterium tuum dignis attollamus honoribus, & condignis favoribus proſequamur. Hinc eſt quod nos Cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Alionoræ, Reginæ Aragonum illuſtris, quæ ut aſſeritur, dictum tuum Monaſterium canonice de novo fundavit, ac tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut tu & aliæ Abbatiſſæ dicti Monaſterii, quæ tibi in regimine Monaſterii antedicti ſuccedent, baculo paſtorali uti libere valeas, tibi & eiſdem Abbatiſſis, auctoritate Apoſtolica, de ſpeciali gratia, indulgemus. Nulli ergo &c.

Datum ut ſupra VI. Nonas Maii, anno I.

VI.

Ut uniat aliqua beneficia Monaſterio Clariſſarum Turolii. Ibid. fol. 159.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Ceſarauguſtan.

§. I. PIetas exigit, & caritas perſuadet, pia vota perſonarum humilium divinis laudibus, ac ſacræ Religionis obſervantiæ dedicatarum, favorabiliter exaudiri & quod ipſarum neceſſitatibus proviſionibus occurratur congruentibus.

§. II. Sane petitio pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii ſanctæ Catarinæ de Turolio, Ordinis ſanctæ Claræ, tuæ diœceſis, nobis nuper exhibita continebat, quod ejuſdem Monaſterii facultates adeo tenues ſunt & exiles, quod ipſa Abbatiſſa, & Conventus cum perſonis in dicto Monaſterio degentibus, non poſſunt ex eis congrue ſuſtentari, & incumbentia eis onera ſupportare.

§. III. Nos igitur ipſarum Abbatiſſæ, & Conventus neceſſitatibus hujuſmodi deſiderantes, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter ſubvenire, ut exinde quietius & liberius valeant virtutum Domino famulari; cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Alionoræ Reginæ Aragonum illuſtris nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, dictarumque Abbatiſſæ, & Conventus ſupplicationibus inclinati, fraternitatem tuam rogamus, monemus, & hortamur attente, illam attentius in Domino obſecrantes, quatenus pro divina, noſtra, & Apoſtolicæ Sedis reverentia, ſi eſt ita, unum, duo, tria, vel plu-

plura beneficia eccleſiaſtica, etiamſi unum eorum Parochialis Eccleſia, aut alias curatum exiſtat, dum tamen alia beneficia hujuſmodi ſimplicia ſint & non curata, ad tuam collationem, proviſionem, præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem ſpectantia, cujus tamen, ſeu quorum fructus, reditus, & proventus centum librarum Turon. parvorum, ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum non excedant, una cum dilectis filiis Capitulo Eccleſiæ Cæſarauguſtan. Ordinis ſancti Auguſtini, ſi & in quantum tibi & illis expedire videbitur, eiſdem Abbatiſſæ, & Conventui, & earum Monaſterio unias & annectas, ſœlicis recordationis Urbani Papæ V. prædeceſſoris noſtri, & aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis non obſtantibus quibuſcumque, proviſo quod, ſi Parochialem Eccleſiam, aut aliud curatum beneficium unieris, de ejus fructibus congruam portionem pro perpetuo Vicario inibi ſervituro, reſerves, ex qua portione congrue ſuſtentari, jura Epiſcopalia ſolvere, & alia ei incumbentia onera poſſit ſupportare.

Datum Avenione XII. Kal. Decembris, anno 1.

VII.

Ut juvent fabricam Conventus Lauſanen. Ibid. ſol. 165.

Univerſis Chriſti fidelibus, præſentes litteras inſpecturis.

Eccleſiarum fabricis manum porrigere adjutricem pium apud Deum, & meritorium reputantes, frequenter Chriſtifideles ad impendendum Eccleſiis ipſis auxilium noſtris litteris exhortamur, & ut ad id eo fortius animentur, quo magis ex hoc animarum commodum ſe ſperaverint adipiſci, nonnumquam pro iis temporalibus ſuffragiis, ſpiritualia eis munera, videlicet remiſſiones & indulgentias elarginur. Cum itaque, ſicut accepimus, Eccleſia Ordinis Fratrum Minorum Lauſanen. caſu fortuito ſit ignis incendio totaliter concremata, & ad ejuſdem Eccleſiæ reædificationem fidelium eleemoſynæ ſint plurimum opportunæ, univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attente, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus de bonis vobis a Deo collatis, ad ipſius Eccleſiæ reædificationem pias eleemoſynas, & grata caritatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionem veſtram hujuſmodi dicta Eccleſia valeat reædificari, & vos per hæc, & alia bona, quæ Deo inſpirante, feceritis, poſſitis ad æternæ fœlicitatis gaudia pervenire. Nos enim &c.

Datum Avenione VI. Kal. Decembris, anno 1.

VIII.

Ut non recipiantur hoſpites in Conventu Minorum prope Clariſſas Neapolitan. Ibid. ſol. 80.

Ad perpetuam rei memoriam.

Licet hoſpitalitas inter pietatis opera computetur, cum tamen ſcandalum generat, proximumque perturbat, & gravat, illam ſervari, pium & utile non cenſetur. Eapropter cum, ſicut fide digno percepimus teſtimonio, ad Monaſterium ſancti Corporis Chriſti Neapolitan. Ordinis ſanctæ Claræ, infra cujus Monaſterii ſepta Conventus Ordinis Fratrum Minorum ad celebrationem divinorum officiorum, & curam Monialium Monaſterii prædicti, conſiſtit; nonnulli Fratres ejuſdem Ordinis Fratrum Minorum, ſæpe etiam per plures dies conſueverint hoſpitari, ex quo ipſi Conventus, & Moniales gra-

gravatæ fuerint ſumptibus, & quies eorum ſæpius extitit perturbata. Nos ſuper hoc intendentes de opportuno remedio providere, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium diſtrictius inhibemus, ne aliquis ex Fratribus ejuſdem Ordinis Fratrum Minorum, qui non ſit Conventualis præfati Conventus, infra ſepta dicti Monaſterii pernoctare præſumat. Alioquin ſecus facere præſumens, ſi officia habuerit, ab ipſis per annum continuum ſit ipſo facto ſuſpenſus, ſi vero officiis non fungetur, per biennium ſit inhabilis ad quæcumque in dicto Ordine officia obtinenda. Nulli ergo &c.

Datum Avenione nonis Decembris, anno 1.

Anno Christi 1372. Gregorii XI. anno 2.

IX.

Ut admittant domum in Villa Dolæ. Ex lib. com. ann. 2. fol. t 2.

Dilectis filiis Miniſtro, & Fratribus Minorum.

§. I. Inter eccleſiaſticos Ordines in domo Domini famulantes, illud de benedictione cœleſti Ordini veſtro, & vobis ad laudes ſpeciales adſcribitur, ut rerum efficax experientia Magiſtra teſtatur, quod ubique locorum in quibus degitis, fideles populos ad ſalutis gratiam evocatis, proficientes vobis per vitæ meritum, & aliis nihilominus per exemplum.

§. II. Cum itaque, ſicut exhibita nobis pro parte veſtra, & dilectorum filiorum nobilium virorum Joannis, & Theobaldi de Bire militum, Biſuntin. diœceſis & dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Margaritæ Comitiſſæ Burgundiæ, ac dilectorum filiorum Univerſitatis villæ de Dola, ejuſdem diœceſis, in Comitatu Burgundiæ conſiſtentium petitio continebat, milites, Comitiſſa, & univerſitas præfati, ex devotione, quam habent ad Ordinem veſtrum, unum locum cum Eccleſia, vel Capella, ſeu oratorio, ac campanili, campana, cœmeterio, domibus, & aliis neceſſariis officinis ad opus veſtrum, & Ordinis veſtri de bonis ſibi a Deo collatis in villa prædicta, quæ, ut aſſeritur, multorum Chriſtifidelium eſt populata, & in victualibus opulenta, & in qua nullus locus Religioſorum Mendicantium exiſtit, & in qua ipſa Comitiſſa, quæ dictum locum de bonis ſibi a Deo collatis in dicta Villa pro ipſo loco conſtruendo & fundando conceſſit, ac ipſum locum abſque juris alicujus præjudicio amortizavit, conſtruere & fundare proponant, pro parte veſtra, militum, Comitiſſæ, ac univerſitatis prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eiſdem militibus, Comitiſſæ, ac univerſitati conſtruendi & fundandi dictum locum in villa prædicta ad opus veſtrum, ac vobis recipiendi eumdem locum, cum Capella, vel Eccleſia, ſeu oratorio, ac campanili, campana, cœmeterio, & aliis ſupradictis, & ibidem commorandi licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. III. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, eiſdem militibus, Comitiſſæ, Univerſitati, fundandi & conſtruendi dictum locum cum Eccleſia, vel Capella, ſeu oratorio, ac campanili, campana, cœmeterio, domibus, & aliis neceſſariis officinis ſupradictis, dummodo in eadem villa duodecim Fratres dicti Ordinis inibi pro tempore moraturi congrue ſuſtentari poſſint, ac vobis recipiendi locum ipſum cum Eccleſia, vel Capella, ſeu oratorio &c. & ibidem commorandi, jure Parochialis Eccleſiæ, & alterius cujuſcumque in omnibus ſemper ſalvo. Conſtitutionibus fœl. record. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri prohibente &c.

Datum Avenione III. Kal. Februarii anno II.

X.

Ut uniat Monaſterio Nolano quædam bona. Ibid. fol. 49.

Venerabili fratri Epiſcopo Nolano.

§. I. AD audientiam noſtri Apoſtolatus pervenit, quod licet olim quidam Rogerius de Sabina de Caſtro Summæ, laicus tuæ Diœceſis, condens de bonis ſuis in ſua voluntate ultima teſtamentum, in eodem teſtamento voluerit & ordinaverit, quod de quadam domo ſua ſita in dicto Caſtro, & ad ipſum Rogerium juſto titulo pertinente, fieret unum Monaſterium Monialium, idem tamen Rogerius, pro conſtitutione, ſeu dotatione hujuſmodi Monaſterii conſtruenda nihil reliquit, ſeu legavit præter dictam domum, & quemdam hortum ſibi contiguum, propter quod voluntas, ſeu ordinatio hujuſmodi non eſt ſortita, nec ſortiri ſperatur effectus, maxime cum ex fructibus dictarum domus & horti vix una perſona poſſet congrue ſuſtentari.

§. II. Nos igitur volentes ſuper hoc de opportuno remedio providere, fraternitati tuæ, de qua in iis & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ſi eſt ita, non obſtantibus hujuſmodi ordinationibus, & voluntate prædicti teſtatoris, dictos domum & hortum, auctoritate noſtra, unias & incorpores Monaſterio ſanctæ Mariæ Jacobi Nolan. Ordinis ſanctæ Claræ, ita quod poſt unionem hujuſmodi, ſi per te eam fieri contingat, liceat dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii prædicti poſſeſſionem dictorum domus & horti, auctoritate propria, libere apprehendere, ac licite retinere, alicujus licentia ſuper hoc minime requiſita: & inſuper, auctoritate prædicta, ſtatuas & ordines, quod perpetuis futuris temporibus Abbatiſſæ dicti Monaſterii, quæ erunt pro tempore, & Conventus prædictus unam puellam oriundam de dicto Caſtro in Monialem dicti Monaſterii, ſi ibidem ad hoc reperiatur idonea, recipere teneantur, non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis, & conſuetudinibus Monaſterii & Ordinis prædictorum contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis. Contradictores, auctoritate prædicta, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Datum Avenione XIII. Kal. Aprilis, anno II.

XI.

Conceditur Indulgentia viſitantibus Eccleſiam Conventus de Burgo ſancti Severini. Ibidem fol. 225.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis.

§. I. DUm præcelſa meritorum inſignia, quibus Regina cœlorum, Virgo Dei Genitrix glorioſa, ſedibus præclara ſyderei, quaſi ſtella matutina prærutilat, devotæ conſiderationis indagine perſcrutamur: dum etiam in pectoris arcano revolvimus, quod ipſa, utpote mater miſericordiæ & gratiæ, pietatis amica, humani generis conciliatrix pro ſalute fidelium, qui delictorum onere prægravantur, ſedula exoratrix, & pervigil, ad Regem, quem genuit intercedit, dignum, quin potius debitum arbitramur, ut Eccleſias ad honorem ſui nominis dedicatas gratioſis remiſſionum proſequamur impendiis, & indulgentiarum muneribus honoremus.

§. II. Cupientes igitur ut Eccleſia beatæ Mariæ Annuntiatæ Conventus Fra-

Fratrum Ordinis Minorum de Burgo ſancti Severini, Salernitan. Diœceſis, in qua, ſicut accepimus, per eoſdem Fratres deſervitur laudabiliter, congruis honoribus frequentetur, & Chriſtifideles eo libentius confluant ad eamdem, quo ibidem uberius dono cœleſtis gratiæ conſpexerint ſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui dictam Eccleſiam in Nativitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, & Corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pentecoſtes, necnon Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, & Aſſumptionis beatæ Mariæ, ac beati Joannis Baptiſtæ, & Apoſtolorum Petri & Pauli prædictorum feſtivitatum octavas, & per ſex dies, dictam feſtivitatem Pentecoſtes immediate ſequentes, ipſam Eccleſiam devote viſitaverint annuatim, ſingulis videlicet ipſarum feſtivitatum, & celebritatis ac octavarum, & ſex dierum prædictorum diebus, quibus ipſam Eccleſiam viſitaverint, ut præfertur, unum annum, & XL. dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus; præſentibus poſt viginti annos a data earum minime valituris.

Datum Avenione III. Nonas Aprilis, anno II.

XII.

Ut ingredi poſſit Monaſterium Clariſſarum Viennæ. Ibidem fol. 193.

Dilectæ in Chriſto nobili mulieri Viridi, Ducisſæ Auſtriæ &c.

DEvotionis tuæ ſinceritas promeretur, ut quæ a nobis ſuppliciter poſtulas, affectu tibi benevolo concedamus. Hinc eſt quod nos tuis ſupplicationibus inclinati, ut cum quinque Matronis honeſtis, Monaſterium Religioſarum incluſarum ſanctæ Claræ in Vienna, Ordinis ejuſdem Sanctæ, Patavien. Diœceſis, cauſa viſitandi dilectam in Chriſto filiam Catarinam Monialem dicti Monaſterii, ſororem dilecti filii nobilis viri Leopoldi, Ducis Auſtriæ, viri tui, quibuſcumque ipſorum Monaſteriorum & Ordinis ſtatutis & conſuetudinibus contrariis nequaquam obſtantibus, bis ſingulis menſibus dumtaxat ingredi libere valeas, dummodo ejus, quæ ipſi Monaſterio præfuerit, ad id accedat aſſenſus, & tu, dictæque Matronæ ibidem non comedatis, vel etiam pernoctetis, tenore tibi præſentium, indulgemus. Nulli ergo &c.

Datum Avenione II. Idus Aprilis, anno II.

XIII.

Ut juvent fabricam Eccleſiæ Clariſſarum Montis-Albani. Ibidem fol. 98.

Univerſis Chriſtifidelibus, præſentes litteras inſpecturis.

ECcleſiarum fabricis manum porrigere adjutricem, pium apud Deum, & meritorium reputantes, frequenter Chriſtifideles ad impendendum Eccleſiis ipſis auxilium, noſtris litteris exhortamur, & ut ad id eo fortius animentur, quo magis ex hoc animarum commodum ſe ſperaverint adipiſci, nonnunquam &c. Cum itaque, ſicut accepimus, Monaſterium ſanctæ Claræ Montis-Albani, Ordinis ejuſdem Sanctæ, reparatione indigeat quamplurimum ſumptuoſa, ad quam Chriſtifidelium ſubſidia ſunt plurimum opportuna, univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attente, vobis nihilominus in remiſſionem peccaminum injungentes, quatenus de bonis vobis a Deo collatis, ob reparationem dicti Monaſterii, veſtras pias eleemo-

Ut in Conſtit. 7. hujus Pontif.

ſynas, & grata obſequia caritatis erogetis, ut per ſubventionem veſtram hujuſmodi Monaſterium ipſum reparari valeat; voſque per hæc, & alia bona, quæ, Domino inſpirante, feceritis ad æternæ fœlicitatis gaudia pervenire &c.

Datum Avenione XII. Kalendas Maii, anno II.

XIV.

Indulgentia pro viſitantibus earumdem Eccleſiam. Ibidem.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis.

SPlendor paternæ gloriæ, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementiſſima ipſius Majeſtate ſperantium, tunc præcipue benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas Sanctorum precibus, & meritis adjuvatur. Cupientes igitur, ut Eccleſia Monaſterii ſanctæ Claræ virginis Montis-Albani, Ordinis ejuſdem Sanctæ, congruis honoribus frequentetur, & ut Chriſtifideles eo libentius cauſa devotionis confluant ad eamdem, quo ibidem uberius dono cœleſtis gratiæ conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui in Nativitatis, Reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, necnon in Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis, & ſanctæ Claræ prædictæ feſtivitatibus, prædictam Eccleſiam viſitaverint devote annuatim, ſingulis feſtivitatum prædictarum diebus, quibus Eccleſiam ipſam viſitaverint, ut præfertur, tres annos & tres quadragenas de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus.

Datum Avenione, die & anno ut ſupra.

XV.

Ut permittat Monialibus Montis-Albani permutare aliqua feuda. Ibid.

Dilecto filio Decano Decanatus de Cayraco, Montis-Albani Diœceſis.

§. I. SInceræ devotionis affectus, quem dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſa & Conventus Monaſterii ſanctæ Claræ Montis-Albani, Ordinis ejuſdem Sanctæ, ad nos & Romanam gerunt Eccleſiam, promeretur, ut in iis, quæ digne fieri poſſunt, eis finus opportuno tempore gratioſi.

§. II. Hinc eſt, quod Nos ipſarum Abbatiſſæ, & Conventus ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ, de qua in iis & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eiſdem Abbatiſſæ, & Conventui permutandi aliqua bona, & feuda dicti Monaſterii jam acquiſita, vel per eas acquirenda, uſque ad valorem viginti quinque ſolidorum Turonen. parvorum annuorum, pro aliis bonis, ſeu feudis, cum quibuſcumque perſonis etiam eccleſiaſticis, ſecularibus, vel regularibus civitatis & diœceſis Montis-Albani, dum ex hoc ſequatur utilitas dicti Monaſterii, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, & tam ipſis Abbatiſſæ, & Conventui, quam illis, cum quibus permutabunt omnia, in præmiſſis neceſſaria gerendi, & exercendi, ac venerabili fratri noſtro Epiſcopo Montis-Albani, ſi hujuſmodi bona, & feuda ab eo teneantur, facta ſibi prius reſtitutione congrua, in hoc conſentiendi, auctoritate Apoſtolica, licentiam largiaris.

Datum Avenione XII. Kalendas Maii, anno II.

XVI.

XVI.

Ut ſatisfaciat Regularibus pro Monaſteriis deſtructis. Ex lib. 2. ſecretorum an. 2. fol. 29.

Venerabili fratri Philippo Epiſcopo Sabinen. in nonnullis Provinciis, & terris Romanæ Eccleſiæ in partibus Italiæ conſiſtentibus, noſtro, & pro Eccleſia ipſa in temporalibus Vicario Generali.

CUm dudum pro ſecuritate ſtatus Romanæ Eccleſiæ in Prædicatorum Tudertin. & Minorum Ortan. Fratrum, & in Monialium ſanctæ Mariæ Magdalenæ Narnien. ſanctæ Claræ Ordinum locis fuerint per Officiales dictæ Eccleſiæ factæ arces, & propterea Fratres & Moniales præfati perdiderint loca & Monaſteria ſua, & alia Monaſterium, & loca, non abſque Fratrum & Monialium gravibus damnis, & expenſis ædificare cogantur, volumus, prout rationis exiſtit, quod prædictis Fratribus, & Monialibus pro hujuſmodi ſuorum ſatisfactione damnorum, & expenſarum, ac fabrica novorum locorum, & Monaſterii, de proventibus Romanæ Eccleſiæ conſiſtentibus in partibus tui Vicariatus ſatisfieri facias, prout juſtum fuerit, & tuæ circumſpectioni videbitur expedire.

Datum Avenione x. Kalendas Maii, anno 11.

XVII.

Fit Capellanus Pontificius. Ex lib. commun. fol. 66.

Dilecto filio Joanni Welle Ordinis Fratrum Minorum Profeſſori, ſacræ Theologiæ Magiſtro, Capellano noſtro.

VIrtutibus clarens & meritis, ſicut famæ laudabili teſtimonio commendaris, illam in noſtro, & Apoſtolicæ Sedis conſpectu gratiam meruiſti, quod perſonam tuam paterna benevolentia proſequentes, eam libenter attollamus favoris gratia ſpecialis. Ut igitur in effectu percipias, quod ſuggerit noſtræ mentis affectus, te in noſtrum & Apoſtolicæ Sedis Capellanum gratioſe recipimus, ac noſtrorum, & ipſius Sedis Capellanorum conſortio favorabiliter aggregamus; ut per hoc Apoſtolici favoris præſidia plenius ſortiaris, tibique quod omnibus honoribus, privilegiis, exemptionibus, & gratiis per fœl. rec. Joannem XXII. & Clementem Papam VI. Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceſſis ..... prædictorum prædeceſſorum per piæ memoriæ Innocentium Papam VI. Urbanum Papam V. prædeceſſores noſtros, & aliis editis quibuſcumque non obſtantibus, de uberioris dono gratiæ indulgemus. Sic igitur, de bono in melius ſtudiis virtutum intendas, quod merito ad faciendum tibi pleniorem gratiam invitemur. Nulli ergo &c.

Datum Avenione 111. Kalendas Maii, anno 11.

XVIII.

Ut det licentiam fundandi Capellam in Conventu Minorum Valentin. & ad eam oſſa ſuorum tranſferendi. Ibidem fol. 142.

Venerabili fratri Epiſcopo Valentin.

§. 1. EXhibita nobis nuper pro parte dilecti filii nobilis viri Vitalis de Villa nova militis, tuæ diœceſis, petitio continebat, quod olim quondam Vitalis de Villa-nova, prædicti Vitalis quondam Patruus, de bonis

bonis ſibi a Deo collatis, quamdam Capellam in Eccleſia Fratrum Minorum ſita, tunc extra mœnia loci de Zatinæ, Diœceſis Valentin. canonice fundavit, quodque dicta Capella, tam per ipſum Vitalem, quam per nonnullos alios de genere ſuo, quorum corpora in dicta domo ſepulta extiterant, dotata fuerit, & etiam condecenter ornata, & quod ſubſequenter cum propter guerras, quæ inter Caſtellæ, & Aragonum regna viguerunt, præfata domus cum Eccleſia penitus deſtructa fuiſſet, nonnulli amici dictorum defunctorum ipſorum oſſa recipientes, illa in quodam Monaſterio inhumata temere poſuerunt.

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, idem Vitalis loco ejuſdem Capellæ, cujus ipſe Patronus exiſtebat, prout exiſtit, aliam Capellam in domo dilectorum filiorum Fratrum Minorum Valentin. reædificare cupiat; pro parte ipſius Vitalis fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut ſibi licentiam fundandi, & ædificandi unam Capellam in dicta domo Fratrum Minorum Valentin. loco præfatæ primæ Capellæ, ac oſſa prædicta ad hujuſmodi Capellam de novo fundandam deferendi, ſeu deferri faciendi, ac ipſa ibidem ſepeliendi, de ſpeciali gratia, concedere dignaremur.

§. III. Nos itaque de præmiſſis notitiam non habentes, ac gerentes de tuæ circumſpectionis induſtria fiduciam in Domino ſpecialem, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus ſi eſt ita, & tibi expediens videatur, quod hujuſmodi ſit licentia concedenda, eidem Vitali militi præmiſſa faciendi, auctoritate noſtra, licentiam largiaris, & nihilominus, ſi hujuſmodi licentiam eidem Vitali duxeris concedendam, auctoritate prædicta decernas, quod dos ad prædictam primam Capellam pertinens, ad hujuſmodi Capellam de novo fundandam, & conſtruendam, ut præfertur, perpetuo pertinere noſcatur. Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, & aliis contrariis, quibuſcumque.

Datum Avenione II. Kal. Maii, anno II.

XIX.

Conceditur libera ſepultura. Ibidem fol. 66.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ, Montis-Albani, Ordinis ejuſdem Sanctæ.

§. I. SAcræ veſtræ Religionis, in qua devotum, ac ſedulum Domino, in humilitatis ſpiritu, geritis famulatum, promeretur honeſtas, ut petitionibus veſtris, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus.

§. II. Nuper ſiquidem pro parte veſtra fuit nobis expoſitum, quod Monaſterium veſtrum, quod in ſuburbio civitatis Montis-Albani ſituatum eſt, occaſione guerrarum, quæ in partibus illis viguerunt, prout adhuc vigent, per Cives dictæ Civitatis, pro tuitione & defenſione civitatis ejuſdem, erat adeo dirutum, atque deſtructum, quod vos ibidem habitare minime poteratis. Quodque vos infra mœnia prædictæ Civitatis habebatis quaſdam poſſeſſiones & domos, & nonnullas alias ſperabatis ibidem acquirere, in quibus novum Monaſterium, in quo commode, & quiete poſſetis Altiſſimo famulari, fundare & conſtruere proponebatis, nos vobis licentiam fundandi & conſtruendi hujuſmodi Monaſterium novum infra dictam Civitatem, in loco ad hoc congruo & honeſto, cum Eccleſia, cœmeterio, campanili, campana, domibus, ac aliis neceſſariis officinis; auctoritate Apoſtolica, gratioſe duximus largiendam, prout in noſtris inde confectis litteris, plenius continetur.

§. III. Vo-

§. III. Volentes itaque vos profequi ampliori gratia & favore, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut liceat vobis, quaſcumque perſonas, quæ ad prædictum veſtrum Monaſterium de novo fundandum, & conſtruendum elegerunt ſepulturam, licite recipere, & in cœmeterio hujuſmodi veſtri Monaſterii de novo fundandi & conſtruendi libere ſepelire, vobis auctoritate prædicta, tenore præſentium concedimus, de gratia ſpeciali. Nulli ergo &c.

Datum apud Pontem Scrigiæ, Avenion. Diœc. VI. Idus Junii, anno II.

XX.

Datur ſalvus conductus fratri Nicolao de Criſma, Sedis Apoſtolicæ Nuncio. Ex lib. com. fol. 238.

Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filiis Electis, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, & aliis perſonis eccleſiaſticis, ſecularibus, & Regularibus, exemptis, & non exemptis, quocumque nomine nuncupentur. Necnon nobilibus viris Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Seneſcallis, Juſtitiariis, Poteſtatibus, Officialibus, ceteriſque Dominis temporalibus, Univerſitatibus quoque, ac Communitatibus civitatum, caſtrorum, & aliorum quorumcumque locorum, & aliis univerſis & ſingulis, ad quos præſentes litteræ pervenerint.

CUm dilectus filius Nicolaus dictus de Criſma de Polonia, Ordinis Fratrum Minorum Profeſſor ad Hungariæ, & nonnullas alias partes, pro certis arduis negotiis fidem Catholicam tangentibus, accedere proponat in brevi. Nos cupientes eumdem Nicolaum cum ejus comitiva, eundo, morando, & ad nos redeundo plena ſecuritate gaudere, univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur attente, quatenus eumdem Nicolaum benigne recommendatum habentes, nullam ei, & ejus comitivæ prædictæ, in perſonis, equitaturis, bonis & rebus ſuis inferatis injuriam, moleſtiam, vel offenſam, nec ab aliis, quantum in vobis fuerit, permittatis inferri, ſed ei potius de ſecuro conductu, ſi a vobis illum petierit, ſic libere providere pro noſtra & Apoſtolicæ Sedis reverentia ſtudeatis, quod veſtra poſſit exinde apud nos devotio merito commendari.

Datum apud Villam novam Avenion. diœceſis II. Idus Julii, anno II.

XXI.

Fit Capellanus Pontificius. Ex lib. com. fol. 123.

Dilecto filio Ubertino de Coriliano, Ordinis Fratrum Minorum Profeſſori, ſacræ Theologiæ Magiſtro, Capellano, & familiari noſtro.

§. I. CUm Religionis zelo virtutibus clarens & meritis, ſicut famæ laudabili teſtimonio commendaris, illam in noſtro, & Sedis Apoſtolicæ conſpectu gratiam meruiſti, quod perſonam tuam paterna benevolentia proſequamur, & eam libenter attollamus honoris gratia ſpecialis.

§. II. Ut igitur in effectu percipias, quod ſuggerit noſtræ mentis affectus, te in noſtrum, & dictæ Sedis Capellanum, atque familiarem gratioſe recipimus, & noſtrorum, & ipſius Sedis Capellanorum, & familiarium conſortio favorabiliter aggregamus, ac tibi, quod non obſtante Capellaniatu hujuſmodi, in Ordine tuo victum, & veſtitum recipias, & omnibus ho-

no-

noribus, gratiis, & privilegiis tibi infra dictum Ordinem conceſſis, & concedendis uti, & gaudere valeas ſicut prius, tenore præſentium, indulgemus, intendentes quod per hoc favoris Apoſtolici præſidia uberius conſequaris. Sic igitur de bono in melius ſtudiis virtutum intendas, quod merito ad faciendum tibi pleniorem gratiam invitemur. Nulli ergo &c.

Datum apud Villam novam Avenionenſis diœceſis VIII. Kalendas Octobris anno II.

In eumdem modum fratri Franciſco Meſſanen. ſacræ Theologiæ Magiſtro, VI. Kalendas Septembris.

XXII.

Conceditur Indulgentia viſitantibus Eccleſiam Clariſſarum Burgi, diœceſis Carcaſſonen. Ibid. fol. 142.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis.

Vide Conſtit. 14. hujus Pontif.

§. I. SPlendor paternæ gloriæ &c. Hodie ſiquidem pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Helis Abbatiſſæ, & Conventus Monaſterii ſanctæ Claræ Burgi Carcaſſonen. Ordinis ejuſdem Sanctæ, nobis expoſito, quod olim dictum Monaſterium, quod extra clauſuram dicti Burgi antea conſiſtebat, & in quo quadraginta Moniales benedictæ, ultra alias non benedictas eſſe conſueverunt, propter guerras, quæ in illis partibus viguerunt, dirutum & deſtructum fuerat, eiſdem Abbatiſſæ & Conventui recipiendi locum alium infra dictam clauſuram, ſi ipſis Abbatiſſæ, & Conventui pia largitione daretur, aut per eas alias juſto titulo acquireretur, ac inibi fundandi, & conſtruendi novum Monaſterium cum Eccleſia, campanili, campana, ac cœmeterio, & aliis neceſſariis officinis, in honorem, & ſub vocabulo ejuſdem ſanctæ Claræ, per noſtras certi tenoris litteras licentiam duximus concedendam.

§. II. Cupientes igitur, ut Eccleſia ipſa, cum conſtructa, & fundata fuerit, ut præfertur, congruis honoribus frequentetur, & ut Chriſtifideles eo libentius cauſa devotionis confluant ad eamdem, quo ex hoc ibidem uberius dono cœleſtis gratiæ conſpexerint ſe refectos; de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus veræ pœnitentibus, & confeſſis, qui in Nativitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Corporis Chriſti, Pentecoſtes, necnon Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis, & Nativitatis beati Joannis Baptiſtæ, dictorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & ſanctæ Claræ, ac ipſius Eccleſiæ Dedicationis feſtivitatibus, ac in celebritate omnium Sanctorum, & per ipſarum Nativitatis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Corporis Chriſti, & Pentecoſtes, nec non Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, & Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis, & Nativitatis ſancti Joannis Baptiſtæ, prædictorum Apoſtolorum, & ſanctæ Claræ feſtivitatum octavas, Eccleſiam ipſam cum fundata, & conſtructa fuerit, ut præfertur, devote viſitaverint annuatim, ſingulis videlicet feſtivitatum, & celebritatis unum annum, & quadraginta dies de injunctis; octavarum vero ipſarum, & ſex dierum prædictorum, diebus, quibus Eccleſiam ipſam viſitaverint, ut præfertur, centum dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus: præſentibus poſt viginti annos a data præſentium computand. minime valituris.

Datum Avenione XI. Kalendas Novembris anno II.

XXIII.

XXIII.

Ut miniſtret omnia ſacramenta in Capella Friderici Regis Siciliæ. Ibidem fol. 166.

Dilecto filio Ubertino de Coriolano Ordinis Fratrum Minorum Profeſſori, ſacræ Theologiæ Magiſtro, Capellano noſtro.

DEvotionis tuæ ſinceritas promeretur, ut votis tuis, illis præſertim, quæ ad tuæ, aliorumque Chriſtifidelium animarum ſalutem cedere valeant, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Tuis itaque ſupplicationibus inclinati, ut dilecto filio magnifico viro Friderico de Aragonia Inſulam Siciliæ regenti, cujus tu, ut aſſeris, Magiſter Capellanus es, omnibus de genere ſuo, & familiaribus, continuis commenſalibus, & Clericis dictæ Capellæ dicti Friderici in ea continue ſervientibus, quælibet Eccleſiæ ſacramenta libere miniſtrare valeas, Rectoris parochialis Eccleſiæ infra cujus parochiam dicta Capella exiſtit, vel cujuſcumque alterius licentia ad hoc minime requiſita, devotioni tuæ, tenore præſentium, auctoritate Apoſtolica, de ſpeciali gratia, indulgemus. Nulli ergo &c.

Datum Avenione IV. Kalendas Novembris anno II.

XXIV.

Ut percipiant eleemoſynas de male ablatis & incertis. Ibid. fol. 175.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui ſanctæ Claræ Tholoſan. Ordinis ejuſdem Sanctæ.

§. I. APoſtolicæ Sedis benignitas, perſonas ſub Religionis obſervantia vacantes aſſidue ſtudio piæ vitæ, congruo favore proſequitur, & votis earum, per quæ earum neceſſitatibus occurratur, ac perſonæ ipſæ, illi quietius debitum impendere valeant famulatum, cui mundanis abjectis illecebris, ſe ſponte devoverunt, libenter favorem benevolum impertitur.

§. II. Cum itaque, ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, antiquum Monaſterium, quod extra muros civitatis Tholoſan. conſiſtebat, propter guerras, quæ in illis partibus viguerunt, fuerit totaliter deſtructum, voſque infra muros Civitatis ejuſdem aliud Monaſterium canonice ædificare inceperitis, opere non modicum ſumptuoſo, ad cujus operis conſummationem veſtræ non ſuppetunt facultates, pro parte veſtra nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut de bonis male ablatis & incertis, ſi ea per illos, qui ad ipſorum reſtitutionem tenentur, ad opus hujuſmodi vobis contingerent elargiri, vobis recipiendi bona hujuſmodi, & in opus ipſum convertendi licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. III. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ut de bonis hujuſmodi, dummodo illi, quibus, ſi invenirentur, bonorum ipſorum reſtitutio fidei deberet, reperiri non valeant, ſi bona ipſa per illas detinentes vobis concedantur, ad ſummam quingentarum librarum Turonen. parvorum ad opus hujuſmodi, recipere & in opus ipſum convertere, libere & licite valeatis, devotioni veſtræ, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, concedimus de gratia ſpeciali, præſentibus poſt triennium minime valituris. Nulli ergo &c.

Datum Avenione IX. Kalendas Decembris anno II.

XXV.

Ut domum Coneclani transferre liceat. Ibid. fol. 229.

Dilectis filiis Miniſtro Provinciali, & Fratribus Ordinis Minorum, Provinciæ ſancti Antonii, ſecundum morem dicti Ordinis.

§. I. Sacræ veſtræ Religionis, in qua devotum Domino redditis famulatum, promeretur honeſtas, ut ea quæ ſtatui veſtro ad perſeverantiam divini ſervitii opportuna conſpicimus, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter concedamus.

§. II. Sane nuper pro parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, quod locus Fratrum veſtri Ordinis ſitus extra muros, ſeu mœnia Caſtri de Coneclano, Ceneten. diœceſis, tempore guerrarum, quæ frequenter patriam illam affligunt, inhabitari non poteſt, & calices, paramenta, & alia ornamenta diripiuntur multoties, domus & ædificia dicti loci damnificantur, comburuntur, & etiam diruuntur, ac in dicto loco multa enormia, & turpia committuntur; & Fratres inibi morari conſueti, per loca varia, & domos alienas vagari coguntur, in grave damnum, & opprobrium Ordinis memorati: propterea quemdam alium locum intra mœnia dicti caſtri, loco præfati veſtri loci recipere, & ibidem Eccleſiam, ſeu Capellam cum oratorio, campanili, campana, cœmeterio, domibus, & aliis neceſſariis officinis deſideratis, & proponitis, cum Dei adjutorio, & pia largitione fidelium conſtruere, & fundare. Quare pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut vobis faciendi præmiſſa licentiam, auctoritate Apoſtolica, concedere dignaremur.

§. III. Nos itaque hujuſmodi veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis dictum locum infra mœnia caſtri præfati, in loco tamen ad hoc congruo & honeſto, ſi vobis pia largitione fidelium tradatur, vel alias per vos juſto titulo acquiratur, loco dicti veſtri loci antiqui recipiendi, & ibidem Eccleſiam, Capellam, cum oratorio &c. domibus, & aliis neceſſariis officinis ſupradictis, pro uſu & habitatione veſtra fundandi, & conſtruendi, & perpetuo retinendi, Diœceſani loci licentia minime requiſita, fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua inhibetur &c. proviſo, quod Eccleſia, ſeu otatorium ac cœmeterium dicti veſtri primi loci ad prophanos uſus velut hæreditas minime transferatur, ſed in ipſa Eccleſia, ſeu oratorio per aliquem Presbyterum idoneum deſerviatur perpetuo laudabiliter in divinis. Nulli ergo &c.

Datum Avenione 11. Idus Decembris anno 11.

XXVI.

Ut admittant domum in Caſtro Seravallis. Ibid. fol. 230.

Eisdem.

§. I. Sacræ veſtræ Religionis, in qua ſub jugo voluntariæ paupertatis devotum Deo exhibitis famulatum, promeretur honeſtas, ut petitionibus veſtris, illis præſertim, per quæ divini nominis cultus augeatur, veſterque Ordo proſperis ſucceſſibus gratuletur, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis pro parte veſtra petitio continebat, quod vos ad honorem & laudem Dei in caſtro, ſeu loco de Seravalle, Ceneten.

ten. diœceſis quemdam locum, de licentia Domini temporalis, ſub cujus dominio caſtrum ipſum exiſtit, recipere, & ibidem Eccleſiam, ſeu Capellam cum oratorio, campanili, campana, cœmeterio, domibus, & aliis neceſſariis officinis, deſideratis, & proponitis cum Dei adjutorio, & pia largitione fidelium, conſtruere & ædificare. Quare pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut vobis faciendi præmiſſa licentiam, auctoritate Apoſtolica, concedere dignaremur.

§. III. Nos igitur, qui dictorum divini cultus, & veſtræ Religionis augmentum ferventer appetimus, hujuſmodi veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis dictum locum infra prædictum caſtrum, ſeu locum, in loco tamen ad hoc congruo, & honeſto, ſi vobis pia tradatur largitione fidelium, vel alias per vos juſto titulo acquiratur, cum Eccleſia, Capella, ſeu oratorio, campanili, campana, cœmeterio, domibus, & aliis neceſſariis officinis ſupradictis, pro uſu & habitatione veſtra, recipiendi, fundandi, conſtruendi, ac perpetuo retinendi, diœceſani loci licentia minime requiſita, Parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius jure in omnibus ſemper ſalvo, fœlicis recordationis Boniſacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua inhibetur &c.. Nulli ergo &c.

Datum Avenione 11. Idus Decembris anno 11.

XXVII.

Ut transferant Cœnobium ad Civitatem Britonorien. fol. 230.

Dilectis filiis Miniſtro Provinciali, & Fratribus Ordinis Minorum, Provinciæ Romanulæ, ſecundum morem dicti Ordinis.

§. I. Sacræ veſtræ Religionis, in qua devotum Deo redditis famulatum promeretur honeſtas, ut ea, quæ ſtatui veſtro ad perſeverantiam divini ſervitii opportuna conſpicimus, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter concedamus.

§. II. Sane nuper pro parte veſtra fuit expoſitum coram nobis, quod locus Fratrum veſtri Ordinis ſitus extra muros, ſeu mœnia civitatis Britonorien. tempore guerrarum occurrentium, inhabitari non poteſt, & multoties calices, paramenta, & alia ornamenta diripiuntur, domus & ædificia comburuntur, & etiam diruuntur, ac in ipſo loco multa turpia & enormia committuntur, & Fratres inibi morari conſueti, per loca varia, & domos alienas vagari coguntur, in grave damnum & opprobrium Ordinis memorati; propterea quemdam alium locum intra mœnia dictæ Civitatis loco prædicti veſtri loci recipere; & ibidem Eccleſiam, ſeu Capellam, cum oratorio, campanili, campana, cœmeterio, domibus, & aliis neceſſariis officinis, deſideratis & proponitis, cum Dei adjutorio, & pia largitione fidelium, conſtruere, & fundare. Quare pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut vobis faciendi præmiſſa, licentiam, auctoritate Apoſtolica, concedere dignaremur.

§. III. Nos itaque hujuſmodi veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis dictum locum infra mœnia præfatæ Civitatis, in loco tamen congruo & honeſto, ſi vobis pia largitione fidelium tradatur, ſeu per vos alias juſto titulo acquiratur, loco dicti veſtri loci antiqui, recipiendi, & ibidem Eccleſiam, ſeu Capellam, cum oratorio, campanili, campana, cœmeterio, domibus, & aliis neceſſariis officinis ſupradictis pro uſu & habitatione veſtra fundandi, conſtruendi, & perpetuo retinendi. Diœceſani loci licentia minime requiſita, fœlicis recordationis Boniſacii Papæ VIII. prædeceſſoris

noſtri, qua inhibetur &c. proviſo quod Eccleſia, ſeu oratorium, & cœmeterium dicti veſtri loci antiqui ad profanos uſus, velut hæreditas, minime transferatur, ſed in ipſa Eccleſia, ſeu oratorio per aliquem Presbyterum idoneum deſerviatur perpetuo laudabiliter in divinis. Nulli ergo &c.

Datum Avenione 11. Idus Decembris anno 11.

XXVIII.

Ut admittant locum in Portu Ceſenaten. Ibidem.

Eisdem.

§. I. SAcræ Religionis veſtræ, in qua ſub jugo voluntariæ paupertatis devotum Deo exhibetis ſervitium, promeretur honeſtas, ut petitionibus veſtris, illis præſertim, per quæ cultus divini nominis augeatur, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis pro parte veſtra petitio continebat, quod vos ad honorem, & laudem Dei in loco Portus, Ceſenaten. diœceſis Ceſenaten quemdam locum recipere, & ibidem Eccleſiam ſeu Capellam, cum oratorio, campanili, campana, cœmeterio, domibus, & aliis neceſſariis officinis, deſideratis, & proponitis cum Dei adjutorio, & pia largitione fidelium conſtruere & fundare. Quare pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut vobis faciendi præmiſſa licentiam concedere dignaremur.

§. III. Nos igitur, qui dictorum divini cultus, & veſtræ Religionis augmentum ferventer appetimus, hujuſmodi veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis dictum locum infra locum prædictum, in loco tamen ad hoc congruo & honeſto, ſi vobis pia tradatur largitione fidelium, vel alias per vos juſto titulo acquiratur, cum Eccleſia, Capella, ſeu oratorio, campanili, campana, cœmeterio, domibus, & aliis neceſſariis officinis ſupradictis pro uſu, & habitatione veſtra recipiendi, fundandi, conſtruendi, ac perpetuo retinendi, Diœceſani loci licentia minime requiſita, Parochialis Eccleſiæ, & cujuſcumque alterius jure in omnibus ſemper ſalvo, fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua inhibetur &c. Nulli ergo &c. noſtræ elargitionis & conceſſionis infringere &c.

Datum Avenione 11. Idus Decembris anno 11.

Anno Christi 1373. Gregorii XI. anno 3.

XXIX.

Ut curent converti ſuos ſervos Sarracenos. Ex libro ſecretorum anno 3. fol. 18.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ de Zativa, Ordinis ejuſdem Sanctæ, Valentin. diœceſis.

§. I. AD grandis noſtræ lætitiæ cedit augmentum, totaque debet Chriſtianitas jucundari, quod, ſicut relatu fide digno percepimus, quondam Alphonſus de Cherica, Miles, Segobricen. diœceſis dum in humanis ageret, cœleſtibus inhians, multoſque manipulos ad dominicam aream portare deſiderans, & in reddenda ratione ſuorum geſtorum multiplicatas mnas earum reddere largitori, multitudinem Sarracenorum utriuſque ſexus,

xus, quos in regno Valentiæ in ſuos ſervos habebat, ferventi ſtudio procuravit, & fecit fieri Chriſtianam: percepimus etiam quod vos, ſeu veſtra Monaſteria, quæ in ipſo Regno habetis, multos Sarracenos utriuſque ſexus, ſervos veſtros habetis, qui, ut veriſimiliter creditur, converterentur ad fidem Catholicam, ſi efficaciter curaretis ad hoc veſtrum ſollicitum ſtudium adhibere.

§. II. Quare cum magnam gratiam vobis datam a Domino humiliter & grate recognoſcere debeatis, quod pro ſalute animarum veſtrarum, tantum bonum operari poſſitis, & in hoc teneamini imitationis exemplum laicis exhibere, devotionem veſtram rogamus & hortamur in Domino, vobis nihilominus per Apoſtolica ſcripta mandantes, quod circa converſionem eorumdem Sarracenorum ſervorum veſtrorum, & etiam aliorum benignis perſuaſionibus, & opportunis gratiis, humanaque tractatione ſtudeatis pro viribus laborare, ac per Eccleſiaſticas & religioſas perſonas laborari etiam faciatis; per hoc animarum veſtrarum ſalutì, veſtræque famæ augmento prudentes ſapienter, & etiam aliis nobilibus compatriotis veſtris, quibus ſuper hoc ſcribimus, tribuentes exemplum ſimiliter faciendi: & ſi forſan ex hoc aliquid temporalis commodi amittere videamini, illud profecto non perdetis, ſed potius theſaurizabitis & collocabitis tutius in excelſis, ubi eo cum multiplicato fructu, cum Dei gratia perfruemini in æternum, & præter retributionem divinam, noſtram, & Apoſtolicæ Sedis gratiam promerebimini ampliorem. Nos enim dilecto filio Nicolao Americi, Ordinis Fratrum Prædicatorum, in ſacra Theologia Magiſtro, in regnis Aragoniæ & Valentiæ Inquiſitori hæreticæ pravitatis, latori præſentium præcepimus, ut vobis, & aliis dominis Sarracenorum hujuſmodi, una cum aliis Fratribus dicti Ordinis aſſiſtat conſiliis, & favoribus opportunis.

Datum Avenione Kalendis Februarii anno III.

XXX.

Ut in partibus Boſnæ amplis gaudeant facultatibus. Ibid. fol. 19.

Dilectis filiis Vicario, & Fratribus Ordinis Minorum, in partibus Boſnæ conſtitutis.

§. I. Animarum ſalutem paternæ caritatis optantes affectibus, libenter illa concedimus, ex quibus ſalus ipſa debeat provenire.

§. II. Sane ad noſtrum pervenit auditum, quod licet in partibus Boſnæ, in quibus habitantes fere omnes, præter illos, quos per Dei gratiam ad fidem Catholicam convertiſtis, ſunt ſchiſmatici, hæretici, & in quibus non ſunt Eccleſiæ parochiales, nec Rectores curam animarum habentes, baptizandi, & miniſtrandi baptizatis & converſis alia Eccleſiaſtica Sacramenta, poteſtatem a Sede Apoſtolica habeatis, tamen in metis Boſnæ, verſus Hungariam, ſicut in loco vocato Blaes, & aliis locis quam pluribus, in quibus eſt Chriſtianorum dominium, ſunt gentes permixtæ, videlicet, tam Chriſtianæ, quam hæreticæ, & ſchiſmaticæ, nec ibidem ſunt diſtinctæ parochiæ, nec Sacerdotes parochiales uſque ad duas, vel tres dietas exiſtunt: propter quæ habitationes ipſorum locorum ſine doctrina, & ritu Chriſtianis viventes, veſtra prædicatione & uſu hujuſmodi poteſtatis, vobis in terris ſchiſmaticorum, hæreticorum, aliorumque infidelium, ab Apoſtolica Sede, ut præfertur, conceſſæ, indigere admodum dignoſcuntur. Nos enim talium animarum ſaluti providere opportunis remediis cupientes, vobis, & ſingulis veſtrum in prædicto Blaes, & aliis locis hujuſmodi, uſque ad partes fidelium,

lium, in quibus diſtinctæ parochiæ, & Catholici Rectores Eccleſiarum curam animarum habentes, conſiſtunt, donec in eiſdem locis fuerint canonice diſtinctæ parochiæ, & Rectores Eccleſiarum parochialium inſtituti, utendi omnibus poteſtatibus, ſeu facultatibus & privilegiis, vobis in terris ſchiſmaticorum, hæreticorum, & aliorum infidelium, a memorata Sede conceſſis, plenam concedimus, tenore præſentium, facultatem.

Datum Avenione III. Nonas Februarii anno III.

XXXI.

Confirmat litteras Nicolai IV. quibus approbat Regulam Tertii Ordinis ſancti Franciſci. Ex lib. com. fol. 28.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. TEnor quarumdam litterarum fœl. record. Nicolai Papæ prædeceſſoris noſtri, in regeſto ipſius prædeceſſoris repertarum, ad dilecti filii Reynerii de Aſchebroeck Miniſtri domus Arſcoten. de Tertio Ordine ſancti Franciſci, Leodien. diœceſ. ſupplicantis, inſtantiam de regeſto ipſo de verbo ad verbum tranſcribi, & præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt:

§. II. *Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis in Chriſto filiis Fratribus, & dilectis in Chriſto filiabus Sororibus Ordinis Fratrum de Pœnitentia, tam præſentibus, quam futuris, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Supra montem Catholicæ fidei, quam populis gentium, qui ambulabant in tenebris, diſcipulorum Chriſti, ſincera admonitio igne curitatis exeſtuans, verbo ſollicitæ prædicationis edocuit, quamque Romana tenet, & ſervat Eccleſia, ſolidum Chriſtianæ religionis poſitum noſcitur fundamentum, nullis unquam concutiendum turbinibus, nullis quaſſandum fluctibus tempeſtatum. Hæc eſt etenim vera rectaque fides, abſque cujus conſortio nemo in conſpectu Altiſſimi acceptus redditur, nemo gratioſus occurrit. Hæc eſt, quæ ſalutis ſemitam præparat & fœlicitatis æternæ præmia, gaudiaq. pollicetur. Idcoque glorioſus Chriſti Confeſſor beatus Franciſcus, hujus Ordinis inſtitutor viam aſcendendi ad Dominum verbo pariter & exemplo demonſtrans, in ipſius ſinceritate fidei ſuos filios erudivit, eoſque illam profiteri, conſtanter tenere, ſimiliter & opere voluit adimplere, ut per ejus ſemitam ſalubriter incedentes, mererentur poſt vitæ præſentis ergaſtulum, æternæ beatitudinis effici poſſeſſores. Nos igitur Ordinem ipſum opportunis favoribus proſequi volentes, & ad ejus augmentum benignius intendentes, ſtatuimus, ut omnes quos ad obſervandam hujuſmodi vitæ formam aſſumi contigerit, ante aſſumptionem, ſeu receptionem ipſorum, de fide Catholica, & obedientia erga præfatam Eccleſiam diligenti examinationi ſubdantur; & ſi eas profeſſi firmiter fuerint, vereque crediderint, admitti, ſeu tute recipi poterunt ad eamdem. Præcavendum tamen ſollicite, ne quis hæretieus, vel ſuſpectius de hæreſi, aut etiam infamatus, ad vitæ obſervationem ipſius quomodolibet admittatur. Et ſi talem inveniri contigerit extitiſſe receptum, aſſignetur ille quantocius Inquiſitoribus hæretieæ pravitatis puniendus. Cum autem fraternitatem hujuſmodi quis intrare voluerit, Miniſtri ad receptionem talium deputati, ejus officium, ſtatum, & conditionem ſolerter explorent, ſibi fraternitatis ejuſdem onera, & præcipue alienorum reſtitutionem apertius exponentes. Quibus præmiſſis, ſi eidem placuerit, juxta modum hujuſmodi induatur. Et de alienis, ſi quæ fuerint apud eum, ſatisfacere ſtudeat in pecunia numerata, vel ſecundum exhibitam pignoris cautionem, ſeque nihilominus proximis re-*

con-

conciliare procuret; quibus omnibus ad effectum perductis, poſt unius anni ſpatium, cum aliquorum diſcretorum Fratrum conſilio, ſi is videbitur ipſis idoneus, recipiatur hoc modo, videlicet ut promittat ſe divina præcepta omnia ſervaturum, ac etiam ſatisfacturum, ut convenit de tranſgreſſionibus, quas contra hunc vivendi modum commiſerit, cum interpellatus ad viſitatoris extiterit voluntatem, & hujuſmodi ab eo facta promiſſio per manum publicam in ſcriptis inibi redigatur. Alio autem modo nullus a Miniſtris recipiatur eiſdem, niſi viſum eis aliter fuerit, conditione perſonæ, ac ipſius inſtantia ſollicita conſideratione diſcuſſis. Ordinamus præterea ſtatuentes, ut nullus poſt ipſius fraternitatis ingreſſum, eamdem egredi valeat ad ſeculum reverſurus, poſſit tamen habere tranſitum liberum ad Religionem aliam approbatam. Mulieribus vero viros habentibus, niſi de ipſorum licentia & conſenſu, non pateat ad conſortium dictæ fraternitatis ingreſſus. Fratres inſuper ipſius fraternitatis de humili panno in pretio, & colore non prorſus albo, vel nigro communiter veſtiantur, niſi fuerit ad tempus in præfatis colore & pretio per viſitatores, de conſilio Miniſtrorum, ob cauſam legitimam & apertam, eum aliquo diſpenſatum. Clamides quoque & pelles abſque ſcollaturis ſciſſas, vel integras, affibulatas tamen, non patulas, ut congruit honeſtati, clauſaſque nunichas Fratres habeant ſupradicti. Sorores etiam clamide induantur, & tunica de hujuſmodi humili panno facta, vel ſaltem cum clamide habeant guarnellum, ſeu placentorium coloris albi, vel nigri, aut paludellum amplum de canape, ſive lino, abſque ulla criſpatura conſutum. Circa humilitatem vero panni, & pelliciones Sororum ipſarum, juxta conditionem cujuslibet earumdem, ac loci conſuetudinem poterit diſpenſari. Bindis, & ligaturis ſericis non utantur, pelles habeant agninas; burſas de corio, & corrigias ſimpliciter abſque ſerico ullo factas, & non alias, tam Fratres habeant, quam Sorores; depoſitis ceteris, juxta beati Petri Apoſtolorum Principis ſalubre conſilium, vanis hujus ſeculi ornamentis. Sit eis ad inhoneſta convivia, vel ſpectacula, ſive curias, ſive coreas acceſſus penitus interdictus. Hiſtrionibus, ſeu vanitatis intuitu nihil donent, & ne quidquam illis a propria denetur familia, procurent prohibere. Ab eſu autem carnium ſecunda, quarta, & ſexta feria, dieque ſabbati abſtineant univerſi, niſi aliud infirmitatis, vel debilitatis inſtantia ſuaſerit. Minutis vero per triduum carnes dentur, ne ſubtrahantur in itinere conſtitutis; ſitque ipſarum comeſtio licita ſingulis, cum ſolemnitas præcipua intervenire contigerit, in qua ceteri Chriſtiani ab antiquo epulis carneis veſci ſolent. Aliis autem diebus, in quibus jejunium non ſervatur, ova & caſeus non negentur, ſed cum religioſis ceteris in eorum Conventualibus domibus licite ſumere valeant de appoſitis ab eiſdem, ſintque prandii cenæque refectione contenti, exceptis languidis, & viatoribus, ac infirmis. Sit ſanis cibus moderatus, & potus, cum teſtus evangelicus haboat: attendite ne corda veſtra crapula, & ebrietate graventur. Frandium autem vel cœna non niſi præmiſſa dominica oratione ſumatur, poſt ſumptionem cujuslibet cum Deo gratias iteranda; quod ſi omitti contigerit, dicatur tribus vicibus pater noſter. Qualibet vero ſexta feria totius anni, jejunium celebrent niſi forte infirmitatis, aut alia cauſa legitima excuſentur, vel niſi feſtum Natalis Domini feria ipſa occurrerit, obſervandum. Sed a feſto Sanctorum omnium uſque ad Paſcha, quarta & ſexta feria jejunabunt, alia quæ ab Eccleſia ſunt ſtatuta, vel Ordinariis ex cauſa, communiter indicta jejunia nihilominus ſervaturi. In quadrageſima vero beati Martini, uſque ad diem Nativitatis Domini, & a Dominica quinquageſimæ uſque ad Paſcha, diebus ſingulis, exceptis Dominicis, jejunare procurent, niſi aliud forte infirmitas, vel neceſſitas alia ſuaſerit. Sorores gravidæ

uſque

uſque ad ſuæ purificationis diem, ab exercitatione qualibet corporali, orationibus dumtaxat exceptis, poterunt, ſi voluerint, abſtinere. Laborantes vero propter fatigationis afficientis inſtantiam, a Dominicæ reſurrectionis feſto, uſque ad feſtivitatem beati Franciſci prædicti, ter in die qua exercitationi laboris incumbent, licite ſumere cibum poſſunt. Cum vero illos contigerit aliorum imminere laboribus, de cunctis appoſitis die qualibet ſumere licebit eiſdem, niſi ſexta feria, vel dies ſit alia, in qua generaliter ab Eccleſia jejunium noſcitur inſtitutum. Singuli autem Fratrum & Sororum ipſarum ter in anno, videlicet in Natalis Domini, Reſurrectionis ipſius, & Penteceſtis feſtivitatibus peccata propria confiteri, & Euchariſtiam devote ſuſcipere non poſtponant, reconciliando ſe proximis, & reſtituendo etiam aliena. Impugnationis arma ſecum fratres non deferant, niſi pro defenſione Romanæ Eccleſiæ, Chriſtianæ fidei, vel etiam Terræ ipſorum, aut de ſuorum licentia Miniſtrorum. Dicant univerſi quotidie ſeptem horas canonicas, videlicet Matutinum, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Veſperas & Completorium, Clerici videlicet ſcientes pſalterium pro prima, Deus in nomine tuo, & Beati immaculati, uſque ad legem pone, & alios horarum pſalmos, juxta Clericorum ordinem, cum Gloria Patri dicant. Cum vero ad Eccleſiam non accedent, pro Matutino pſalmos dicere ſtudeant, quos dicunt Clerici, vel Eccleſia Cathedralis, vel ſaltem Beati immaculati. Alii pro matutino duodecim, & pro qualibet alia hora ſeptem vicibus pater noſter, cum Gloria Patri dicere non omittant, quibus videlicet Primæ & Completorii horarum minorem ſymbolum & Miſerere adjiciant, qui noverunt; ſed ſi horis non dixerint conſtitutis, dicant tribus vicibus pater noſter. Infirmi autem horas hujuſmodi non teneantur dicere, niſi velint. In quadrageſima autem ſancti Martini, & etiam in majori, Eccleſiis in quarum Parochiis habitant, matutinalibus horis perſonaliter adire procurent, niſi cauſa rationabili excuſentur. Omnes præterea, quibus de jure facultas aſſuerit, condant ſeu faciant teſtamentum, & de bonis ſuis infra tres menſes poſt eorum ingreſſum immediate ſequentes, ordinent, & diſponant, ne quemquam illorum contingat decedere inteſtatum. De pace vero inter Fratres & Sorores, aut etiam exteros in diſcordia poſitos facienda, ſicut Miniſtris videbitur, ita fiat, adhibito, ſi facultas aſſuerit, Epiſcopi diœceſani conſilio in hac parte. Si vero Fratres vel Sorores contra jus, vel eorum privilegia per poteſtates, ſeu Rectores locorum, ubi domicilium obtinent, vexationibus impetantur, Miniſtri loci ad Epiſcopos, & alios locorum Ordinarios ſtudeant habere recurſum, juxta conſilium, & ordinationem ipſorum in talibus proceſſuri. A juramentis autem ſolemnibus omnes abſtineant, niſi neceſſitate cogente in caſibus per indulgentiam Apoſtolicæ Sedis exceptis, videlicet pro pace, fide, calumnia, & teſtimonio perhibendo, ac etiam in contractu emptionis, venditionis, & donationis, ubi videbitur expedire. In communi quoque loquela vitent, ut poterunt juramenta; & ſi aliquis minus caute juraverit lapſu linguæ, prout in multiloquio contingere conſuevit, die ipſo, in ſero, cum debet recogitare quid fecerit, dicat tribus vicibus orationem Dominicam, propter incaute facta hujuſmodi juramenta. Memor autem ſit quilibet, ut ad divina obſequia familiam propriam exhortetur. Univerſi Fratres & Sorores cujuſcumque Civitatis, aut loci diebus ſingulis, ſi commode poterint, Miſſæ officium audiant, & menſe quolibet ad Eccleſium, ſive locum, ad quem, vel quam Miniſtri curaverint intimare, conveniant Miſſarum ſolemnia inibi audituri, Unuſquiſque autem uſualis monetæ denarium Miſſario tribuat, qui pecuniam hujuſmodi colligat, & eam de conſilio Miniſtrorum inter Fratres & Sorores paupertate gravatos, & præcipue infirmantes, ac eos qui funerum exequiis carere dignoſcuntur, & dein-

deinde inter pauperes alios dividant congruenter; offerant insuper de dicta pecunia Ecclesiæ memoratæ, & tunc, si commode poterunt, Virum Religiosum, & in verbo Dei competenter instructum habere procurent, qui eos ad pœnitentiam, & misericordiæ opera exercenda hortetur, sollicite moneat & etiam inducat. Studeat quilibet dum Missæ celebratur officium, & prædicationis verbum proponitur, servare silentium, orationi & officio sit intentus, nisi eum communis utilitas fraternitatis impediat. Cum autem quemquam ex Fratribus infirmari contingat, Minister per se, vel per alium, vel alios, si hoc eis infirmus fecerit intimare, semel in hebdomada visitare teneantur ægrotum, ipsum sollicite ad recipiendum pœnitentiam, prout melius & efficacius expedire putaverint, inducentes, necessaria illi de bonis communibus ministrando; & si prædictus infirmus de præsenti vita migraverit, Fratribus & Sororibus tunc in civitate vel loco, ubi eum contigerit mori, præsentibus nuncietur, ut defuncti exequiis procurent personaliter interesse, a quibus donec Missarum fuerint celebrata solemnia, & corpus humo conditum non recedant: hoc quoque circa uxores infirmas, & decedentes volumus observari. Præterea infra octo dies post ipsius sepulti obitum immediate sequentes, quilibet Fratrum & Sororum ipsarum dicat pro anima ejus, Sacerdos videlicet missam unam, sciens psalterium quinquaginta psalmos, & Illitterati totidem Pater noster & in fine cujuslibet requiem æternam adjiciat, & præter hæc, infra annum pro Fratrum & Sororum tam vivorum, quam defunctorum salute tres missas faciat celebrari. Qui vero psalterium sciverit, illud dicat, & ceteri orationem dominicam toties dicere non omittant, requiem æternam in fine cujuslibet addituri. Ministeria quoque, & alia officia, quæ præsentis formulæ series exprimit, imposita sibi quisque devote suscipiat, curetque fideliter exercere, officium autem certi temporis spatio limitetur. Nullus Minister instituatur ad vitam, sed ejus Ministerium certus terminus comprehendet. Ad hæc Ministri & Fratres & Sorores civitatis, & loci cujuslibet ad visitationem convenire in aliquo loco religioso, vel Ecclesia, ubi locus hujusmodi contigerit deesse, conveniant, & visitatorem habeant Sacerdotem, qui alicujus approbatæ religionis existat; quique illis de commissis excessibus injungat pœnitentiam salutarem, nec quis alius possit eis hujusmodi visitationis officium exhibere. Quia vero præsens vivendi forma institutionem a beato Francisco prælibato suscepit, consulimus ut visitatores, & informatores de Fratrum vestrorum Ordine assumantur, quos Custodes, vel Guardiani ejusdem Ordinis, cum super hoc requisiti fuerint, duxerint assignandos. Nolumus tamen congregationem hujusmodi a laico visitari, hujusmodi autem visitationis officium semel exerceatur in anno, nisi necessitate aliqua suadente, fuerit pluries faciendum. Incorrigibiles vero, & inobedientes monitio trina præveniat, qui si se corrigere non curaverint, de ipsius congregationis consortio expellantur omnino, de consilio discretorum. Vitent insuper Fratres & Sorores juxta posse litigia inter se, illa si suscitari contigerit, sollicite dirimendo, alioquin de jure coram illo respondeant, apud quem potestas residet judicandi. Ordinarii autem locorum, vel visitator cum Fratribus & Sororibus universis in abstinentiis, jejuniis, & austeritatibus aliis, ex causa legitima, cum expedire viderint, poterunt dispensare. Ministri vero manifestas Fratrum & Sororum culpas visitatori denuncient puniendas, & si quisque incorrigibilis fuerit, post trinæ monitionis instantiam a Ministris, de discretorum Fratrum aliquorum consilio, visitatori nuncietur eidem, de fraternitatis consortio abjiciendus ab ipso, & in congregatione postmodum publicandus. Ceterum in præmissis omnibus, ad quæ Fratres & Sorores vestri Ordinis, non ex divinis præceptis, vel statutis tenentur Ecclesiæ, nullum ipsorum ad mortalem culpam volumus obligari; sed impositam sibi pœnitentiam pro transgres-

greſſionis exceſſus, prompta humilitate recipiant, & efficaciter ſtudeant adimplere. Nulli ergo &c. noſtri ſtatuti, & ordinationis infringere &c. Datum Reate XV. *Kal. Septembris anno* II.

§. III. Ceterum ut earumdem litterarum tenor prædictus ſic inſertus omnimodam rei, vel facti certitudinem faciat, Apoſtolica auctoritate decernimus, ut illud idem robur, eamque vim, eumdemque vigorem dictus tenor per omnia habeat, quæ haberent originales litteræ ſupradictæ, & eadem prorſus eidem tenori fides adhibeatur quandocumque & ubicumque ſive in judicio vel alibi fuerit exhibitus, vel oſtenſus, & eidem ſtetur firmiter in omnibus, ſicut eiſdem originalibus ſtaretur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Per hoc autem nullum jus de novo acquiri volumus, ſed antiquum tantummodo conſervari. Nulli ergo &c. noſtræ conſtitutionis, & voluntatis infringere &c.

Datum Avenione VIII. Idus Februarii anno III.

XXXII.

Indulgentia pro viſitantibus Capellam ſanctæ Crucis in Conventu Pynayrolii. Ibid. fol. 172.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis, ſalutem.

§. I. ETſi quælibet loca Sanctorum ſint pia, & prompta devotione a Chriſtifidelibus veneranda, illa tamen, quæ ſunt in honorem, & ſub vocabulo pretioſi ligni ſanctæ Crucis dedicata, tanto ſunt venerabilius honoranda, quanto per illud humanum genus redemptionis gratiam acquiſivit.

§. II. Cupientes igitur, ut Capella ejuſdem ſanctæ Crucis, ſita in Eccleſia loci Fratrum Minorum de Pynayrolio, Taurinen. diœceſis, ad quam, ut aſſeritur, eauſa devotionis quotidie magna confluit populi multitudo, congruis &c. conſpexerint ſe refectos: de omnipotentis Dei &c. omnibus vere &c. qui in Nativitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pentecoſtes, necnon Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis, & Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis, ac Nativitatis beati Joannis Baptiſtæ, dictorum Apoſtolorum, & ejuſdem ſanctæ Crucis feſtivitatibus, & in celebritate omnium Sanctorum, & per octavas ipſarum Nativitatis &c. & Apoſtolorum prædictorum, feſtivitatum, & per ſex dies dictam feſtivitatem immediate ſequentes, Capellam ipſam devote viſitaverint annuatim, ſingulis videlicet feſtivitatum, & celebritatis omnium Sanctorum unum annum & quadraginta dies, ac octavarum ipſarum & prædictorum ſex dierum, diebus quibus Capellam ipſam devote viſitave rint, ut præfertur, eentum dies de injunctis &c. relaxamus, præſentibus poſt viginti annos minime valituris. Volumus autem quod ſi alias viſitantibus præfatam Capellam, ſeu ad fabricam &c. aliqua alia indulgentia &c. hujuſmodi præſentes litteræ, & contenta in eis ſint caſſa & irrita, nulliuſque exiſtant roboris, vel momenti.

Datum Avenione IV. Idus Februarii anno III.

XXXIII.

Ut ſubveniat fabricæ novi Monaſterii Clariſſarum Biterren. Ibid. fol. 18.

Venerabili fratri Epiſcopo Biterren.

§. I. Iis, quæ perſonarum eccleſiaſticarum, & præſertim ſub regulari habitu vacantium ſtudio piæ vitæ, utilitatem reſpiciunt, libenter Apoſtolici favoris gratiam impertimur.

§. II. Sane petitio pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ, & Conventus Monaſterii ſanctæ Claræ Biterren. Ordinis ejuſdem Sanctæ, nobis nuper exhibita continebat, quod antiquum earum Monaſterium, quod extra muros civitatis Biterren. exiſtebat, olim propter metum guerrarum penitus direptum fuit; ipſæque de licentia Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, quoddam novum Monaſterium pro earum uſu & habitatione, infra civitatem Biterren. de novo conſtrui facere inceperunt: quodque pro complemento conſtructionis hujus novi Monaſterii, & clauſura ipſius, & etiam reparatione dicti Monaſterii, propriæ non ſuppetunt facultates. Quare pro parte dictarum Abbatiſſæ & Conventus nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis de alicujus ſubventionis auxilio providere, de benignitate &c. dignaremur.

§. III. Nos itaque hujuſmodi &c. inclinati, fraternitati tuæ, de qua in iis & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ſi eſt ita, præfatis Abbatiſſæ & Conventui de legatis ad pias cauſas & non expreſſas, jam factis, vel in antea faciendis, in tuis civitate, & diœceſi Biterren. uſque ad ſummam 600. francorum auri; ita tamen quod pro complemento conſtructionis hujuſmodi, ac clauſura & reparatione ſupradictis, & non in alios uſus expendatur, eiſdem Abbatiſſæ & Conventui, auctoritate Apoſtolica, realiter tradi facias, & etiam aſſignari. Contradictores &c. non obſtan. ſi aliquibus communiter vel diviſim &c. de indulto hujuſmodi mentionem. Volumus autem quod ii qui ejuſmodi legata uſque ad dictam ſummam 600. francorum eiſdem Abbatiſſæ & Conventui tradiderint, ad ea alibi perſolvenda minime teneantur, neque ad id a quoquam valeant coarctari.

Datum Avenione xv. Kal. Martii anno III.

XXXIV.

Ut poſſint admittere domum in Caſtro Brettembrumien. Ibid. fol. 61.

Dilectis filiis Miniſtro Provinciali, & Fratribus Ordinis Minorum, provinciæ Moguntin. ſecundum morem dicti Ordinis.

Sacræ veſtræ Religionis &c. Cum itaque, ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra, & dilectorum filiorum nobilium virorum Alberti Comitis de Werdenberg, & Hugonis, Alberti, ac Henrici Alberti, prædicti Comitis natorum, Comitum, Mogutin. diœceſis petitio continebat, quod præfati Comites de ſalute propria cogitantes, & cupientes terrena &c. commutare, ex ſpecialis devotionis affectu, quem ad Ordinem veſtrum gerunt, propoſuerunt, & intendunt, pro ſuarum, & progenitorum ſuorum animarum ſalute, & pro divini cultus, & religionis augmento, de bonis ſibi a Deo collatis fundare & conſtruere, in loco de Brettembrumien. prope Caſtrum de Monte-Sancto, Conſtatien. diœc. (Quæ quidem Caſtrum & locus ſub do-mi-

Vide Conſt. 25. hujus Pont.

minio temporali eorum conſiſtunt) unum locum veſtri Ordinis, cum Eccleſia, domibus, & aliis neceſſariis officinis. Nos itaque hujuſmodi pium propoſitum dictorum Comitum plurimum commendantes, veſtris, & ipſorum Comitum in hac parte ſupplicationibus inclinati, eis fundandi & conſtruendi hujuſmodi locum in dicto loco de Brettembrumien. cum Eccleſia, ſeu oratorio &c. & aliis neceſſariis officinis, in loco tamen ad hoc congruo & honeſto, ac vobis locum ipſum recipiendi & inhabitandi non obſtante Conſtitutione fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri prohibente &c. ſeu etiam debuerunt. Nulli ergo &c.

Datum Avenione III. Nonas Maii anno III.

XXXV.

Ut aliquot loca recipere poſſint in Hungaria. In lib. ſecret. fol. 60.

Dilectis filiis Vicario, ceteriſque Fratribus Ordinis Minorum. Vicariæ Boſnæ.

Pontificis erga Ordinem affectus.

§. I. INter ceteros Ordines in agro militantis Eccleſiæ complantatos, ad veſtrum Ordinem gerentes ſinceræ caritatis affectum, illa vobis libenter concedimus, per quæ dictus Ordo, pro divini laude nominis, & lucris animarum, quibus inſiſtitis, proſperis ſucceſſibus affluat, & continuis proficiat incrementis.

Fratres magis quam alii ad curam animarum intendunt.

§. II. Sane petitio pro parte veſtra, nobis nuper exhibita, continebat, quod licet in partibus Boſnæ, & Walachiæ, & circa metas Hungariæ, in quibus moramini, prædicantes infidelibus verbum Dei, ſchiſmaticos etiam ad viam reducendo Catholicæ veritatis, in civitatibus atque villis, in quibus fideles morantur, ſinguli ſint Plebani & Rectores Eccleſiarum per Ordinarios deputati, qui eiſdem fidelibus præſunt, eoſque doctrina imbuunt ſalutari; tamen Walachos ſchiſmaticos, quorum nonnulli in paſcuis, & tentoriis habitant, animalia, quibus abundant, paſcendo, curam prædicationis, ſeu converſionis non adhibent, quam vos, ut aſſeritis, adhibetis eiſdem, & magis adhibere cum Dei gratia intenditis in futurum, fructum animarum non modicum faciendo: quodque, ſicut eadem petitio ſubjungebat, propter præmiſſa novorum locorum pro vobis receptio, & conſtructio in illis partibus, etiam in terris & locis, in quibus fideles habitant, quamplurimum expediret. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, ut conſiderata ſalute animarum, quæ ex hoc provenire ſperatur, vobis in terris, caſtris, ſeu villis in metis Hungariæ circa Sebete & majorem Walachiam, ac circa metas Boſnæ in Abſan. & in Carbania, quarumcumque diœceſum, Catholicorum vel Schiſmaticorum exiſtant, loca nova recipiendi, ac in eis oratoria cum cœmeteriis, & aliis pro veſtro Ordine neceſſariis officinis, conſtruendi licentiam tribuere dignaremur.

Alia loca petunt poſſe conſtruere.

Sex conceduntur.

§. III. Nos igitur, qui ſalutem deſideramus animarum, & ut labor prædicationis veſtræ melius fructificet, veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis in partibus, ſeu metis prædictis, ſex loca recipiendi, ac in eis conſtruendi, ſeu conſtrui faciendi, in locis tamen congruis, & honeſtis, in ſingulis videlicet eorum ſingula oratoria, cum campanili, campana, cœmeterio, & aliis neceſſariis officinis, fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, in qua prohibetur &c. Ac inſuper Fratribus veſtris, qui in hujuſmodi locis, ut præmittitur, conſtruendis, pro tempore morabuntur, concedimus, quod gaudere valeant omnibus & ſingulis gratiis, pri-

privilegiis, exemptionibus, libertatibus & immunitatibus: quibus in aliis locis ejuſdem Ordinis Fratres ſoliti ſunt gaudere. Nulli ergo &c.

Datum Avenione Kal. Junii, anno III.

XXXVI.

Ut conſecret Eccleſiam Conventus Minorum in Inſula Manniæ. In lib. commun. fol. 67.

Venerabili fratri Epiſcopo Laudanen.

§. I. JUſtis petentium deſideriis, & præſertim quæ divini cultus augmentum reſpicere dignoſcuntur, libenter annuimus, eaque favore proſequimur opportuno.

§. II. Dudum ſiquidem pro parte dilectorum filiorum Miniſtri Provincialis, & Fratrum Ordinis Minorum, provinciæ Hiberniæ, ſecundum morem dicti Ordinis, ac dilecti filii nobilis viri Guillelmi de Monteacuto, Comitis Saresbirien. expoſito ſœl. record. Urbano Papæ V. prædeceſſori noſtro, quod in diœc. Sodoren. nullus locus dicti Ordinis Minorum exiſtebat; quodque idem Comes de ſalute propria cogitans &c. ad omnipotentis Dei laudem & gloriam, ac pro ſuæ, & aliorum Chriſtifidelium animarum ſalute, unum locum ad opus & uſum dictorum Fratrum in parochia Eccleſiæ ſanctæ Columbæ, in Inſula Manniæ, dictæ diœceſis cujus idem Comes Dominus exiſtebat, conſiſtente, aſſignare proponebat; præfatus prædeceſſor venerabili fratri noſtro Epiſcopo Sodoren. ſuis dedit litteris in mandatis, ut ſi eſſet ita, eidem Miniſtro & Fratribus recipiendi locum hujuſmodi, ſi eſſet congruus & honeſtus, & ibidem ædificandi, ſeu conſtruendi Eccleſiam, ſeu oratorium cum campanili &c. & aliis neceſſariis officinis, dummodo duodecim Fratres dicti Ordinis in loco ipſo degentes pro tempore, ibidem congrue & honeſte ſuſtentari valerent, auctoritate Apoſtolica, licentiam largiretur, prout in eiſdem litteris plenius continetur.

In diœceſi Sodorien. nullus Fratrum Minor. locus exiſtebat.

In Inſula Manniæ unus ipſis conceſſus.

§. III. Et deinde, ſicut exhibita nobis pro parte eorumdem Fratrum petitio continebat, Fratres ipſi de licentia dicti Epiſcopi, qui præfato prædeceſſore vivente, de præmiſſis, juxta tenorem dictarum litterarum ſe informaverat, eaque fore vera repererat, hujuſmodi locum per dictum Comitem eis datum receperunt; & in eo hujuſmodi Eccleſiam cum campanili &c. & aliis officinis neceſſariis conſtruxerunt.

§. IV. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, præfatus Epiſcopus Sodoren. a prædicto loco dictorum Fratrum quamplurimum diſtet, & propterea ad conſecrandam Eccleſiam commode accedere non poſſit; pro parte dictorum Fratrum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut providere eis ſuper hoc, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. V. Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi tibi conſtiterit, quod præfatus Epiſcopus Sodoren. eiſdem Fratribus recipiendi dictum locum, & in eo ædificandi, ſeu conſtruendi Eccleſiam, ſeu oratorium cum campanili &c. & aliis neceſſariis officinis, juxta tenorem dictarum litterarum licentiam conceſſerit: tu hujuſmodi Eccleſiam per dictos Fratres, ut præfertur, conſtructam, ut moris eſt, per te, vel aliquem Catholicum Pontificem, gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habentem, præfata auctoritate Apoſtolica, procures conſecrari.

Facultas Eccleſiam conſecrandi.

Datum Avenione IV. Nonas Julii, anno III.

XXXVII.

XXXVII.

Ut inquirant, & informent circa quædam bona quæ cupiebant vendi. Ex lib. ſecretor. fol. 191.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ Areſtanen. Ordinis ejuſdem Sanctæ.

Initium vide in Conſt. 48. Urbani V.

DIſcretionem veſtram hortamur attentius, vobis nihilominus per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus perquiratis, ac perquiri & videri faciatis, de reditibus, poſſeſſionibus, villis, atque locis, quæ ad utilitatem veſtram, & veſtri Monaſterii de Petina, venditionis molendinorum regalium, hic in Romana Curia per procuratorem veſtrum depoſita emi poſſint: ſuper quibus venerabilis frater noſter Raynerius Epiſcopus Roſan. vobis loquetur, & vos latius informabit.

Datum Avenione VII. Idus Julii, anno III.

XXXVIII.

Ut Clariſſæ Wbeten. Monaſterium deſtructum reædificare poſſint intra Villam. Ex lib. commun. fol. 72.

Dilecto filio Miniſtro Provinciali, & Fratribus Ordinis Minorum, Provinciæ Caſtellæ, ſecundum morem dicti Ordinis.

Vid. Conſtit. 25. hujus Pontif.

§. I. SAcræ Religionis, in qua dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſa, & Sorores Monaſterii ſanctæ Claræ de villa Wbeten. Ordinis ejuſdem Sanctæ, Giennen. Diœc. ſub Fratrum Minorum &c. Sane nuper pro parte ipſarum Abbatiſſæ, & Sororum fuit propoſitum &c. quod dudum Sarraceni, Chriſti nominis inimici, cum dictam villam Wbeten. & partes circumſtantes invaſerunt, damnaque &c. Monaſterium prædictum, quod prope ipſam villam ſitum erat, deſtruxerunt, & quod dilecti filii univerſitas ipſius villæ eaſdem Abbatiſſam, & Sorores dictum earum Monaſterium deſtructum reædificare, ſeu reparare in fundamentis prioribus non permittunt; proinde, ut aſſeritur, attendentes, quod Monaſterium ipſum tempore &c. deſtructionis exiſtere, ex quo dicta Abbatiſſa & Sorores quemdam locum intra mœnia ipſius villæ, loco dicti earum Monaſterii deſtructi, recipere, & ibidem Monaſterium cum Eccleſia &c. & aliis neceſſariis officinis deſiderant &c. fundare. Quare pro parte ipſarum Abbatiſſæ, & Sororum fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut eis faciendi præmiſſa &c. concedere dignaremur.

§. II. Nos itaque hujuſmodi &c. inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ſi eſt ita, dictis Abbatiſſæ & Sororibus, quod ipſæ, loco dicti earum Monaſterii deſtructi, unum locum intra mœnia villæ prædictæ, in loco tamen congruo &c. tradatur, vel alias per eas juſto titulo acquiratur, recipere; ibique Monaſterium, Eccleſiam &c. retinere poſſint: Diœceſani loci licentia minime requiſita, ac parochialis &c. ſemper ſalvo; ac quibuſcumque conſtitutionibus &c. nequaquam obſtan. plenam & liberam &c. largiaris. Proviſo quod locus ubi fuit Eccleſia &c. dicti earum Monaſterii antiqui deſtructi ad prophanos &c. minime transferatur.

Datum Avenione IV. Idus Julii, anno III.

XXXIX.

XXXIX.

Ut Fratres Giennen. ſuum Conventum transferre poſſint. Ibid. fol. 71.

Dilectis filiis Miniſtro Provinciali, & Fratribus Ordinis Minorum, Provinciæ Caſtellæ, ſecundum morem dicti Ordinis.

§. I. SAcræ veſtræ Religionis, in qua devotum redditis Deo famulatum, promeretur honeſtas, ut ea quæ ſtatui veſtro ad perſeverantiam divini ſervitii opportuna perſpicimus, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter concedamus.

§. II. Sane nuper pro parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, quod dudum Sarraceni, Chriſti nominis inimici, cum civitatem Giennen. & partes circumſtantes invaſerunt, & peccatis exigentibus, occupaverunt, locum Fratrum veſtri Ordinis, qui in ſuburbiis Civitatis ipſius ſitus erat, deſtruxerunt: & quod licet Civitas ipſa ſit recuperata, & per Chriſtianos teneatur ad præſens, tamen dilecti filii Cives ejuſdem Civitatis, vos dictum locum veſtrum deſtructum reædificare, ſeu reparare in fundamentis prioribus non permittunt; proinde, ut aſſeritur, attendentes, quod locus ipſe tempore guerrarum, civitati præfatæ veriſimiliter in multis propter propinquitatem, & eminentiam poſſet eſſe damnoſus; & etiam cauſa deſtructionis Civitatis ejuſdem, ex quo cum ipſorum Civium voluntate quemdam locum intra mœnia dictæ Civitatis, loco dicti veſtri loci antiqui deſtructi, recipere, & ibidem Eccleſiam, ſeu capellam, vel oratorium, campanile, campanam, cœmeterium, domos, & alias neceſſarias officinas deſideratis, & proponitis, cum Dei adjutorio, & pia largitione fidelium, conſtruere & fundare. Quare pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut vobis faciendi præmiſſa licentiam, auctoritate Apoſtolica, concedere dignaremur.

§. III. Nos itaque hujuſmodi veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis dictum locum recipiendi, & ibidem Eccleſiam &c. & alias neceſſarias officinias ſupradictas intra mœnia Civitatis prædictæ, in loco tamen congruo & honeſto, qui vobis pia tradatur largitione fidelium, vel alias per vos juſto titulo acquiratur, loco dicti veſtri antiqui deſtructi recipiendi, pro uſu & habitatione veſtra fundandi, conſtruendi, & perpetuo retinendi, ſi ad id Diœceſani loci conſenſus accedat; fœl. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua inhibetur ne Fratres Ordinum Mendicantium de novo loca &c. & aliis conſtitutionibus Apoſtolicis nequaquam obſtan. parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius jure in omnibus ſemper ſalvo plenam & liberam, auctoritate &c. elargimur. Proviſo quod locus ubi fuit Eccleſia, ſeu oratorium, ac cœmeterium dicti veſtri loci antiqui, ad prophanos uſus velut hæreditas minime transferatur. Nulli etgo &c.

Datum Avenione IV. Idus Julii, anno III.

XL.

Ut Fratres Beacien. ſuam domum poſſint transferre intra Civitatem. Ibidem fol. 72.

Eisdem.

SAcræ veſtræ Religionis &c. (*ut ſupra*) favorabiliter concedamus. Sane nuper pro parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, quod dilecti filii Communitas civitatis Beacien. tempore guerrarum, quæ Civitatem ipſam, & par-

& partes &c. locum Fratrum veſtri Ordinis, qui in ſuburbiis dictæ Civitatis exiſtebat, quique propter &c. poterat eſſe damnoſus &c. diruerunt &c. vos reædificare &c. & ibidem Eccleſiam &c. & aliis neceſſariis officinis &c. Quare pro parte veſtra fuit nobis &c. concedere dignaremur. Nos itaque hujuſmodi veſtris &c. vobis dictum locum intra mœnia Civitatis præfatæ, in loco tamen congruo &c. ibidem Eccleſiam &c. ſi ad id dioeceſani loci conſenſus &c. fœl. rec. Bonifacii Papæ VIII. &c. de prohibitione hujuſmodi mentionem. Et aliis conſtitutionibus &c. nequaquam obſtan. parochialis Eccleſiæ &c. ſemper ſalvo; plenam &c. elargimur. Proviſo, quod locus ubi fuit Eccleſia &c. minime transferatur. Nulli ergo &c.

Datum Avenione IV. Idus Julii, anno III.

XLI.

Ut Fratres Wbeten. ſuam domum poſſint transferre. Ibid. fol. 93.

Dilectis filiis Miniſtro Provinciali, & Fratribus Ordinis Minorum Provinciæ Caſtellæ, ſecundum morem dicti Ordinis.

SAcræ veſtræ Religionis &c. (*ut ſupra*) favorabiliter concedamus. Sane nuper pro parte veſtra fuit &c. quod dudum Sarraceni &c. cum villam Wbeten. Giennen. Dioec. & partes &c. damna quamplurima partibus ipſis, & earum incolis intulerunt, locum Fratrum veſtri Ordinis, qui prope ipſam villam ſitus erat, deſtruxerunt: & quod dilecti filii Univerſitas dictæ villæ, vos præfatum veſtrum locum &c. non permittunt: proinde, ut aſſeritur, attendentes, quod locus ipſe &c. eſſe damnoſus, & etiam ipſius villæ cauſa deſtructionis &c. deſtructi recipere, & ibidem Eccleſiam &c. fundare. Quare pro parte veſtra &c. dignaremur. Nos itaque hujuſmodi veſtris ſupplicationibus &c. dictum locum recipiendi, & ibidem Eccleſiam &c. perpetuo retinendi: ſi ad id Dioeceſani loci &c. fœl. rec. Bonifacii Papæ VIII. &c. ne Fratres Ordinum Mendicantium loca de novo &c. de prohibitione hujuſmodi mentionem. Et aliis conſtitutionibus &c. nequaquam obſtan. parochialis Eccleſiæ &c. ſemper ſalvo, plenam & liberam &c. elargimur. Proviſo quod locus ubi fuit Eccleſia &c. minime transferatur. Nulli ergo &c.

Datum Avenione IV. Idus Julii, anno III.

XLII.

Ut Clariſſæ de Reynoſo ſuam domum transferant ad Civitatem Palentinam. Ibidem fol. 94.

Dilecto filio Miniſtro Provinciali Ordinis Fratrum Minorum Provinciæ Caſtellæ, ſecundum morem dicti Ordinis.

§. I. SAcræ Religionis zelus, in qua dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſa, & Sorores Monaſterii ſanctæ Claræ de Reynoſo, Ordinis ejuſdem Sanctæ Palentin. dioec. ſub Fratrum Minorum correctione viventes, devotum Domino reddunt famulatum, promeretur honeſtas, ut ea, quæ ſtatui earum ad perſeverantiam divini ſervitii opportuna proſpicimus, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter concedamus.

§. II. Sane nuper pro parte ipſarum Abbatiſſæ, & Sororum fuit expoſitum coram nobis, quod dictum earum Monaſterium propter guerrarum turbines, quæ partes illas multipliciter afflixerunt, fuit deſtructum, & villa de Reynoſo prædicta, in qua dictum Monaſterium ſitum erat, extitit, prout extat,

extat, desolata; adeo quod Abbatissa, & Sorores prædictæ dictum earum Monasterium jam destructum deferentes, ad civitatem Palentin. confugerunt; & in ea per triennium, & ultra, in alienis tamen domibus permanserunt, & quod propter desolationem villæ jam dictæ, & quia non possent ibi tutæ manere, dictum earum Monasterium destructum reædificare non audentes: ipsæ Abbatissa & Sorores desiderant & proponunt pro earum tutiori statu intra mœnia dictæ Civitatis, quemdam locum, loco præfati earum Monasterii destructi, recipere; & ibidem Monasterium cum Ecclesia, seu Capella, vel oratorio, cum campanili &c. & aliis necessariis officinis, cum Dei adjutorio, & pia &c. fidelium, construere & fundare. Quare pro parte Abbatissæ & Sororum prædictarum, fuit nobis humiliter supplicatum, ut eis faciendi præmissa licentiam, auctoritate Apostolica, concedere dignaremur.

§. III. Nos itaque hujusmodi &c. inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus, si est ita, dictis Abbatissæ & Sororibus, quod ipsæ loco dicti earum Monasterii destructi, unum locum intra mœnia Civitatis prædictæ, in loco tamen congruo & honesto, qui eis pia tradatur largitione fidelium, vel alias per eas justo titulo acquiratur, recipiendi, ibique Monasterium, Ecclesiam &c. & alias necessarias officinas supradictas, pro usu & habitatione ipsarum fundare, construere & perpetuo retinere possint, Diœcesani loci licentia minime requisita, ac parochialis Ecclesiæ, & cujuscumque alterius jure in omnibus semper salvo: quibuscumque constitutionibus Apostolicis contrariis nequaquam obstan. plenam & liberam &c. largiaris. Proviso quod Ecclesia, seu oratorium ac cœmeterium dicti earum Monasterii antiqui destructi ad profanos usus, velut hæreditas minime transferatur; sed in ipsa Ecclesia, seu oratorio, per aliquem Presbyterum idoneum deserviatur perpetuo laudabiliter in divinis.

Datum Avenione Idibus Julii, anno III.

XLIII.

Ut ministrent Sacramenta in partibus Russiæ. Ex lib. secret. fol. 62.

Dilecto filio Vicario, dilecti filii Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum, in partibus Russiæ deputato.

ANimarum periculis, & quorumlibet fidelium, præsertim neophytorum scandalis, ac litigiosis concertationibus, opportunis obviare remediis cupientes, tibi, & aliis Fratribus Ordinis Minorum, cujus professor existis, quos ad hoc duxeris deputandos in terra Lamburgæ, & aliis partibus Russiæ, ministrandi eisdem fidelibus, seu neophytis ecclesiastica Sacramenta, ac omnibus aliis privilegiis vobis ab Apostolica Sede concessis, usque ad beneplacitum dictæ Sedis, utendi: non obstan. contradictionibus venerabilis fratris nostri Episcopi Lubuzan. seu Lubucen. qui in eisdem partibus ordinariam jurisdictionem habere se asserit, & alterius cujuscumque, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, concedimus facultatem.

Datum apud Villam-novam Avenionen. Diœcesis XII. Kal. Augusti, anno III.

XLIV.

Ut in fide perſeverent, & aliis ſint in exemplum. Ibid. fol. 63.

Dilectis filiis univerſis & ſingulis Neophytis, quaramcumque nationum in terra Lambargæ, & aliis Ruſſiæ partibus conſtitutis.

§. I. LÆtamur in Domino filii, & noſtrorum cordis holocauſtum, & labiorum vitulum immolamus, quod de infidelitatis tenebris, & hæreſi, ac Schiſmaticis erroribus vos miſericorditer eduxit, ac produxit ad lumen Catholicæ veritatis.

§. II. Eapropter veſtrarum animarum obviare periculis, ac veſtris conſolationi & ſalnti providere ſalubriter cupientes, veſtris precibus inclinati, dilecto filio Vicario dilecti filii Miniſtri Generalis, Ordinis Fratrum Minorum, in partibus Ruſſiæ deputato, vobis miniſtrandi eccleſiaſtica Sacramenta, ac omnibus aliis privilegiis, eis ab Apoſtolica Sede conceſſis, uſque ad beneplacitum dictæ Sedis utendi: non obſtan. contradictione venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Lnbuzan. ſeu Lubucen. qui in eiſdem partibus ordinariam juriſdictionem habere ſe aſſerit, & alterius cujuſcumque, auctoritate Apoſtolica, hodie conceſſimus facultatem. Quare fidelitatem veſtram hortamur in Domino, quatenus converſionis veſtræ ad fidem Catholicam, eximiam gratiam vobis datam a Deo, in humilitatis ſpiritu, & virtute conſtantiæ recognoſcentes, perſeverantes ſitis in fide præfata, nec ab ea propter ullas tentationes, & ſcandala recedatis, ſed cum invocatione divinæ gratiæ, per veſtræ perſeverantiæ, & aliorum veſtrorum bonorum operum exempla, alios de nationibus veſtris, in hujuſmodi tenebris & erroribus perſiſtentes, ad dictam fidem adducere ſatagatis, ut poſt hujuſmodi vitæ exitum, non ſolum veſtras, ſed eorum animas mereamini Altiſſimo præſentare.

Datum apud Villam-novam Avenion. diœc. XII. Kal. Auguſti, anno III.

XLV.

Ut poſſint reconciliare hæreticos. Ibid. fol. 69.

Venerabili fratri Simoni Epiſcopo Adjacen. & dilecto filio Gabrieli de Monte Alcino, dilecti filii Miniſtri Generalis Ordinis Fratrum Minorum, in inſula Corſicæ Vicario.

§. I. AD noſtrum pervenit auditum, quod in inſula Corſicæ ſunt nonnullæ perſonæ eccleſiaſticæ & ſeculares, hæretica labe reſperſæ, quæ alias hujuſmodi crimen confeſſæ, vel de ipſo convictæ, crimen ipſum abjurarunt, & ad unitatem Romanæ Eccleſiæ, & Catholicæ fidei redierunt: ſed poſtmodum veluti canes ad vomitum revertentes, in idem crimen damnabiliter ſunt relapſæ, quodque quædam ex perſonis eiſdem cupiunt ad gremium ſanctæ Matris Eccleſiæ cum humilitate redire, ſuper quorum receptione ad miſericordiam fuit nobis humiliter ſupplicatum.

§. II. Nos igitur intentis deſideriis, prout ex paſtoralis officii debito obligamur, errantes oves ad Dominicum ovile reducere affectantes, vobis, & utrique veſtrum in ſolidum, de quorum diſcretione, & zelo fidei, in iis, & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, auctoritate noſtra, recipiendi, de ſpeciali gratia ad miſericordiam, & Eccleſiæ unitatem, hac vice dumtaxat, hujuſmodi perſonas, quæ ſemel dumtaxat relapſæ fuerint, & cum eis, abjurata tamen per eas primitus omni hæreſi; ut quibuſcumque Apoſtolicis

licis conſtitutionibus contrariis nequaquam obſtan. poſſint pœnas, quæ a jure hujuſmodi relapſis inflictæ ſunt, hac vice evadere, diſpenſandi, ac perſonas ipſas ab excommunicationis ſententia, quam propter præmiſſa incurrerunt, abſolvendi in forma Eccleſiæ conſueta, ſi hoc humiliter petierint, injuncta eis pœnitentia ſalutari, & aliis quæ de jure fuerint injungenda, plenam & liberam concedimus, tenore præſentium, facultatem.

Datum apud Villam-novam Avenion. Dioec. VII. Kal. Septembris, anno III.

XLVI.

Ut recipiant quatuor domos in inſula Corſicæ. Ibidem fol. 71.

Dilectis filiis Vicario dilecti filii Miniſtri Generalis Ordinis Fratrum Minorum, ceteriſque Fratribus ejuſdem Ordinis in inſula Corſicæ conſtitutis.

§. I. INter ceteros Ordines &c. proficiat incrementis. Exhibita ſiquidem nobis pro parte veſtra petitio continebat, quod in inſula Corſicæ, in qua degitis, ſunt nonnulli hæretici ad quorum converſionem ſatagitis toto poſſe, ſed quia ipſi habitant in ſilvis & montibus a veſtris locis, & communi habitatione remotis, ad colloquendum cum eis, & ipſos ab erroribus ad veram Catholicam fidem convertendos vacare nequitis. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, ut conſiderata ſalute animarum prædictarum eorumdem hæreticorum, quos cum Dei gratia, & veſtræ prædicationis miniſterio ſperatis convertere, vobis in quibuſcumque Dioeceſibus inſulæ Corſicæ, quatuor loca de novo recipiendi, ac in eis Eccleſias, ſeu oratoria, cum cœmeteriis, & aliis pro veſtro Ordine neceſſariis officinis conſtruendi, licentiam tribuere dignaremur. *Vide Conſt. 25. hujus Pont.*

§. II. Nos igitur ſalutem deſiderantes animarum, ut labor prædicationis veſtræ melius fructificet, veſtris &c. inclinati, vobis in dicta inſula quatuor loca recipiendi, ac in eis conſtruendi, ſeu conſtrui faciendi in locis tamen &c. in ſingulis eorum videlicet ſingula oratoria cum campanili &c. licentia ſpeciali ſaciente plenam & expreſſam, ac de verbo &c. juribus tamen parochialium Eccleſiarum &c. plenam & liberam elargimur. Ac inſuper Fratribus veſtris, qui in hujuſmodi locis &c. quod gaudere valeant omnibus & ſingulis &c. quibus in aliis locis ejuſdem Ordinis ſoliti ſunt gaudere. Nulli ergo &c.

Datum apud Villam-novam Avenion. Dioec. Nonis Septembris, anno III.

XLVII.

Ut cum hæreticis & excommunicatis poſſint indemne converſari. Ibid. fol. 72.

Dilectis filiis univerſis & ſingulis Fratribus Ordinis Minorum in inſula Corſicæ commorantibus præſentibus & futuris.

CUm vos in inſula Corſicæ divinis obſequiis mancipati, inter alia veſtra laudabilia opera converſioni hæreticorum, & excommunicatorum, qui ſunt in dicta inſula, fideli ſtudio, prout audivimus, inſiſtatis; & propterea oporteat vos cum eiſdem hæreticis, & aliis etiam majoris excommunicationis vinculo innodatis, pro ipſorum converſione ſæpius converſari. Nos de veſtra bona intentione in iis & aliis, plenam in Domino fiduciam obtinentes, ut ipſos hæreticos & excommunicatos, ab eorum erroribus, contuma-

cia, & delictis facilius revocare, eis verbum Domini prædicando, & cum eis participando valeatis, vobis, & cuilibet veſtrum, quod cum hæreticis, & excommunicatis eiſdem loqui & participare poſſitis pro converſione præfata, nec per participationem hujuſmodi, dummodo ex illa facilior converſio prædictorum hæreticorum & excommunicatorum provenire ſperetur, pœnam aliquam incurratis, tenore præſentium, licentiam impertimur.

Datum apud Villam-novam &c. v. Idus Septembris, anno III.

XLVIII.

Ut non cogat Clariſſas Bononien. ad ſolutionem ſubſidii. Ibidem fol. 85.

Dilecto filio Petro tit. ſanctæ Mariæ in Tranſtyberim Presbyt. Cardinali, in nonnullis terris in Rom. Eccleſ. noſtro, & pro ipſa Eccleſ. in temporalibus Vicario Generali.

RElatum eſt nobis ſubſidium quadraginta Florenorum auri Monaſterio Minoriſſarum, ſeu ſanctæ Claræ Bononien. pro neceſſitatibus imminentibus Romanæ Eccleſiæ impoſitum extitiſſe. Cum autem, prout audivimus, dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſa & Conventus dicti Monaſterii paupertate graventur: volumus, tuæque circumſpectioni mandamus, quod ſi ita eſt, Abbatiſſam, & Conventum ſupradictas a ſolutione dicti ſubſidii habeas ſupportatas, & alias favorabiliter commendatas.

Datum apud Villam-novam Avenionen. diœceſis III. Kal. Octobris, anno III.

XLIX.

Ut cedat quaſdam domunculas Clariſſis Piſanis. Ibidem fol. 87.

Dilecto filio Priori Monaſterii, ſeu domus Gorgonæ, Ordinis Carthuſien. Piſan. diœceſis.

CUm, ſicut noſti, Monaſterium ſancti Viti Piſan. cum omnibus ejus officinis duntaxat, dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ prope Piſas, Ordinis ejuſdem Sanctæ, & Ordini Carthuſien. cujus Profeſſor, & Monaſterio, ſeu domui Gorgonæ, cujus prior exiſtis, poſſeſſiones, domos, & bona non parva, quæ ſpectabant ad dictum Monaſterium ſancti Viti, inter quæ dicuntur eſſe quatuor parvæ domus adjacentes ipſi ſancti Viti, quibus dictæ Abbatiſſa & Conventus pro honeſtate & commoditate ipſarum indigere noſcuntur, duximus concedendas; diſcretioni tuæ præcipiendo mandamus, quatenus, ſi eſt ita, ipſas domos dimittas, & concedas Abbatiſſæ & Monaſterio prælibatis.

Datum Avenione IV. Nonas Octobris, anno III.

L.

Conceditur Indulgentia viſitantibus Eccleſiam Clariſſarum Interamnen. Ex lib. commun. fol. 142.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis.

§. I. LIcet is, de cujus munere venit, ut ſibi a ſuis fidelibus digne & laudabiliter deſerviatur, de abundantia pietatis ſuæ, quæ merita ſupplicum excedit & vota, ſibi ſervientibus multo majora retribuat, quam va-

valeant promereri. Nihilominus tamen deſiderantes Domino reddere populum acceptabilem, & bonorum operum ſectatorem, fideles ipſos ad complacendum ei, quaſi quibuſdam allectamus muneribus, indulgentiis videlicet & remiſſionibus invitamus, ut ipſi exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores.

§. II. Cupientes igitur ut Eccleſia Monaſterii ſanctæ Catarinæ Interamnen. Ordinis ſanctæ Claræ congruis &c. confluant ad eamdem &c. de omnipotentis Dei &c. omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in Nativitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Pentecoſtes; necnon in Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, & Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis, & Nativitatis beati Joannis Baptiſtæ, Apoſtolorum Petri & Pauli, ac beatæ Catarinæ, prædictorum, & ipſius Eccleſiæ dedicationis feſtivitatibus, ac celebritate omnium Sanctorum, & per ipſarum Nativitatis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, & Corporis Dnmini, necnon Pentecoſtes, & ipſius beatæ Mariæ Virginis Nativitatis, & Aſſumptionis ipſius, ac Nativitatis beati Joannis Baptiſtæ, & Apoſtolorum Petri & Pauli prædictorum, feſtivitatum Octavas, & per ſex dies, dictam Pentecoſten immediate ſequentes, dictam Eccleſiam devote viſitaverint annuatim, ſingulis videlicet feſtivitatum, ac celebritatis & octavarum, ac ſex dierum prædictorum, diebus quibus dictam Eccleſiam viſitaverint &c. centum dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus: præſentibus poſt x. annns minime valituris. Volumus autem quod ſi alius viſitantibus &c. aliqua indulgentia in perpetuum, vel ad certum &c. hujuſmodi præſentes litteræ nullius exiſtant roboris vel momenti.

Datum Avenione III. Nonas Octobris, anno III.

LI.

Quod abſolvatur Vannillus Narduccius a variis exceſſibus, de quibus pœnitere dicebatur, ſuſcepta vita eremitica Tertii Ordinis ſancti Franciſci. Ex lib. 2. ſecret. fol. 89.

Dilecto filio Geraldo, Abbati Monaſterii Majoris Monaſterii prope Turonis, civitatem Perufin. & nonnullas alias terras Romanæ Eccleſiæ, pro nobis & ipſa Eccleſia regenti.

PRo parte dilecti filii Vannilli Narducci de Monte-Falconis, Profeſſoris Tertii Ordinis beati Franciſci, Spoletan. dicec. fait nobis exhibita ſupplicatio præſentibus interclusa, noſque fide digno teſtimonio informati, quod idem Vannillus ad ſtatum contritionis, & pœnitentiæ eſt reductus, & quod in paupertate & abſtinentia eremiticam vitam ducit, & intendit dicere quam diu vita fuerit ſibi comes. Volumus, & tuæ diſcretioni mandamus, quatenus poſtquam ipſe omnia bona ſua, quæ modica eſſe dicuntur, aſſignaverit dilectis filiis Alphonſo de Guadalfajara Presbytero, Tholetan. dicec. & Andreæ de Luca Eremitæ in monte Spoleti degenti, vel alteri eorum per ipſos, vel eorum alterum in pios uſus, de quibus expedire viderint, diſpenſanda, ipſum Vannillum abſolvas ab omnibus bannis, pœnis, & ſententiis, de quibus in ſupplicatione hujuſmodi continetur; ipſaque banna, & ſententias, ac proceſſus habitos contra eum de libris Curiæ Ducatus Spoletan. facias cancellari. Ita tamen quod per ſeptem annos proxime futuros, eidem Vannillo non liceat in dicto Ducatu trahere moram ſuam.

Datum Avenione Idibus Octobris, anno III.

LII.

LII.

Ut quatuor Clariſſas præficiat reformationi Monaſterii ſanctæ Luciæ Benedictinarum Veronen. Ex lib. 1. ſecret. fol. 81.

Venerabili fratri Epiſcopo Vicentin.

§. I. ADea, per quæ Eccleſiarum, & Monaſteriorum collapſorum, ac deformatorum ſtatus reparari valeat, libenter intendimus, & quantum cum Deo poſſumus, favorem Apoſtolicum impertimur.

§. II. Nuper ſiquidem ad noſtrum pervenit auditum, quod Monaſterium ſanctæ Luciæ prope Veronam, Ordinis ſancti Benedicti propter mortalitatum peſtes, adeo Monialibus deſtitutum extitit, quod in eo paucæ dumtaxat Moniales, & valde juvenes remanſerunt; quodque Cives & incolæ Civitatis Veronen. attendentes quod in ipſo Monaſterio aliquæ graves vel provectæ Moniales non exiſtunt, filias, vel conſanguineas ſuas, dictum Monaſterium, ut ibidem Regularem Ordinem profiteantur, ingredi non permittunt, quodque niſi ſalubre adhibeatur remedium, Monaſterium ipſum erit in brevi penitus derelictum. Accepimus inſuper quod in Monaſterio ſanctæ Mariæ Magdalenæ Veronen. Ordinis ſanctæ Claræ, eſt Monialium tam juvenum, quam antiquarum numerus nimis copioſus.

§. III. Nos igitur cupientes, quod præfatum Monaſterium ſanctæ Luciæ ſalubriter reformetur, fraternitati tuæ, de qua in iis, & aliis gerimus in Domino fiduciam ſpecialem, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ſi eſt ita, quatuor ex antiquioribus Monialibus dicti Monaſterii ſanctæ Mariæ Magdalenæ, quas pro reformatione dicti Monaſterii ſanctæ Luciæ utiliores & idoneores eſſe crederis, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, de dicto Monaſterio ſanctæ Mariæ Magdalenæ ad præfatum Monaſterium ſanctæ Luciæ, auctoritate Apoſtolica, transferas, ipſaſque in eodem Monaſterio ſanctæ Luciæ, auctoritate præfata, recipi facias in Monachas & Sorores, ipſiſque regularem habitum, juxta ipſius Monaſterii ſanctæ Luciæ conſuetudinem exhiberi, ac ſincera ibidem in Domino caritate tractari; contradictores per cenſuram &c. non obſtan. quibuſcumque ſtatutis & conſuetudinibus Monaſterii & Ordinis prædictorum contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica &c. roboratis: ſeu ſi pro aliis in dicto Monaſterio ſanctæ Luciæ ſcripta forſan Apoſtolica ſint directa: aut ſi dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſis & Conventibus dictorum Monaſteriorum, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum quod ad receptionem &c. minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici &c. hujuſmodi mentionem: & quibuslibet aliis dictæ Sedis &c. generalibus, vel ſpecialibus &c. per quæ præſentibus non expreſſa &c. effectus earum &c. vel differri, & de quibus quorumque &c. mentio in noſtris litteris ſpecialis.

Datum Avenione Nonis Novembris, anno III.

LIII.

Ut commendatum habeat Nicolaum Mutium Venetum Minoritam. Ex lib. ſecret. fol. 338.

Dilecto filio Leonardo Ordinis Fratrum Minorum Generali Miniſtro.

CUm nuper dilecto filio Nicolao Mutio de Venetiis ejuſdem Ordinis profeſſori, quem ob virtutum ſuarum merita proſequimur affectu benevolentiæ ſpecialis, nonnullas prærogativas & gratias, quas olim ſibi conceſſi-

ceſſimus, per Apoſtolicas litteras duxerimus confirmandas; diſcretioni tuæ, harum ſerie, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſarum litterarum noſtrarum tenore diligenter attento, nullam contra eaſdem confirmationis litteras inſeras novitatem; nec ab aliis, quantum in te fuerit, patiaris inferri: quin etiam eamdem diſcretionem hortamur attente, quatenus dictum Nicolaum, & amicos ſuos, in quantum digne meruerint, amore noſtri, & pro Apoſtolicæ Sedis reverentia, in iis quæ ad te pertinent, ſic efficaciter ſuſcipere ſtudeas commendatos, quod ſcripta noſtra ſibi ſentiant aſtitiſſe; tuque proinde coram nobis mereariſ præmium dignæ laudis.

Datum Avenione XII. Kal. Januarii, anno III.

Anno Christi 1374. Gregorii XI. anno 4.

LIV.

Ut reforment Ordinem ſanctæ Clarae in regno Caſtellæ. Reg. Vatic. ex lib. 2. ſecretorum fol. 4.

Dilectis filiis Arnaldo de Campania in ſacra Theologia Magiſtro, & Bernardo de Garriſono, ac Didaco de Palentia. ac Joanni Gonſalvo de Opta, Ordinis Fratrum Minorum profeſſoribus.

§. I. AD audientiam noſtram, non abſque multo dolore noſtræ mentis, fide digna relatione pervenit, quod Ordo beatæ Claræ in regno Caſtellæ eſt adeo deformatus, quod exinde non ſolum nonnullis perſonis eccleſiaſticis, ſed etiam & ſecularibus diligentibus ipſum Ordinem, multæ turbationes & ſcandala pervenerunt, ſuper quibus, per eos, ad quos ſpectat, debita correctio non eſt appoſita hactenus, nec procuratur apponi.

§. II. Nos igitur de his, ſi vera ſunt, merito condolentes, & nolentes ea ſub diſſimulatione tranſire, ac de veſtris prudentia, & zelo Religionis, de quibus ſumus fide dignorum teſtimoniis informati, in Domino plenarie confidentes, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus duo veſtrum ad dictum regnum, & alia regna, & terras ab eo dependentia, & ad hujuſmodi Monaſteria vos perſonaliter conferentes, & ad ſolum Deum, animarumque ſalutem, ac decorem & honeſtatem, bonumque ſtatum prædicti Ordinis habentes reſpectum, omnia & ſingula Monaſteria, Conventus, & loca ipſius Ordinis conſiſtentia in regnis & terris prædictis, & ipſorum Monaſteriorum perſonas, auctoritate noſtra, viſitetis, ac inquiratis in ipſis Monaſteriis ſuper exceſſibus, negligentiis, & defectibus, de quibus videritis expedire, & ea quæ per viſitationem, & inquiſitionem hujuſmodi reformanda, corrigenda, & emendanda inveneritis, auctoritate præfata, reformetis, corrigatis, & emendetis, tam in capitibus, quam in membris, & puniatis perſonas, quas puniendas videritis; contradictores &c. non obſtan. exemptionis, & quibuſcumque aliis privilegiis, & litteris Apoſtolicis contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia firmitate vallatis, etiamſi de ipſis, eorumque tenoribus, ac locorum hujuſmodi nominibus eſſet in præſentibus plena &c. ac de verbo &c. mentio facienda. Seu ſi aliquibus communiter &c. ab Apoſtolica &c. quod interdici &c. per litteras &c. de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Avenione XII. Kal. Februarii, anno IV.

LV.

LV.

Ut ſuis Viſitatoribus expenſas tribuant neceſſarias. Ibidem.

Dilectis in Chriſto filiabus univerſis & ſingulis Abbatiſſis, & Conventibus Monaſteriorum Ordinis ſanctæ Claræ, in regno Caſtellæ, & aliis regnis, ac terris dependentibus ab eodem, conſiſtentibus, ad quas præſentes pervenerint.

CUm dilectos filios Arnaldum de Campania in ſacra Theologia Magiſtrum, & Bernardum de Garriſono, & Didacum de Palentia Tholetan. & Joannem Gonſalvi de Opta, Ordinis Fratrum Minorum latores præſentium ad viſitandum & reformandum, auctoritate noſtra, Monaſteria, Conventus, & loca Ordinis ſanctæ Claræ in regno Caſtellæ, & aliis regnis, ac terris dependentibus ab eodem conſiſtentia, præſentialiter deſtinemus, univerſitatem veſtram hortamur attente, mandantes quatenus duobus ex eiſdem Viſitatoribus, cum ad vos cauſa viſitationis hujuſmodi declinabunt, de decentibus expenſis & evectionibus de loco ad locum dicti Ordinis veſtri eis opportunis, liberaliter provideri curetis. Alioquin eiſdem Viſitatoribus hujuſmodi expenſas condividendi, prout &c. ſuper quo &c. præſentium facultatem. Non obſtan. exemptionis &c. etiam ſi de ipſis, eorumque &c. mentio facienda. Seu ſi vobis communiter &c. quod interdici &c. de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Avenione XII. Kal. Februarii, anno IV.

LVI.

Ut reforment Ordinem Minorum in regno Caſtellæ. Ibidem fol. 5.

Dilectis filiis Arnaldo de Campania ſacræ Theologiæ Magiſtro, & Bernardo de Garriſono, Ordinis Fratrum Minorum.

Vide ſupra Bullam 54.

§. I. AD audientiam noſtram, non abſque &c. quod Ordo Fratrum Minorum in regno Caſtellæ eſt multipliciter deformatus, in tantum quod exinde non ſolum nonnullis Fratribus Ordinis prædicti, ſed etiam laicis diligentibus ipſum Ordinem &c. pervenerunt, ſuper quibus, per eos ad quos &c. nec procuratur apponi.

§. II. Nos igitur de his, ſi vera ſint, merito &c. tranſire, ac de veſtris prudentia, ſcientiæ dono, & zelo Religionis plenarie in Domino &c. diſcretioni veſtræ &c. quatenus ad dictum regnum vos &c. habentes reſpectum, omnia loca & Conventus &c. in dicto regno, ac aliis regnis, & terris dependentibus ab eodem, auctoritate &c. inquiratis in eis, ſuper nonnullis &c. quos ſub Bulla noſtra vobis mittimus intercluſos, & ſuper aliis, de quibus videritis &c. & ea quæ per viſitationem &c. emendanda &c. auctoritate &c. tam in capitibus &c. puniatis, ſecundum dicti Ordinis inſtituta, quos videritis. Contradictores &c. non obſtan. exemptionis &c. juramento &c. vel alia firmitate roboratis, etiamſi de ipſis, eorumque &c. mentio facienda. Seu ſi aliquibus communiter &c. quod interdici &c. hujuſmodi mentionem.

§. III. Ceterum vobis ſi pro reformatione & correctione hujuſmodi & dependentibus ab eadem, videritis expedire, convocandi & tenendi provincialia Capitula Fratrum dicti Ordinis in provinciis regnorum prædictorum, & in eis præſidendi in omnibus agendis cum plenaria poteſtate, quam habet dilectus filius Miniſter Generalis Ordinis prælibati, & inſuper convocandi

candi & tenendi concilium Miniſtri, & diſcretorum Fratrum dicti Ordinis provinciæ Aragoniæ, eoſque ad hoc, auctoritate præfata, compeſcendi, plenam concedimus, tenore præſentium, facultatem.

Datum Avenione XI. Kal. Februarii, anno IV.

LVII.

Ut ſuis Viſitatoribus neceſſarias tribuant expenſas. Ibidem.

Dilectis filiis univerſis & ſingulis Guardianis, ac Conventibus Ordinis Fratrum Minorum, ad quos præſentes pervenerint.

CUm dilectos filios Arnaldum de Campania in ſacra Theologia Magiſtrum, & Bernardum de Garriſono, Ordinis Fratrum Minorum, ad viſitandum & reformandum, auctoritate noſtra, loca, & Conventus dicti Ordinis in regno Caſtellæ conſiſtentia, præſentialiter deſtinemus, univerſitatem veſtram hortamur attente, mandantes quatenus eiſdem Viſitatoribus, eundo, ſtando, & redeundo, ſive vos viſitent, ſive per loca veſtra tranſeant, de decentibus expenſis, & evectionibus, eis de loco ad locum dicti Ordinis opportunis liberaliter providere curetis. Alioquin ipſis Viſitatoribus hujuſmodi expenſas condividendi, prout eis videbitur, ſuper quæ eorum conſcientias oneramus, & vos ad hoc per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendi, plenam concedimus, tenore præſentium, facultatem. Non obſtan. exemptionibus, & aliis privilegiis contrariis quibuſcumque, vobis, & prædicto Ordini ab Apoſtolica Sede conceſſis; etiam ſi de ipſis, eorumque &c. in præſentibus mentio facienda. Seu ſi aliquibus communiter &c. quod interdici &c. per litteras Apoſtolicas &c. de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Avenione XII. Kalendas Februarii, anno IV.

LVIII.

Ut alios ſibi aſſumere poſſint coadjutores. Ibidem fol. 41.

Dilectis filiis Arnaldo de Campania in ſacra Theologia Magiſtro, & Bernardo de Garriſono, Ordinis Fratrum Minorum Profeſſoribus.

DUdum vobis per Apoſtolica ſcripta commiſimus & mandavimus, quod omnia, & ſingula loca, & Conventus Ordinis Fratrum Minorum in Regno Caſtellæ, & aliis Regnis, & terris ab eo &c. auctoritate noſtra, viſitaretis & reformaretis, prout in noſtris litteris inde confectis plenius continetur. Quia vero Regna & terræ prædicta ſunt ſpatioſa, & multa Monaſteria dicti Ordinis in eiſdem exiſtere aſſeruntur, & nimis grave veriſimiliter vobis eſſet, & nonniſi in diuturnitate temporis hujuſmodi mandatum noſtrum poteritis, prout audivimus, executioni debitæ demandare. Nos volentes hujuſmodi veſtrum alleviare laborem, ac optantes viſitationem, & reformationem hujuſmodi celeriter expediri, vobis aſſumendi aliquos Fratres Ordinis veſtri, prudentia præditos, ac maturos, & nitidos honeſtate, ad exercendum una cum aliquo, vel aliquibus veſtrum, & etiam in ſolidum præfatarum viſitationis, & reformationis officium, qui in omnibus, & per omnia, poteſtate per nos vobis attributa fungantur, eoſque removendi, & alios aſſumendi, quoties vibebitis expedire: ſuper quibus omnibus veſtras oneramus conſcientias, plenam concedimus, tenore præſentium, facultatem.

Datum Novis Avenionenſis diœceſis VIII. Kalendas Auguſti anno IV.

LIX.

Ut prædictis faveant Viſitatoribus. Ibid.

Univerſis & ſingulis venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis eorum Vicariis, aliiſque perſonis Eccleſiaſticis, necnon nobilibus viris Dominis terrarum, ac Officialibus quibuſcumque Caſtellæ, & aliorum Regnorum ab eo dependentium, ad quos præſentes pervenerint.

CUm dudum dilectis filiis Arnaldo de Campania in ſacra Theologia Magiſtro, & Bernardo de Garriſono, ac Didaco de Palentia, ac Joanni Gonſalvi, Ordinis Fratrum Minorum Profeſſoribus per Apoſtolica ſcripta commiſerimus, ac mandaverimus, quod omnia, & ſingula Monaſteria, Conventus, & loca Ordinis ſanctæ Claræ, in Caſtellæ, & aliis Regnis, & terris ab eo &c. auctoritate noſtra, viſitent & reforment, prout in noſtris &c. continetur, univerſitatem veſtram requirimus, & roganus, ac hortamur attente, quatenus ob reverentiam Dei, ac Apoſtolicæ Sedis, & noſtram, eiſdem Viſitatoribus, & Reformatoribus, & eorum cuilibet; nec non aliis Fratribus dicti Ordinis Minorum, quos ipſi ad hoc aſſument, ſuper quo a nobis ſpecialem obtinent poteſtatem, qui, auctore Deo, extirpabunt vitia, & virtutes plantabunt, veſtris conſiliis, auxiliis, & favoribus efficaciter aſſiſtatis; non ſinentes quod ipſi ab aliquibus, ſuper executione officii hujuſmodi viſitationis & reformationis, directe vel indirecte aliqualiter moleſtentur.

Datum Novis Avenionenſis diœceſis VIII. Kalendas Auguſti, anno IV.

LX.

Ut viſitent Conventum Avenionenſem. Ibid. fol. 15.

Dilectis filiis Stephano de Regula, Pœnitentiario noſtro, & Bartholomæo Characii, in ſacra Pagina Magiſtro, Ordinis Fratrum Minorum profeſſoribus.

§. I. AD noſtrum, non ſine diſplicentia, nuper pervenit auditum, quod in Conventu Fratrum Ordinis Minorum Avenionen. quædam reformatione digna ſuborta noſcuntur, ſuper quibus per eos, ad quos immediate ſpectat hujuſmodi reformatio, non eſt proviſum hactenus, nec etiam providetur; propter quod circa viſitationem & reformationem eaſdem oportet extendere ſollicitudinem Apoſtolicæ poteſtatis.

§. II. Quocirca diſcretioni veſtræ, de qua in Domino confidimus, per Apoſtolica ſcripta, præſentium tenore committimus & mandamus, quatenus ad ſolum Deum, animarumque ſalutem ac decorem & honeſtatem, bonumque ſtatum ipſius Conventus, & perſonarum ejuſdem habentes reſpectum, auctoritate noſtra viſitetis, & inquiratis de præmiſſis, & aliis de quibus videritis expedire: & ea quæ per viſitationem, & inquiſitionem hujuſmodi reformanda, corrigenda, & emendanda inveneritis, auctoritate præfata, reformetis, corrigatis, & emendetis, tam in capitibus, quam in membris, & puniatis perſonas quas videritis corrigendas, ſecundum conſtitutiones & ſtatuta Ordinis prælibati. Contradictores &c. Nos enim vobis relaxandi juramenta & pœnas, ſi quæ de veritate celanda interpoſita fuerint, damus tenore præſentium, facultatem. §. III. Non

§. III. Non obſtantibus quibuſcumque privilegiis, & litteris Apoſtolicis Ordini præfato, vel perſonis ipſius conceſſis; ac conſtitutionibus juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia firmitate vallatis, etiamſi de ipſis, eorumque tenoribus ac nominibus propriis, eſſet in præſentibus plena & expreſſa, ac de verbo ad &c. facienda, ſeu ſi aliquibus communiter, vel diviſim &c. quod interdici &c. de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum apud Villam novam Aveuionenſis diœceſis VII. Kalendas Aprilis anno IV.

LXI.

Ut poſſit duos Provinciales deſtituere, & totidem inſtituere. Ex lib. comun. fol. 63.

Dilecto filio Leonardo Ordinis Fratrum Minorum Generali Miniſtro.

§. I. CLaret in terris tamquam luminare præfulgidum tuus Ordo Fratrum Minorum, divinitus inſtitutus; claret etiam in conſpectu Domini per beatam ſobolem, quam produxit ad æternæ beatitudinis gloriam aſſumptam, & propterea nos Ordinem ipſum, quem devotionis fervore prælucere conſpicimus, infra noſtri pectoris ubera complectentes, circa eum paterna ſollicitudine invigilamus, ut Deo propitio, protegatur a noxiis, & ſalubria ſemper incrementa ſuſcipiat, ac continuæ pacis affluat ubertate.

§. II. Sane nuper ad noſtrum pervenit auditum, quod in prædicto Ordine, pro majori tranquillitate Fratrum, interdum expedit aliquos ex commiſſis eis adminiſtrationibus abſolvere; ut etiam liberius abſque præeminentia libertatis alicujus, in humilitatis ſpiritu, gratum & devotum impendere valeant Domino famulatum. Hinc eſt, quod nos in iis, & aliis, de circumſpectione tua plurimum confidentes, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, abſolvendi quando, & ut tibi videbitur opportunum, de diſcretorum tamen, & proborum Fratrum dicti Ordinis maturo conſilio & aſſenſu, duos Miniſtros ejuſdem Ordinis dumtaxat ab eorum officiis extra Capitulum generale, abſque Capitulo generali dicti Ordinis, ſi pro reformatione & majori pace Provinciarum, in quibus hujuſmodi Miniſtri jam præſident, vel eos in futurum contigerit præſidere, tibi videbitur expedire, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus; & loco ipſorum duorum de duobus aliis Miniſtris in dictis Provinciis providendi, eidem circumſpectioni tuæ plenam, & liberam, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, concedimus poteſtatem. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c.

Datum apud Villam novam Avenionen. diœceſis IV. Kalendas Octobris anno IV.

LXII.

Ut poſſint ædificare ſeptem Conventus. Ibid. fol. 50.

Dilectis filiis Vicario, ceteriſque Fratribus Ordinis Minorum Vicariæ Boſnæ.

§. I. INter ceteros Ordines &c. proficiat incrementis. Sane petitio pro parte veſtra nobis nuper exhibita, continebat, quod pro converſione nonnullorum hæreticorum & ſchiſmaticorum, & pro converſorum ab erroribus & ſchiſmaticis conſervatione in fide Catholica, in contratis, ſeu partibus Ducimii, & Wilkrike, ac Verbas, aliquas Eccleſias & loca fundare & con-

Vid. Conſtit. 117. Clement. VI.

& conſtruere affectatis. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, ut ſuper hoc vobis licentiam concedere dignaremur.

§. II. Nos igitur, qui ſalutem deſideramus animarum, & ut labor prædicationis veſtræ melius fructificet, veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis in partibus, ſeu contratis prædictis, quarumcumque diœceſum, Catholicorum, vel Shiſmaticorum Antiſtitum exiſtant, ſeptem loca recipiendi, ac in eis conſtruendi, ſeu conſtrui faciendi, in locis tamen ad hoc congruis & honeſtis; in ſingulis eorum videlicet ſingulas Eccleſias cum campanili &c. & aliis neceſſariis officinis, fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, per quam inhibetur ne Fratres Ordinum Mendicantium &c. Ac inſuper Fratribus veſtris qui in hujuſmodi locis, ut præmittitur, conſtruendis pro tempore morabuntur, concedimus, quod gaudere valeant omnibus & ſingulis &c. quibus in aliis locis ejuſdem Ordinis Fratres &c. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c.

Datum Novis Avenionenſis diœceſis VIII. Kalendas Auguſti anno IV.

LXIII.

Conceditur indulgentia viſitantibus Eccleſiam de Sallon. Ibid. fol. 60.

Univerſis Chriſtifidelibus.

SPlendor paternæ gloriæ, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementiſſima ipſius majeſtate ſperantium, tunc pio favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas Sanctorum precibus & meritis adjuvatur. Cupientes igitur, ut Eccleſia domus Fratrum Ordinis Minorum de Sallon, Arelaten. diœceſis, *in qua hodie ſolemniter celebravimus*, congruis &c. refectos: de Omnipotentis Dei &c. omnibus vere &c. qui in feſtivitate Pentecoſtea dictam Eccleſiam in antea viſitaverint, unum annum & quadraginta dies, de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus.

Datum Salloni Arelaten. diœc. XII. Kalendas Junii anno IV.

LXIV.

Ut poſſint transferre domum ſuam. Ibid. fol. 161.

Dilectis filiis Guardiano & Fratribus Ordinis Minorum de ſancto Emiliano, Burdegallen. diœceſis.

§. I. DEvotionis veſtræ ſinceritas promeretur, ut votis veſtris, iis præſertim, quæ ad animarum veſtrarum ſalutem, & divini cultus augmentum cedere valeant, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuamus.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod dudum propter guerras, quæ inter cariſſimos in Chriſto filios noſtros Franciæ, & Angliæ Reges Illuſtres, in partibus illis viguerunt, fuit locus & Eccleſia veſtra, qui erant extra muros Villæ de ſancto Emiliano, Burdegallen. diœceſis ſiti, clauſtro veſtro ejuſdem loci dumtaxat excepto, ne ab illa parte dicta Villa per hoſtes expugnari & capi valeret, per Rectores ejuſdem Villæ dirutum penitus extitit & deſtructum, in veſtrum damnum non modicum & jacturam. Quare fuit nobis pro parte veſtra humiliter ſupplicatum, ut providere vobis ſuper hoc paterna diligentia curaremus.

§. III. Nos

§. III. Nos igitur indemnitati veſtræ pio compatientes affectu, ut divina per vos inibi organa reſumantur, & Deo fideliter ſerviatur, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut infra muros præfatos, in loco congruo & decenti, cum tota materia loci, & Eccleſiæ prædictorum, vos transferre, ac de novo Eccleſiam, & officinas neceſſarias fundare & conſtruere, abſque tamen parochialis &c., & cujuslibet alieni juris præjudicio, libere valeatis. Fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. &c. & quacumque &c. non obſtan. plenam & liberam &c. elargimur. Nulli ergo &c.

Datum Novis Avenionenſis dioeceſis 11. Kalendas Auguſti anno IV.

LXV.

Indulgentia pro viſitantibus Eccleſiam Clariſſarum Monaſterii Cargnani. Ibid. fol. 101.

Univerſis Chriſtifidelibus.

LIcet is de cujus munere &c. valeant promereri; nihilominus tamen deſiderantes Domino reddere populum &c. reddantur divinæ gratiæ aptiores. Cum itaque, ſicut accepimus, Monaſterium ſanctæ Claræ extra muros de Cargnano, Ordinis ejuſdem Sanctæ, Taurinen. dioec. propter guerras, quæ in illis partibus viguerunt, totaliter deſtructum exiſtat, ac dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſa, & Conventus ejuſdem Monaſterii, quoddam aliud Monaſterium intra muros dicti loci de Cargnano, & in eo Eccleſiam de novo, canonica licentia ſuper hoc obtenta, ædificare cœperunt, ac Monaſterium, & Eccleſia præfata ſic incepta &c. Nos cupientes, ut Eccleſia ipſa congruis &c. conſpexerint ſe refectos; de Omnipotentis Dei &c. omnibus vere &c., qui in Nativitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Corporis Domini Jeſu Chriſti, & Pentecoſtes; nec non Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, & Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis, & Nativitatis ſancti Joannis Baptiſtæ, & dictorum Apoſtolorum Petri & Pauli feſtivitatibus, ac celebritate omnium Sanctorum: nec non per ipſarum Nativitatis &c. prædictorum, feſtivitatum Octavas; & per ſex dies dictam feſtivitatem Pentecoſtes immediate ſequentes, præfatam Eccleſiam devote &c. annuatim, ſingulis videlicet feſtivitatum &c. ut præfertur, centum dies de injunctis eis &c. præſentibus poſt viginti annos minime valituris. Volumus autem quod ſi alias viſitantibus &c. aliqua indulgentia in perpetuum, vel ad certum &c. conceſſa fuerit, hujuſmodi præſentes litteræ nullius ſint roboris, vel momenti.

Vide Conſtit. 78. Innocentii VI.

Datum Avenione XIII. Kalendas Februarii anno IV.

LXVI.

Alia pro Eccleſia Clariſſarum Montis-granarii. Ibid. fol. 126.

Univerſis Chriſtifidelibus.

SPlendor paternæ gloriæ &c. precibus adjuvatur. Cum itaque, ſicut accepimus, in Eccleſia Fratrum Minorum de Monte-granario, Firmanæ dioeceſis quædam Capella in honorem ſanctæ Barbaræ fundata exiſtat. Nos cupientes, ut Capella ipſa congruis &c. conſpexerint ſe refectos: de Omnipotentis Dei &c. omnibus vere &c. qui in Nativitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Pentecoſtes; ac in Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, & Aſ-

Vide Conſtitutio. hujus Pontificis.

& Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis; & in Nativitatis beati Joannis Baptiſtæ, & ſanctæ Barbaræ Virginis, ac ipſius Capellæ dedicationis feſtivitatibus, & celebritate omnium Sanctorum; & per ipſarum Nativitatis &c. & Apoſtolorum Petri & Pauli feſtivitatum Octavas, & per ſex dies dictum feſtum Pentecoſtes immediate ſequentes Capellam ipſam devote &c. quinquaginta dies de injunctis eis &c. relaxamus, præſentibus poſt decennium a data earum computan. minime valituris. Volumus autem quod ſi alias viſitantibus &c. præſentes litteræ nullius exiſtant roboris, vel momenti.

Datum Avenione xv. Kalendas Decembris anno iv.

LXVII.

Alia pro Eccleſia ſanctæ Claræ de Deneyo. Ibidem.

Univerſis Chriſtifidelibus.

Vide Conſtit. 78. Innocentii VI.

Licet is de cujus munere &c. reddantur divinæ gratiæ aptiores. Cum itaque in Eccleſia Monaſterii ſanctæ Claræ de Deneyo, Ordinis ejuſdem Sanctæ, Elien. dioc. quod dilecta in Chriſto filia nobilis mulier Maria de ſancto Paulo Comitiſſa de Pembroc, canonice fundaſſe & conſtruxiſſe dicitur pariter & dotaſſe .... congruis honoribus frequentetur, & ut Chriſti fideles eo libentius &c. de Omnipotentis Dei &c. omnibus vere &c. qui in Nativitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, & Corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac Pentecoſtes; necnon in Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis, & Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis, ac Nativitatis beati Joannis Baptiſtæ, dictorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac ſanctæ Claræ, & ipſius Eccleſiæ dedicationis feſtivitatibus, ac in celebritate omnium Sanctorum; nec non per ipſarum Nativitatis &c. prædictorum feſtivitatum Octavas, & ſex dies dictam Pentecoſtes feſtivitatem immediatè ſequen. Eccleſiam ipſam &c. annuatim &c. & manus porrexerint adjutrices, ut præfertur, centum dies de injunctis eis pœnitentiis &c. præſentibus poſt decennium minime valituris. Volumus autem, quod ſi alias viſitantibus &c. aliqua alia indulgentia &c. præſentes &c. nullius &c. roboris vel momenti.

Datum Avenione ii. Idus Decembris anno iv.

LXVIII.

Ut non cogant Clariſſas ad ſolvendas exactiones. Ibid. fol. 140.

Univerſis Collectoribus, & Subcollectoribus fructuum & proventuum Cameræ Apoſtolicæ debitorum, ac omnibus aliis Officialibus Romanæ Eccleſiæ, tam præſentibus, quam futuris, quocumque nomine cenſeantur, ad quos præſentes litteræ pervenerint.

Præfatio.

§. I. Paſtoralis officii debitum, cui, diſponente Domino, præſidemus, expoſcit, ut perſonas nobis ſubjectas, præſertim ſub religionis habitu Domino famulantes, ab indebitis gravaminibus, quæ inferuntur eiſdem, ſolita diligentia, relevemus.

Moniales ad decimas ſolvendas exemptæ.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum univerſarum Abbatiſſarum, & Conventuum Monaſteriorum Ordinis ſanctæ Claræ, in provincia ſancti Franciſci, ſecundum morem Ordinis Fratrum Minorum conſiſten. petitio continebat, quod licet eædem Abbatiſſæ & Con-

& Conventus, ac ipſarum Ordo a ſolutione quarumcumque talearum, & exactionum, quæ perſonis eccleſiaſticis pro tempore, quacumque auctoritate, imponuntur, per ſpecialia Apoſtolicæ Sedis privilegia, quibus non eſt in aliquo derogatum, exemptæ ac prorſus immunes exiſtant, tamen vos, ſeu aliqui veſtrum præfatas Abbatiſſas & Conventus, quibus licet habere proprium in communi, ex ſpeciali prædictæ Sedis indulto, ſeu earum aliquas ad ſolvendas decimas, quæ per Sedem præfatam, vel ejus Officiales, ſeu Nuncios in illis partibus quandoque perſonis eccleſiaſticis, pro bonis, & poſſeſſionibus Eccleſiarum, & eccleſiaſticorum locorum imponuntur; necnon ad contribuendum in exactionibus & collectis, quæ ab ipſis perſonis eccleſiaſticis illarum partium exiguntur, pro tempore contribuere compellitis, in earumdem Abbatiſſarum & Conventuum non modicum præjudicium, & gravamen. Tamen gravatæ.

§. III. Nos igitur cupientes, quod præfatæ Abbatiſſæ, & Conventus, vel ipſarum aliqua, ſeu aliquæ in ſuis privilegiis & juribus conſerventur, vobis, & veſtrum ſingulis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, diſtrictius inhibemus, ne ipſas Abbatiſſas & Conventus, vel ipſarum aliquam, ſeu aliquas, contra tenores privilegiorum eis a dicta Sede conceſſorum, vel concedendorum in poſterum, ad ſolvendum aliquas decimas, vel contribuendum in quibuſcumque ſubſidiis, taliis, ſeu collectis, perſonis eccleſiaſticis in partibus illis jam forſan impoſitis, vel in antea imponendis, compellere aliquatenus præſumatis; niſi in litteris a Sede Apoſtolica ſuper hujuſmodi decimarum & collectarum exactionibus vobis directis, vel impoſterum dirigendis, de ipſarum Abbatiſſarum & Conventuum nominibus, & earum ordine, ſpecialis & expreſſa mentio haberetur. Papale præceptū de auferendo gravamine.

§. IV. Et inſuper vobis, & veſtrum ſingulis, præſentium auctoritate, mandamus, quatenus quidquid contra eaſdem Abbatiſſas & Conventus, ſeu earum aliquas, per vos, in præmiſſis, vel circa ea attentatum eſt hactenus contra tenorem privilegiorum ipſarum, in ſtatum debitum quantocius revocare curetis. Nos enim ex nunc irritos decernimus & inanes quoſcumque proceſſus, & ſententias, quos, ſeu quas, contra inhibitionem, ſeu mandatum veſtrum hujuſmodi, per vos vel aliquem veſtrum haberi contigerit, ſeu etiam promulgari. Acta in contrarium irrita declarantur.

Datum Avenione II. Idus Decembris, anno IV.

Anno Christi 1375. Gregorii XI. anno 5.

LXIX.

Ut permittat Fratribus Mirandæ domum mutare. Reg. Vat. ex lib. commun. fol. 6.

Venerabili fratri Epiſcopo Tarnien.

§. I. Inter eccleſiaſticos Ordines in domo Domini militantes, illud de benedictione cœleſti Ordini Fratrum Minorum, & ejus Profeſſoribus ad laudes ſpeciales adſcribitur, ac rerum efficax experientia magiſtra teſtatur, quod ubique locorum, in quibus degunt, fideles populos ad ſalutis gratiam evocant, proficientes ſibi per vitæ meritum, & aliis nihilominus per exemplum.

§. II. Sane petitio pro parte dilectorum filiorum Fratrum dicti Ordinis Minorum domus de Miranda in Aſtariaco, Auxitan. diœceſis: & nobilis viri Joannis Comitis Aſtariaci, nobis nuper exhibita continebat; quod licet tem-

tempore fundationis dictæ domus, ipſa domus, & ejus Eccleſia in loco honeſto & ſecuro, quamvis extra muros, & arca foſſata hujuſmodi villæ de Miranda ſitæ fuerint, tamen propter guerrarum pericula, & hoſtium incurſus, prædicti Fratres ibidem ſecure vivere nequeunt; eſtque periculum, quoniam quamplures iniquitatum filii Deum præ oculis non habentes, domum ipſam, clam, vel palam, prout poſſunt, intrent, & eam deprædentur, in ipſorum Fratrum præjudicium non modicum & gravamen; & exinde dicta villa de Miranda, & etiam plura alia loca circumvicina deſtrui, & capi poſſent, atque perdi. Quare pro parte dictorum Fratrum, ac Comitis, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut cum idem Comes prædictis Fratribus infra dictam villam de Miranda locum congruum & honeſtum, ut inibi pro uſu & habitatione ſuis, domos, cum Eccleſia, ſive oratorio, campanili &c. & aliis neceſſariis &c. loco prædicti antiqui loci ipſorum ædificent, & ibi perpetuo morentur, dare & concedere velit, eiſdem Fratribus recipiendi hujuſmodi locum, ſi eis ab eodem Comite, vel aliis Chriſtifidelibus concedatur, vel per ipſos alias juſto titulo acquiratur: & loco dicti antiqui loci ipſorum ibidem domos cum Eccleſia, ſeu &c. aliiſque neceſſariis &c. ædificandi, & inibi perpetuo commorandi licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur. Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ſi eſt ita, & ad id loci Diœceſani, & dilecti filii Rectoris parochialis Eccleſiæ, infra cujus Parochiam hujuſmodi locus recipitur, accedat aſſenſus, prædictis Fratribus recipiendi hujuſmodi locum infra dictam villam, dummodo ad hoc ſit congruus & honeſtus, ac inibi duodecim Fratres dicti Ordinis congrue ſuſtentari poſſint, & ibidem loco dicti antiqui loci, pro uſu & habitatione ſuis, domos cum Eccleſia, ſive oratorio, campanili, campana, cœmeterio, & aliis neceſſariis officinis conſtruendi & ædificandi, & inibi perpetuo commorandi: jure tamen dictæ parochialis &c. ſemper &c. conſtitutione fœlicis recordationis Bonifacii PapæVIII. &c. prohibente &c. loca de novo &c. faciente plenam &c. hujuſmodi mentionem, nequaquam obſtante, auctoritate Apoſtolica, licentiam largiaris. Proviſo tamen quod Eccleſia, ſeu oratorium &c. prædicti antiqui loci ad prophanos uſus &c. minime transferatur; & quod in hujuſmodi Eccleſia &c. deſerviatur &c.

Datum Avenione III. Kal. Februarii, anno V.

LXX.

Ut permittat Conventum Minorum ædificari in oppido Pulkæ. Ibid. fol. 43.

Venerabili fratri Epiſcopo Patavien.

Vide Conſtit. 49. Innoc. VI.

§. I. SAcræ religionis &c. cum Deo poſſumus, annuamus. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dictorum Miniſtri & Fratrum petitio continebat, quod olim dilectus filius nobilis vir Purkardus Comes de Retheze, cupiens terrena &c. quemdam locum in oppido de Pulka, tuæ Patavien. diœceſis conſiſtentem, & ad ipſum Comitem juſto titulo pertinentem, etiam cum expreſſo conſenſu dilectorum filiorum nobilium virorum Ducum Auſtriæ, a quibus præfatus Comes dictum oppidum tenet in feudum, præfatis Miniſtro & Fratribus, ut ipſi Miniſter, & Fratres ibidem Eccleſiam &c. & aliis neceſſariis officinis, ad uſum ipſorum Miniſtri & Fratrum fundari, & conſtrui facerent, liberaliter conceſſit atque donavit. Quare pro parte ipſorum Miniſtri, & Fratrum fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut eis recipiendi &c. conſtruendi &c. de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. II. Nos

§. II. Nos itaque de præmiſſis certam notitiam non &c. & cupientes &c. fœliciter augeri cultum, fraternitati tuæ de qua in iis &c. per Apoſtolica &c. mandamus, quatenus ſi ad id tuus, ac dilecti filii Rectoris parochialis &c. infra cujus limites &c. ac præfatorum Ducum, & Comitis accedat aſſenſus, præfatis Miniſtro & Fratribus recipiendi &c. & ibidem &c. Eccleſiam &c. ac aliis neceſſariis &c. dummodo locus ipſe ad hoc ſit congruus & honeſtus, & in eo ſaltem duodecim Fratres &c. fœl. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. aliqua loca ad habitan. de novo &c. de inhibitione hujuſmodi mentionem: & quibuſcumque aliis &c. nequaquam obſtan. jure tamen parochialis &c. auctoritate Apoſtolica, licentiam largiaris. Et nihilominus eiſdem Miniſtro & Fratribus &c. poſtquam ædificatus &c. gaudeant omnibus privilegiis &c. quibus alia loca &c. ſeu etiam debuerunt.

Datum Avenione II. Kal. Martii, anno V.

LXXI.

Indulgentia viſitantibus ſacellum ſanctæ Catarinæ Conventus de Criſta-Arnaldi. Ibid. fol. 231.

Univerſis Chriſtifidelibus.

SPlendor paternæ gloriæ, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementiſſima ipſius majeſtate ſperantium, tunc præcipue pio favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas Sanctorum meritis, & precibus adjuvatur. Cum itaque perpetua Capellania beatæ Catarinæ in Eccleſia Fratrum Minorum de Criſta-Arnaldi, Dien. diœceſis canonice inſtituta, reparatione indigeat; nos cupientes ut Capellania ipſa congruis honoribus frequentetur, & etiam reparetur, ac ut ipſi fideles eo libentius &c. quo ex hoc &c. ſe refectos: de omnipotentis &c. omnibus vere &c. qui in Nativitatis, Circumciſionis &c. necnon in Nativitatis, Annunciationis &c. beatæ Mariæ Virginis, ac Nativitatis ſancti Joannis Baptiſtæ, dictorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac ſanctæ Catarinæ, & ipſius Capellaniæ dedicationis feſtivitatibus, ae celebritate omnium Sanctorum, ac per octavas ipſorum Nativitatis &c. præfatorum, & per ſex dies dictam feſtivitatem Pentecoſtes immediate ſequen. præfatam Capellaniam devote viſitaverint annuatim &c. ſingulis videlicet feſtivitatum &c. centum dies, octavarum vero &c. quinquaginta dies de injunctis eis &c. præſentibus poſt decennium minime valituris. Volumus autem quod ſi alias viſitantibus dictam Capellaniam, ſeu ad reparationem ipſius manus &c. aliqua indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus &c. hujuſmodi præſentes litteræ nullius exiſtant roboris, vel momenti. *Vide Conſtit. 1. hujus Pont.*

Datum apud Villam novam Avenionenſis diœceſis IV. Nonas Julii, anno V.

LXXII.

Alia pro Eccleſia Nivernien. Ibid. fol. 269.

Univerſis Chriſtifidelibus.

LIcet is de cujus munere &c. Cum itaque, ſicut accepimus, Eccleſia & locus Fratrum Minorum, qui in temporibus retroactis extra muros Nivernien. inſtituti erant, propter guerras &c. quæ in illis partibus &c. deſtructa totaliter exiſtant: itaque dilectus filius Guardianus & Fratres ipſius lo- *Vide Conſtit. 78. Innoc. VI.*

loci, quemdam alium locum infra murum ejuſdem Nivernien. civitatis, & in eo Eccleſiam de novo, canonica licentia ſuper hoc obtenta, ædificare cœperunt, ac locus & Eccleſia prætati ſic incepti, ſine piis Chriſtifidelium ſubſidiis perfici non poſſint, ſintque propterea ad ædificationem &c. eleemoſynæ &c. Nos cupientes ut Eccleſia ipſa congruis &c. manus porrigant &c. conſpexerint ſe refectos: de omnipotentis Dei &c. omnibus vere &c. qui in Nativitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ &c. necnon in Nativitatis, Annunciationis &c. beatæ Mariæ Virginis, & Nativitatis ſancti Joannis Baptiſtæ, dictorum Apoſtolorum Petri & Pauli feſtivitatibus, & in celebritate omnium Sanctorum, ac per ipſorum Nativitatis &c. feſtivitatum octavas &c. devote viſitaverint annuatim, & ad eamdem &c. ſingulis videlicet feſtivitatum & celebritatis, unum annum & quadraginta dies &c. miſericorditer relaxamus, præſentibus poſt decennium minime valituris. Volumus autem &c.

Datum apud Pontem Sorgiæ Avenionenſis diœceſis VIII. Idus Septembris, anno V.

LXXIII.

Ut Maria Coronel poſſit ædificare in urbe Hiſpalen. Monaſterium Clariſſarum.
Ibid. fol. 161.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. Decens reputamus & honeſtum, ut perſonas, quæ relegatis mundi illecebris, voto regularis Obſervantiæ ſe aſtringunt, & ſub voluntariæ paupertatis onere, Domino famulantur, ſpecialibus favoribus & gratiis a Sede Apoſtolica muniantur.

§. II. Hodie ſiquidem pro parte dilectæ in Chriſto filiæ Mariæ Coronel, Monialis Monaſterii ſanctæ Claræ Hiſpalen. Ordinis ejuſdem Sanctæ, nobis expoſito, quod olim ipſa, quæ tunc relicta quondam Joannis de Cerda Militis, vidua exiſtebat, & quæ de genere cariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum, Caroli Francorum, & Henrici Caſtellæ & Legionis Regum illuſtrium, traxit originem, cupiens terrena &c. commutare, pro ſuæ, ac ſuorum, & dicti Joannis, & ejus progenitorum animarum ſalute, in civitate Hiſpalen. in domibus, quæ olim fuerant dictorum progenitorum ipſius Mariæ, tunc ad eam pertinen. tam de bonis eidem Mariæ a Deo collatis, quam etiam per nonnullos conſanguineos ſuos ſibi ad hoc exhibitis & conceſſis, quoddam Monaſterium dicti Ordinis, ſub vocabulo ſanctæ Agnetis fundare & conſtruere, & pro quadraginta Monialibus dicti Ordinis inibi inſtituendis, Abbatiſſa in hujuſmodi numero computata, ſufficienter dotare propoſuerat, & tunc etiam proponebat; quodque ad id conſenſus venerabilis fratris noſtri Archiepiſcopi, ac dilectorum filiorum Capituli Hiſpalen. acceſſerat. Nos præfati Henrici Regis nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, ac ipſius Mariæ ſupplicationibus inclinati, eidem Mariæ fundandi, conſtruendi &c. in præfatis domibus, dummodo eſſent in loco ad hoc congruo &c. præfatum Monaſterium cum Eccleſia &c. & aliis neceſſariis officinis, illudque de bonis præfatis ſufficienter dotandi, quibuſcumque &c. contrariis nequaquam obſtan. auctoritate &c. licentiam duximus concedendam, prout in noſtris &c. continetur.

§. III. Nos igitur volentes dictum Monaſterium conſtruendum, & perſonas inibi &c. ſpecialibus favoribus communire, Abbatiſſæ & Conventui ejuſdem &c. tenore &c. auctoritate &c. indulgemus, ut ipſæ ad præſtationem

nem decimarum, de quibuſcumque poſſeſſionibus, agris, vineis, pecoribus, animalibus, & aliis bonis omnibus, quæ juſtis modis, præſtante Domino, poterunt adipiſci, vel ad exhibendum telonia, & pedagia, vel alias quaſcumque exactiones, Regibus & Principibus, ſive aliis perſonis minime teneantur; & ad id nullatenus compelli poſſint. Nos enim ex nunc omnes proceſſus & ſententias, quos & quas contra hujuſmodi indulti noſtri tenorem haberi, ſeu promulgari contigerit, decernimus irritos & inanes. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis & ſtatuti infringere &c.

Datum Avenione v. Nonas Octobris, anno v.

LXXIV.

Ut poſſit conſtruere Conventum extra urbem Bethlehemiticam. Ex ipſo diplomate originario Bethlehem tranſmiſſo.

Dilecto filio Martino de Aragonia, Ordinis Fratrum Minorum profeſſori.

§. I. Inter cunctos Ordines &c. & aliis per exemplum. Sane exhibita nobis pro parte tua petitio continebat, quod ex devotione, quam habes ad augmentum fidei, & dictum Ordinem, ac propter fervorem ſeminis verbi Dei fidelibus & infidelibus prædicandi, unum locum pro uſu & habitatione Fratrum tui Ordinis, prope Capellam ſancti Nicolai extra Bethlehem, cum Apoſtolicæ Sedis licentia, fundare, conſtruere, & ædificare proponis. Quare fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut tibi in hac parte opportunam dare licentiam de benignitate &c. *Vide Conſtit. 69. hujus Pontif.*

§. II. Nos itaque &c. inclinati, tibi recipiendi Capellam prædictam pro Eccleſia dicti loci ac conſtruendi, fundandi, & ædificandi locum prædictum cum cœmeterio &c. & neceſſariis officinis: ac tibi, & eiſdem Fratribus commorandi ibidem; jure tamen parochialis &c. ſemper ſalvo. Conſtitutione fœl. record. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri prohibente &c. loca de novo &c. hujuſmodi mentionem: & quibuſcumque &c. non obſtantibus, devotioni tuæ, tenore præſentium, plenam &c. auctoritate &c. elargimur. Et inſuper Guardiano, & Fratribus dicti Ordinis, qui in prædicto loco, ut præmittitur, conſtruendo pro tempore morabuntur, quod omnibus & ſingulis gratiis &c. quibus in aliis locis ejuſdem Ordinis Fratres &c. ſoliti ſunt gaudere, libere utantur, & gaudeant, devotioni tuæ, de ampliori dono gratiæ, concedimus poteſtatem.

Datum Avenione VII. Kal. Decembris, anno v.

LXXV.

Ut poſſint licentiam conferre eundi in terram ſanctam. Ex originario diplomate Hieruſalem tranſmiſſo.

Dilectis filiis Miniſtro & Cuſtodi Terræ ſanctæ, ac Guardiano loci de Monte Sion, necnon Martino de Aragonia, & Gerardo de Linejo Ordinis Fratrum Minorum profeſſoribus.

De religioſa diſcretione veſtra gerentes in Domino fiduciam ſpecialem, vobis, & cuilibet veſtrum, præſentium auctoritate concedimus, quod devotis perſonis utriuſque ſexus, cujuſcumque ſtatus &c. exiſtant ad Terram ſanctam cum licentia Apoſtolicæ Sedis jam profectis, & pro tempore declinantibus, ac affectantibus, cauſa devotionis, in ea remanere in per-

petuum, vel ad tempus, eis ibidem licite remanendi ex cauſa prædicta perpetuo, vel ad tempus, de quo diſcretioni veſtræ videbitur; habita tamen prius idonea informatione de conſtantia fidei, honeſtate vitæ, & converſatione ipſorum laudabili, liberam licentiam concedendi. Non obſtantibus Apoſtolicæ Sedis, vel aliis prohibitionibus quibuſcumque, plenam concedimus, tenore præſentium, facultatem. Volumus tamen, quod ſi hujuſmodi perſonæ religioſæ fuerint, ſuorum prælatorum ad hoc accedat licentia & aſſenſus.

Datum Avenione VII. Kal. Decembris, anno V.

LXXVI.

Ut conſtruatur Monaſterium Clariſſarum Aprutin. Regeſt. Vatic. in lib. commun. fol. 183.

Dilecto filio Præpoſito Monaſterii ſanctæ Mariæ de Propezano, Ordinis ſancti Benedicti, per Præpoſitum ſoliti gubernari, Aprutin. diœc.

Vide Conſtit. 81. Urb. V.

§. I. Piis devotorum Principum &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectæ in Chriſto filiæ noſtræ Joannæ Reginæ Siciliæ Illuſtris, petitio continebat, quod olim quondam Sabina uxor dilecti filii Jacobi Bartholomæi de Theramo civis Aprutin. condens de bonis ſuis, in ſua voluntate ultima teſtamentum, de conſenſu dicti Jacobi, in eodem teſtamento voluit, & etiam ordinavit, quod de nonnullis bonis dictæ Sabinæ in certis locis & domibus in civitate Therami conſiſtentibus fundaretur, & conſtrueretur unum Monaſterium Ordinis ſanctæ Claræ ad honorem Dei, & ſub vocabulo beatæ Agnetis Virginis, cum Eccleſia &c. & aliis neceſſariis officinis, in quo perpetuo una Abbatiſſa, & certus Monialium dicti Ordinis numerus inſtitueretur; quodque poſtmodum cum dicta Sabina de hac luce migraſſet, venerabilis frater noſter Petrus Epiſcopus Aprutin. loci diœceſanus, & dilecti filii Capitulum Eccleſiæ Aprutin. ſuper fundatione, & conſtructione hujuſmodi Monaſterii humiliter requiſiti, hujuſmodi fundationi & conſtructioni ſuum præbuerint aſſenſum; prout in quibuſdam authenticis litteris inde confectis, dictorum Epiſcopi & Capituli ſigillis munitis dicitur plenius contineri.

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, hujuſmodi bona pro fundatione, & conſtructione, ac dotatione hujuſmodi Monaſterii nequaquam ſufficiant, dictaque Regina pro ſuæ ac ſuorum progenitorum animarum ſalute proponat de bonis ſuis ea quæ deficiunt pro fundatione, conſtructione, ac ſufficienti dotatione præfati Monaſterii ſupplere, ac intendat Monaſterium hujuſmodi cum Eccleſia &c. & aliis neceſſariis &c. fundari & conſtrui facere, illudque ſufficienter dotare, pro parte ipſius Reginæ fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut ſibi licentiam faciendi præmiſſa de benignitate &c. dignaremur.

§. III. Nos itaque hujuſmodi &c. diſcretioni tuæ de qua &c. obtinemus, per Apoſtolica ſcripta committimus &c. quatenus eidem Reginæ fundandi, & conſtruendi hujuſmodi Monaſterium, cum Eccleſia &c. & aliis &c. in præfatis domibus, dummodo ipſæ ſint ſitæ in loco congruo & honeſto, & inibi hujuſmodi Abbatiſſa, & ſaltem XII. Moniales poſſint congrue ſuſtentari, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus; dote tamen ſufficienti pro congrua ſuſtentatione hujuſmodi Abbatiſſæ & Monialium prædicti Ordinis perpetuo ibidem ponendarum, & inſtituendarum per eamdem Reginam primitus aſſignata, auctoritate &c. largiaris: abſque tamen præjudicio parochialis &c. infra

ſra cujus parochiam dictum Monaſterium conſiſtet, & alterius cujuſcumque: non obſtan. conſtitutionibus &c. Et inſuper auctoritate prædicta concedas, quod præfatum Monaſterium, poſtquam fundatum & conſtructum fuerit, ut præfertur, ac perſonæ in eo pro tempore degentes, perpetuo gaudeant, & gaudere, & potiri poſſint omnibus privilegiis &c. quibus alia Monaſteria &c. & perſonæ in eis degentes &c. potiuntur.

Datum Avenione VI. Kalendas Decembris, anno V.

LXXVII.

Indulgentia pro viſitantibus Monaſterium Clariſſarum ſanctæ Agathæ Neapolitan. Ibidem fol. 177.

Univerſis Chriſtifidelibus.

SPlendor paternæ gloriæ &c. meritis adjuvatur. Nos igitur cupientes, ut Eccleſia Monaſterii Monialium ſanctæ Agathæ Neapolitan. Ordinis ſanctæ Claræ congruis honoribus &c. quo ibidem dono &c. de Omnipotentis &c. omnibus vere &c. qui in Nativitatis &c. ac ſanctæ Agathæ Virginis, & ipſius Monaſterii dedicationis feſtivitatibus &c. feſtivitatum octavas, dictam Eccleſiam devote viſitaverint annuatim, videlicet ſingulis feſtivitatum celebritatis, & dedicationis, octavarum quoque & dictorum ſex dierum diebus, quibus ipſam Eccleſiam viſitaverint, ut præfertur, quinquaginta dies de injunctis &c. præſentibus poſt decennium minime valituris. Volumus autem quod ſi viſitantibus &c. aliqua indulgentia &c. præſentes litteræ nullius &c. vel momenti. *Vide Conſt. 50. Clem. VI.*

Datum Avenione V. Kal. Decembris, anno V.

LXXVIII.

Terminatur controverſia circa electionem Abbatiſſæ. Ibidem fol. 220.

Dilectæ in Chriſto filiæ Eveæ, Abbatiſſæ Monaſterii ſanctæ Catarinæ de Privino, Ordinis ſanctæ Claræ, Senonen. diœceſ.

§. I. JUxta paſtoralis officii debitum Eccleſiarum, & Monaſteriorum omnium, quorum nobis, licet immeritis, eſt cura commiſſa, cupimus utilitatibus ſalubriter providere. Iſabella Abbatiſſa ſuo muneri renunciat.

§. II. Sane dudum Monaſterio ſanctæ Catarinæ de Privino, Ordinis ſanctæ Claræ, Senonen. diœc. ex eo vacante, quod dilecta in Chriſto filia Iſabella de Vernolio Monialis, tunc Abbatiſſa dicti Monaſterii, regimini ejuſdem Monaſterii, cui tunc præerat, in manibus dilecti filii Adæ de Domno Martino, Miniſtri Provincialis Ordinis Fratrum Minorum Provinciæ Franciæ, ſecundum morem præfati Ordinis Fratrum Minorum, Magiſtri in Theologia, extra Romanam Curiam ſponte ceſſit, idemque Miniſter ceſſionem hujuſmodi extra Romanam Curiam admiſit; tres, una videlicet de dilecta in Chriſto filia Gileta Laranellæ, & alia de dilecta in Chriſto filia Juliana de Florentia, & reliqua de dilecta in Chriſto filia Joanna Lamertiere, Monialibus dicti Monaſterii, per dilectas in Chriſto filias Conventum ejuſdem Monaſterii, ſub cura dictorum Fratrum, & ſecundum Inſtituta præfati Ordinis Fratrum Minorum nuncupatorum, fuerunt electiones in diſcordia celebratæ; & tamdem Miniſter, hujuſmodi electionibus per eum rite caſſatis, & etiam annullatis, de perſona ejuſdem Joannæ eidem Monaſterio, cujus proviſio, ſecundum Inſtituta præfata, erat ad dictum Miniſtrum legitime de- Tres electiones in diſcordia celebratæ. Provincialis Abbatiſſam eligit.

devoluta, auctoritate præfata, providit; a qua quidem proviſione, pro parte dictarum Giletæ, & Julianæ, fuit ad Sedem Apoſtolicam appellatum. Noſque cauſam hujuſmodi appellationis dilecto filio noſtro Guillelmo tit. ſancti Vitalis Presbytero Cardinali audiendam commiſimus, & fine debito terminandam.

Ad Sedem Apoſtolicam habetur appellatio.

§. III. Et demum poſtquam in cauſa hujuſmodi coram eodem Cardinale inter partes ipſas, ad nonnullos actus proceſſum extitit: Nos dilecto filio Miniſtro Generali dicti Ordinis Fratrum Minorum vivæ vocis oraculo, commiſimus, dedimuſque in mandatis, ut non obſtante appellatione & commiſſione hujuſmodi præfato Cardinali facta, de proviſione dicti Monaſterii, & ſuper præmiſſis ordinaret, prout ſibi expediens videretur: ac cupientes ut idem Monaſterium, ne interim in ſpiritualibus, & temporalibus detrimentum pateretur, gubernatoris utilis præſidio fulciretur, dilecto filio Abbati Monaſterii Cluniacen. Matiſconen. dioec. noſtris dedimus litteris in mandatis, ut uni ex præfatis electis, aut alicui alii Moniali dicti Monaſterii, de qua eidem Abbati, ſecundum Deum videretur expedire, curam & adminiſtrationem ipſius Monaſterii ſanctæ Catarinæ plene in ſpiritualibus & temporalibus, uſquequo idem Miniſter eidem Monaſterio de perſona idonea providiſſet, & alias ſuper præmiſſis ordinaſſet, auctoritate Apoſtolica, committeret, alienationem bonorum mobilium, & immobilium dicti Monaſterii ſanctæ Catarinæ, iis exceptis, quæ ſervando ſervari non poſſent, illi, cui adminiſtrationem committeret, penitus interdicta; ſibique faceret ab eiſdem Conventu, & aliis dicti Monaſterii ſubditis obedientiam, & reverentiam debitam, & devotam adhiberi: contradictores &c.

Miniſtro Generali cauſa committitur.

Et Abbati Cluniacenſi.

§. IV. Poſtmodum vero, ſicut exhibita pro parte tua petitio continebat, cum præfatus Adam Miniſter dictam Joannam Lamertiere ab officii regimine dicti Monaſterii ſanctæ Catarinæ, prout ſecundum ſtatuta dicti Ordinis ſanctæ Claræ per Sedem Apoſtolicam approbata, poterat, abſolviſſet, tuque a duabus partibus hujuſmodi Monialium ejuſdem Monaſterii in ejuſdem Monaſterii Abbatiſſam de licentia dicti Miniſtri Generalis electa fuiſſes, præfatuſque Adam Miniſter electionem ipſam, prout ex ſtatutis dicti Ordinis poterat, confirmavit canonice, niſi lis tunc, ut præmittitur, penderet, & ſuper præmiſſis præfato Miniſtro Generali per nos hujuſmodi commiſſio facta fuiſſet: ac ſubſequenter præfatus Abbas hujuſmodi, tuis electione & confirmatione non obſtantibus, quamvis ſibi de ipſis conſtaret, adminiſtrationem bonorum præfati Monaſterii ſanctæ Catarinæ, dilectæ in Chriſto filiæ Joannæ la Florie Moniali dicti Monaſterii ſanctæ Catarinæ, & ut aſſeritur, inſufficienti, & indignæ commiſit; & ad ſequeſtrationem bonorum temporalium dicti Monaſterii ſanctæ Catarinæ, ut ab aliquibus aſſeritur, proceſſit; ac contra te & Moniales dicti Monaſterii ſanctæ Catarinæ, quæ præfatæ tuæ electioni interfuerant, & etiam contra participantes, ac dantes vobis cibum, potum, conſilium, auxilium, vel favorem nonnullos proceſſus fecit, etiam excommunicationis ſententiam continentes, ipſaſque ſententias aggravavit, ac hujuſmodi participantes & dantes auxilium, conſilium, & favorem nominatim mandavit, & fecit excommunicatos publice nunciari: propter quæ tu ſentiens, te exinde indebite aggravari ad Sedem Appoſtolicam appellaſti, & deinde nobis humiliter ſupplicaſti, ut cum propter præmiſſa magnæ diſſenſiones & diſcordiæ in præfato Monaſterio ſanctæ Catarinæ inter ejus Moniales ſint exortæ, & brachium ſeculare, ad requeſta dicti Abbatis, in hujuſmodi bonis dicti Monaſterii ſanctæ Catarinæ ſit poſitum, providere in præmiſſis, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

Eva in Abbatiſſam electa confirmatur.

Recenſitus Abbas electioni obſtat.

Et perperam excommunicationis ſententiam pronunciat.

Pontificia proviſio.

§. V. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, præmiſſas, electio-

ctionem de te, ut præfertur, factam, & confirmationem inde ſubſecutam perinde valere volumus & concedimus, ac ſi lis hujuſmodi, ut præmittitur, non penderet, & ſuper præmiſſis præfato Miniſtro Generali per vos nulla quæſtio facta fuiſſet: & nihilominus commiſſionem per dictum Abbatem eidem Joannæ la Floriæ, ut præfertur, factam, revocamus, ipſi Joannæ ſuper hoc ſilentium imponendo; & brachium ſeculare in præfatis bonis, ut præfertur, appoſitum, tenore præſentium, amovemus. Nulli ergo &c. noſtræ voluntatis, conceſſionis, revocationis, & amotionis infringere &c.

Datum Avenione XIX. Kal. Januarii, anno V.

Anno Christi 1376. Gregorii XI. anno 6.

LXXIX.

Confirmatur in officio Abbatiſſæ. Reg. Vatic. lib. 3. an. 6. fol. 75.

Dilectæ in Chriſto filiæ Ciliæ Abbatiſſæ ſanctæ Claræ de Xativa, Ordinis ejuſdem Sanctæ, Valentin. diœceſ.

§. I. AD ea, ex Apoſtolicæ ſervitutis officio, libenter intendimus, quæ Eccleſiarum, ac Monaſteriorum, & perſonarum eis præſidentium favores, & commoda reſpicere dignoſcuntur.

§. II. Sane petitio pro parte tua nobis nuper exhibita continebat, quod olim Monaſterium ſanctæ Claræ de Xativa, Ordinis ejuſdem Sanctæ, Valentin. diœc. ex eo vacante, quod dilecta in Chriſto filia Clara Plautella, Monialis, tunc Abbatiſſa dicti Monaſterii, regimini, & adminiſtrationi ipſius Monaſterii in manibus quondam Bernardi Bruni, Miniſtri Provincialis Ordinis Fratrum Minorum Provinciæ Aragoniæ, juxta morem ipſius Ordinis, extra Romanam Curiam ſponte ceſſit; idemque Miniſter, cum ad Miniſtrum Provincialem dictæ Provinciæ, qui eſt pro tempore, receptin & admiſſio ceſſionis Abbatiæ ejuſdem Monaſterii, tam ex Inſtitutis dicti Ordinis per Sedem Apoſtolicam ex certa ſcientia, approbatis, quam etiam de antiqua & approbata, & hactenus pacifice obſervata conſuetudine pertineat, ceſſionem hujuſmodi extra dictam Curiam admiſit, atque ita vacante officio, dilectæ in Chriſto filiæ Conventus ejuſdem Monaſterii, vocatis omnibus, quæ electioni hujuſmodi debuerunt, voluerunt, & potuerunt commode intereſſe, die ad eligendum præfixa, ut moris eſt, convenientes in unum, te Monialem tunc Monaſterii ſanctæ Eliſabethæ Valentin. dicti Ordinis, Ordinem ipſum expreſſe profeſſam, & in ætate legitima conſtitutam, ac de legitimo matrimonio procreatam, in earum, & dicti Monaſterii Abbatiſſam concorditer elegerunt; tuque electioni hujuſmodi, illius tibi præſentato decreto, de tui Superioris licentia, conſentiens, electionem ipſam obtinuiſti a dicto Bernardo Miniſtro, cum ad Miniſtrum Provincialem ipſius Provinciæ, tam ex ipſis Inſtitutis, quam etiam de ſimili conſuetudine, confirmatio electionis Abbatiſſæ dicti Monaſterii pertineat, auctoritate ordinaria, confirmari canonice, niſi Apoſtolicæ reſervationes obſtarent, in his omnibus ſtatutis a jure temporibus obſervatis; tuque vigore electionis & confirmationis hujuſmodi, poſſeſſionem adminiſtrationis bonorum ejuſdem Monaſterii aſſecuta fuiſti, ac illam per ſex annos & ultra tenuiſti, prout adhuc tenes pacifice & quiete.

§. III. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, tu dubites dictum Monaſterium tempore electionis, ſeu confirmationis hujuſmodi, fore diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervatum; Nos intendentes perſonam tuam, Religionis zelo conſpicuam, litterarum ſcientia præditam, vitæ, ac morum &c. in ſpiritua-

ritualibus &c. & aliis virtutum &c. prout fide dignis &c. inſignitam, favore proſequi gratioſo, ac tuo, & ejuſdem Monaſterii ſtatui providere, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, volumus, & Apoſtolica tibi auctoritate concedimus, quod electio, & confirmatio prædictæ, & quæcumque inde ſecuta perinde valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, ac ſi de proviſione dicti Monaſterii nulla per Sedem Apoſtolicam reſervatio facta foret. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis & voluntatis &c.

Datum Avenione VIII. Kal. Februarii, anno VI.

LXXX.

Indulgentia pro viſitantibus Eccleſiam Minorum Thovartii. Ibid.

Univerſis Chriſtifidelibus.

Vide Conſt. 78. Innoc. VI.

LIcet is de cujus &c. Cupientes igitur, ut Eccleſia domus Fratrum Ordinis Minorum de Thovartio, Pictavien. diœc. congruis &c. conſpexerint ſe refectos; de omnipotentis &c. omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in Nativitatis, Circumciſionis &c. necnon in Nativitatis &c. beatæ Mariæ Virginis, & Nativitatis beati Joannis Baptiſtæ, ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac dictæ Eccleſiæ Dedicationis feſtivitatibus, ac in celebritate omnium Sanctorum, & per octavas ipſarum Nativitatis &c. ſingulis videlicet feſtivitatum & celebritatum, ac octavarum ipſarum, & præfatorum &c. diebus quibus præfatam Eccleſiam viſitaverint &c. quinquaginta dies de injunctis eis &c. miſericorditer relaxamus: præſentibus poſt decennium minime valituris. Volumus autem quod ſi alias viſitantibus &c. aliqua indulgentia &c. hujuſmodi præſentes nullius ſint roboris vel momenti.

Datum Avenione VI. Kal. Februarii, anno VI.

LXXXI.

Præficitur Eccleſiæ Davalien. Ibidem fol. 53.

Dilecto filio Philippo Ardizoni Electo Davalien.

§. I. DIvina diſponente clementia, cujus inſcrutabili altitudine ordinationem accipiunt univerſa, in Apoſtolicæ Sedis ſpecula, licet immeriti, conſtituti, ad univerſas orbis Eccleſias aciem noſtræ conſiderationis extendimus, & pro earum ſtatu ſalubriter dirigendo, Apoſtolici favoris auxilium adhibemus; ſed de illis propenſius cogitare nos convenit, quas propriis carere paſtoribus intuemur, ut eis juxta cor noſtrum paſtores præficiantur idonei, qui populos ſibi commiſſos per ſuam circumſpectionem providam ſalubriter dirigant & informent, ac bona Eccleſiarum ipſarum non ſolum gubernent utiliter, ſed etiam multimodis efferant incrementis.

§. II. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Antonio Epiſcopo Davalien. regimini Davalien. &c. præſidente; Nos cupientes ipſi Eccleſiæ, cum vacaret, per Apoſtolicæ &c. utilem & fructuoſam &c. proviſionem ejuſdem &c. ſpecialiter reſervandam: decernentes ex tunc &c. contingeret attentari.

§. III. Poſtmodum vero dicta Eccleſia per obitum ipſius Antonii Epiſcopi, qui extra &c. clauſit extremum, paſtoris ſolatio deſtituta: Nos vacatione hujuſmodi &c. ad proviſionem ipſius Eccleſiæ &c. de qua nullus &c. decreto obſiſtentibus ſupradictis: ne Eccleſia ipſa longæ vacationis &c. paternis, & ſollicitis ſtudiis &c. poſt deliberationem, quam &c. habuimus diligentem &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in ſacerdotio

dotio conſtitutum, Religionis zelo conſpicuum, litterarum ſcientia prædi-tum, morum ac vitæ honeſtate decorum, in ſpiritualibus providum, & in temporalibus circumſpectum, & aliis multiplicium virtutum meritis, prout fide dignorum teſtimoniis percepimus, inſignitum, direximus oculos noſtræ mentis: quibus omnibus attenta &c. de perſona tua nobis, & eiſdem Fratribus noſtris, ob dictorum tuorum &c. accepta, eidem Davalien. Eccleſiæ, de ipſorum Fratrum conſilio, auctoritate &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem &c. committendo. In illo, qui dat &c. confidentes &c. per tuæ induſtriæ &c. proſpere dirigetur, ac grata in ſpiritualibus & temporalibus &c. Jugum igitur Domini tuis impoſitum &c. curam & adminiſtrationem prædictas &c. quod ipſa Eccleſia gubernatori provido &c. commiſſam; tuque præter æternæ &c. noſtram & Sedis præfatæ benedictionem & gratiam exinde uberius conſequi merearis.

Datum Avenione v. Kal. Februarii, anno VI.

LXXXII.

Ut diminuat in Monaſterio Clariſſarum Xativæ numerum Presbyterorum. Ibidem fol. 85.

Venerabili fratri Epiſcopo Valentin.

§. I. Juſtis petentium deſideriis libenter annuimus, eaque proſequimur favore opportuno. Sane pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Ciliæ Abbatiſſæ, & Conventus Monaſterii Xativæ, Ordinis ſanctæ Claræ, Valentin. diœc. petitio continebat, quod ſecundum antiquas inſtitutiones dicti Monaſterii, ejus Abbatiſſa pro tempore exiſtens tenere deberet ſex Presbyteros, qui in Eccleſia dicti Monaſterii Miſſas celebrarent; quodque cum propter dicti Monaſterii deſtructionem, & ejus redituum diminutionem ipſa Abbatiſſa id facere non valeret, tu auctoritate ordinaria conceſſiſti, ut dicta Abbatiſſa uſque ad viginti annos, duos Presbyteros ibidem tenere dumtaxat teneatur. Quare pro parte dictarum Abbatiſſæ & Conventus nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut hujuſmodi conceſſionem per te factam, auctoritate Apoſtolica, de benignitate Apoſtolica confirmare dignaremur.

§. II. Quia igitur de præmiſſis certam notitiam non habemus, fraternitati tuæ, de qua in his & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta &c. quatenus ſi tibi videatur, ſuper quo tuam &c. oneramus, præmiſſam conceſſionem per te, ut præmittitur, factam, auctoritate Apoſtolica, confirmes: contradictores, auctoritate noſtra, appellatione &c. compeſcendo: non obſtante ſi aliquibus communiter vel &c. quod interdici &c. de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Avenione II. Nonas Februarii, anno VI.

In eumdem modum Archiepiſcopo Athenien.

LXXXIII.

Ut liberet Clariſſas Xativæ a ſolvendis decimis. Ibidem.

Eidem.

§. I. Exibita nobis pro parte dilectarum &c. Ciliæ Abbatiſſæ, & Conventus Monaſterii Xativæ, Ordinis ſanctæ Claræ, Valentin. diœc. petitio continebat, quod licet ipſis, & earum Ordini per Apoſtolicæ Sedis privilegium, cui non eſt in aliquo derogatum, ſit conceſſum, quod ipſæ de

decimis, quæ per Sedem ipſam perſonis eccleſiaſticis pro tempore imponuntur, ſeu alias aliquibus conceduntur, nihil ſolvere teneantur; tamen a tribus annis citra ab ipſis Abbatiſſa & Conventu, ratione decimarum per dictam Sedem cariſſimo in Chriſto filio noſtro Petro Regi Aragonum illuſtri conceſſarum, certæ pecuniæ exactæ fuerunt, in ipſarum Abbatiſſæ & Conventus, quæ multum pauperes ſunt, præjudicium, & dictorum privilegiorum derogationem & ſcandalum plurimorum. Quare pro parte dictarum Abbatiſſæ, & Conventus nobis ſuit humiliter ſupplicatum, ut providere eis de benignitate &c.

§. II. Nos itaque hujuſmodi &c. inclinati, fraternitati tuæ per &c. quatenus vocatis &c. hinc inde propoſitis, quod canonicum fuerit, appellatione remota, decernas, faciens quod decreveris per &c. obſervari. Teſtes autem &c. non obſtante ſi aliquibus &c.

Datum Avenione II. Nonas Februarii, anno VI.

LXXXIV.

Ut faciat reſtitui quæ Clariſſæ Xativæ male vendiderunt. Ibidem.

Eidem.

Ut in ſuperiori. §. I. Exhibita nobis pro parte dilectarum &c. Ciliæ Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii Xativæ, Ordinis ſanctæ Claræ, Valentin. diœc. petitio continebat, quod olim earum Monaſterio propter guerras, tunc in partibus illis ingruentes, totaliter deſtructo, cariſſimus in Chriſto filius noſter Petrus Rex Aragonum illuſtris, eiſdem Abbatiſſæ & Conventui pie compatiens, certum ſpatium terræ infra muros hujuſmodi loci Xativæ eiſdem Abbatiſſæ & Conventui, pro loco ibidem pro ipſis conſtruendo, aſſignavit, ipſæque Abbatiſſa & Conventus, quæ infra dictum locum nunc commorantur, contra ſanctiones canonicas, nulla etiam licentia ſuper hoc a Sede Apoſtolica obtenta, ſpatium ubi earum Monaſterium antiquum præſens ædificatum erat, quibuſdam ſecularibus perſonis, pro certo pretio, non tamen juſto, vendiderunt. Quare pro parte dictarum Abbatiſſæ & Conventus nobis ſuit humiliter ſupplicatum, ut cum præmiſſa venditio ſecundum jura non teneat, ipſæque paratæ ſint reſtituere pretium, quod exinde receperunt, eis pro ſolito pretio per eas recepto, præfatum ſpatium, in quo præfatum antiquum Monaſterium, ut præmittitur, erat, non obſtan. juramento, ſive pœna in præmiſſa venditione forſan impoſitis, ſive adjectis, recuperare, & cum earum Monaſterio novo retinere poſſint, concedere, & alias eis in præmiſſis providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. II. Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per &c. mandamus; quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod juſtum fuerit, appellatione remota, decernas; faciens quod decreveris per cenſuram &c. obſervari: teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere: non obſtante ſi aliquibus communiter &c. quod interdici &c. de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Avenione II. Nonas Februarii, anno VI.

LXXXV.

Ut liberet Clarissas prædictas a variis gravaminibus. Ibidem.

Eidem.

EXhibita nobis pro parte dilectarum in Christo filiarum Ciliæ Abbatissæ & Conventus Monasterii Xativæ, Ordinis sanctæ Claræ, Valentin. diœc. petitio continebat, quod Judices seculares partium earumdem non attendentes, quod laicis in personas ecclesiasticas nulla est attributa potestas, ab eadem Abbatissa, quæ etiam secundum Instituta prædicti sui Ordinis, Prælatis Fratrum Ordinis Minorum, de gestis & administratis per eam in præfato suo Monasterio dumtaxat rationem reddere tenetur, tallias, pedagia, & alia subsidia exigere & extorquere nituntur; ipsamque Abbatissam ad reddendum sibi rationem & computum de gestis, & administratis per eam, quamvis de facto &c. compellunt in derogationem ecclesiasticæ libertatis, præfatæ Abbatissæ præjudicium, & scandalum plurimorum. Quare pro parte dictarum Abbatisse & Conventus, nobis fuit humiliter supplicatum, ut providere de benignitate &c. Nos itaque &c. inclinati, fraternitati tuæ per Apostolica &c. quatenus vocatis &c. & auditis hinc inde propositis, quod justum fuerit, appellatione remota, decernas, faciens quod decreveris per censuram &c. observari. Testes autem qui fuerint &c. non obstante si aliquibus communiter &c.

Datum Avenione VII. Idus Februarii, anno VI.

LXXXVI.

Fit Archiepiscopus Neopatren. Ibidem fol. 109.

Dilecto filio Matthæo Electo Neopatren.

§. I. ROmani Pontificis &c. successibus gratulentur. Dudum siquidem bonæ memoriæ Francisco Archiepiscopo Neopatren. regimini Neopatren. Ecclesiæ præsidente; Nos cupientes eidem Ecclesiæ, cum eam vacare contingeret, per Apostolicæ &c. utilem & idoneam præesse personam, provisionem ipsius Ecclesiæ &c. specialiter reservandam: decernen. ex tunc irritum &c. contingeret attentari. Postmodum vero dicta Ecclesia per ejusdem Franciſci Archiepiscopi obitum, qui extra Romanam &c. clausit extremum, Pastoris solatio destituta, dilecti filii Capitulum dictæ Ecclesiæ hujusmodi reservationis &c. te Ordinis Fratrum Minorum professorem, in sacerdotio constitutum, in Archiepiscopum Neopatren. licet de facto, concorditer elegerunt; tuque reservationis, & decreti prædictorum similiter inscius, electioni hujusmodi, illius tibi præsentato decreto, de tui Superioris licentia, consensisti etiam de facto, & deinde reservatione & decreto præfatis ad tuam deductis notitiam, hujusmodi electionis negotium proponi fecisti in consistorio coram nobis. *Ut in Regesto Tomi 6. Const. 74. Fo: XXXI.*

§. II. Nos igitur electionem ipsam, & quæcumque inde secuta, utpote post & contra reservationem & decretum prædictum attentata, irrita, prout erant, & inania reputantes; & ad provisionem &c. de qua nullus &c. ne Ecclesia ipsa prolixæ vacationis &c. paternis &c. intendentes, post deliberationem quam &c. eidem Ecclesiæ personam utilem &c. cum Fratribus &c. diligentem. Demum ad te cui de Religionis zelo, litterarum scientia, vitæ munditia, honestate morum, spiritualium providentia, & temporalium cir-

cumſpectione, & aliis multiplicium &c. apud nos fide digna &c. perhibentur, direximus aciem noſtræ mentis. Quibus omnibus, necnon dictorum Capituli, te eligendi concordi voluntate, attenta meditatione penſatis, de perſona tua nobis, & eiſdem Fratribus noſtris, ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta, præfatæ Eccleſiæ, de ipſorum Fratrum &c. auctoritate &c. providemus, teque illi &c. in Archiepiſcopum & Paſtorem, curam &c. ipſius Eccleſiæ &c. plenarie &c. firma ſpe &c. quod dicta Eccleſia, gratia &c. per tuæ circumſpectionis &c. ſalubria ſuſcipiet incrementa. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica &c. quatenus impoſitum tibi a Domino onus regiminis dictæ Eccleſiæ devote ſuſcipiens, curam &c. ſtudeas ſollicite &c. quod ipſa Eccleſia gubernatori provido &c. gaudeat ſe commiſſam, tuque præter æternæ &c. noſtram & dictæ Sedis gratiam uberius conſequi merearis.

Datum Avenione VIII. Idus Februarii, anno VI.

LXXXVII.

Ut præfigat terminum quibuſdam Monialibus Monaſterii Xativæ, alio tranſituris. Ex lib. 2. fol. 93.

Venerabili fratri Epiſcopo Valentin.

Moniales quædam inobedientes.

§. I. ROmani Pontificis providentia &c. conſpicit opportuna. Sane petitio pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Ciliæ Abbatiſſæ, & Conventus Monaſterii Xativæ, Ordinis ſanctæ Claræ, Valentin. diœc. nobis nuper exhibita continebat, quod nonnullæ dicti Monaſterii Moniales, quandoque ex voluntatis impulſu, & abſque legitima cauſa, ſub colore boni, tranſeundi de dicto Monaſterio ad alia Monaſteria, tam a nobis, quam a nonnullis aliis ad hoc poteſtatem habentibus, varias litteras impetrarunt; & dum per dictam Abbatiſſam de ſuis exceſſibus corrigi debent, vel alias aliquid eis mandatur, ſive imponitur, ut remaneant impunitæ, & abſque obedientia, ſe ad alia Monaſteria velle tranſire confingunt, in animarum ſuarum periculum, dictæ Religionis opprobrium, & ſcandalum plurimorum. Quare pro parte dictarum Abbatiſſæ & Conventus, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut providere in præmiſſis de benignitate &c. dignaremur.

Fit Delegatio Epiſcopo.

§. II. Nos igitur de his certam notitiam non habentes, hujuſmodi &c. inclinati, fraternitati tuæ, de qua in his & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica &c. committimus &c. quatenus omnibus & ſingulis Monialibus dicti Monaſterii, ſive a nobis ſive a quibuſcumque ex venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, ſeu a quibuſcumque aliis de tranſeundo ab ipſo Monaſterio ad alia Monaſteria litteras habentibus, auctoritate Apoſtolica certum peremptorium terminum competentem, de quo tibi videbitur, præfigas, infra quem juxta ſuarum litterarum tenorem, ad alia Monaſteria tranſeant: alioquin lapſo hujuſmodi termino, prædictæ litteræ ipſarum Monialium ſint caſſæ, irritæ, nulliuſque roboris vel momenti; tuque etiam ex tunc litteras ipſas denunties irritas & inanes. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam &c. non obſtante ſi eidem Ordini a dicta ſit Sede indultum, quod perſonæ ipſius Ordinis ad judicium trahi non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam &c. indulto hujuſmodi mentionem: & qualibet alia dictæ Sedis &c. cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, tuæ juriſdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, quæ quo ad hoc ipſis nolumus aliquatenus ſuffragari.

Datum Avenione VII. Idus Februarii, anno VI.

LXXXVIII.

LXXXVIII.

Ut poſſint admittere Cenobium in diœceſi Quinqueccleſien. Ibidem ſol. 84.

Dilectis filiis Vicario & Fratribus Ordinis Minorum, Vicariæ Boſnen. ſecundum morem dicti Ordinis.

§. I. Sacræ veſtræ Religionis ſub qua &c. favorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra, & dilecti filii nobilis viri Joannis de Hornacii, Bani de Machob, Quinqueccleſien. diœceſis petitio continebat, quod ipſe ex zelo fidei, & ſingulari devotione, quam ad Ordinem veſtrum gerit, cupit in dicta diœceſi, in loco ad hoc magis apto & condecenti, & in fundo proprio, ad honorem & laudem Dei, ac beati Franciſci, veſtri Ordinis fundatoris, de bonis ſibi a Deo &c. in ſuorum, & ejus &c. de licentia &c. ſub cujus dominio &c. Eccleſiam, ſeu Capellam &c. & aliis neceſſariis &c. pro uſu & habitatione &c. qui inibi divino cultui vacare, & ſchiſmaticis, ac Patarenis in illis partibus exiſtentibus, prædicare verbum Dei, eoſque ad unitatem orthodoxæ fidei, & ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ reducere valeant, conſtruere, & fundare. Quare pro veſtra, & dicti Nobilis parte, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eidem &c. faciendi &c. & vobis hujuſmodi locum &c. de denignitate &c. dignaremur. *Vide conſtit. 32. Clementis VI.*

§. II. Nos igitur qui divini &c. veſtræque Religionis &c. appetimus; hujuſmodi &c. inclinati, eidem Nobili Eccleſiam, ſeu Capellam &c. & aliis neceſſariis &c. conſtruendi & fundandi, vobiſque hujuſmodi locum, cum prædictis Eccleſia &c. & officinis recipiendi, & perpetuo retinendi, pro uſu &c. dummodo Diœceſani loci ad id accedat aſſenſus: fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. &c. prohibente ne Fratres Ordinum &c. domos, vel alia loca &c. præſumant abſque Sedis &c. hujuſmodi mentionem: & quibuslibet aliis &c. nequaquam obſtantibus; jure tamen parochialis &c. ſemper ſalvo, auctoritate &c. tenore &c. de ſpeciali gratia, licentiam elargimur. Vobis nihilominus concedentes, quod vos, & alii Fratres veſtri Ordinis, qui in hujuſmodi &c. omnibus & ſingulis gratiis &c. quibus in aliis locis &c. gaudere conſueviſtis, ſeu etiam debuiſtis. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione XIV. Kalendas Martii anno VI.

LXXXIX.

Ut recipiant domum in oppido Chenieng. Ibidem fol. 85.

Eisdem.

§. I. Sacræ veſtræ Religionis, ſub qua &c. favorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra, & dilecti filii nobilis viri Nicolai de Gara Comitis Palatini Hungariæ, petitio continebat, quod ipſe ex zelo fidei, & ſingularis devotionis, quam ad Ordinem veſtrum gerit, cupit in oppido de Chenieng. Colocen. diœceſis, in loco ad hoc decenti & honeſto, & in fundo proprio ad honorem & laudem Dei, ac beati Franciſci veſtri Ordinis fundatoris, de bonis ſibi a Deo collatis, in ſuorum, & ejus parentum remiſſionem peccatorum, de licentia domini temporalis, ſub cujus dominio dictum oppidum extitit, Eccleſiam, ſeu Capellam, vel &c. cum campanili &c. & aliis officinis neceſſariis, pro uſu & habitatione veſtris conſtruere & fundare. Quare pro veſtra, & dicti Nobilis parte, nobis fuit *Vide ut ſupra.*

fuit humiliter ſupplicatum, ut eidem Nobili faciendi præfata, & vobis hujuſmodi locum recipiendi, & retinendi licentiam, de benignitate Apoſtolica &c. concedere dignaremur.

§. II. Nos igitur, qui dictorum divini cultus, veſtræque Religionis augmentum ſerventer appetimus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, eidem Nobili Eccleſiam, ſeu Capellam &c. & aliis neceſſariis officinis ſupradictis conſtruendi, & fundandi, vobiſque hujuſmodi locum cum præfatis Eccleſia &c. & officinis recipiendi, & perpetuo retinendi pro uſu & habitatione prædictis; dummodo Diœceſani loci ad id accedat aſſenſus: fœlicis recordationis Boniſacii Papæ VIII. &c. prohibente ne Fratres &c. domos, vel alia loca &c. abſque Sedis Apoſtolicæ &c. faciente plenam &c. & quibuslibet aliis &c. contrariis &c. jure tamen parochialis &c. auctoritate &c. tenore &c. elargimur, vobis nihilominus concedentes, quod vos & alii Fratres veſtri Ordinis, qui in hujuſmodi loco, poſtquam per vos receptus fuerit, pro tempore morabuntur, gaudeatis & gaudeant omnibus & ſingulis gratiis, privilegiis, ac exemptionibus, & libertatibus, quibus in aliis locis veſtri Ordinis gaudere conſueviſtis, ſeu etiam debuiſtis. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione XIV. Kalendas Martii anno VI.

XC.

Ut concedat licentiam XXV. *Fratribus ad partes Ultramarinas pro verbo Dei ſeminando proficiciendi.* Ibid. fol. 2.

Dilecto filio Franciſco tituli ſanctæ Sabinæ Presbytero Cardinali, in nonnullis terris Romanæ Eccleſiæ, noſtro, & pro ipſa Eccleſia in temporalibus Vicario Generali.

I. Relatione didicimus fide digna, quod in Urbe, & partibus eidem vicinis, ſunt nonnulli devoti Fratres Prædicatorum & Minorum Ordinum, qui zelo fidei accenſi ad partes Ultramarinas ire deſiderant, ad prædicandum infidelibus verbum Dei.

§. II. Nos igitur, qui te ad Urbem, & alias partes prædictas, pro magnis & arduis Eccleſiæ Romanæ negotiis, ac regimine populorum terrarumque ejuſdem Eccleſiæ, noſtrum & Romanæ Eccleſiæ Vicarium, cum pleno Vicariatus officio deſtinamus; de tuæ circumſpectionis induſtria plenarie confidentes, tibi viginti quinque Fratribus Ordinum prædictorum, ſe ad partes Ultramarinas ituros ſpontanee offerentes, qui tamen vita & moribus commendabiles ſint, abſque licentia petita, vel obtenta ſuorum Prælatorum, ſimul & diviſim, ad eaſdem partes Ultramarinas accedendi, in eiſque manendi; nec non quatuor loca, in quatuor diverſis terris pro Conventibus ſuorum Ordinum fundandis, recipiendi, & in eis ſingulis ſingula oratoria, cum campanili, cœmeterio, & aliis officinis neceſſariis erigendi & conſtruendi; ac concedendi quod omnibus privilegiis, gratiis, immunitatibus, & indulgentiis ſuis Ordinibus. quorum profeſſores exiſtunt, ab Apoſtolica Sede, vel aliis quibuſcumque conceſſis, libere uti poſſint, ſœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis & eorumdem Ordinum conſtitutionibus, etiamſi auctoritate Apoſtolica confirmatis, necnon privilegiis iiſdem Ordinibus conceſſis, & aliis contrariis non obſtantibus quibuſcumque: etiamſi de ipſis ſpecialis, & expreſſa mentio, ac de verbo ad verbum in præſentibus ſit habenda, plenam concedimus, tenore præſentium facultatem.

Datum Avenione Kalendis Martii anno VI.

XCI.

XCI.

Ut poſſint aliquando commorari intra fortalitium Aureliaci. Ex libro 2. fol. 46.

Dilectis filiis Guardiano, & Conventui loci Fratrum Ordinis Minorum de prope Villam Aureliaci, ſancti Flori diœceſis.

§. I. DEvotionis veſtræ ſinceritas promeretur, ut veſtræ conſolationi, præſertim in adverſitatis tempore, favorabiliter conſulamus.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod guerrarum tempore, in loco veſtro de prope villam Aureliaci, ſancti Flori diœceſis propter impetum ſocietatum prædonum, & aliorum hominum perverſorum, non poteſtis ſine magnis rerum & corporum diſcriminibus reſidere, voſque eo tempore tam propter ſecuritatem veſtram, quam etiam ne ſacra Eccleſiæ veſtræ contagione immundorum hominum rapiantur, aut polluantur, oportet ad fortalitium dictæ villæ confugere, & quod dudum infra fortalitium præfatæ villæ, legata fuit vobis per quondam Aſtorgium Bruni militem, incolam dictæ villæ, quædam domus, neceſſitatis tempore pro hujuſmodi confugio, & rerum veſtrarum cuſtodia ſatis apta. Quare pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut providere vobis in præmiſſis de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. III. Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ut hinc ad decem annos proxime futuros dictam domum tenere, & tempore guerrarum, quando non poteſtis in dicto loco tute morari, ad dictam domum, ſi ſit apta, & in loco honeſto ſita, vos transferre, & in ea durantibus guerris hujuſmodi conventualiter, commorari; et ſuper altare portalili cum debitis reverentia et honore, miſſas, et in ipſa domo alia officia divina, etiam cum nota ſolemniter celebrare; et verbum Dei proponere populo, ſine tamen juris præjudicio alieni: conſtitutionibus Apoſtolicis quibuſcumque contrariis, etiamſi de illis eorumque totis tenoribus, ac de verbo ad verbum eſſet in noſtris litteris mentio facienda: necnon ſtatutis & conſuetudinibus, per quæ effectus præſentium valeat quomodolibet impediri, nequaquam obſtantibus, licite valeatis, vobis, tenore præſentium indulgemus. Nulli ergo &c.

Datum Avenione VI. Nonas Martii anno VI.

XCII.

Ut Erfordiæ Fratres reſtituantur. Ex lib. 3. fol. 44.

Dilecto filio Conrado Walborn., Ordinis Fratrum Minorum profeſſori.

§. I. CUm ad noſtram audientiam pervenerit, quod olim Proconſules & Univerſitas oppidi Erfordien. Moguntinen. diœceſis ex certis frivolis cauſis, omnes Fratres Ordinis Minorum, qui tunc in dicto oppido in loco ipſorum Fratrum reſidebant, de ipſo oppido de facto expulerunt, & in eodem loco quemdam Præpoſitum, & nonnullas Moniales cujuſdam Monaſterii poſuerunt, ac libros, calices, & paramenta, ac res, & bona alia dictorum Fratrum ejuſdem loci recipientes, illa apud quoſdam oppidanos ejuſdem oppidi cuſtodienda depoſuerunt, & tenenda. Nos cupientes ſtatui dictorum Fratrum in hac parte ſalubriter providere, prædictis Proconſulibus, & Univerſitati noſtris litteris ſuademus, atque mandamus, ut prædictum locum, cum libris, calicibus, paramentis, & bonis ac rebus aliis, præ-

prædictis Fratribus dicti Ordinis reddere, ac reſtituere ſtudeant, cum effectu, ac prædictis Præpoſito, & Monialibus, per alias noſtras litteras præcipimus & mandamus, ut de prædicto loco recedant, & ad earum Monaſterium revertantur.

§. II. Attendentes itaque quod tu qui alias, ut accepimus, Procurator & Syndicus dicti loci, per Fratres ejuſdem loci electus extitiſti, ad recuperationem dicti loci, & librorum, & paramentorum, & aliorum bonorum, & rerum prædictorum idoneus, & ad regimen ejuſdem loci utilis, ac plurimum fructuoſus eſſe poteris, te in Guardianum ejuſdem loci, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, aſſumimus, tibique in virtute ſanctæ Obedientiæ, auctoritate prædicta, diſtricte præcipiendo mandamus, ut ad prædictum oppidum te perſonaliter conferens, præfatas litteras noſtras, quas tibi exhiberi mandamus, Proconſulibus, & Univerſitati, ac Præpoſito, & Monialibus prædictis ex parte noſtra præſentes, ac locum ipſum cum paramentis, calicibus, libris, & aliis rebus, & bonis quibuslibet ad eum & Fratres prædictos pertinentibus, in judicio, ſi expediens fuerit, repetas, exigas, & recipias. Et nihilominus locum præfatum, poſtquam tibi & dicto Ordini fuerit reſtitutus, juxta morem dicti Ordinis, tamquam ejuſdem loci Guardianus regas, dirigas, & gubernas, donec ſuper his aliter per Apoſtolicam Sedem, aut dilectos filios Generalem, aut Provincialem illius Provinciæ, ſecundum morem dicti Ordinis Miniſtros, ordinatum fuerit; ac inibi tot ex Fratribus dicti Ordinis tecum teneas, quot ibidem ex fidelium eleemoſynis poterunt congrue ſuſtentari. Non obſtan. quibuſcumque conſtitutionibus Apoſtolicis, ac privilegiis, ſtatutis & conſuetudinibus dicti Ordinis contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, etiamſi de illis & totis eorum tenoribus eſſet In præſentibus mentio facienda.

Datum Avenione x. Kalendas Maii anno vi.

XCIII.

Ut domum prope caſtrum ſancti Joannis Rotundi reædificare poſſint intra Fortalitium. Ex lib. 2. fol. 64.

Dilectis filiis Miniſtro, & Fratribus Ordinis Minorum, provinciæ ſancti Angeli, ſecundum morem dicti Ordinis.

§. I. Benignitas Apoſtolicæ Sedis conſervationi Religionum Deo militantium intenta ſollicite, cum illarum loca ſenſerit fore deſtructa, pro eis inſtaurandis, aut in terris tutioribus conſtruendis libenter favorem Apoſtolicum impertitur.

§. II. Sane oblatæ nobis petitionis veſtræ ſeries continebat, quod, cum locus veſter, quem pro Conventu Fratrum Ordinis veſtri, cum Eccleſia &c. ac aliis neceſſariis officiis extra fortalitium, ſeu caſtrum S. Joannis Rotundi, Sipontin. diœceſis tenuiſtis; ac habitare conſueviſtis, propter guerras quæ olim vigebant ibidem, deſtructus ſit, & deſertus, præter partem Eccleſiæ cum altari majori, quæ poſtmodum reparatæ fuerunt, locum alium pro ſimili Conventu intra dictum caſtrum, de Apoſtolicæ Sedis licentia, recipere & ædificare optatis. Quare pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut hujuſmodi licentiam vobis concedere dignaremur.

§. III. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationi veſtræ favorabiliter annuentes, vobis aliquem fundum intra dictum caſtrum, dono, vel alio juſto titulo acquiſitum, ſeu acquirendum recipiendi, & in eo locum hujuſmodi, cum ora-

oratorio, campanili &c. ac officinis neceſſariis pro Conventu Fratrum dicti Ordinis ædificandi, fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. &c. & aliis quibuſcumque &c. contrariis non obſtantibus, auctoritate &c. tenore &c. licentiam impertimur. Volumuſque ac concedimus quod idem locus de novo conſtruendus, poſtquam conſtructus fuerit, & Fratres in eo degentes, omnibus libertatibus, immunitatibus, privilegiis, indulgentiis dicto Ordini veſtro, & Fratribus ejus a dicta Sede conceſſis gaudeant, & utantur, ſicut idem locus deſtructus gaudebat; & alia loca ejuſdem Ordinis gaudere conſueverunt & uti; jure tamen parochialis &c. & cujuſcumque &c. in præmiſſis omnibus ſemper ſalvo. Proviſo quod oratorium, ſeu pars Eccleſiæ ſupradictæ ad profanos uſus, velut hæreditas, nullatenus redigatur, quodque in eadem per Fratres veſtros aliquoties ſerviatur in divinis Officiis atque Miſſis. Nulli ergo &c.

Datum Avenione v. Kalendas Maii anno VI.

XCIV.

Ut domos duas admittere poſſit in Inſula Sardiniæ. Ibidem fol. 63.

Miniſtro Generali Ordinis Fratrum Minorum.

I. I. Is, quæ divini cultus augmentum, & animarum ſalutem reſpiciunt, libenter annuimus, & favorem Apoſtolicum impertimur. Exhibita ſiquidem nobis pro parte dilecti filii nobilis viri Hugonis Judicis Arboreæ petitio continebat, quod ipſe in inſula Sardiniæ duo loca ad uſum Fratrum tui Ordinis, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, ac pro ſuæ, & progenitorum ſuorum animarum ſalute, de bonis ſuis facere fundari & ædificari proponit. Quare nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper hoc oportunam licentiam tribuere dignaremur.

§. II. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, tibi fundandi & conſtruendi, ſeu fundari & conſtrui faciendi hujuſmodi duo loca ad uſum Fratrum dicti Ordinis, in locis ad hoc congruentibus & honeſtis, utrumque videlicet eorum eum Eccleſia, campanili &c. & aliis neceſſariis officinis, dummodo in utroque dictorum locorum duodecim Fratres dicti Ordinis congrue valeant ſuſtentari, Diœceſanorum locorum, & cujuslibet &c. minime requiſita; & parochialium Eccleſiarum, & cujuslibet alterius juribus in omnibus ſemper ſalvis, plenam & liberam, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, licentiam elargimur. Concedimus inſuper quod Fratres qui in locis ipſis morabuntur pro tempore, omnibus libertatibus, exemptionibus, privilegiis, & gratiis Ordini prædicto, & ejus Fratribus a præfata Sede conceſſis, & quibus idem Fratres potiuntur, gaudeant & utantur. Nulli ergo &c.

Datum Avenione IV. Kalendas Maii anno VI.

XCV.

Ut aliquibus idoneis conferre poſſit gradum Magiſterii. Ex lib. 3. fol. 126.

Eidem.

§. I. Sicut debetur benemeritis præmium, & ſervitiis gratitudo, ſic etiam dignum reputamus & congruum, ut illis, qui ſacræ Theologiæ ſtudio longævis temporibus inſudarunt, laborum ſuorum debitus honor impendatur.

§. II. Cum itaque, ſicut accepimus, in tuo Ordine ſint nonnulli Fratres, qui ſacrarum litterarum ſtudiis dudum laborando, adeo profecerunt, quod in hujuſmodi Theologiæ facultate Magiſterii gradum obtinere meruerant; tuque in civitate Aquilen. generale Capitulum tui Ordinis, cum dilectis filiis Miniſtris Provincialibus ac Cuſtodibus, & Fratribus ejuſdem Ordinis, celebrare debeas infra breve; Nos volentes tuam honorare perſonam, & per honorem tibi exhibitum aliis providere, circumſpectioni tuæ, de qua in his & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, concedendi, auctoritate Apoſtolica, in ipſo generali Capitulo duobus ex hujuſmodi Fratribus prædicti tui Ordinis, quos ad hoc duxeris eligendos, & qui per tuam & ſaltem quatuor aliorum Magiſtrorum in dicta facultate diligentem examinationem, ad hoc idonei & ſufficientes reperti fuerint, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, Magiſterii honorem, & docendi licentiam in eadem facultate, ſervatis conſtitutionibus Viennen. Concilii, & aliis ſolemnitatibus conſuetis: ita tamen quod ex hoc præfatus Ordo ad præſtandum aliquid ſic magiſtratis pro ſuis expenſis, vel aliis neceſſariis ratione dicti Magiſterii, ultra quam antea minime teneatur: non obſtantibus quibuſcumque privilegiis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus dicti Ordinis, ac etiam ſtudiorum quorumcumque, in quibus ſic magiſtrandi ſtuduerunt, contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, etiamſi de illis, & totis eorum tenoribus ſpecialis expreſſio, ac de verbo ad verbum eſſet in præſentibus mentio facienda, quæ alias in ſuo robore volumus permanere, eidem circumſpectioni tuæ plenam & liberam, tenore præſentium, concedimus facultatem.

Datum Avenione VI. Idus Maii anno VI.

XCVI.

Præficitur Eccleſiæ Emonen. Ibid. fol. 75.

Dilecto filio Nicolao de Agrigento, Electo Emonen.

Vid. infr. Bullam 99. Lugus Pontif.

APoſtolatus officium &c. duce Domino gubernare. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Martino Epiſcopo Emonen. regimini &c.. Nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum illam vacare contingeret &c. præeſſe perſonam, proviſionem ipſius &c. ſpecialiter reſervandam, decernentes ex tunc &c. contingeret attentari. Poſtmodum vero dicta Eccleſia, per obitum dicti Martini, qui extra &c. clauſit extremum. Nos vacatione hujuſmodi &c. ad proviſionem ipſius &c. de qua nullus præter nos &c. obſiſtentibus ſupradictis: ne Eccleſia ipſa longæ vacationis &c. poſt deliberationem quam de præficiendo &c. habuimus diligentem. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in ſacra pagina Magiſtrum, in Sacerdotio conſtitutum, Religionis zelo conſpicuum, vitæ ac morum honeſtate decorum, in ſpiritualibus &c. aliiſque multiplicium &c. inſignitum, direximus &c. Quibus omnibus debita &c. ob dictorum tuorum &c. eidem Emonen. Eccleſiæ, de ipſorum Fratrum &c. auctoritate &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem &c. plenarie &c. In illo qui dat &c. confidentes, quod præfata Eccleſia ſub tuo &c. incrementa. Jugum igitur Domini &c. curam &c. quod ipſa Eccleſia gubernatori provido &c. gaudeat ſe commiſſam, tuque proinde æternæ &c. & benevolentiæ noſtræ, ac Sedis prædictæ benedictionem & gratiam uberius conſequi mereris.

Datum Avenione II. Idus Maii anno VI.

XCVII.

XCVII.

Ut Monaſterium Monialium Tertii Ordinis faciat Clariſſarum. Ibid. fol 36.

Venerabili fratri Epiſcopo Conſtantien.

§. I. Paſtoralis officii debitum &c. Cum itaque, ſicut accepimus, in oppido Wittinghen. tuæ diœceſis, ſit quædam domus Tertii Ordinis ſancti Franciſci, cum Eccleſia, campanili &c. & aliis neceſſariis officinis, in qua domo de præſenti, ut aſſeritur, habitant centum mulieres, vel circiter, dictum Ordinem profeſſæ, quarum una, quæ aliis præeſſe dignoſcitur, Magiſtra nuncupatur, ac domus ipſa tantum in perpetuis annuis reditibus habeat, quod exinde poſſint quinquaginta Moniales, vel ultra congrue ſuſtentari; prædictaque Magiſtra, & mulieres, ad frugem melioris vitæ aſpirantes, cupiant pro tutiori ſtatu earum profiteri Ordinem ſanctæ Claræ, & ſub cura Fratrum Ordinis Minorum, ac ſub perpetua clauſura degere, prout alia Monaſteria ejuſdem Ordinis ſanctæ Claræ degunt. *Vide Conſtit. 101 Clement. VI.* Tertiariæ cupiêt Ordinem ſanctæ Claræ profiteri.

§. II. Nos hujuſmodi ipſarum pium propoſitum plurimum in Domino commendantes, & eas, ut illud ad laudem divini nominis facilius valeant adimplere, opportunis favoribus proſequi volentes, Fraternitati tuæ, de qua in his, & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus. per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ſi eſt ita, & ad id dictarum Magiſtræ & mulierum, vel majoris partis illarum accedat aſſenſus eis, auctoritate Apoſtolica, concedas, quod deinceps præfata domus Monaſterium dicti Ordinis ſanctæ Claræ perpetuo exiſtat, & etiam nuncupetur, & quod Magiſtra, & aliæ mulieres prædictæ, quæ ad id conſenſerint, ut præfertur, eumdem Ordinem ſanctæ Claræ profiteantur, & ſervent, & dicto Ordini Fratrum Minorum, prout alia Monaſteria ipſius Ordinis ſanctæ Claræ ſubjecta fore noſcuntur, perpetuo ſit ſubjectum. Pontifex annuit.

§. III. Quod ſi forſan aliquæ ex iiſdem mulieribus ſtatum, in quo de præſenti exiſtunt, mutare, & hujuſmodi Ordinem ſanctæ Claræ profiteri noluerint, facias ipſis quandiu vixerint, de communibus bonis ejuſdem Monaſterii, ſive domus pro earum victu, & veſtitu, ſicut eſt hactenus conſuetum, neceſſaria congrue miniſtrari; contradictores &c. appellatione &c. compeſcendo. Et nihilominus, ſi ad præmiſſa, ut præfertur, earumdem Magiſtræ, & mulierum, vel majoris partis ipſarum conſenſus acceſſerit, tu, auctoritate præfata, ſtatuas & ordines, quod illa, quæ eidem Monaſterio pro tempore præfuerit, Abbatiſſa dicti Monaſterii exiſtat, & nuncupetur; et quod de cetero de eodem Monaſterio numerus quinquaginta Monialium dumtaxat præter Abbatiſſam exiſtat; et quod nulla deinceps in eodem Monaſterio recipi poſſit, donec numerus prædictarum mulierum, quæ nunc ibidem exiſtunt, ad quinquagenarium numerum ſit redactus, nec etiam ex tunc niſi in tantum excreſcerent ipſius Monaſterii facultates, quod exinde plures poſſent congrue ſuſtentari. Proviſio pro aliis. Præfecta debet nuncupari Abbatiſſa. Monialiũ numerus præfcriptus.

§. IV. Ceterum ſi præmiſſa per te fieri contingat, tu auctoritate præfata, Abbatiſſæ, quæ pro tempore fuerit, et Conventui ejuſdem Monaſterii concedas, quod tam ipſæ, quam præfatum Monaſterium, et perſonæ ibidem pro tempore degentes, omnibus privilegiis, indulgentiis, ac libertatibus, et immunitatibus uti et gaudere poſſint et debeant, quibus alia Monaſteria ejuſdem Ordinis ſanctæ Claræ, et perſonæ in eis degentes gaudent, ſeu etiam potiuntur: non obſtan. conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, et conſuetudinibus Ordinum prædictorum, et aliis contrariis quibuſcumque. Seu ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod Quod privilegiis Clariſſarum fruantur, conceditur

interdici &c. per litteras Apoſtolicas non facientes plenam et ex preſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Avenione IV. Kalendas Junii anno VI.

XCVIII.

Adnectitur illarum Monaſterio Prioratus Montueli. Ex lib. 2. fol. 177.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii S. Clarę Montis-Alban. Ordinis ejuſdem Sanctę.

§. I. MErita veſtræ Religionis expoſcunt, quod vos, & Monaſterium veſtrum paterna benevolentia proſequentes, illam libenter gratiam faciamus, quam veſtris commoditatibus fore conſpicimus opportunam.

§. II. Sane petitio pro parte veſtra nobis exhibita continebat, quod fructus, reditus, & proventus dicti Monaſterii veſtri propter guerras, & mortalitates, quæ in illis partibus viguerunt, adeo ſint diminuti, quod ex eis congrue ſuſtentari non poteſtis; quinimo dubitatis, niſi per Sedem Apoſtolicam vobis de alicujus ſubventionis provideatur auxilio, ad tantam devenire penuriam, quod commode non poſſitis relevari; quodque per conſequens divinus cultus minuetur ibidem, ac vobis dabitur materia evagandi. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut veſtræ indigentiæ paterno compatientes affectu, Prioratum ſecularis, & non Collegiatæ Eccleſiæ ſine cura de Montueli Montis-alban. vobis, & veſtro Monaſterio pro veſtris oneribus facilius ſupportandis, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis in perpetuum incorporare, annectere, & unire, de benignitate &c. dignaremur.

§. III. Nos igitur vobis, ut facilius valeatis onera eidem Monaſterio incumbentia ſupportare, de alicujus ſubventionis auxilio, quantum cum Deo poſſumus, providere volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, prædictum Prioratum, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, etiamſi diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter, vel ſpecialiter aſſervatus exiſtat, vobis, & per vos dicto veſtro Monaſterio, auctoritate præfata, incorporamus, annectimus perpetuo, & unimus; ita quod cedente vel decedente ipſius Prioratus Priore, qui nunc eſt, vel dictum Prioratum alias dimittente, liceat vobis corporalem poſſeſſionem Prioratus ac jurium & pertinentiarum prædictorum, per vos, vel alium, ſeu alios, propria auctoritate, apprehendere & tenere, ipſumque Prioratum in perpetuum licite retinere; ac fructus ipſius Prioratus in ſupportationem dictorum onerum, & utilitatem dicti Monaſterii convertere valeatis; Diœceſani loci, vel alterius cujuſcumque licentia minime requiſita; reſervata tamen prius & aſſignata per eumdem Diœceſanum de ipſius Prioratus proventibus pro perpetuo Vicario, per ipſum Diœceſanum inſtituendo canonice in eodem, perpetuo in eo virtutum Domino ſervituro, portione congrua, ex qua idem Vicarius habeat commode ſuſtentari, Epiſcopalia jura ſolvere, & alia ſibi incumbentia onera ſupportare: non obſtan. fœl. record. Urbani Papæ V. prædeceſſoris noſtri, & aliis conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis quibuſcumque. Seu ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi Prioratibus, & aliis beneficiis eccleſiaſticis, in illis partibus ſpeciales, vel generales Apoſtolicæ Sedis, vel Legatorum ejus, litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum; quas lit-

litteras & proceſſus habitos per eaſdem, & quæcumque inde ſecuta ad præfatum Prioratum volumus non extendi; ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem hujuſmodi Prioratus, vel beneficiorum aliorum præjudicium generari. Seu quibuſcumque privilegiis, indulgentiis, & litteris Apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa &c. impediri valeat, quomodolibet vel differri; & de qua, cujuſque toto tenore, de verbo &c. mentio ſpecialis: Nos inſuper ex nunc decernimus irritum &c. contigerit attentari. Nulli ergo &c. noſtræ incorporationis, annexionis & conſtitutionis &c.

Datum Avenione XVI. Kal. Julii, anno VI.

XCIX.

Præficitur Eccleſiæ Cien. * Ibid. fol. 139. * *alias* Cten.

Dilecto filio Simoni de Aretio, Electo Cien.

§. I. APoſtolatus officium, quamquam inſufficientibus meritis, nobis ex alto commiſſum, quo Eccleſiarum omnium regimini præſidemus, utiliter exequi, coadjuvante Domino, cupientes, ſolliciti corde reddimur, ut cum de ipſarum regiminibus agitur committendis, tales eis in paſtores præficere ſtudeamus, qui commiſſum ſibi gregem Dominicum, ſciant non ſolum doctrina verbi, ſed exemplo boni operis informare, commiſſaſque ſibi animas in ſtatu pacifico & tranquillo velint, & valeant, duce Domino, gubernare.

§. II. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Puricivalli Epiſcopo Cien. regimini Cien. Eccleſiæ præſidente, nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum ipſam vacare contingeret, utilem & fructuoſam per Apoſtolicæ Sedis providentiam, præeſſe perſonam, proviſionem ejuſdem &c. ordinationi &c. reſervandam: decernendo ex tunc &c. contingeret attentari.

§. III. Poſtmodum vero dicta Eccleſia, per obitum ipſius Puricivallis Epiſcopi, qui extra &c. clauſit extremum, vacante. Nos vacatione hujuſmodi fide dignis &c. intellecta, ad proviſionem ipſius &c. paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes, poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem &c. cum Fratribus noſtris habuimus diligentem. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in Sacerdotio conſtitutum, Religionis zelo conſpicuum, litterarum ſcientia præditum, vitæ ac morum honeſtate decorum, in ſpiritualibus providum & in temporalibus circumſpectum, aliiſque multiplicium virtutum donis, prout &c. teſtimonio, inſignitum, pro quo etiam dilecti filii Capitulum ipſius Eccleſiæ per ſuas patentes litteras nobis ſuper hoc humiliter ſupplicarunt, direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita &c. de perſona tua nobis, & eiſdem Fratribus noſtris, ob dictorum exigentiam meritorum accepta, eidem Cien. Eccleſiæ de eorumdem &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum, & paſtorem, curam ipſius Eccleſiæ tibi in &c. plenarie committendo; in illo, qui dat gratias, & largitur præmia, confidentes, quod præfata Cien. Eccleſia ſub tuo &c. gratia tibi aſſiſtente divina, proſpere dirigetur, & grata in ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiet incrementa.

§. IV. Jugum igitur Domini tuis impoſitum humeris prompta devotione ſuſcipiens, curam & adminiſtrationem præfatas ſic exercere ſtudeas ſollicite, fœliciter & prudenter, quod ipſa Cien. Eccleſia gubernatori provido & fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam: tuque præter æternæ retri-

tributionis præmium, noſtram, & dictæ Sedis benedictionem uberius conſequi mereris.

Datum Avenione XVI. Kal. Julii, anno VI.

In eumdem modum, venerabili fratri Archiepiſcopo Athenien.

C.

Fit Epiſcopus Andren. Ibid. fol. 147.

Dilecto filio Benedicto de Nigroponte, Electo Andren.

Ut in ſuperiori.

§. I. APoſtolatus officium, quamquam &c. duce Domino gubernare. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Nicolao Epiſcopo Andren. regimini Andren. Eccleſiæ præſidente, nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum ipſam vacare contingeret, utilem &c. proviſionem ejuſdem &c. ſpecialiter reſervandam; decernendo ex tunc irritum &c. contingeret attentari.

§. II. Poſtmodum vero dicta Eccleſia, per obitum dicti Nicolai Epiſcopi, qui extra &c. clauſit extremum, vacante; nos vacatione hujuſmodi &c. ad proviſionem ipſius Eccleſiæ celerem &c. nullus præter &c. reſervatione &c. ne Eccleſia ipſa longæ vacationis &c. paternis & ſollicitis ſtudiis &c. poſt deliberationem &c. diligentem. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, in Sacerdotio conſtitutum, religionis zelo conſpicuum, litterarum ſcientia præditum, vitæ, ac morum honeſtate decorum, in ſpiritualibus providum, & in temporalibus circumſpectum, & aliis multiplicium virtutum meritis, prout ex fide dignis teſtimoniis percepimus, inſignitum: pro quo etiam dilecti filii Capitulum ipſius Eccleſiæ nobis ſuper hoc per ſuas patentes litteras humiliter ſupplicarunt, direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua nobis & eiſdem Fratribus noſtris, ob dictorum tuorum exigentiam meritorum, accepta, eidem Andren. Eccleſiæ, de Fratrum noſtrorum &c. auctoritate &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus, plenarie committendo. In illo qui dat gratias & largitur præmia, confidentes, quod dextera Domini tibi aſſiſtente propitia, præfata Andren. Eccleſia, ſub tuo fœlici regimine, proſpere & ſalubriter dirigetur, & grata in eiſdem &c. ſuſcipiet incrementa.

§. III. Jugum igitur Domini tuis impoſitum humeris prompta devotione ſuſcipiens, curam & adminiſtrationem præfatas ſic exercere ſtudeas ſollicite, fideliter & prudenter &c. tuque proinde æternæ retributionis præmium, & noſtram ac Sedis prædictæ benedictionem uberius conſequi mereris.

Datum apud Villam-novam Avenionenſis diœceſis XVI. Kal. Julii, anno VI.

In eumdem modum, venerabili fratri Archiepiſcopo Athenien.

CI.

Ut Joanni de Latone lecturam, & magiſterium conferat. Ex lib. 2. fol. 221.

Cancellario Eccleſiæ Pariſien.

Vid. Conſtit. 63. Innoc. VI.

VIri ſacræ lectionis &c. Cum itaque, ſicut accepimus, dilectus filius Joannes de Latone de Gerunda, Ordinis Fratrum Minorum profeſſor, in ſacra Theologica facultate, in pluribus ſtudiis, juxta morem dicti Or-

Ordinis, poſtquam de ſtudio Pariſien. in quo in facultate ipſa laudabiliter ſtuduerat, per plures annos utiliter legerit, & adeo doctrina &c. quod ſe dignum reddidit ad obtinendum honorem Magiſterii in eadem. Nos volentes eumdem Joannem &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus ipſum Joannem ad legendum librum Sententiarum in ſtudio Pariſien. prædicto in vacationibus in proxima futura æſtate, ſi eum ad hoc idoneum eſſe repereris, ſuper quo ei, tenore præſentium, licentiam elargimur, auctoritate Apoſtolica, admittas, & admitti facias, ut eſt moris: contradictores &c. & deinde hujuſmodi lectura completa, ſi dictus Joannes per tuam & aliorum &c. ſervatis &c.

Datum apud Villam-novam Avenionenſis diœceſis VIII. Idus Julii, anno VI.

CII.

Deputantur Judices Conſervatores. Ibid. fol. 292.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Eboracen. & Londonien ac Wintonien. Epiſcopis.

§. I. ETſi quibuslibet Religioſis perſonis, & locis, ex injuncto nobis ſervitutis officio, aſſiſtere defenſionis præſidio teneamur, illis tamen ſpecialius & efficacius adeſſe nos convenit, qui Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecti, non habent præter Romanum Pontificem alium defenſorem.

§. II. Cum itaque ex parte dilectorum filiorum Miniſtri Generalis, & Fratrum Ordinis Minorum, fuerit propoſitum coram nobis, quod ipſi a nonnullis ſuper prædicationibus libere ab eiſdem Fratribus faciendis, & audiendis Confeſſionibus, eis peccata ſua confiteri volentium, & aliis juribus, & libertatibus ipſis ab Apoſtolica Sede conceſſis, a Prælatis, Rectoribus & Clero, aliiſque perſonis, contra indulta privilegiorum dictæ Sedis, eis ab eadem Sede conceſſorum, multipliciter moleſtentur, & gravamina ipſis multiplicia inferantur. Nos volentes eis ſuper hoc de opportuno remedio providere, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, per vos, vel alium, ſeu alios, Fratribus dicti Ordinis provinciæ Angliæ, ſecundum morem dicti Ordinis, efficaci præſidio defenſionis aſſiſtentes, non permittatis eos contra tenorem privilegiorum ipſorum, a prædictis, vel aliis quibuſcumque moleſtari, nec eis aliqua gravamina, vel injurias irrogari, facientes ipſis Fratribus de illatis eis injuriis, moleſtationibus, & gravaminibus contra tenorem eumdem, videlicet quæ judicialem requirunt indaginem, per viam judicii, in aliis vero prout qualitas illorum exegerit, juſtitiæ complementum. Ita quod officium, poteſtas, & juriſdictio veſtra, ex nunc perpetuata cenſeatur; moleſtatores, & injuriatores hujuſmodi, necnon contradictores, & rebelles quandocumque & quotieſcumque expedierit, per cenſuram &c. compeſcendo; non obſtan. tam fœl. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, in quibus cavetur, ne aliquis extra ſuam civitatem &c.

Datum apud Villam-novam Avenionenſis diœceſis II. Kalen. Auguſti, anno VI.

CIII.

CIII.

Ut mutetur Conventus Vapincen. Ibid. fol. 239.

Dilectis filiis Miniſtro, & Fratribus Ordinis Minorum, provinciæ Provinciæ.

§. I. OBlatæ nobis veſtræ petitionis ſeries continebat, quod cum locus veſter, quem pro Conventu Fratrum Ordinis veſtri, cum Eccleſia, campanili, clauſtro, cœmeterio, ac neceſſariis officinis, extra civitatem Vapincen. tenuiſtis, & inhabitare conſueviſtis, prout adhuc tenetis, & inhabitatis, ſæpe hactenus propter guerras, & malarum ſocietatum inſultus, admodum damnificatus fuerit, & damnificari plus poſſe in poſterum veriſimiliter timeatur, quod Fratres dicti Ordinis nequeant ibidem ſecure conſiſtere, & quiete Domino famulari. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, ut locum prædictum mutandi, aliumque infra civitatem eamdem recipiendi pro Conventu præfato, vobis licentiam concedere dignaremur.

§. II. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus favorabiliter annuentes, vobis locum unum de conſilio venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Vapincen. infra civitatem præfatam recipiendi, & in eo oratorium, cum campanili &c. & officinis neceſſariis pro Conventu præfato, de bonis, ſeu eleemoſynis vobis a Chriſtifidelibus tribuendis ædificandi: jure tamen parochialis &c. & cujuslibet &c. ſemper ſalvo: ac fœl. record. Bonifacii Papæ VIII. contrariis non obſtan. tenore præſentium, concedimus facultatem. Volumuſque & concedimus, quod idem locus, poſtquam conſtructus fuerit, & Fratres in eo degentes, omnibus libertatibus &c. dicto Ordini veſtro, & Fratribus ejus a Sede Apoſtolica conceſſis gaudere & uti debeant, & valeant, ſicut alia loca ejuſdem Ordinis gaudent & utuntur. Et inſuper volumus, quod oratorium, ſeu Eccleſia loci antiqui extra dictam civitatem ad prophanos uſus nullatenus redigatur; ſed in eo per Fratres veſtros aliquoties laudabiliter ſerviatur in divinis officiis, atque Miſſis.

Datum Avenione XVIII. Kal. Septembris, anno VI.

CIV.

Ut examinet objecta Epiſcopo Limiricenſi. Ibidem fol. 208.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Cantuarien.

Archiep. Caſſell. Privilegiorum Conſervator.

§. I. EXhibita nobis pro parte venerabilis fratris noſtri Philippi Archiepiſcopi Caſſellen. petitio continebat, quod ab antiquo tempore citra, Archiepiſcopus Caſſellen. qui eſt pro tempore, etiam per litteras Apoſtolicas fuit, & hodie eſt dictus Philippus Conſervator privilegiorum, Fratribus Ordinis Minorum in Hibernia, a Sede Apoſtolica conceſſorum, ſpecialiter deputatus; quodque dudum, cum dilecti filii Guardianus & Fratres dicti Ordinis Limiricen. per venerabilem Fratrem noſtrum Petrum Epiſcopum Limiricen. etiam contra privilegia eiſdem a Sede prædicta conceſſa, multipliciter gravarentur, & perſequerentur, ac damnificarentur; dicti Guardianus & Fratres ad præfatum Caſſellen. Archiepiſcopum, tamquam eorum Conſervatorem acceſſerunt, lamentabiliter conquerentes de maximis gravaminibus & damnis per ipſum Epiſcopum illatis, & quæ inferebantur tota die, ipſumque Archiepiſcopum humiliter requiſiverunt, ut ſupra præmiſſis, de opportuno eis remedio provideret; dictuſque Archiepiſcopus volens offi-

Ab Epiſcopo Limiricen. FF. gravati.

Apud præfatum Conſervat. conqueruntur.

officium hujuſmodi conſervationis adimplere, & nolens dictis conquerentibus in juſtitia deficere, ad præfatum Epiſcopum Limiricen. perſonaliter acceſſit, ipſumque ut compareret, querelis dictorum conquerentium reſponſurus, certis loco & tempore citavit; qui quidem Epiſcopus animo rebellionis aſſumpto, illico in dictum Archiepiſcopum Caſſellen. Conſervatorem, etiam ſuum Metropolitanum, manus injecit temere violentas, ac citationem, quam idem Archiepiſcopus in ſuis tenebat manibus, violenter rapuit in tantum quod ſanguis a manibus ipſius Archiepiſcopi emanavit, verbaque injurioſa, tamquam homo extra mentem, in ipſum Archiepiſcopum protulit, dicendo inter alia, quòd recederet de loco, alioquin ſibi, & ſuis omnibus male eſſe deberet, dictuſque Archiepiſcopus timens multitudinem malorum, cum armis eidem Epiſcopo aſſiſtentium, & conſiderans ipſius Epiſcopi furorem, ſtatim de dicto loco receſſit, ne ipſe, & familiares ſui ibidem male tractarentur; quodque poſtmodum cum dictus Archiepiſcopus ſedens pro tribunali, ipſum Epiſcopum certis loco & tempore, coram eo tamquam Conſervatore hujuſmodi Fratrum dicti Ordinis citari feciſſet, dictus Epiſcopus comparere per ſe, vel per procuratorem recuſavit; & quod deterius eſt, eiſdem Religioſis poſt hujuſmodi citationem, quam plura gravamina intulit; ac omnes de Diœceſi ſua Limiricen. in Eccleſia dictorum Fratrum, ad divina accedentes, aut ſe ibidem ſepeliri facientes, ut dicebat, excommunicavit.

Grandis Epiſcopi recenſiti temeritas.

Citatus comparere recuſat.

Aliaque in FF. hoſtilia patrant.

§. II. Præterea idem Epiſcopus cum per plura tempora, propter debita Cameræ Apoſtolicæ excommunicatus fuiſſet, hujuſmodi excommunicationem ſcienter ſuſtinuit, & ut prius divinis, in ſepulturis nobilium publice celebrando, ſe immiſcuit, irregularitatem incurrendo: ipſeque Epiſcopus de præmiſſis reprehenſus, non curavit aliquem habere ſuperiorem, ſed ſibi ſufficiebat, quod inter ſuos nativos viveret in delitiis.

Excommunicationem reſpuit.

§. III. Et inſuper cum idem Epiſcopus contra fidem Catholicam, & determinationem Eccleſiæ in hæreſim notorie incidiſſet; dictuſque Archiepiſcopus, ex eo quod eſt Metropolitanus, & idem Epiſcopus ſibi de jure eſt ſubjectus, nolens etiam quod plures per hujuſmodi hæreſim inficerentur, ad dictum Epiſcopum zelo fidei perſonaliter acceſſit; ipſumque, ut certa die, coram eo in præfata Limiricen. diœc. compareret, ad certum locum citavit, ſuper præmiſſis reſponſurus. Qui quidem Epiſcopus, quaſi homo extra mentem indignatus, cum ſuis in hac parte complicibus, & præſertim cum clericis, & laicis diverſorum armorum genera deferentibus, dictum Archiepiſcopum, niſi cum clericis ſuis, & cruce, quam ante ſe deferri faciebat, aufugiſſet, procul dubio verberaſſet.

Et in hæreſim labitur.

§. IV. Inſuper quoque idem Epiſcopus poſt ipſius Archiepiſcopi receſſum, Pontificalibus indutus, una cum ſuis complicibus civitatem Limiricen. intrans, omnes & ſingulos, dicto Archiepiſcopo & ſuis, victualia, aut hoſpitium miniſtrantes, publice in medio civitatis, candelis extinctis, excommunicavit. Cumque idem Archiepiſcopus quadam die ſolemni, in præfata civitate Limiricen. prout alibi conſueverat, ad prædicandum verbum Dei ex devotione Sedem poſuiſſet; præfatus Epiſcopus hæc præſciens, per dictam civitatem Limiricen. præconizari fecit, ne aliquis ſub pœna excommunicationis ad ſermonem dicti Archiepiſcopi accederet; & ſi qui ibidem accederent, illos nominatim excommunicaret; ipſoque Archiepiſcopo recedente, dictus Epiſcopus rebellis & tyrannus, ſuos ad publicam verecundiam eidem Archiepiſcopo inferendam, miſit ſatellites; qui quidem ſatellites, ad mandatum dicti Epiſcopi, in ipſum Archiepiſcopum per medium dictæ civitatis equitantem, manus injecerunt temere violentas, & frænum de capite equi rapuerunt. Ad hæc præfatus Epiſcopus Limiricen. cum prædictis ſuis com-

Archiepiſcopum proſcribit.

Alia perpetrata facinora.

plicibus dictum Archiepiſcopum Caſſellen. in exercitio ſuæ juriſdictionis Metropoliticæ, ac in officio viſitationis exercendo impedire multipliciter non expavit. Quare pro parte dicti Archiepiſcopi nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut omnes & ſingulas cauſas, tam civiles, quam criminales, quas præfatus Archiepiſcopus contra præfatum Epiſcopum Limiricen. ac eius complices prædictos, de & ſuper ſacrilegiis, contemptibus, invaſionibus, injuriis & aliis omnibus ſupradictis movere intendit, alicui committere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

Archiepiſcopus recurrit ad Apoſtolicam Sedem.

§. V. Nos itaque &c. inclinati, fraternitati tuæ per &c. mandamus, quatenus ſi de hujuſmodi manuum injectione in dictum Archiepiſcopum tibi conſtiterit, prædictum Epiſcopum, & alios ſacrilegos, tamdiu, appellatione remota, excommunicatos publice nunties, & facias ab aliis nuntiari, & ab omnibus arctius evitari; donec præfato Archiepiſcopo congrue ſatisfecerint, & cum tuarum teſtimonio litterarum ad Sedem præfatam venerint abſolvendi: ſuper aliis vero, vocatis, qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod juſtum fuerit, appellatione remota, decernas, faciens, quod decreveris, auctoritate noſtra, firmiter obſervari.

Cauſa Epiſcopo Cantuariensi committitur.

§. VI. Ceterum ſi forſan Epiſcopi, & ejus complicium prædictorum, præſentia pro citationibus de ipſis faciendis ſecure vel commode haberi nequiret, tibi citationes quaslibet per edicta publica in locis circumvicinis affigenda publicis, de quibus veriſimilis ſit conjectura, quod ad notitiam citatorum hujuſmodi pervenire valeant faciendi, plenam concedimus, tenore præſentium, poteſtatem; & volumus quod perinde ipſos citatos arctent, ac ſi eis factæ & inſinuatæ præſentialiter & perſonaliter extitiſſent, non obſtan. tam fœl. rec. Boniſacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, in quibus cavetur ne quis extra ſuam Civitatem & Dioeceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam diætam a fine ſuæ Dioeceſis ad judicium evocetur: ſeu Judices a Sede deputati prædicta, aliquos ultra unam diætam a fine Dioeceſis eorum trahere præſumant; ac de duabus diætis in Concilio generali, quam aliis quibuſcumque conſtitutionibus, a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, tam de Judicibus delegatis, quam perſonis ultra certum numerum ad judicium non trahendis; aut aliis editis, quæ tuæ poſſent in hac parte juriſdictioni aut poteſtati, ejuſque libero exercitio quomodolibet obviare: ſeu ſi aliquibus &c. quod interdici &c. de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Avenione XIII. Kal. Septembris, anno VI.

CV.

Ut examinet controverſiam in cauſa Clariſſarum Narbonenſium. Ibidem fol. 331.

Dilecto filio Officiali Narbonen.

§. I. EXhibita nobis pro parte dilecti filii Deodati Roſſias, Rectoris parochialis Eccleſiæ ſancti Sebaſtiani Narbonen. petitio continebat, quod nuper dilectæ in Chriſto filiæ Alodayſſis Abbatiſſa, & Conventus Monaſterii Monialium ſanctæ Claræ extra muros Narbonen. ejuſdem Sanctæ, quoddam Monaſterium cum Eccleſia, campanili &c. & aliis officinis, auctoritate propria, infra limites dictæ parochialis Eccleſiæ, de novo fundare, & conſtruere fecerunt, & faciunt, ac in ipſo cœmeterio, quod de facto benedici fecerunt, cadavera mortuorum ſepeliunt; & exinde funeralia, oblationes, emolumenta, & alia jura eccleſiaſtica ad Rectorem & parochialem Eccle-

Eccleſiam præfatos ſpectantia, contra voluntatem dicti Rectoris de facto receperunt, & recipiunt, in ipſorum Rectoris & parochialis Eccleſiæ maximum præjudicium & detrimentum. Quare pro parte dicti Rectoris nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ipſe, qui ſine juribus parochialibus & oblationibus præfatis, onera dictæ parochiali Eccleſiæ incumbentia ſuſtinere non valeret, providere in præmiſſis de benignitate &c. dignaremur.

§. II. Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per &c. mandamus, quatenus partibus convocatis, audias cauſam, & appellatione remota, debito fine decidas, faciens quod decreveris per cenſuram &c. obſervari. Teſtes autem &c. non obſtante ſi eidem Ordini a dicta ſit Sede indultum, quod perſonæ ipſius Ordinis ad judicium trahi &c. ſeu ipſæ, aut dicti Ordinis loca interdici non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam &c. & qualibet alia dictæ Sedis &c. tenoris exiſtat; per quam præſentibus non expreſſam &c. quomodolibet impediri, quæ quoad hoc eis nolumus in aliquo ſuffragari.

Datum Avenione Kal. Septembris, anno VI.

CVI.

Ut poſſit cohabitare Clariſſi Turris-cellarum. Ibidem fol. 119.

Dilectæ in Chriſto filiæ nobili mulieri Joannæ, relictæ quondam Philippi de Caſtro-baronis viduæ, Palentin. diœc.

Sinceræ devotionis affectus &c. favorabiliter annuamus. Hinc eſt, quod nos, conſideratione etiam cariſſimi in Chriſto filii noſtri Henrici Regis Caſtellæ, & Legionis illuſtris, cujus ſoror exiſtis, nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, hujuſmodi ipſius Regis, ac tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, volumus & Apoſtolica tibi auctoritate concedimus, ut quamdiu in viduitate permanſeris, cum decenti habitu, & honeſtarum mulierum comitiva, infra ſepta Monaſterii ſanctæ Claræ de Turrecellarum, Ordinis ejuſdem Sanctæ, Palentin. diœc. aut aliis domibus eidem Monaſterio contiguis extra dicta ſepta conſiſtentibus, ſtare & morari valeas, & quod in pariete, ſeu muro dicti Monaſterii una cum rota, ut in Monaſterio ejuſdem Ordinis eſt fieri conſuetum, per quam tibi neceſſaria miniſtrentur, & aliæ feneſtræ competentes, cum crate ferrea, per quam cum dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſa & Monialibus dicti Monaſterii colloqui, ac conſolationem, & recreationem recipere valeas, quoties tibi & eidem Abbatiſſæ videbitur expedire, fiant & exiſtant, ſtatutis & conſuetudinibus Monaſterii, & Ordinis prædictorum, ac conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo &c.

Vide in Regeſto Tomi 7. fol. 489.

Datum Maſſiliæ II. Kal. Octobris, anno VI.

MONUMENTA REGIA

Extracta ex Archivo Urbis Neapolitanæ.

JOANNÆ I. REGINÆ SICILIÆ ET HIERUSALEM.

Quædam bona concedit fratri Matthæo Episcopo Thelesino, & consanguineis. Ex Registro anno 1346. litt. B. fol. 231.

JOanna &c. Magistro Justitiario Regni Siciliæ, & Judicibus Magnæ Curiæ, Consiliariis, familiaribus, & fidelibus suis &c. Scire vos facimus quod nuper V. P. fratri Matthæo Thelesino Episcopo, Confessori, & Consiliario nostro, pro se, & Philippo Guiliant fratre, & Tuerulo nepote ejus, Cambellanis, & familiaribus nostris, privilegium nostrum concessimus continentiæ subsequentis. Joanna Dei gratia Regina Hierusalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ, & Forcalquerii, ac Pedemontis Comitissa. Universis præsentes litteras inspecturis, tam præsentibus, quam futuris. Quod frequenter creditoribus Fisci nostri solvere manualiter bono modo non possumus, per alterius speciei satisfactionem condignam gratis functionibus adæquamus. Sane jampridem Guillelmus de Campolacterio miles, olim Justitiarius Aprutii &c. prout tota forma scripta est in uno alio quaternorum privilegiorum præsentis anni, usque Dat. Neapol. per V. P. Rogerium Barensem Archiepiscopum Logothetam, & Prothonotarium Regni Siciliæ, anno Domini MCCCXLVII. die IX. Februarii XV. Indictione, Regnorum nostrorum anno V. Deinde sic sequitur. Volumus igitur, & fidelitati vestræ, præsentium tenore committimus, & mandamus, quatenus statim receptis præsentibus, præfatum Episcopum, seu alium vice sua, tam proprio nomine, quam nomine, & pro parte prædictorum aliorum inducatis in corporalem, & vacuam possessionem prædictarum domorum, jurium, & pertinentiarum ejus, usquequo ad prædictam quantitatem prædictarum unciarum triginta duarum, & tarenorum viginti septem, eis, ut præmittitur per nostram Curiam debitarum, ac manuteneatis & defendatis inductum, & pariter conservetis, officii vestri potestate, facturi fieri de præsentium executione cum forma eorum duo publica consimilia instrumenta, quorum uno dicto Episcopo tradito, reliquum mittatis ad Archivium nostrum pro cautela inibi conservandum. Datum Neapoli per eumdem V. P. Rogerium Barensem Archiepiscopum &c. Anno Domini MCCCXLVII. die V. Martii, Indictione XV. Regnorum nostrorum anno V.

CON-

CONSTITUTIONES
PHILIPPI CARDINALIS PROTECTORIS
Pro bono regimine Monialium.

PHILIPPUS miſeratione divina, tituli ſanctorum Marcellini & Petri Presbyter Cardinalis, Fratrum Minorum, & Sororum ſanctæ Claræ Ordinum Protector, a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus. Venerabilibus & religioſis viris dilectis in Chriſto Fratribus, Generali, univerſis Provincialibus Miniſtris Fratrum Minorum Ordinis antedicti ſalutem, & ſinceram in Domino caritatem.

Exordium.

§. I. INter ſollicitudines ceteras, ad quas Sedes Apoſtolica nos convocare dignatur, illam præcipue, & rectius per omnia nos libet affixam cordi gerere, qua ad gubernandum, regendumque ſanctæ Claræ Ordinem, & perſonas, eidem adſtringimur, utpote quem dicti Ordinis immediatum ipſa Sedes inſtituit Protectorem. Conſideramus etenim quanta perſonas ipſas ſexus fragilitas reddat imbecilles, quantiſque pateant hoſtium malignorum incurſibus, niſi ea, qua decet, prudentia gubernentur, eaque qua egent providentia protegantur. Nec mirum quidem, ſi tota cordis affectione perſtringimur iis, quantum nobis ex alto conceditur, prudentia providere, neque velle tantillum apponere, ut ad condignum, quatenus poteſt eſſe poſſibile, regi valeant, & defendi. Sed conſiderantes propter perſonarum ipſarum multitudinem copioſam, quam Ordo ipſe velut hortus irriguus, Deo incrementum largiente produxit, & non minimum ampliavit, nos non poſſe intereſſe ſingulis, ut deceret, volentes non immerito Prædeceſſorum noſtrorum inhærere veſtigiis, in iis, quæ ab ipſis provido, & maturo conſilio ſunt digeſta, de noſtri maturitate conſilii, veſtræque prudentiæ circumſpectione ſollicita, plenam & firmam fiduciam in Domino obtinentes, & cupientes, ut dictus Ordo per veſtræ miniſterium providentiæ præſervetur a noxiis, & ad ſalubria dirigatur, & tam ſpiritualiter, quam temporaliter ad laudem, & gloriam divini nominis valeat ampliari, viſitationis, inquiſitionis, correctionis, & reformationis officium Monaſteriorum dicti Ordinis vobis Generali Miniſtro quoad ſingula dicta Monaſteria ubilibet conſtituta, quæ Regulam a fœl. rec. Domino Urbano Papa IV. editam ſuſceperunt, vel ſuſcipient in futurum, necnon Monaſterium ſanctæ Claræ de Aſſiſio, quam omnium aliorum, quæ ſunt, vel pro tempore erunt noſtræ gubernationi commiſſa, ac unicuique veſtrum Provincialium Miniſtrorum, quoad ea de prædictis Monaſteriis tantum, quæ fuerint infra limites Provinciarum commiſſarum veſtro regimini, vel committendarum in poſterum, conſtituta, tenore præſentium concedimus exercitium.

Motivum Diplomatis.

Generalibus, & Provincialibus Miniſtris reformatio, & correctio Monaſteriorum commiſſa.

Poſſunt ad hoc munus Coadjutores inſtituere.

§. II. Ut autem levius ferre poſſitis onera commiſſionis præfatæ, & ut ſperati fructus de comitatis laboribus colligantur, volumus, atque concedimus, ut non ſolum vos, Generalis Miniſter ubilibet, ſed & quilibet veſtrum Provincialium Miniſtrorum unum, vel plures Fratres idoneos in ſuis Provinciis, ad hujuſmodi officium exercendum inſtituere, & deſtituere, prout expedire cognoveritis, valeatis. De conſilio dumtaxat aliquorum Fratrum veſtræ Provinciæ diſcretorum, per, quando, & ubi neceſſe fuerit dictis Monaſteriis beneficium viſitationis, inquiſitionis, correctionis, & reformationis impendant: ipſoſque Viſitatores multiplicare, & diminuere poſſitis, prout ſecundum multitudinem, & diſtantiam Monaſteriorum longitudinem, & la-

& latitudinem Provinciarum videritis expedire: inſtitutis, vel inſtituendis per vos Viſitatoribus hujuſmodi infra certos limites ſic viſitandi, inquirendi, & reformandi dicta Monaſteria officium committatis, quod in eorum Monaſterio Viſitatorum plurium viſitatio non concurrat, ſed unuſquiſque eorum in dictis ſibi Monaſteriis viſitationis, inquiſitionis, correctionis, & reformationis officium exequatur.

Monialibus præcipitur, ut Viſitatoribus adamuſſim obediat.

§. III. Excitamus quoque prudentiam veſtram, ut provide indagetur qualiter dicti Viſitatores commiſſura, & committenda, ſcilicet officia hujuſmodi exercebunt, & informetur, & corrigatur, & moneatur eo ſollicite, prout fuerit opportunum. Omnibus inſuper tam Abbatiſſis, quam Sororibus, & Servitialibus, necnon Capellanis, Converſis, & ceteris de familia prædictorum Monaſteriorum, præſentium tenore mandamus, quatenus vobis, ac Viſitatoribus ipſis tam præſentibus, quam futuris, in omnibus, quæ ad viſitationis, inquiſitionis, correctionis, & reformationis officium pertinent, firmiter, atque humiliter obediant, & intendant. Faciatis quoque eis de eccleſiaſticis Sacramentis, & divinis officiis per Fratres veſtri Ordinis, vel alios, prout magis expedire videbitur, provideri. Proviſuri inſuper Monaſteriis ſupradictis de Fratribus moraturis in eis, quoties expedire videbitis, pro ipſorum commodo, & ſalute, ac conſolatione Abbatiſſarum, & Sororum, necnon & ſervitialium, & perſonarum quarumlibet morantium in eiſdem, & curaturi non minus eis in importunitatibus illis, quæ ipſis pro temporalibus imminent, vel in antea imminebunt, opportunis, aſſiſtere fideliter, & adeſſe, prout veſtra, & præfati veſtri Ordinis patietur religioſitas, & honeſtas.

Fratres in Monaſtrum obſequium deſtinandi.

Poſſint Miniſtri ad Monaſteria accedere, non obſtan. &c.

§. IV. Ut autem prædicta omnia liberius exequamini, & piam poſſitis dare operam his, quæ ad dictorum Monaſteriorum, Abbatiſſarum, & Sororum profectum, & conſolationem pertinere noſcuntur, decreto Regulæ veſtræ, aut declarationis ipſius cujuslibet ſubſecutæ, quo ab ingreſſu Monaſteriorum Monacharum Fratres arctantur ſub certis limitibus, non obſtante, de auctoritate Apoſtolica qua fungimur in hac parte, licentiam, tenore præſentium concedimus ſpecialem: ut pro præmiſſis, & pro exhibendis Eccleſiaſticis Sacramentis, celebrandis divinis officiis, prædicationibus faciendis, impendendis conſiliis, & propriis, & rationabilibus cauſis congruis, & honeſtis, necnon & aliis, quæ Abbatiſſis, & Sororibus, & Capellanis, ſervitialibus, converſis, & familiaribus dictorum Monaſteriorum extiterint opportuna: vos Generalis Miniſter, cum illa quam decreveritis Fratrum veſtri Ordinis comitiva, ad ſingula Monaſteria dicti Ordinis, necnon ad alia vobis commiſſa, vel committenda, & quilibet veſtrum Provincialium Miniſtrorum, ad illa Monaſteria vobis commiſſa, vel committenda, tantum quæ ſtatuta fuerunt in Provinciis ſupradictis veſtræ curæ, perſonaliter poſſitis accedere, cum uno, vel pluribus Fratribus, quos ducetis vobiſcum. Et quando expedire videritis, vos Generalis Miniſter, cum quot vobis placuerit Fratribus ſociis, & quilibet veſtrum Provincialium Miniſtrorum cum duobus, vel tribus Fratribus ſociis, eorumdem Monaſteriorum clauſuram intrinſecam introire: & ut Fratres veſtri Ordinis, accedere poſſint ad ea loca, ad quæ aliis accedere licet, & infra clauſuras Monaſteriorum eorumdem ingredi, in caſibus, in quibus alterius ſtatus perſonis per ipſam Regulam eſt conceſſum: quando a vobis Generali ad omnia Monaſteria ſupradicta, vel eorum aliqua, ſeu aliquod, vel quando a ſingulis vobis Provincialibus Miniſtris, ad ea tantum de dictis Monaſteriis, quæ ſita ſunt infra Provincias uniuſcujuſque veſtrum adminiſtrationi commiſſas, vel eorum aliqua, ſeu aliquod, fuerint deſtinati, vel quando per illum, ſeu illos fuerint illuc miſſi, quibus vos mittendi, vel deſtinandi ſpecialiter conceſſeritis poteſtatem.

Et clauſuram introire.

§. V. Si-

§. V. Simili modo Epiſcopis ad ingreſſum infra eaſdem clauſuras cum decenti ſocietate pro Eccleſiis, vel altaribus conſecrandis, vel Sororibus, cœmeteriis benedicendis, vos Generalis Miniſter quoad omnia Monaſteria, & vos Provinciales quoad ea quæ infra veſtros ſunt limites provinciarum, poſſitis licentiam elargiri, necnon viſitatoribus Monaſteriorum ipſorum inſtitutis per vos, vel inſtituendis in poſterum ſimilem accedendi ad Monaſteria ſuæ viſitationi commiſſa, cum uno ſocio Fratre, pro præmiſſis, & alias, ubi neceſſitas & utilitas hoc expoſcet, licentiam ſpecialiter elargimur; concedentes eis licentiam accedendi ad Monaſteria ipſa, & intrandi ipſorum clauſuram, cum duobus, vel tribus ſociis tantum, viſitationis, inquiſitionis, correctionis, reformationis cauſa, vel alia evidenti neceſſitate, vel communi utilitate urgente. Facultas Epiſcopis conceſſa.

§. VI. Forma vero viſitationis, quam tam a vobis, quam viſitatoribus ipſis, volumus obſervari, hæc eſt. Cum quilibet veſtrum viſitare volens, & quilibet etiam viſitator inſtitutus, vel inſtituendus per vos, in Monaſteriis ſuæ viſitationi commiſſis, circa Abbatiſſas, Sorores, ſervitiales, Capellanos, & converſos ceteramque familiam Monaſteriorum ipſorum ſaltem ſemel in anno officium viſitationis obſervet, exerceat, exceſſus corrigat publicos & privatos. De correctis vero ſe nullatenus intromittat, niſi forte fuerint illegitime, & inſufficienter correcti. Alias autem noſtræ intentionis exiſtit, quod eodem anno viſitationes, inquiſitiones, correctiones, & reformationes, quæ per Miniſtros fient, cum viſitationibus, inquiſitionibus, & reformationibus viſitatorum, ſuper eiſdem articulis non concurrant. VIStationis methodus præſcribitur. Debent Miniſtri Monaſteria viſitare ſaltem ſemel in anno.

§. VII. Nullam Abbatiſſam a regimine ſui Monaſterii abſolvatis, niſi de conſenſu, & voluntate totius ſui Conventus, vel majoris partis ipſius ſaltem. Abbatiſſam abſolvere poterunt tam Miniſtri, quam viſitatores prædicti, cum ſecundum Deum viderint expedire. Concedimus tamen ſoli Generali Miniſtro, cauſa rationabili exigente, quod ipſe poſſit, etiam præter conſenſum totius, vel majoris partis Conventus, Abbatiſſam abſolvere: ſi quando ſibi hoc ex neceſſaria cauſa & utili, ſuo judicio expediens videatur. Abbatiſſa ab officio abſolvatur de Monialiũ conſenſu.

§. VIII. Electiones autem Abbatiſſarum, quas celebrare contigerit in Monaſteriis infradictis, quouſque duxerimus ſuper hoc aliud ordinandum, inquiſita de electionis forma, eligentium votis, & electarum meritis diligentius veritate, de viſitatorum, & aliquorum diſcretorum Fratrum convocato conſilio, Miniſter confirmet, ſi eas invenerit canonicas, & de perſonis idoneis canonice celebratas, faciens ipſis electis a ſibi ſubditis obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi: alioquin eis rite caſſatis, faciat ipſis Monaſteriis de perſonis idoneis in Abbatiſſas aſſumendis, per electiones canonicas provideri, ad confirmationes, ſeu informationes ipſarum, prout dictum eſt ſuperius, proceſſurus. Modus eligendi Abbatiſſam.

§. IX. Sorores autem, vel ſervitiales de Monaſterio ad Monaſterium non transferantur, niſi cauſa regiminis, vel ſocietatis Abbatiſſarum, vel cauſa informationis, vel infirmitatis, ſeu in pœnam transferendæ Sororis, abſque noſtra licentia ſpeciali, vel niſi quando electæ, vel electa de uno Monaſterio ad aliud Monaſterium transferuntur, cauſa regiminis cum ſocia, vel ſine ſocia, & poſtea abſoluta fuerit, vel fuerint abſolutæ, vel expeditis cauſis translatæ. Quia tunc tam abſolutis, quam ſocialibus quæ ſecum fuerint, quam translatis ex prædictis cauſis, poteſt quilibet veſtrum Provincialium Miniſtrorum dare licentiam ad primum Monaſterium, unde aſſumptæ fuerant, redeundi, utriuſque Monaſterii, Abbatiſſarum, & Conventuum, vel majoris partis eorum ad hoc accedente beneplacito & conſenſu, provi- Non poſſunt, niſi in certis caſibus Moniales de Monaſterio ad Monaſterium transferri.

viſo ſemper, ut convenit, quod hujuſmodi regreſſus, & reditus fiant cum ſocietate decenti, quæ congruat Ordinis honeſtati.

Poteſt Soror ægrota egredi clauſuram.

§. X. Poſſitis etiam vos Generalis Miniſter, licentiare Sororem periculoſe infirmantem, ut clauſuram egredi poſſit, pro quærendo remedio ſanitatis, ſi urgens neceſſitas hoc requirat.

Miniſtri de redditibus Monaſteriorum inquirãt.

§. XI. Inſuper unuſquiſque Miniſter viſitans, ſeu viſitator inſtitutus, ſeu inſtituendus in poſterum, diligenter inquirat de Monaſteriorum poſſeſſionibus, proventibus, & reditibus, ſive bonis, quibus, & qualiter diſpenſentur, vel etiam gubernentur. Ita quod nulla profeſſa inveniatur proprietaria in Monaſteriis antedictis, & ſuper has debita ratio exigatur, atque reddatur ſaltem ſemel in anno.

§. XII. Et puniantur Abbatiſſæ, & Sorores aliæ, quæ inventæ fuerint proprietariæ, vel excedentes in prædictis, ſeu etiam negligentes, & diligenter attendant quod tam Miniſtri, quam proviſores præfati, quod bene provideant Abbatiſſis, Sororibus, ſervitialibus, & converſis, ac familiæ Monaſteriorum in divinis officiis, Eccleſiaſticis Sacramentis, & aliis quæ ad ſalutem & profectum pertinent animarum.

Super Monaſteriorum ſtatum, & Regularẽ Obſervantiam invigilare debent.

§. XIII. De ſtatu, & conditionibus cujuslibet Monaſterii perquirant attentius, ut circa ſtatum utriuſque, prout magis utilitati & honeſtati expedire cognoverint, juxta qualitatem perſonarum, locorum & temporum, valeant quæ diſponenda erunt, diſponere, ac etiam ordinare.

§. XIV. Inquirant ſpecialiter in ſingulis Monaſteriis, an ſingula quæ obſervanda fuerint, obſerventur: & qualiter obſervantia Regularis, tam in clauſura, quam in aliis honeſtati conſonis, vigeat in eiſdem, & corrigantur generaliter, & ſpecialiter, & reforment, tam in capite, quam in membris, quæ correctione & reformatione noverint indigere.

§. XV. Opponentes, aut non obtemperantes in præmiſſa auctoritate noſtra, quam vobis Generali, & ſingulis Provincialibus Miniſtris, necnon viſitatoribus præſentibus & futuris committimus, per cenſuram Eccleſiaſticam compellere.

§. XVI. Volumus etiam, ut præter viſitationem convenientem, quam ſaltem ſemel in anno facere debeatis, ut præmittitur, quilibet Miniſter viſitans, vel ab eo poſitus Viſitator, ſi ipſis proque quovis emergente articulo in aliquo Monaſterio viſitationis, inquiſitionis, correctionis, & reformationis officium particulariter, ſeu generaliter fore viderint opportunum, illud juxta præmiſſarum formam adeo ſolerter impendant, ut quietem diligentes & pacem, eiſdem perfrui valeant, & inſolentes, prout convenit, compeſcantur.

Sorores in Monaſteriis egeſtate laboratibus non augeantur.

§. XVII. Ad hoc, & prudentiam veſtram monemus, & excitamus attente, ut vos Miniſter, & Viſitatores, & qui erunt pro tempore, diligentius attendatis, quod in Monaſteriis Mendicantibus, in quibus Sorores, ſeu Conventus cum familiis in eiſdem Monaſteriis degentibus, non poſſunt de ipſorum Monaſteriorum facultatibus ſuſtentari, non fiat Monialium, ſeu Sororum multiplicatio onerosa. Poſſet enim periculum eſſe, multas perſonas Mendicantes ſub clauſura redigere, non habentes unde poſſint de facultatibus Monaſteriorum ſine mendicatione ſaltem, aliqualiter ſuſtentari. Ex hoc enim nonnumquam datur occaſio recipiendi Sorores per ſimoniacam pravitatem, & propter paupertatem perſonæ idoneæ, interdum gratis recipi in ipſis Monaſteriis recuſantur, quæ videlicet non habent pecuniam, vel temporalia bona quæ ad Monaſteria ſecum portant.

Simoniaca labes in Puellarum receptione vitanda.

§. XVIII. Et id certo cum quanta poſſumus attentione rogamus, ut tam Abbatiſſas, quam Sorores alias ſæpius moneatis, quod in receptionibus faciendis ſtricte ſe habeant, & caveant, ne in receptionibus hujuſmodi

ſimo-

ſimoniacum aliquod interveniat, vel aliud quod receptiones ipſas inficiat quomodolibet, vel infermentet. Obſervent etiam, & caveant diligenter a receptione inutilium perſonarum, & multiplicatione conſanguinearum in eiſdem Monaſteriis, cum hoc magnam quietem, & pacem ipſorum Monaſteriorum præpedire noſcatur. Ubi vero aliqua, ſeu aliquæ ad Ordinem recipiendæ occurrant, quæ penſatis conditionibus, & circumſtantiis attendendis idoneæ, & receptione dignæ merito videantur, ad vitandum moræ periculum, & parcendum Monaſteriorum laboribus & expenſis, duximus tenore præſentium concedendum, quatenus per Abbatiſſas ad conſervationem, vel ſaltem duarum partium eorum Monaſteriorum & Conventuum, quibus præerunt, juxta quod ex decreto ſuæ Regulæ illis conceditur, receptio talium fugientium e ſeculo fieri poſſit, dummodo ſuper hoc auctoritate Miniſtri, & Viſitatoris illius Provinciæ, in qua Monaſteria ſic volentia recipere, ſita erunt, requirant ab ipſis, & habeatur beneplacitum & aſſenſus, vel ſaltem Miniſtri ſolius, in illis dumtaxat Provinciis, in quibus non eſſent ſuper hujuſmodi Monaſteria Viſitatores aliqui deputati: decernentes, ſi ſecus aliquæ aliquando receptæ fuerint, receptiones hujuſmodi irritas, & inanes.

Modus receptionis ad ingentes evitandas expenſas.

§. XIX. Monemus autem, & hortamur in Domino, tam Miniſtros, quam Viſitatores præſatos, qui modo ſunt, vel qui erunt in poſterum, ut concedendo Abbatiſſis, & Conventibus prædictarum Sororum, licentias de novo recipiendi perſonas ad Ordinem, ita ſtricte, & diſtricte ſe habeant, quod ex receptione nimia, aut etiam utilium perſonarum, Monaſteria non graventur; ac interdicimus eiſdem Miniſtris, & Viſitatoribus ad cautelam, ne pro aliqua eorum conſanguinea, vel affine, vel habente in ipſis Monaſteriis conſanguineam, vel affinem, recipiendis in Monaſteriis antedictis, poſſint, vel debeant licentiam elargiri, quantumcumque ad hoc Abbatiſſarum, & Conventuum eorumdem Monaſteriorum interveniat beneplacitum & aſſenſus; ſed ad noſtram, vel Generalis Miniſtri præſentiam volumus & mandamus, quod pro receptione talium, ſi Monaſteria ipſa & Conventus id ſibi expediens, & utile fore viderint, recurratur. Verum quia, ut ſupra præmiſimus, ex fragilitate, vel ignorantia ſexus fœminei, in Monaſteriis receptiones perſonarum quandoque fiunt minus canonice, propter intervenientem labem ſimoniacæ pravitatis; Nos morbo tam peſtifero, & infectivo medicinam cupientes apponere, & animarum providere ſaluti, diſtrictione noſtra, tenore præſentium, efficaciter quantum poſſumus duximus ſuadendum, ut quilibet veſtrum Abbatiſſas, & Sorores Monaſteriorum ſibi commiſſorum, ex parte noſtra moneat & inducat, ſub amotionis Abbatiſſarum a regimine, & aliarum Sororum translationis ad alia Monaſteria, pœnis, quod ab hujuſmodi receptionibus ſimoniacis de cetero prorſus abſtineant, oſtendantque eis quantum ſit grave peccatum ſimoniacis receptionibus præbere conſilium vel aſſenſum.

In hujuſmodi receptionibus non debent Monaſteria gravari.

Miniſtri, & Viſitatores propria auctoritate conſanguineas, aut affines recipere.

Iterum contra ſimoniacos invehitur, & pœnas præſcribit.

§. XX. Quantum autem ad receptiones Sororum, ſervitialium, & converſarum Monaſteriorum ipſorum, tam cum Abbatiſſis, quam & Sororibus recipientibus, quam cum Sororibus ſervitialibus, & converſis receptis per hujuſmodi vitium, poteſtatem unicuique veſtrum concedimus diſpenſandi cum illis, videlicet quæ curæ tantum ſuæ fuerint deputatæ; ita quod Sorores, & perſonæ taliter receptæ poſſint in ipſis Monaſteriis remanere. Prius tamen abſolvat tam perſonas receptas, quam recipientes, quæ indigebunt, ab excommunicationis ſententia, quam forſitan incurrerunt, pro eo quod in caſibus non conceſſis, vel per modum non licitum, perſonæ extrinſecæ infra clauſuram Monaſteriorum hujuſmodi ſunt admiſſæ, quam ordinationem, vel inhibitionem, ſeu præceptum fœl. rec. Gregorii Papæ IX. &c.

Poteſtas fit Miniſtris abſolvendi a cenſuris.

§. XXI. Concedimus etiam poteſtatem abſolvendi unicuique veſtrum modo præmiſſo, Abbatiſſas, Sorores, Servitiales, & Converſas Monaſterii Ordinis præfati, quæ alias admiſerant perſonas extrinſecas per modum non licitum, vel in caſibus non conceſſis infra ſuorum Monaſteriorum clauſuras intrinſecas, & quia hæc auctoritas ſit vobis conceſſa ſuper duobus caſibus proxime præmiſſis, & horum præmiſſorum tantum ad prædicta ſe extendit, dubiis conſcientiarum, quæ poſſent oriri præcavere volentes, declaramus & volumus, quod nullus veſtrum reſpiciat ad datam inferius annotatam, ſed ad diem qua ſibi præſentes fuerint aſſignatæ.

§. XXII. Similiter etiam duximus concedendum, quod Abbatiſſas, Sorores, Servitiales, & familiares Monaſteriorum Ordinis memorati, unuſquiſque veſtrum poſſit abſolvere, pro violenta injectione manuum in ſeipſis & hoc intelligimus tam de præteritis, quam de futuris, niſi ſuper hoc, per mutilationem alicujus membri, vel nimis magnam, & ſuperabundantem effuſionem ſanguinis adeo enormis interveniſſet exceſſus, quod merito noſtrum videretur fore, aut ſuperioris beneplacitum & conſilium requirendum.

§. XXIII. Hoc idem Confeſſores prædictarum Sororum poſſint in Miniſtri & Viſitatorum abſentia, præſertim quando ipſius Miniſtri, & Viſitatoris præſentia infra duos, vel tres dies naturales, commode haberi non poſſit. Conſiderent tamen & diligenter attendant, quod ſingulas prænominatas perſonas, quæ offenderunt in prædictis, & quolibet prædictorum, taliter puniant culparum quantitate, & perſonarum qualitate penſatis, quod patrantes talia, de cetero ſe non credant impunes tantum, ac tale facinus commiſiſſe. Præterea cum ſint multa Monaſteria, quæ familiares non habent extrinſecos qui aſſocient medicos, minutores, operarios, & perſonas alias, quando in caſibus conceſsis ex regula dictæ ſanctæ Claræ, habeant clauſuras Monaſteriorum intrinſecas introire, providemus, propter excommunicationis periculum evitandum, & concedimus, quod unuſquiſque veſtrum Viſitatorum ac Confeſſorum cum ſocio ſibi deputato, vel eo impedito, cum alio idoneo ejuſdem veſtri Ordinis Fratre poſsit familiarium vices gerere in hac parte.

Etiam Confeſſarii his potiuntur facultatib. in Miniſtrorum abſentia.

§. XXIV. Item concedimus, quod pro eiſdem caſibus, pro quibus Confeſſores Monaſteriorum ipſorum ſolent, ſeu poſſunt intrinſecas eorum introire clauſuras pro eiſdem, ingredi quilibet veſtrum poſſit, quando, & quoties fuerit opportunum. Liceat inſuper unicuique veſtrum ingredi clauſuras eaſdem pro illis caſibus, ſeu exceſſibus corrigendis, qui præter communem viſitationem emergerent, nec poſſent convenienter expediri ad cratem. Porro cum Sorores ſibi minui faciant, & mederi in locis ſecretis, interdum concedimus, quod hujuſmodi minutrices, & medicæ, ſi claræ fuerint famæ, & honeſtæ converſationis & vitæ, poſſint ſolæ intrare clauſuras prædictas, & Abbatiſſis, & Conventibus admittendi eas concedimus facultatem: & mandamus ſingulis Abbatiſſis, quod duas, vel tres Sorores maturas aſſignent, quæ minutrices ipſas obſervent, & medicas ne infra clauſuram alicui de Sororibus loquantur ad partem.

Caſus, in quibus licitum eſt Miniſtris, & Confeſſariis clauſuras ingredi.

§. XXV. Licitum etiam ſit Abbatiſſis, & Conventibus Monaſteriorum Ordinis prædicti, Sorores, ſocias quoque, ac alias quæ transferuntur, necnon ſervitiales, quæ mittuntur a ſuis Abbatiſſis pro ſuis negotiis quibuſcunque, intra clauſuram intrinſecam admittere, ipſiſque etiam ſic translatis, & miſſis ingredi liceat, & commedere ibidem, bibere, ac etiam pernoctare, pro majori perſonarum ſuarum honeſtate: proviſo tamen quod hujuſmodi Sorores, vel Servitiales tranſeuntes in Monaſteriis ipſis, ſub prætextu itineris notabilem moram non contrabant fraudolenter, Monaſteriis ipſis gravem nimium, & damnoſam. Verum quia ad audientiam noſtram, fide digna relatione pervenit, nonnullas Abbatiſſarum, & Sororum prædicti Ordinis, ſub

Poſſunt Monialeſ alterius Monaſterii inter eaſdem clauſuras admitti.

præ-

prætextu paupertatis urgentis, & defectus victualium, aliquando exiiſſe clauſuras: nos abuſum hujuſmodi a Sororibus prædictis extirpare penitus volentes, & famæ ipſarum, ac ſecuritati conſcientiarum cupientes ſalubri remedio præcavere, ſuademus, ſive mandamus efficaciter vobis Miniſtris omnibus, & Viſitatoribus ſuprafatis, quatenus ex parte noſtra Abbatiſſis omnibus, & Sororibus aliis veſtro regimini commiſſis inhibendo diſtrictius injungatis, ſub pœna videlicet amotionis Abbatiſſarum ab officio, ſeu regimine, & translationis aliarum Sororum de uno Monaſterio ad aliud, abſque ſpe aliqua deinceps redeundi, ne pro prædicta, vel quavis aliqua mendicata occaſione, vel cauſa, præterquam in caſibus expreſſis ſuperius, vel conceſſis ex regula, clauſuram extrinſecam ſuorum Monaſteriorum exire de cetero nullatenus audeant, vel præſumant, ſcituræ indubitanter, quod ſi quæ deinceps poſt factam ſibi per vos, ex parte noſtra monitionem hujuſmodi, inventæ fuerint in hoc articulo culpabiliter exceſſiſſe, taliter per nos puniantur, juxta gravitatem, & modum culpæ perpetratæ per illas, quod ipſæ de ſua temeritate reportaſſe ſe dolebunt ſtipendia quæ merentur; & aliis cedere poterit in futurum earum punitio exemplum.

Sororibus inhibetur clauſuras ſuorum Monaſteriorum extrinſecam exire.

§. XXVI. Ut autem ea quæ ad bonum regimen Ordinis dictæ Sanctæ, per nos exiſtunt ſuperius ordinata, executionem habeant promptiorem, ea quæ vobis Generali Miniſtro commiſimus in præmiſſis, volumus, quod poſſitis commiſſione ſpeciali, vel etiam Generali aliis Fratribus veſtri Ordinis committere exequenda. Ceterum vos, Generalis Miniſter, veſtri ſore beneplaciti cognoſcatur, quod tranſcriptum præſentis commiſſionis, ſeu conceſſionis ad ſingulos Ordinis Miniſtros, ſub ſigilli veſtri munimine, quam celeriter fieri poterit, deducatur commode: & Miniſtri ipſi poſtquam ad illorum manus pervenerit, ſolliciti ſint ordinare, atque mandare, quod in ſingulis Monaſteriis curæ veſtræ commiſſis, infra terminos provinciarum ſuarum poſitis habeatur, ut Abbatiſſis, & Sororibus aliis liqueat aliquando, & quibus motivis, & cauſis, unuſquiſque Miniſter & Viſitator ab eis fuerit requirendus, & ut de his quæ facimus, & concedimus per præſentes, non debeant impoſterum dubitare.

Facultas Miniſtro Generali conceditur Commiſſarios delegandi.

§. XXVII. Nec volumus vos latere quod nos quærimus illorum Monaſteriorum gubernationem & curam, quæ præfati D. Urbani Regulam ſuſceperunt, necnon Monaſterii ſanctæ Claræ de Aſſiſio, & aliorum, quæ ex ſua regula, vel ex privilegio ſubſunt, vel ſubeſſe debent Cardinali, qui eſt, vel qui erit pro tempore, veſtri Ordinis gubernator.

His litteris tam Clariſſæ Aſſiſinates, quam Urbaniſtæ cóprehendúntur.

§. XXVIII. Demum caritatem, & prudentiam veſtram excitamus, & hortamur in Domino, nihilominus obſecrantes per aſperſionem ſanguinis Jeſu Chriſti & glorioſa ejus Paſſionis Stigmata, quæ in corpore ſancti Patris veſtri Franciſci mirabiliter refulſerunt, quatenus præmiſſa omnia ſic prudenter & ſollicite ſecundum datam vobis a Domino gratiam exercere curetis, quod fructus Deo acceptus, mundo ædificatorius, & Monaſteriis, & Sororibus ipſis conſolatorius & utilis proveniat, & tam noſtra veſtra, quam veſtrorum noſtrorum, & viſitatorum cuſtodia in tuto permaneat, ac nos, & vos pariter pro tam piis laboribus, æternæ retributionis meritum ſubſequi valeamus.

Præmiſſorũ exiæ commendatur obſervantia.

§. XXIX. In quorum omnium teſtimonium, atque fidem, præſentes litteras ſub noſtro nomine ſcribi mandavimus, & ſigillum noſtræ protectionis officii appendi juſſimus in eiſdem.

Concluſio.

Datum apud Montem Flaſconem, die XIX. menſis Maii, anno a Nativitate Domini MCCCLXX. Indictione VIII. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, D. D. Urbani divina providentia Papæ V. anno VIII.

§. XXX. Monaſteria hujus religionis per viſitatores, qui auctoritatem, ſor-

formam & modum a Cardinali, cui fuerit a Sede Apoſtolica veſter Ordo commiſſus, recipiant, ſemel ad minus annis ſingulis viſitentur. Sane circa viſitationem hujuſmodi illud eſt ſollicite providendum, ut cum ubique Generalis, vel alicubi aliquando ſpecialis conſtituendus fuerit viſitator, talis debet conſtitui, de cujus religioſa vita & moribus, notitia plena, & ſecuritas habeatur; qui cum ad Monaſterium aliquod veniens fuerit ingreſſus, ſic ſe per omnia exhibeat, & oſtendat, ut omnes de bono ad melius provocet, & ad Dei amorem, & caritatem mutuam ſemper inflammet pariter & accendat. Et quando Monaſterii clauſtra ad viſitandum intraverit, duos Religioſos, & idoneos ſocios ſecum ducat, qui videlicet ſocii ſimul maneant; & dum fuerint intra clauſtrum, ab invicem nullatenus ſeparentur. Viſitator autem regula prius lecta & expoſita, ab Abbatiſſa ſigillum prius recipiat, quod ipſa ſibi aſſignare, & abſolutionem, ac ceſſionem ab Abbatiſſæ miniſterio petere abſolute ac libere teneatur. Quæ ſi communem vitam ducere non potuerit, vel voluerit, per eumdem viſitatorem a ſuo regimine abſolvatur, niſi ſua mora in officio, Monaſterio diſpendioſa non eſſet, ſed neceſſaria, vel evidenter utilis appareret. Abſolvatur etiam per eumdem, ſi alias non idonea, inſufficiens ad Monaſterii regimen videretur. Et hæc fiant ſecundum formam, & modum, quos a Cardinali ſupradicto receperit viſitator. Et tam de ipſius Abbatiſſæ, quam Sororum ſtatu, & obſervantia ſuæ Religionis ab omnibus generaliter, vel ſpecialiter a ſingulis inquirat ſtudioſius veritatem. Et ubi aliquod reformandum, vel corrigendum invenerit, zelo caritatis, & amore juſtitiæ, cum diſcretione corrigat, & reformet, tam in capite, quam in membris, ſicut viderit expedire. Exceſſus autem qui fuerit ſufficienter correctus a Viſitatore, iterum nullatenus corrigatur. Quod ſi aliquod tale ſibi occurrerit, quod per ſe nequeat emendare, ad ſuperiorem referat, ut corrigatur, ſicut expedit ejus conſilio, ac præcepto. Caveat autem Abbatiſſa, ne vel a ſe, vel ab aliis Sororibus ſtatus ſui Monaſterii Viſitatori aliquatenus abſcondatur, quia malum eſt judicium, & offenſa graviter punienda. Imo volumus & mandamus, ut ea quæ ſecundum vitæ ſuæ formam, & regularem obſervantiam ſtatuenda, vel commendanda fuerint publice ac privatim, ſicut melius fuerit faciendum, Viſitatori diligenter ſuggerant & proponant. Cui teneantur in omnibus, quæ ad viſitationis officium pertinent, firmiter obedire. Quæ autem aliter fecerit, tam Abbatiſſa, quam aliæ, debite, prout convenit, puniantur. Omnes autem, tam Abbatiſſa, quam Sorores conſiderent & caveant diligenter, quod nihil aliud quam amor divinus, & ſuarum Sororum correctio, ac Monaſterii reformatio eas moveat ad loquendum. Modum autem loquendi Viſitator cuſtodiat ſupradictum, ut videlicet aut cum omnibus, aut cum pluribus ſimul loquatur, vel ſecrete cum una, aliis tamen ad minus duabus, in conſpectu ejus non longe ſedentibus, ut per omnia bonæ famæ integritas conſervetur, niſi loquuturus cum una, vel pluribus, loqui voluerit de iis, quæ ad officium ſuum pertinere noſcuntur. Idem etiam Viſitator, tam Capellanum, quam Converſos, & ceteros de familia extrinſeca Monaſterii viſitet, & in eis corrigat & reformet, quæ correctionis & reformationis officio noverit indigere; pœnas autem amotionis perpetuo, a Monaſterio licentiando Profeſſas ad alia Monaſteria, vel Ordines, ſicut expedire viderit, atque alias, prout culpæ gravitas, vel qualitas exegerit, imponendo. Ut autem non graventur Monaſteria in expenſis, & Viſitator omnem notam, cujuſpiam ſuſpicionis evitet, volumus omnino quod Viſitator de viſitationis officio, quam citius commode poterit, ſe ſtudeat expedire, quanto rarius abſque ſui officii diſpendio poterit Monaſterii clauſuram intrinſecam ingreſſurum &c.

IN-

INDEX RERUM NOTABILIUM

Notæ Arabicæ paginam, Romanæ marginalem paragraphum denotant.

A

Abraham Abbas pro ſuæ Neptis flagitiis ſatisfacit. 48. XXII.

Abraham Bzovius corrigitur, ejuſque deteguntur calumniæ. 13. XXIII. 31. VI. 62. XXI. 132. XVI. 133. XVII. 137. II. 196. XV. 222. I. 240. XVI. 245. XXVIII. 257. XIX. 320. XXIX.

Abulenſis quæ ſententia de Sanguine Chriſti. 60. XVII.

Acellarum Conventus. 140. X.

Ackardus Provinciæ Miniſter Monaſterii Maſſilienſis Reformator. 168. XXV.

Adam de Domno Martino Miniſter Provinciæ Franciæ. 328. XLVII.

Adamus Udeamenſis Guillelmi Occhami diſcipulus. 139. VI. doctrina fuit, atque pietate celebris. Ibidem.

Adeledis fundatrix Conventus Werflarienſis. 150. III.

Ademarium de Boſſilion Pontifex contra hæreticos excitat. 312. XV.

Ademaro de Pictavia Pontifex Inquiſitores commendat. 177. XIV.

Adrianus *Barbaruſſa* nuncupatus pyrata interemptus. 26. XII.

Adrianus de Hennecourt majorem Clauſtri partem conſtruit Conventus Ambianenſis. 90. IX.

Ægidius Albornotius Cardinalis moritur. 200. II. virtute præclarus extitit, & Franciſcanis addictus. ibidem. Ei Brevia Pontifex in Fratricellos mittit. 91. I. 98. VI. Anconæ negotiis præpeditus. 113. XX.

Ægidius alius Albornotius ejuſdem Ægidii pronepos præclaris pro ſancta Sede muneribus functus. 201. III.

Ægidius Rheginus defunctus ſuaviſſimo fragrat odore. 74. XL.

Agareni hæretici. V. *Hæretici*.

Agnes Bavarica Monialis virtute inſignis. 85. II. Monaſterium ingreditur obſiſtentibus Regni Proceribus. 85. III.

Agnes Comitiſſa in Monaſterio Neapolitano recipitur. 19. I.

Agnes Lopeſia ſæpe Chriſtum ſeſe alloquentem excipit. 186. XIII.

Albenaci Monaſterium. 91. XI.

Albertus Bickling Epiſcopus Iypriſenſis apud Minoritas inſtructus. 89. VII. Templum beatæ Mariæ Erfordenſis conſecrat. 89. VII. Archiepiſcopi Moguntini ſuffraganeus extitit. ibid.

Albertus Krantius de ſancto Ivone teſtimonium perhibet. 10. XVII.

Albertus Callienſis Epiſcopus. 166. XXI.

Albertus Magnus quid ſentiat circa ſacratiſſimam Euchariſtiam immundis locis expoſitam. 241. XVIII. eſt qui ſcribat, ejus meritis multas animas e Purgatorii ſolutas carceribus. 246. XXIX.

Alhretenſium Dominus Conventus Caſtri Geloſii extructor. 203. XIV.

Alera-no Marchioni de Carreto Pontifex mittit Epiſtolam. 251. VI.

Aleſti Conventus. 168. XXIV.

Alexander Alenſis de vita ſanguinis animalium quid ſentiat. 60. XVII. & de ſacratiſſima Euchariſtia in immundis loeis expoſita. 241. XVIII.

Alexander Brancacius Joannæ Reginæ ad Siculos Orator. 4. VI.

Alexander Dubliuienſis Epiſcopus a Pontifice vocatus. 17. XXXIV.

Alexander Tertii Ordiuis Epiſcopus pietate celebris. 38. II.

Alionora Regina Aragoniæ Monaſterium Calatajudii transfert. 248. XXXI.

Alphana Familia ex qua Bartholus prodiit. 145. VII.

Alphanus ejuſdem Bartholi antenepos. ibidem.

Alphonſus Caſtellæ Rex moritur. 45. XIV.

Alphonſus Gaufredus a Thenoiro Monaſterium Moguerii conſtruit. 49. XXV.

Alphonſus Henriquez Monaſterii de Reynoſo fundator. 287. XXXIV.

Alphonſus Hiſpanus cum ſociis a Pontifice ad Tartaros miſſus. 230. XI.

Alphonſus IV. Luſitaniæ Rex moritur. 136. XXII.

Alphonſus Mirabellus humilitatis cultor. 151. II.

Alphonſus a Soto majore ſanctitate fulget. 49. II.

Alphonſus de Tauro Firmanus Epiſc. 166. XXI. deinde Aſtoricenſis. 231. XIX.

Alſelmetus de Revoelheico hæreticus. 182. V.

Altararius Baſilicæ ſancti Petri. V. *Minores*.
Alverniæ Conventus. 102. I.
Amadeus V. Comes Sabaudiæ Eccleſiam Minorum Lauſanenſem reſtaurat. 249. II. & etiam Taurini. 84. XVIII. num vere conſtruxerit. 86. IV. Cœnobium conſtruit Auguſtæ vel Taurini. 84. XVIII. 86. IV. loca plura in Pedemonte acquirit. 20. III. cum Joanne Montisferrati Marchione bellum init. 156. I. Ei Pontifex plures mittit epiſtolas. 156. II. 158. VII. 177. XIV. & XVI. Eumque contra Tyrannos Mediolanenſes excitat. 253. XI. V. *Epiſtola*. Carolum Imperatorem hoſpitem excipit. 220. I. Palæologum ad converſionem hortatur. 221. I.
Amadeus VI. Comes Sabaudiæ Conventum Burgenſem ædificat. 124. III.
Ambianenſis Conventus. 90. IX.
Americum de Cavalcantibus Pontifex ad recuperandam Terram ſanctam excitat. 310. X. V. *Epiſtola*.
Amphiliſia Monferrana Genitrix Urbani V. 152. I.
Amurates Turca magno cum milite Europam ingreditur. 169. I.
Anconitani quamplurimi beatæ Michaelinæ Piſaurenſis meritis e nauragio ſervati. 123. XXX.
Andreas Albanenſis captivos miraculoſe liberat. 105. V.
Andreas de Calvanico LeſinenſisEpiſcopus. 75. XLII.
Andreas Citer Balazenſis Epiſcopus. 75. XLII.
Audreas Contarenus Dux Venetorum cum Franciſco de Carraria Patavino Vicario contendit. 274. VIII. Ei Pontifex Epiſtolas ſcribit. 260. XXV. V. *Epiſtola*.
Andreas Croenſis Epiſcopns. 198. XVIII.
Andreas Dandulus Venetorum Dux Pontificales epiſtolas recipit. 55. VII. Eique a Papa Petrus Patricellus commendatur. 56. IX.
Andreas de Peruſio Papæ grata refert. 206. II.
Andreas de ſancto Severino Sacellanus Pontificius. 41. IV.
Andreas a Soto vir præclarus. 288. XXXIV.
Andruino Cardinali fœdus inter Florentinos, & Piſanos Papa commendat. 171. V. Eique mittit Epiſtolas. V. *Epiſtola*.
Angelicus Albanenſis Epiſcopus ad Januenſium bella ſedanda deſtinatus. 251. VI. Ei Pontifex ſcribit. 252. VIII.
Angelus Appulus agens animam meritis beatæ Michaelinæ revocatur ad vitam. 122. XXVIII.
Angelus de Bibiena Priocipes convocat contra Mediolanenſes Tyrannos. 230. XIV. pacis extitit ſequeſter in Urbe. 276. XIII. & Apoſtolicæ Sedis Nuncius. 250. II. adhæret factioni Clementis VII. Pſeudopontificis. 325. XXXIX. Sacellum Stigmatum in Monte Alvernæ conſecrat. 325. XXXIX. & 327. XLV.
Angelus de Campoſloris recipit Pontificias epiſtolas. 240. XV. V. *Epiſtola*.
Angelus de Carolis Seneſcallus ad recuperanda ſacra Paleſtinæ loca a Papa excitatus. 310. X.
Angelus Guerruccius Pontificius Pœnitentiarius. 240. XV.
Angelus de Monte Leone unus ex primis Paulutii Fulginatis ſocius. 210. XIII.
Anglicana Societas quæ dicta. 173. VIII. ruinam Italiæ affert. ibidem.
Anglicanæ Provinciæ Vicaria Scotiæ jungitur. 144. V.
Anguillariæ Comites cum Populo Romano contendunt. 276. XIII.
Anna Abulenſis Monialis ſanctitate celebris. 102. XII.
Anna Caroli Imperatoris conjux, 197. XVII.
Anna ex Ducibus Sleziæ Clariſſa. 155. VII.
Annibaldus de Ceccano in Urbem a Pontifice ad res pro Jubilæo parandas miſſus. 42. VIII. mortuus cum habitu Franciſcano tumulatus. 45. XIV.
Annoniaci Monaſterium. 18. XXXVI.
Antichriſti adventum Joanues de Rupeſciſſa prædicit. 133. XVI. non ſolus in hac ſententia extitit. 133. XVI. XVII. ſeqq.
Antonia de Baucio Friderico Siciliæ Regi matrimonio copulanda. 257. XVIII.
Antonia de Sericchis Monialis aſſociandi Eleonoram Caſtellæ Regis filii uxorem a Pontifice facultatem obtioet. 339. XXIV.
Antonia Siciliæ Regina obit. 323. XXXVI.
S. Antoninus Archiepiſcopus Florentious ſententiam de Anticbriſto venturo pie doſteque interpretatur. 134. XIX. S. Vincentium Ferrerium vindicat. ibidem.
Antoniola de Corinaldo energumena meritis beatæ Michaelinæ liberatur. 122. XXVIII.
Antonius Athenienſis Minorita Palæologi interpres. 212. I.
Antonius Baliſtarius Archiepiſcopus Athenienſis. 231. XIX.
Antonius de Bariliş fundum pro extruendo Limoſii Cooventu concedit. 185. XI.
Antooius de Burgo ſancti Sepulcri ad fidem

dem Catholicam Tartaris prædicandam proficiſcitur. 230. XI.
Antonius Caetanus Epiſcopus apud Armenos Apoſtolicæ Sedis Legatus. 1. 1. & Nuncius ad Imperatorem Græcorum. 31. VI. 40. I. ex Armenia in Italiam revertitur. 50. I. in itinere decedit. ibidem.
Antonius de Caudelaria Concionator egregius. 123. XXXII.
Antonius Duracenſis Archiepiſcopus facultatem a Papa recipit ad eliminandos hæreticos. 56. VIII.
Antonius de Fario Epiſcopus Citonienſis. 89. VI.
Antonius de Fliſco litteras Pontificias recipit. 234. I. V. *Epiſtola*.
Antonius Hierapolitanus Epiſcopus ad Eccleſiam Duracenſem transfertur. 34. XI.
Antonius Marcellini Anconitanus laurea Magiſterii decoratus. 332. VIII.
Antonius Maſſæ Epiſcopus a Pontifice miſſus ad extirpandos hæreticos. 310. XI.
Antonius Milevitanus Epiſcopus. 265. XXXIV.
S. Antonius Patavinus Virum Ordini addictum in agone conſolatur. 140. IX. in ſua Imagine admirabilis. 203. XIII. ejus corpus transfertur. 42. VIII. hujuſque translationis feſtum inſtituitur. 56. X.
Antonius de Rafagnis a Pontifice in vallem Siccidam miſſus, 295. XII.
Antonius Romanus inter concionandum obitum ſuum prædicit. 233. XXII.
Antonius de Roſato Hieroſolymis a Sarracenis interemptus. 215. X.
Antonius Saxo pro fide occiſus. 216. XI.
Antonius Simonettus Anconitanus miraculoſe ſanatus. 122. XXVIII.
Antonius Spalatenſis ingentem Tartarorum numerum ad Chriſtianam fidem convertit. 292. VI.
Antonius Venutus hiſtoriam beati Conradi Placentini italice ſcribit. 73. XXVII.
Aprutinum Monaſterium. 233. XXIII.
Aquenſe Monaſterium. 155. VII. 75. XLIV.
Aragoniæ populi in Petrum Regem conſpirant. 22. III.
Arborenſe Monaſterium. 76. XLIV.
Arelatenſe Monaſterium. 204. XVI.
Areſtenſe Monaſterium. 220. XXIII.
Ariminenſes a Fortanerio Crucefignati. 119. XX.
Armacanus Archiepiſcopus Ordinibus Mendicantium infeſtus. 127. IV. ei ſe opponit Rogerius Cambrenſis. ibidem. irritum ejus ſtudium. 129. VIII. in montibus Hannoniæ moritur. ibidem. ejus qualitates & dotes. ibidem.
Ad Armenos Minoritæ miſſi 1. 1. 50. I. Eorum Imperatori Pontifex ſcribit. 50. II. V. *Epiſtola*. atque ſubminiſtrat ſubſidia. 52. III. de eis Catholici obloquuntur. 52. II.
Arnaldus de Duraforti Conventus Feſtipodii fundator. 26. XIII.
Arnaldus Montanerius de hæreſi accuſatus. 245. XVIII. ejus vindicatur innocentia. ibidem.
Arnaldus Serranus reformator mittitur in Hiſpaniam. 284. XXV. Magiſterium, confert Bernardo Gariſono. 332. VIII. fuit doctrina celebris. ibidem.
Arnoldus Grillæ magiſterii laurea inſignitus. 332. VIII.
Arſcotanus Conventus Tertii Ordinis. 288. XXXVII.
Artalus de Aragonia inter Siculos Reges pacis ſequeſter. 257. XIX. ei Pontifex ſcribit. 324. XXXVIII.
Artandus de Archis a Pontifice contra hæreticos excitatus. 312. XV.
Aſtudilii Monaſterium. 101. XII.
Auguſtæ Prætoriæ Conventus. 86. IV.
Auſtenſius a ſancta Columba Doctoris laurea decoratus. 84. XVI. ad Epiſcopatum Sarlatenſem aſſumitur. 202. VIII. ad Urbanum Pontificem ab Aquitaniæ Duce Nuncius. ibidem.
Aymarus Alphonſi Hiſpaleuſis de Terra ſancta obtinenda rationes affert. 306. VI.
Aziliæ Monaſterium. 151. IV.

B

BAjonæ Conventus. 46. XVIII.
Balthaſſar de Saudoval Cardinalis ſanctæ Crucis de Colleio ſancti Iſidori Urbis benemeritus. 286. XXXII.
Baptiſta de Vico. 276. XIII.
Barnabovis Vicecomes Mediolanenſis Eccleſiæ hoſtis. 200. I. 230. XIV. etiamque Franciſcanorum. 275. X. a Gente Fliſca in auxilium advocatus. 234. I. in eum Pontifex. alios Principes concitat. 253. XI. ſeqq. 275. X. V. *Epiſtola*.
Bartholomæus de Alvernia in partibus Boſnæ Generalis Vicarius. 265. XXXIII. pro ſacris Paleſtinæ locis conſtitutiones edit. 334. XIV.
Bartholomæus Beccanus Epiſcopus Guardiæ in Conventu Maceratenſi floruit. 198. XIX.
Bartholomæus de Caturno Concionator egregius. 332. IX.

Bartholomæus Glaunvillus Anglicus vir eximius. 202. xi.
Bartholomæus Hiſpalenſis Conventus Ubetenſis Guardianus. 179. xxiii.
Bartholomæus de Rinovecbo ſacræ Theologiæ Præceptor. 332. viii.
Bartholomæus de Sanceto Epiſcopus Forolivienſis. 75. xlii.
Bartholomæus Tragurienſis Epiſcopus ad Regem Raſſiæ miſſus. 92. i. jubetur hæreticos perſequi. 56. viii. 96. iv. V. *Epiſtola*,
Bartholus puer beatæ Michaelinæ meritis febri liberatus. 122. xxviii.
Bartholus item alius. 123. xxx.
Bartholus de Saxoferrato Juris Conſultor celebris fatis cedit. 144. vii. pro rebus Minorum elucidandis doctum volumen edit. ibidem. ejus familia recenſetur. 145. vii. duos Minoritas Præceptores habuit. 145. viii.
Baſilienſis Conventus corruit. 139. viii.
Baſſarath Rex Schiſmaticus civitatem Biudim captivam reddit. 216. xi.
Bayonæ Conventus. 46. xviii.
Beatienſis Conventus. 286. xxxi.
Beatrix Aſtenſis Jacobi Sabaudi uxor. 199. ii.
Beatrix filia Petri Hiſpaniarum Regis Monaſterium Tordeſillarum bonis ingentibus ditat. 186. xiii.
Beatrix Luſitaniæ Regina Clariſſarum habitum induit. 136. xxii.
Beatrix de Magnipolo in Abbatiſſam Monaſterii Zunermenſis eligitur. 37. xx.
Beatrix Sabaudi Ducis filia. 38. ii.
Bellarminus Cardinalis in Occbami favorem teſtimonium reddit. 14. xxvi.
Bellicradi Conventus. 211. xv.
Benedictus de Armantia hæreticus. 182. v.
Benedictus de Cavalcantibus Epiſcopus Rapollenſis. 231. xix. ad alios Epiſcopatus migravit. 232. xix. Floreutiæ tumulatus. ibidem.
Benedictus de Nigroponte Andrenſis Epiſcopus. 331. vii.
Benedictus XII. ſummus Pontifex jura Imperii interdicit Ludovico Bavaro. 10. xviii.
Benignus Venetus Epiſcopus Cenadienſis. 219. xx.
Benincaſa Amatoris de Certalto Conventus Macerateuſis fundatrix. 198. xix.
Berengarius de Aragonia a Rege Hungariæ ad Pontificem Nuncius. 262. xxx.
Berengarius de Borbone a Pontifice ad Regiuam Joannam miſſus. 23. vi.
Bermei Conventus. 136. xxiii.
Bernardinus Dominicanus Romam pro canonizatione beati Conradi a Netinis gentibus miſſus. 66. xxix.
Bernardinus a Lemo ab hæreticis pro fide necatus. 340. ii.
Beruardinus Pollet in Conventu Ambianenſi floret. 90. ix.
S. Bernardinus Senenſis Conventus Cæſienſis iucola. 106. vii.
S. Bernardus Chriſtianos Principes ad bellum ſacrum provocat. 305. iv.
Bernardus Alpherius Legatus Reginæ Joannæ ad Siculos. 4. vii.
Bernardus Anconitanus Marchiæ Inquiſitor. 333. x.
Bernardus Brunus Miniſter Proviuciæ Aragouiæ Petro Infanti cum ſancto Ludovico in ſomniis apparet. 137. iii.
Bernardus Cardinalis xii. Apoſtolorum Viterbio ad Palæologum a Pontifice miſſus. 212. i. Monaſteriorum Urbis Reformator conſtitutus. 214. vi.
Bernardus de Gariſono Lector Toloſanus ad magiſterii gradum evectus. 332. viii.
Bernardus de Gnaſconibus Concordiæ Epiſcopus. 231. xix. Magiſtralem Jauream Joanni de Vallibus præbet. 209. viii.
Bernardus de Monte Lorico ad eliminandos hæreticos a Pontifice excitatus. 312. xv.
Beruardus Podienſis Inquiſitor a Papa in Hiſpaniam miſſus. 142. i.
Bernardus Portuenſis Epiſcopus pecunias ad novum Toloſanum Monaſterium pro Clariſſis extruendum legat. 91. xi.
Bernardus Romanus in Tartariam Legatus. 230. xi.
Berta energumena beatæ Michaelinæ meritis liberata. 122. xxix.
Bertboldus Niger Theuthonicus bombardæ, pulveriſque tormentarii inventor. 183. vii.
Bertrandus Adjacenſis Epiſcopus ad Eccleſiam Aſſiſiatem transfertur. 24. ix.
Bertrandus de Bajona in Bajouenſi Conventu floruit. 46. xviii.
Bertrandus Cardinalis Legatus Jacobum Hiſpellatem Inquiſitorem inſtituit. 6. xi.
Bertrandus de Figiaco, ſive de Lagerio quo tempore floruit. 332. ix. ab Adjacenſi Epiſcopatu ad Aſſiſiatem tranſit. 24. ix. item ab Aſſiſiate ad Glaudatenſem in Gallia. 208. vii. tamdem ad Cardinalatum promovetur. 239. xiii.
Bertrandus Franciæ Comeſtabulus ad præliandum contra Sarracenos a Pouti-

tifice excitatus. 302. I. 305. V.
Bertrandus Froſe ad Imperatorem Palæologum a Pontifice miſſus Nuncius. 291. IV.
Bertrandus Genuenſis Archiepiſcopus pro reconciliandis Genuenſibus rogatus a Pontifice. 53. V. 78. V. V. *Epiſtola*.
Bertrandus a ſancto Guillelmo Inquiſitor in Gallia. 310. XI. ad Magiſterium promovetur. 177. XVIII.
Bertucius de Citrano ſancti Marci Epiſcopus. 24. IX.
De Beſim familia Conventum Limoſii ædificat. 185. XI.
Bethleem Conventus. 327. XLV.
Bilbilenſis Conventus. 155. VI.
Biraticenſis Conventus. 168. XXIII.
S. Birgitta Roma Neapolim proficiſcitur. 144. VI. religioſum accipit a devota Moniali munuſculum. ibidem.
Biterenſe Monaſterium. 169. XXV. 287. XXXIV.
Blanca Aragonia apud Minores tumulata. 269. XLII.
Blanca Burgundia ſimiliter. 29. III. necnon
Blanca Caſtellæ Regina. 151. I. hujus epitaphium tranſcriptum. ibid. ab ea maritus abhorret. 101. XII.
Blanca conjux Caroli Imperatoris. 197. XVII.
Blanca Henriquez humilitate inſignis. 287. XXXIV.
Blanca ſancti Ludovici ſoror, & Petri Aragonii Minoritæ Genitrix. 137. II.
Blanca Monialis electionem Confeſſarii a Pontifice obtinet. 28. I. item & famulas. 91. I.
Blanca Sabaudiæ Ducis filia. 38. II.
Blaſius Minorita in Livonia pro Chriſto necatus. 233. II.
Blaſius Vincentinus Epiſcopus ad Eccleſiam Reatinam transfertur. 17. XXXIV. 75. XLII.
Bocaccinus Imolenſis ab Hungaris detentus, meritis beatæ Michaelinæ liberatus. 122. XXX.
Boguslaus Dux Stolpenſis filiam Eliſabetham Carolo Imperatori matrimonio jungit. 197. XVII.
Boleslaus Svidnicenſis eiſdem Nuptiis intereſt. ibidem.
Bombardæ inventor. 183. VII.
Bonagratia Bergomenſis moritur. 10. XIX. fuit Occhami amicus. 16. XXXII.
S. Bonaventuræ ſententia de vita ſanguinis. 60. XVII. & de ſacratiſſima Euchariſtia in locis immundis caſu expoſita. 241. XVIII. ſeq. ejus conſtitutiones pro Minoritis ſervari jubentur. 99. IX. cur *Farineriæ* appellatæ. 100. IX.
Bonavita Tertiarius moritur. 326. XLII. ejus recenſentur virtutes. ibidem.
Bonifacius Cepti Vodienſis Epiſcopus. 75. XLII.
Bonifacius de Coneclario Marchiæ Tarviſinæ Inquiſitor. 277. XVI.
Bonifacius VIII. Pontifex Monaſterii de Waterbeck neceſſitatibus accurrit. 28. I.
Bonjoannes Epiſcopus Firmanus Pontificius Nuncius apud Venetos. 115. XI.
Bonna Sabaudiæ Ducis filia, 38. II.
Borgiæ Conventus. 185. XII.
Brettembrumienſis Conventus. 287. XXXIII.
S. Brigitta. V. *Birgitta*.
Briſſienſis Conventus. 247. XXXII.
Brittinorienſis Conventus. 270. XLIV.
Brolii Conventus. 145. IX.
Brugeſcenſe Monaſterium. 186. XIII.
Bruliani Conventus. 210. XI. conceditur Paulutio de Trinciis a Generali Miniſtro. ibidem. in eo familia Obſervantiæ exordium ſumpſit. 210. XII. locum iſtum Julius II. inviſit. 211. XIII. & privilegiis ditavit. ibidem.
Bruſudenſe Monaſterium. 180. XXIV.
Buadeſca Lucenſis Tertiaria. 38. II.
Buccius Epiſcopus Tipherni, Nuncius a Pontifice ad Florentinos miſſus. 188. II. V. *Epiſtola*.
Budæ Monaſterium. 91. XI.
Bulgari a Minoritis ad fidem converſi. 195. XV. & a Turcis ſubjugati. 169. I.
Burelli Conventus. 168. XXIV.
Burgenſis Conventus. 124. III. & Monaſterium. 141. III.
Buſcoducis Monaſterium. 27. XV.

C

CÆſarauguſtanus Conventus. 139. VIII.
Cæſienſis Conventus. 106. VII.
Cajetani Cardinalis ſententia in controverſia de ſanguine Chriſti. 61. XVIII.
Calatajudii Monaſterium. 248. XXXIV.
Calepodiorum uſus origo. 210. XII.
Cameræ Conventus. 185. X.
Camertes cives Cœnobium Clarenis extruunt. 123. XXXII.
Camillus Caetanus Nuncius Apoſtolicus in Hiſpania ſepulturæ jus Fratribus deberi conſtituit. 185. XII.
Campaneæ Conventus. 211. XV.
Candelariæ Conventus. 123. XXXII.
Candida. V. *Blanca*.
Cantacuzenus Imperator Conſtantinopolitanus ad Pontificem Legatos mittit.

tit. 29. 1. petit Synodum convocari. 31. IV.
Capitulum Generale Aquilæ. 334. XIV. Argentinæ. 154. III. Aſſiſii. 99. IX. aliud Aſſiſii. 201. VI. Bareinonæ. 125. I. Florentiæ. 184. VIII. Genuæ. 144. V. Lugduni. 56. I. Neapoli. 231. XVIII. Toloſæ. 279. XIX. Veronæ. 25. X.
Capricanus Conventus. 203. XV.
Carcaſſonæ Conventus. 146. X. & Monaſterium. 270. XLV. 249. II.
Cadſoalis Protectoris in Ordine facultates. 282. XXIV.
Cargnaui Monaſterium. 301. XXIX.
Carionis Monaſterium. 90. X.
Carolus Boemus Imperator eligitur. 20. III. Pragæ Accademiam inſtituit. 194. XIII. Clariſſarum Znoimæ privilegia confirmat. 28. II. Pontifex ei ſacra Paleſtinæ loca commendat. 169. I. eidemque Pontifici Oratorem mittit. 200. I. pacem init eum Ludovico Hungariæ Rege. 197. XVII.
Carolus Fliſcus a Pontifice litteras recipit. 234. I. 251. IV. V. *Epiſtola*.
Carolus II. Hiſpaniarum Rex de Monaſterio Tudelenſi Clariſſarum benemeritus. 220. XXI.
Carolus V. Hiſpaniarum Rex privilegium pro Minoritis itineranibus confirmat. 179. XXIII.
Carolus a Monte Feltrio vir illuſtris. 146. II.
Carolus Rex Gallorum cum Eduardo Angliæ Rege diſſider. 305. V.
Carolus II. Rex Navarræ, & Carolus III. ejus filius Convenrus Tudelani fundatores. 268. XLII.
Caſildis Calderonia Monialis admirandæ virtutis. 140. XI.
Caſimirus Poloniæ Rex a Ludovico Hungaro præliante in auxilium vocatus. 197. XVII. Neptem Carolo Imperatori Matrimonio jungit. ibidem. Eccleſiam Leopolicuſem in Metropolitanam erigi curat. 204. II.
De Caſſeriis Monaſterium. 27. XVI. 49. XXVI. 84. XIX.
Caſtri Cæſaris Monaſterium. 101. XII.
Caſtri Geloſii Conventus. 203. XIV.
Caſulta ſanctitate celebris. 155. VI.
Caſus aliqui in Ordine reſervati. 100. IX.
Catarina ab Angelis Monialis virtute illuſtris. 248. XXIII.
Catarina Auſtriaca Clariſſa. 90. VIII. 270. XLV.
Catarina de Berravillo Monialis virtute præclara. 288. XXXIV.
Catarina Callienſis morbo regio laborans a beata Michælina Piſaurienſi ſanata. 122. XXX.
Catarina Cameraeenſis clauſtra Monialiũ ingrediendi facultatem obtinet. 28. I.
Catarina filia Petri Regis Hiſpaniæ Monaſterio Tordeſſillarum bona ingentia largitur. 186. XIII.
Catarina de Guevara poſt obitum in Paradiſum deferri viſa. 186. XIII.
Catarina Malona Clariſſa Mariam Luſitanam ex privilegio in itinere comitatur. 323. XXVI.
Catarina de Mendoza Monaſterii Caſtri Cæſaris reformatrix. 101. XII.
Catarina Sabaudiæ Ducis filia. 38. II.
S. Catarina Senenſis Pontificem adit ad ſacrum bellum promovendum. 305. IV.
Catarina Soliſia Monialis commendatur. 186. XIII.
Catarina Tortoles orationi addicta. 288. XXXIV.
Cathacenſe Monaſterium. 179. XXIV.
Catholicon Armenorum Pontifici ambiguam mittit proteſtationem fidei. 50. I. de ipſo Catholici obloquuntur. 51. II. V. *Armeni*. *Epiſtola*.
Cenſuræ Pontificiæ in quavis circumſtantia attendi debent. 10. XVIII.
Cerreti Monaſterium. 220. XXIII.
Ceſſolonis Conventus. 268. XLI.
Cetonenſis Conventus. 201. VII.
Cham Imperator Tartarorum Joannem Minoritam Legatum ad Pontificem Oratorem mittit. 87. I. V. *Tartarorum Imperator*.
Chenienq. Conventus. 338. XXIII.
Cherii Monaſterium. 123. XXXIII.
Chriſtina a ſancta Cruce Tertii Ordinis ſanctitate fulget. 148. III.
Chriſtinus primus Leopolienſis Epiſcopus. 204. II.
Ciaconii corriguntur errores. 150. I. 152. I. 8. XIII. Ejus de Occhamo teſtimonium. 12. XXI.
Cichus Piſaurienſis tertii Ordinis tres conſtruit Eccleſias. 42. IX. Ei Dæmon ſtruit inſidias. ibidem. pictatis opera exercet. 43. X. punit in ſe gulæ irriamentum. ibidem. longum iter brevi miraculoſe perficit. 43. XI. ſibi illudentem convertit. ibidem. pullum occiſum revocat ad vitam. 43. XII. alia patrat miracula. 44. XIII. ſeq. in Domino quieſcit. ibidem.
Cigronis Conventus. 154. VI.
Cilia Abbatiſſa Monaſterii Valentini in officio confirmata. 339. XXV.
Clara Monialis Neapolitana ſanctæ Brigittæ capillos beatiſſimæ Virgiois largitur. 144. VI.
Clariſſarum Monaſteria V. *Monaſteria* & *Privilegia* V. & lege in ſine quorumlibet annorum, præcipue additiones Me-

Meliſſani. Nobiles ex eiſdem multæ recenſentur. 89. VIII. Pro illis Conſtitutiones præſcribuntur. 597. in Regeſto.
Clarus Feretranus Epiſcopus pro conſtruendo Maceratenſi Cœnobio concedit facultatem. 198. XIX.
Clemens VI. Pontifex Epiſtolas in Armeniam dirigit. 1. I. V. *Epiſtola*. fratrem Gerardum Legatum ſuum in Siciliam mittit. 3. IV. Legatos Græcorum honorifice recipit. 29. I. ad quos alios remittit. 30. I. conatur pacificare Genuenſes, & Venetos. 53. V. hac de causa ad eos Fortanerium mittit. ibidem. alioſque mittit ad Regem Aragoniæ. 22. III. ſcribit Patribus Lugdunenſis Capituli. 56. XI. Decretum liberæ confeſſionis Minoritis confirmat. 57. XII. Clariſſis indulget ne decimas aut collectas ſolvant. 76. XLV. jubet de miraculis beati Elzearii inquiri. 73. XXXIX. jubet eliminari hæreticos de provincia Ebredunenſi. 83. XIV. jura Imperii interdicit Ludovico Bavaro. 20. XVIII. ſententiam Minoritarum de Chriſti ſanguine non proſcripſit. 58. XV. moritur. 84. XVII. quantum ei Minoritæ debeant. ibidem.
Coinhæ Conventus. 48. XXIV.
B. Coleta multas animas e Purgatorii pœnis liberaſſe fertur. 246. XIX.
Coloramo Aſſani Pontifex Epiſtolas dirigit. 33. IX.
S. Columbæ Conventus. 204. XV. 287. XXXIII.
Columnenſes Hæroinæ quædam Clariſſæ. 89. VIII.
Comitia Generalia. V. *Capitulum Generale*.
Coneclani, ſeu Coneliani Conventus. 269. XLIII.
B. Conradus Placentinus ſpiritu prophetiæ ditatus. 62. XXII. 65. XXVI. 65. XXVIII. teutationes ſuperat. 63. XXIII. panes cœlitus datos Epiſcopo Syracuſano, eum inviſenti porrigit. 64. XXIV. alioſque aliis miraculoſe diſtribuit. 65. XXVI. irriſores etiam confundit. 64. XXV. pro injuriis beneficia rependit. Ibidem. aves ei applauduut. 64. XXVI. Saxum ingens nullo labore movet. 65. XXVI. in magna penuria ſubvenit indigentibus. 65. XXVII. Adoleſcentem a peccati, mortiſque periculo liberat. Ibidem. Obit in Domino. 66. XXVIII. miracula poſt mortem patrata. 66. XXVIII. 70. XXXII. apud Netinos ſepelitur. 66. XXIX. Ejus dies feſtivus celebratur. Ibidem, & 69. XXXII. 70. XXXIII. & divino officio colitur. 67. XXIX. forma deſcribitur ejus corporis. 73. XXXVII. Quinam ejus geſta ſcripſere. ibidem.
Conradus de Pregoantia Epiſcopus Caphenſis. 138. V.
Conradus Valbornius Conventus Erfordienſis Guardianus. 339. XXIII.
Conſtantia Emanuelis in Cœnobio de Santaren. tumulata. 102. II.
Conſtantino Regi Armenorum Pontifex mittit Epiſtolam. V. *Epiſtola*.
Conſtantinopolitana urbs a Sarracenis direpta. 308. VIII.
Conſtantinus quidam hæreticus a ſexta Synodo condemnatus. 61. XX.
Conſtitutiones Farineriæ quare ſic appellatæ. 100. IX.
Conventuales Minores cur ita dicti. 327. XLIV.
Conventus Accellarum. 140. X. Aleſti. 168. XXIV. Alvernienſis. 102. I. Ambianenſis. 90. IX. Arſcotanus tertii Ordinis. 288. XXXVII. Auguſtæ Prætoriæ. 86. IV. Baſilienſis corruit. 139. VIII. Bayonæ. 46. XVIII. Beatienſis. 286. XXXI. Bellicradi. 211. XV. Bermei. 136. XXIII. Bethleem. 327. XLV. Bilbilenſis. 155. VI. Biraticenſis. 168. XXIV. Borgiæ. 185. XII. Brettemhrumienſis. 287. XXXIII. Briſſienſis. 247. XXXII. Brittinorienſis. 270. XLIV. Brolii. 145. IX. Bruliani. V. *Bruliani Conventus* Burelli. 168. XXIV. Burgenſis. 124. III. Cæſarauguſtanus. 139. VIII. Cæſienſis. 106. VII. Cameræ. 185. X. Campaneæ. 211. XV. Candelariæ. 123. XXXII. Capricanus. 203. XV. Carcaſſonæ. 146. X. Caſtrigelofii. 203. XIV. Ceſſolouis. 268. XLI. Cetonenſis. 201. VII. Chenienq. 338. XXIII. Cigronis. 154. VI. Coinhæ. 48. XXIV. ſanctæ Columbæ. 204. XV. 287. XXXIII. Coneclani, ſeu Coneliani. 269. XLIII. Cremæ. 37. XIX. Daſſæ. 232. XXII. Diaci. 17. XXXV. Dolenſis. 267. XXXVIII. 271. II. Ebolitanus. 233. XXII. S. Emiliani. 301. XXVII. Erfordenſis. 339. XXIII. Feſti Podii. 27. XIII. Galgignanii. 18. XXXV. Giennenſis. 286. XXXII. Hortæ. 27. XIV. Imolenſis. 140. X. de Inish-Cluaniurhamada. 46. XIX. Interamnenſis. 185. X. S. Joannis Rotundi. 339. XXIII. Ipſigri. 168. XXIV. Lauſanenſis. 249. II. 247. XXXII. S. Liberati. 300. XXVI. Limoſii. 185. XI. Lippenſis. 34. XX. S. Lucidi. 168. XXIV. Lumbreganus. 286. XXX. Lutræ. 37. XX. Maceratæ. 198. XIX. Maliani. 145. X. Manvaſchæ. 179. XXII. Marauulæ. 247. XXXII. Matelicæ S. Joannis. 301. XXVI. S. Michaelis de Moute. 286. XXX. Mirandæ. 327. XLV. Minturni. 168. XXIV.

Moleani. 168. XXIV. Montagnanæ. 46. XVIII. Montis Bodii. 267. XXXIX. Montis Granarii. 301. XXVIII. Montis Perusii. 300. XXXV. Narnienſis. 268. XL. Nechſenius. 286. XXX. Niverneuſis. 139. VII. 168. XXIV. Nothzemi. 136. XXIII. Novariæ. 145. IX. Ortanus. 267. XXXIX. 198. XIX. Petricagii. 101. XI. Perusii de Monte. 300. XXV. Piſciniani. 148. V. Pontiſaræ. 140. X. Portus Cæſcuateuſis. 267. XXXIX. Pravæ Walſinghami. 17. XXXV. Pulkæ. 327. XLV. Puteolanus. 26. XIII. Quinqueeccleſiarum. 338. XXIII. Randacii. 27. XIII. Salicecti. 336. XVIII. Salonis. 301. XXVII. Serravalleuſis. 267. XXXVIII. Sctabienſis. 270. XLIV. S. Severini. 140. X. 270. XLIV. Somnini. 146. X. de Specu. 123. XXXII. Stagnenſis. 17. XXXV. Stamni. 37. XVIII. Taurinenſis. 84. XVIII. num vere Taurinenſis. 86. IV. Terdonenſis. 211. XV. Thovartii. 140. X. Tiuienſis. 124. I. Tinci. 26. XII. Trainæ. 301. XXVII. Tudelanus. 268. XLII. Valentinus. 139. IX. Vallis Joſaphat. 154. V. Vapiucenſis. 339. XXIII. Ubeteuſis. 179. XXIII. Uraterhergenſis. 37. XX. Warenſis. 75. XLIII. Wertlaricuſis. 150. III. Xereſii. 151. I. Zemenichius. 75. XLIII.
Covella Ruſſa Cutronis Princeps Conventum Cigronis conſtruit. 155. VI.
Cremæ Conventus. 37. XIX.

D

DÆmon infeſtus beatis Conrado Placentino. 62. XXII. 63. XXIII. & Franciſco Tertiario. 42. IX. a beato Martino Ruiz illuſus. 178. XX.
Damianitæ. V. *Clariſſæ*.
Daſiæ Conventus. 232. XXII.
David Minorita Neapolitanam civitatem ab irrumpentibus aquis liberat. 124. II.
B. Delphina ſatis cedit. 147. II. cum ſancto viro Elzcario virginitatem ſervavit. ibidem. Ejus funus Angeli curant. ibidem. miraculis poſt obitum coruſcat. ibidem.
Demetrio Chidonii Pontifex mittit Epiſtolam. V. *Epiſtola*.
Demetrius de Scutaro Epiſcopus in partibus. 99. VIII.
Deney Monaſterium. 27. XVI. 28. I. 301. XXIX.
Diaci Conventus. 17. XXXV.
Didacus a Barrahona virtute illuſtris. 337. XXI.
Didacus Caurienſis Epiſcopus. 198. XVIII.
Didacus Palentinus, ſive Placentinus reformator in Hiſpaniam mittitur. 284. XXV. creatur Sacellanus Pontificius. 285. XXVIII.
Didacus a Singa ſanctitate illuſtris. 124. II.
Dionyſia de Monte Canifio Monaſterii de Waterbech fundatrix. 28. I.
Dionyſius Foulechat Doctor Pariſienſis. 154. V. 211. I. multas patitur ab æmulis calumnias. ibidem.
Dolenſis Conventus. 267. XXXVIII. 273. II.
Dominicus Campoſregoſius Dux Genuenſium eligitur. 234. I. Ei Pontifex Epiſtolas dirigit. V. *Epiſtola*.
Dominicus Cattaneus ad expugnandum Regnum Cypri a Genuenſibus miſſus. 302. II.
Dominicus de Dominicis cujus ſententiæ in controverſia de ſanguine Chriſti. 59. XV.
Dominicus Theleſiuus Epiſcopus. 24. IX. 348. IX.
Donatus Cauibreach Conventus de Inish fundator. 47. XIX.
Dublinii Civitatis deſcriptio. 302. I.
Duraudi opinio in controverſia de ſanguine Chriſti. 60. XVII.
Duynus Spalatenſis ad Epiſcopatum Reſinenſem aſſumitur. 75. XLII. inde ad Catharcuſem transfertur. 84. XVI.

E

EBolitanus Conventus. 233. XXII.
Eboracenſe Monaſterium. 339. XXIV.
Eckingerus de Saneriſem Conventus Nothzemi fundator. 136. XXIII.
Edmundus Marchiæ Comes Conventum Praw-Wanſilgam extruit. 17. XXXV.
Edmundum Cantabrigiæ Comitem Pontifex ad præliandum contra Sarracenos invitat. 302. I. 305. V.
Eduardus Angliæ Rex Cœnobium Minoritis ædificari curat. 17. XXXV. pro Monaſterio de Waterbech apud Pontificem deprecatur. 28. I. Ei commendat Pontifex Guillelmum Minoritam. 19. I. eumdem ad prælium contra Sarracenos iuvitat. 302. I. 305. V. Imperiali dignitati renunciat. 30. III. 21. I.
Eduardus Aquitaniæ Princeps a Papa ad ſacrum bellum excitatus. 305. V.
Electus divinis ditatus apparitionibus. 105. IV.
Eleonoram Caſtri Villani Dominam Pontifex contra hæreticos excitat. 312. XV.
Eleonora de Guſman Monialibus Monaſterium extruit. 27. XV.
Eleonora Regis Cypri Genitrix Regnum Genuenſibus prodit. 302. II.

Eliæ Raguſino Epiſcopo ſcribit Pontifex ad eliminandos hæreticos. 56. VIII.
Eliſabetha Accoria Tertiaria ſanctitate conſpicua. 146. II.
Eliſabetha de Burgo Cœnobium Praw-Walſingam una cum viro ſuo ædificat. 18. XXXV.
Eliſabetha de Caſtaneda Monialis illuſtris. 90. X.
Eliſabetha Eduardi Regis Angli genitrix dat Clatiſſis nomen. 136. XXII.
Eliſabetha Hungariæ Regina Monaſterium pro Clariſſis extruit. 37. XX. 49. XXVI. pro eiſdem privilegia confirmari curat. 91. XI.
Eliſabetha de Levis Comitiſſa Conventum Azilienſem ædificat. 151. IV.
Eliſabetha de Malateſtis meritis beati Franciſci Piſaurienſis iterato ſalutem impetrat. 44. XIII.
Eliſabetha Neptis Caſimiri Regis Carolo Imperatori matrimonio jungitur. 197. XVII.
Eliſabetha Romanæ Tertiaria oratione & pietate illuſtris. 147. II.
Eliſabethæ Salazaria Clariſſa virtute præclara. 102. XII.
Eliſabetha Siciliæ Regina Cœnobium pro Franciſcanis extruit. 27. XIII. binaque pro Clariſſis Monaſteria. 27. XV.
Eluira Alvarez Monaſterii Moguerii fundatrix. 49. XXV.
S. Elzearii examinantur miraculæ. 73. XXVIII.
S. Emiliani Conventus. 301. XXVII.
Epiſtola Clementis VI. Joanni Cantacuzeno Imperatori Græcorum. 32. VIII. 40. II. Philippo Regi Franciæ. 8. XV. Petro Regi Aragoniæ. 77. III. 78. IV. 81. XI. 81. XII. Conſtantio Regi Armeniæ. 2. III. 50. II. Joannæ Reginæ Siciliæ. 23. VI. Eliſabethæ, & filio Siciliæ Regi. 3. V. Andreæ Dandulo Duci & Communi Venetiarum. 55. XVII. 79. VII. Joanni de Valen. & Conſilio Civitatis Januen. 82. XIII. Paſtori Cardinali. 41. IV. Univerſis Prælatis, Dominis &c. 83. XV. Fortanerio Patriarchæ Graden. 54. VI. 77. II. 81. X. Bertrando Archiepiſcopo Januenſi. 78. V. 79. VI. Guillelmo Patriarchæ Conſtantiuopolitano &c. 52. III. Epiſcopis Carpentoratenſi, Uticenſi &c. 73. XXXIX. Epiſcopo, & Capitulo Trecorenſi. 9. XVI. Epiſcopo Cajetano & Joanni electo Coronenſi Legatis. 1. II. Guillelmo Chiſſimen, & Gaſperto Ceneten. Nunciis. 32. VII. Miniſtro Generali Ordinis Minorum. 12. XXII. eidem, & Capitulo Generali Veronenſi. 25. XI. Eidem, & Provincialibus Miniſtris. 56. XI. Miniſtro Provinciæ Hungariæ. 23. VIII. Guardianis, & Conventibus Vallis Spoletanæ. 45. XVI. Michaeli Lapio de Florentia. 5. X. Raymundo de Baſſo Miniſtro Provinciæ Aragoniæ. 22. IV. Franciſco de Pecluxo Militi. 32. IX.

Innocentii VI.

Joanni Palæologo Imperatori Græcorum. 108. II. Petro Regi Aragoniæ. 143. III. Ludovico Regi Hungariæ. 3. VII. 115. X. Hugoni Regi Cypri. 88. V. Stephano Regi Raſſiæ. 92. II. Venetiarum Ducibus Andreæ Dandulo. 87. IV. Joanni Gradonico. 114. IX. 115. XI. 116. XIII. & Joanni Delphino. 118. XVIII. 119. XIX. Univerſis Prælatis Albaniæ. 98. V. & Angliæ. 128. VII. Patriarchis Aquilejenſi, & Gradenſi. 114. VIII. Græcorum. 109. III. Serviæ. 95. III. Archiepiſcopo Capuano. 98. VII. Epiſcopis Tragurienſi. 96. IV. Paſtenſi. ibid. Cornetenſi. 152. II. & Caſtellano, 117. XIV. Capitulis Generalibus Aſſiſii. 100. X. & Barchinonæ. 126. II. Miniſtro Generali, & Fratribus Ordinis Minorum. 104. III. Michaeli Piſano Inquiſitori. 117. XV. XVI. 118 XVII. Petro de Fano. 87. III. Franciſco Gateluxio. 110. IV. Bernardo de Podio. 142. II.

Urbani V.

Magno Chamo Tartarorum. 223. IV. Regibus, & Principibus Orientalibus. 225. V. Ludovico Regi Hungariæ. 206. II. Andruino Cardinali 189. IV. Populis Florentino. 162. XII. 171. IV. 174. XI. 188. III. 231. XVI. Piſano. 171. III. 172. VI. Senenſi. 172. VII. Perugino. 208. VI. Genuenſi. 231. XV. & Tartarorum. 225. VI. Archiepiſcopis Aquenſi. 165. XVIII. Ravennati. 174. X. 175. XII. Cambalienſi. 222. II. 223. III. Univerſis Prælatis Græcorum. 228. VIII. Epiſcopis Vxſionen. & Siſaricen. 165. XVIII. Vivarienſi. 182. IV. Boſnenſi. 207. III. Milevitano. 230. XIII. Florentino. 181. II. 188. II. 192. VII. 193. VIII. Capitulo Generali Florentino. 184. IX. Vicariis & Fratribus Ordinis Minorum, omnibuſque Chriſtianis. 230. XI. Prædicatoribus & Minoribus. 201. V. eiſdem Minoribus in terris Infidelium. 213. III. 213. V. Miniſtro Generali Marco de Viterbio. 156. III. 157. V. 159. VIII. 160. IX. 162. XI. 163. XIII. 170. II. 174. IX. X. 175. XII. 181. II. 188. II. 192. VII. 193. VIII. Provincialibus Ordinum Mendicantium. 195. XIV. Amadeo Sabaudiæ Comiti. 156. II. 177. XVI. Joanni Marchioni Montis Fer-

Ferrati. 157. vi. Galeatio de Vicecomitibus. 158. viii. Seneſcallo Provinciæ. 177. xv. Baylo Conſtantinopolitano. 229. ix. Fulgoni de Agouto. 176. xiv. Stephano de Regula. 182. v. Miniſtro Provinciæ ſancti Franciſci. 207. v. Joanni Cambareti. 209. ix. Laurentio de Brixia, & Petro de Tranſtyberim. 214. vii. Nicolao Melſat. 230. xii.

Gregorii XI.

Imperatoribus Græcorum Philippo, 260. xxvi. Joanni Palæologo. 290. ii. 303. ii. Emanueli. 304. iii. Carolo Regi Franciæ. 306. vi. 310. xii. Henrico Regi Caſtellæ. 284. xxvi. Friderico Regi Trinacriæ. 323. xxxvii. 324. xxxviii. Joannæ Reginæ Siciliæ. 258. xxi. 261. xxvii. 308. ix. Magiſtro, & Conventui Hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitani. 291. iv. Archiepiſcopis Gneſnenſi &c. 237. viii. Neapolitano. 309. x. Vienneoſi, Ebredunenſi &c. 313. xvii. 314. xviii. 315. xxii. Strigonienſi, & Colocenſi. 292. vii. 293. viii. Epiſcopis Vercellenſi. 235. iv. Comaclenſi &c. 236. v. Senenſi. 254. xiii. 255. xiv. Coriſopitenſi, pleriſque aliis Prælatis. 265. xxxiii. Sabinenſi. 266. xxxv. Pariſienſi. 311. xiii. Maſſano. 315. xxi. 317. xxiv. Avenionenſi. 317. xxiii. Populis Romano. 276. xiv. 277. xv. Florentino. 321. xxxi. Piſtorienſi. 321. xxxii. Januenſi. 250. iv. 251. vii. 256. xvii. 259. xxiv. Joanni de Loſignano Principi Antiocheno. 238. x. Amadeo Comiti Sabaudiæ. 411. xiv. Comitibus de Fliſco. 234. ii. Secundo Ottoni Marchioni Montis Ferrati. 252. ix. Friderico de Aragonia Siciliæ Regenti. 257. xx. 259. xxii. Ludovico Gonzagæ. 276. xii. Gubernatori, & Conſiliariis Delphinatus Viennenſis. 318. xxv. Capitulo Generali Tholoſæ. 280. xx. 287. xxi. ſeqq. Conſtitutio explicans Protectoris facultates. 282. xxiv. Alia pro Sacellanis Pontificiis. 285. xxix. Item alia pro quorumdam Fratrum exemptione a Superiorum obedientia. 284. xvii. Thomæ Miniſtro Generali, & Gradenſi. 235. iii. 250. ii. ſeqq. 251. viii. 252. x. 253. xii. 254. xiii. 255. xiv. 256. xvi. 273. iv. ſeqq. 274. viii. 275. ix. ſeqq. 296. xvi. 297. xvii. Leonardo Miniſtro Generali 308. vii. 320. xxx. Provincialibus, Cuſtodibus, & Guardianis totius Ordinis. 263. xxxii. & omnibus Fratribus. 294. x. 295. xiv. Thomæ de Bozolaſco Miniſtro Lombardiæ. 290. iii. necnon Miniſtro Terræ ſanctæ. 318. xxvii. 319. xxviii. 329. ii. Vicario Boſniæ. 262. xxxi. Inquiſitoribus Dominicanis, & Minoritis. 266. xxxvi. Provinciarum Galliæ. 314. xix. 315. xx. & Venetiarum. 330. v. 331. vi. Univerſis Chriſtifidelibus. 330. iii. 292. v. Incolis Vallis Oſolæ. 294. xi. & Vallis Sicidæ. 295. xiii. Petro de Aragonia Minoritæ. 261. xxix. 274. vii. 322. xxxiv. 323. xxxv. Nicolao de Croſna. 236. vii. Franciſco de Podio. 238. xii. Joanni Cambareti, Henrico de Buda &c. 240. xv. Marchioni de Carreto. 251. x. Secundo Ottoni Marchioni Montis Ferrati. 252. ix. Mutio de Venetiis. 277. xvii. Antonio de Vinayo. 312. xv. Carolo de Bauvilla. 312. xvi.

Pii II.

Sancto Jacobo de Marchia. 59. xvi.

Leonis X.

Epiſcopo Siracuſano pro Canonizatione ſancti Conradi. 67. xxx.

Pauli III.

Vicario Epiſcopi Siracuſani pro eodem negotio. 70. xxxiv.

Urbani VIII.

Miniſtro Generali Capucinorum quibus recitare Officium ejuſdem ſancti Conradi indulgetur. 72. xxxv.

Ludovici Hungariæ Regis.

Miniſtro Generali Ordinis. 196. xvi.

Joannæ Reginæ Siciliæ.

Sultano Babiloniæ. 167. xxxiii.

Caroli Imperatoris.

Privilegium pro Clariſſis Znoimæ. 28. ii.

Bertrandi Cardinalis.

Joanni Jacobi de Spello. 6. xi.

Petri Miniſtri Provinciæ S. Franciſci.

Paulutio de Fulgineo. 326. xliii.

Erfordenſis Conventus. 339. xxiii.

SS. Euchariſtiæ Sacramenti miraculoſa inventio. 20. iv. num ſub ſpeciebus Chriſti corpus lateat caſu quod in immundos locos projiciatur. 241. xviii. ſeq.

Euſtachii Beumaris Gubernatoris Tudelenſis pro Minoribus diploma. 269. xliii.

Excommunicati poſſiunt hæretici appellari. 15. xxix.

Eymericus improbatur. 243. xxiii.

F

Falleſii Monaſterium. 198. xix.

Farineriæ Conſtitutiones. 100. ix.

Farinerius Generalis Miniſter Inquiſitores inſtituit ad eliminandos hæreticos. 98. vi.

98. VI. ad Cardinalatum evehitur. 199. XXI. 124. I. regimen tamen Ordinis non relinquit. ibidem Capitulum Generale indicit. 99. IX. Conſtitutiones ſancti Bonaventuræ in duodecim diſtinguit capita. 100. IX.
Fazelius de beato Conrado mentionem facit. 73. XXXVII. 257. XIX.
Ferdinandus Aragoniæ Regis frater regnum affectat. 22. III.
Fergallus O Treain Principem deſperantem ad bonam frugem reducit. 47. XX.
Feſti-Podii Conventus. 27. XIII.
Fliſcorum familia contra Genuenſes inſurgit. 234. I. inde conciliatur. 249. I.
Pontifex epiſtolas dirigit. V. *Epiſtola. Genuenſes*.
Flora de Moote Gaudio peſte laborans beatæ Michaelinæ meritis liberatur. 123. XXX.
Florentini cum Piſanis contendunt. 161. X. 170. I. eos Pontifex incitat adverſus Anglorum diras ſocietates. 188. III. quas expellunt, & profligant. 192. VI. eis Pontifex mittit epiſtolas. 231. XVI. 321. XXXI. V. *Epiſtola*.
Fortaoerius Vaſſellus Archiepiſcopus Ravennatenſis inſtituitur. 7. XIII. & Vicarius Geoeralis Ordinis. 17. XXXIV. a Pontifice ad Genuenſes, atque Veoetos miſſus. 53. V. ab eodem epiſtolas accipit. 79. VI. 81. X. 91. I. & commendatur. 119. XX. rem Pontificiam mire in Flaminia promovet. 119. XX. purpura Cardinalitia ornatur. 150. I. obit galero nondum recepto. 150. I. Patavii in S. Antooii Templo ſepultus. ibidem.
Franciſca a ſancto Antonio Mooialis virtute illuſtris. 248. XXXIII.
Franciſca Eugubina ſanctitate conſpicua. 148. III.
Franciſca de ſaucto Raymundo Monaſterii Cerreti fundatrix. 220. XXIII.
S. P. Franciſcus leproſum mundat, & ſuſpeudio liberat. 35. XIII. vanos librorum cumulatores condemnat. 35. XIV. Guillelmum ex Malaſpinæ Comitibus morte liberat. 44. XIV. virum ſuis Fratribus addictum conſolatur. 140. IX. in eorum hoſtes animadvertit. 334. XIII. votum non adimplentem punit. 179. XXI. ejus miraculoſa imago. 248. XXXIII. Conventum Cæſienſem incepit. 106. VII.
Franciſcus Adriani Doctor Bononienſis. 147. I.
Franciſcus Ambroſii de Canoba Valentinum Morigienſem a Pontifice commendatum habet. 289. I.
Franciſcus Aſculanus Occhami amicus. 16. XXXII.
Franciſcus Athenienſis Archiepiſcopus. 183. VI.
Franciſcus Bajuli Barchinonæ Guardianus de ſanguine Chriſti diſſidium excitat. 58. XIII.
Franciſcus de Baucio pacis inter Siciliæ Reges ſequeſter. 257. XIX.
Franciſcus Baroncellus Romæ Tribunum ſe facit. 106. I.
Franciſcus Boemiæ, & Poloniæ Miniſter. 21. IV.
Fraociſcus Borilli Inquiſitor in Gallia. 310. XI. ei Pontifex committit, ut contra concubinarios procedat. 302. I.
Franciſcus de Capite Sileris Epiſcopus Biſacienſis. 219. XX.
Franciſcus de Cardaliaco Magiſterii laurea coronatus. 139. V. eamdem ipſe largitur Montolino Narbonenſi Miniſtro. 166. XX. Bertrando de S. Gnillelmo. 177. XVIII. Philippo Zoriton. 178. XVIII. Joanni de Tunzenhem. 183. VI. ad Caballicenſem Eccleſiam promovetur. 198. XVIII. ei Pontifex epiſtolas dirigit. 265. XXXIII.
Franciſcus Cardinalis S. Marci Mendicantium Aogliæ judex inſtitutus. 128. VI.
Frauciſcus Cardinalis S. Sabinæ Prædicatores, & Minores a Pontifice commendatos habet. 338. XXIII. ad Palæologum miſſus. 212. I. reformat Monaſteria Urbis. 214. VI.
Franciſcus Coronellus Magiſterii Lauream Bonifacio de Corneclario coofert. 277. XVI.
Frauciſcus de Carraria cum Duce Veoetorum contendit. 274. VIII.
Franciſcus Caſtrenſis Epiſcopus. 138. V.
Franciſcus Catalucius Pontificias epiſtolas recipit. 289. I.
Franciſcus Cavallicenſis Epiſcopus. V. ſupra *Frauciſcus de Cardaliaco*.
Franciſcus a Chriſto pro fide necatus. 215. X.
Franciſcus *Cichus* dictus, Piſaureuſis. V. *Cichus*.
Franciſcus Fabrianenſis Inquiſitor in Piceno. 143. IV.
Frauciſcus de Faucheriis ad Magiſterium promovetur. 202. X.
Frauciſcus I. Gallorum Rex Cœnobium Bajonæ tradi Obſervantibus curat. 46. XVIII.
Fraociſcus Gonzaga corrigitur. 137. II. 139. IX. 140. XI. 168. XXV. 186. XIII. 220. XXI. XXII.
Franciſcus de Interamne io Tartariam miſſus. 230. XI.

Fran-

Franciſcus Joannis Epiſcopus Caſtrenſis. 138. v.
Franciſcus Jordanus de Urſinis Pontificias epiſtolas recipit. 276. xiii.
Franciſcus Marius Inquiſitor Piſarum. 301. xxviii.
Franciſcus de Marallis magiſterii laurea donatus. 209. viii.
Franciſcus de Maſſa Coriothiorum Epiſcopus. 34. xi.
Franciſcus Matthæi de Cavalcantibus ſepulcrum familiæ ſuæ apud Minores Florentiæ reſtaurat. 232. xix.
Franciſcus Mayronis cujus ſententiæ in controverſia de ſanguine Chriſti. 60. xvii.
Franciſcus Meſſanenſis Papæ ſacellanus. 266. xxxiv. in provinciæ Siciliæ regimine ſubſtituitur. 259. xxiii.
Franciſcus de Ordelaſis bonorum Eccleſiaſticorum uſurpator. 111. vi. ut damnationis filius a Pontifice dictus. 113. vii. contra eum Ludovicus Hungariæ Rex capitaneus ioſtituitur. ibid. & excommunicationis promulgatur ſententia. 119. xx.
Franciſcus Pacificus Inquiſitor Adrienſis. 301. xxviii.
B. Franciſcus Papienſis Conventus Cæſenſis incola. 106. vii.
Franciſcus pauperculus laicus miræ virtutis. 219. xviii.
Franciſcus Peuua corrigitur. 241. xvii. ſeqq.
Franciſcus de Podio Catalanus ad partes Aquilonares a Pontifice miſſus. 238. xi.
Franciſcus Provinciæ Terræ laboris a Sarracenis pro fide necatus. 138. iv.
Franciſcus Querious ſanctitate præclarus. 149. i.
Franciſcus de Querſo Epiſcopus Acienſis. 24. ix.
Franciſcus quidam Minorita ab Græcorum Imperatore ad Papam legatus miſſus. 29. i.
Franciſcus quidam Minorita a ſuo Miniſtro Generali laurea doctorali donatus. 180. i.
Franciſcus de Ruvere Cardinalis cujus opinionis in controverſia de ſanguine Chriſti. 59. xv.
Franciſcus Valveoſis Epiſcopus. 42. vii.
Franciſcus de Vico Pontificias epiſtolas recipit. 276. xiii.
Franciſcus de Vincentiis Jeſuatorum Ordinis a Papa confirmationem obtinet. 200. i.
Franciſcus Vintimillienſis Matrimonium Siciliæ Regis ſollicitat. 257. xviii. ei Pontifex epiſtolas mittit. 324. xxxviii.
Franciſcus Ximenius Cardinalis Conventus Saliceti incola. 338. xxi.
Francorum Regi Pontifex ſancta Paleſtinæ loca commendat. 169. i.
Fratricellorum comprimitur audacia. 98. vi. 299. xxii. ſeqq. ad eos profligandos ſunt Inquiſitores inſtituti. 207. iv. Peruſio expelluntur. 300. xxiv. V. *Hæretici*.
Fridericus Marchio Miſnæ incaſſum in Imperatorem eligitur. 20. iii. 21. i.
Fridericus de Reſersbech Epiſcopus Scopienſis. 75. xlii.
Fridericus Rex Sicilliæ cum Joanna Regina pacem init. 256. xviii. ei Pontifex epiſtolas mittit. 257. xx. 260. xxiv. 323. xxxvii. a quo valde diligitur. 323. xxxvi. ejus uxor Antooia decedit. ibidem. Mariæ Luſitanæ iterato Matrimonio jungitur. ibidem.
Fulginei Annunciatæ Tertii Ordinis Monaſterium. 27. xv.
Fulgoni de Agouto Pontifex Inquiſitores commendat. 276. xiv.

G

Gabriel de Adurno Genuenſium Dux deponitur. 234. i. ei Pontifex mittit epiſtolas. 161. x. 231. xv.
Gabriel Biel doctrinam Occhami æmulatus. 15. xxx. cujus fuerit opinionis in controverſia de ſanguine Chriſti. 60. xvii.
Gabriel Viterbieoſis Inquiſitor in Provincia Romana a Pontifice dilectus. 320. xix. ſeqq.
Gabriel Volaterranus Tuſciæ Inquiſitor. 333. x. Jacobum de Tholomæis ad Magiſterii gradum aſſumit. 183. vi.
Galeatius Vicecomes Cœnobium Minoritarum reædificat. 145. ix. cum Joanna Comite Montiſferrati contendit. 157. iv. in auxilium Fliſcorum advocatus. 234. i. in eum Pontifex alios Principes excitat. 253. xi. ſeqq. 275. x. in Minoritas invehitur. ibidem. & 294. xi. V. *Barnabovis*.
Galgignani Conventus. 18. xxxv.
Galterus Glauſtrenſis Epiſcopus Pontificias litteras recipit. 265. xxxiii.
Gamezius Alboruotius Fratribus Cœnobium offert. 180. i.
Garſias Fernandius de Platea ſtrenuus miles. 26. xii.
Gaſpertus Dominicanus Pontificius Legatus ad Imperatorem Græcorum. 30. i.
Gattelaxio Inſulæ Metelinæ Domino Papa unionem Græcæ cum Latina Eccleſia commendat. 107. i.

Gaudegia Monialis miraculis illuſtris. 186. XIII.
S. Gaudentii martyris corpus in Conventu Montis Bodii conditum. 268. XXXIX.
Gaudioſam juvenculam in mortis articulo conſtitutam beata Michaelina ſanat. 122. XXIX.
Ganfredo Coriſopitenſi Epiſcopo Pontifex mittit epiſtolam. 265. XXXIII.
Ganfredum de Claromonte idem Pontifex contra hæreticos excitat. 312. XV.
Gayco logothetæ Serviæ Pontifex ſcribit. 96. III.
Genebrardus notatur. 152. I.
Generales Miniſtri Guillelmus Farinerius. 56. X. V. *Guillelmus*. Joannes de Buco. 125. I. 144. V. Thomas Farignanus. 201. VI.
Gentiani Monaſterium. 84. XIX.
Gentilis Spoletanus quatuor Cœnobia reformanda obtinet. 45. XV. & Pontificium diploma. ibidem. alibi ſed fruſtra reformationem intentat. 103. II. carceri mancipatur. 104. II. fuit Paulutii de Trinciis director. 209. X. moritur. 154. IV.
Genuenſes inter, & Venetos grave bellum exortum. 53. IV. 272. II. contra eos Priocipes alios vocant auxiliarios. 53. IV. pro utraque parte Genueuſes e prælio victores abeunt. 80. VIII. ad eos reconciliandos Pontifex mittit fratrem Fortanerium. 53. V. pacem ineunt. 80. IX. inteſtinis laborant diſcordiis. 192. VI. 234. I. cum Fliſcis coociliantur. 249. I. Regnum Cypri invadunt. 302. II. ſed pactis conditionibus ſuo Regi reſtituuut. ibidem. contra Vicecomites a Pontifice excitantur. 275. X. eis Pontificiæ epiſtolæ directæ. V. *Epiſtola*.
Georgius Spanopolus Protoveſtiarius ab Imperatore Græcorum ad Papam Nuncius miſſus. 29. I.
Geraldus Abbas cum Jordano de Urſinis in Urbe contendit. 276. XIII.
Gerardinum de Leoeyo Generalis Minorum a Pontifice commendatum habet. 375. VII. poteſt in Terra ſancta Peregrinis tempus incolatus præſcribere. 327. XLV.
Gerardinus pietate, & doctrina inſignis in Tudelana Minorum Eccleſia tumulatus. 269. XLII.
Gerardus Caneti virtute inſiguis. 334. XIV.
Gerardus Civitatenſis Epiſcopus. 89. VI.
Gerardus Deſtres ſacellum coſtruit in Eccleſia Minorum Briſſienſi. 247. XXXII. & in Eccleſia Burgenſi. 124. III.
Gerardus Firmanus Antiſtes duas Rurales Eccleſias Cœnobio Montiſgrauarii anoectit. 301. XXVIII.
Gerardus Lajcus divinis ditatus apparitionibus. 105. IV.
Gerardus de Monte Fuſculo Epiſcopus Dragonarienſis. 208. VII.
Gerardus Odouis Legatus Poutificins in Sicilia. 3. IV. moritur. 22. IV.
Gerardus de Pomerio Monaſterium Clariſſarum Aquenſe conſtruit. 75. XLIV.
Gerardus Roberti Amerinus Epiſcopus. 177. XVII.
Gerwicus Epiſcopus Balezenſis. 7. XIII.
Giannius Anconitanus a beata Micbaelina Piſaurienſi pro ægroto filio ſalutem impetrat. 122. XXVII.
Giennenſis Conventus. 286. XXXII. & Monaſterium. 247. XXXIII.
Ginebra a Fonſeca valde orationi addicta. 186. XIII.
Giraldus Grimaldus ad Pariſienſe Magiſterium aſſumitur. 33. X.
Gomezulus de Buition Conventum Bernei reſtanrat. 136. XXIII.
Goodiſalvus de Gondiſalvo Epiſcopus Gadicenſis. 177. XVII.
Gondiſalvus de Quiras decedit. 325. XLI. ejus epitaphium. 326. XLI.
Gonſalvus Hiſpanus miſſus in Tartariam. 230. XI.
Gonſalvus Linianus Eccleſiam Conventus Bilbilenſis conſtruit. 155. VII.
Gonſalvus Sancii prædo convertitur. 150. II. ejus miranda poſt converſionem opera. ibidem. ſeq.
Græcorum Imperator ad Papam Oratores mittit pro unionis negotio. 29. I. Pontificios Legatos grato animo excipit. 30. I. V. *Paleologus*.
Græcorum Patriarchæ Pontifex mittit epiſtolam. 109. III.
Graneyraci Monaſterium. 76. XLV.
Gratia Minorita a Pontifice Conſtantinopolim miſſus. 38. II. ibi in obſequium Imperatoris detinetur. ibidem.
Gratianopolis Monaſterium. 18. XXXVI.
Gregorius XI. ad ſummum Pontificatum evectus. 232. XXI. ſcribit Fratribus in Tholoſano Capitulo. 279. XX. ad Palæologum Imperatorem Legatos mittit. 289. I. ſacra Paleſtinæ loca recuperare deſiderat. 305. IV. pro Inquiſitoribus Galliarum Regi ſcribit. 310. XII. ſeqq. Minoritas mittit ad infideles inſtruendos. 338. XXIII.
Grimaldus Griſatus ad Pontificatum evebitur. 152. I.
Gualterus Wiburnus doctrina & pietate celebris. 203. XII.
Guido Abbas pacis ſequeſter a Pontifice ad

ad Regem Aragoniæ miſſus. 22. III.
Guido de Cavalcantibus Florentiæ apud Minores tumulatus. 232. XIX.
Guido Gordanus Senatoriam obtinet dignitatem in Urbe. 107. I.
Guido Peruſinus Bartholi præceptor. 145. VIII.
Guidoni Archiepiſcopo Januenſi Pontifex Marcum de Viterbio commendat. 161. X.
Guilbe de Catara viro magnifico Pontifex ſcribit. 96. III.
Guillelmus a ſancto Ægydio fundum Clariſſis pro Monaſterio conſtruendo largitur. 168. XXV.
Guillelmus Belvayſius Archiepiſcopus Nazarenus. 198. XVIII. ad Archiepiſcopalem Turritanam Eccleſiam tranſfertur. 219. XX.
Guillelmus Bretonus moritur. 123. XXXI. doctrina & virtute illuſtris. ibidem.
Guillelmus de Gahanis Cabelliceuſis Epiſcopus. 325. XXXIX.
Guillelmus Campanus pro Chriſto interemptus. 154. IV.
Guillelmus Cardinalis ſancti Angeli Ludovico Franciſci lauream doctoralem donat. 332. VIII.
Guillelmus Cardinalis Oſtienſis a Pontifice ad Palæologum miſſus. 212. I.
Guillelmus Cardinalis Tuſculanus in Mendicantium cauſa Judex. 128. VI.
Guillelmus Carpentoratenſis a Pontifice ad pacificandos Reges Galliæ, Angliæque miſſus. 305. V.
Guillelmus Comaclenſis Epiſcopus Pontificias epiſtolas recipit. 236. V.
Guillelmus Conerenſis Epiſcopus. 91. I.
Guillelmus Ebredunenſis Epiſcopus. 83. XIV.
Guillelmus Emergavi Epiſcopus Kiſaurenſis. 34. XII.
Guillelmus Farinerius Generalis celebrat Comitia Lugduni. 56. X. & Aſſiſii. 99. IX. Conſtitutiones ſancti Bonaventuræ in duodecim capita ordinat. 100. IX. reformationi Gentilis Spoletani reſiſtit. 103. II. Purpura Cardinalitia induitur. 119. XXI. iterato ei committitur regimen Ordinis. 136. I.
Guillelmus Gariſandus Pontificius Sacellanus. 7. XII.
Guillelmus Grimoaldus in Pontificem eligitur. 152. I.
Guillelmus Hieroſolymitanus Patriarcha Fidei Catholicon Armenorum diſquiſitionem commiſſam habet. 52. III.
Guillelmus Judicis Cardinalis Protector Ordinis. 281. XXIII.
Guillelmus de Malaſpinis Minorita. 44. XIV. mirabilis ipſius converſio. ibidem.
Guillelmus Manfredus bona Eccleſiaſtica diripit. 111. VI.
Guillelmus Mauracocchius Legatus ad Imperatorem Græcorum. 30. I. plura obtinet a Pontifice privilegia. 38. I.
Guillelmus Mayni ad Magiſterium promovetur. 202. X.
Guillelmus de Mirolis Cæſenatenſis Epiſcopus. 24. IX.
Guillelmus de Monte Acuto Conventus ſanctæ Columbæ fundator. 204. XV. 287. XXXIII.
Guillelmus Narnienſis Epiſcopus in Fratricellos inquirit. 207. IV. Miniſtrum Generalem Ordinis accuſat ut ſuſpectum in Fide. 211. XIV. a Pontifice ad Genuenſes mittitur Nuncius. 272. III. 273. V.
Guillelmus Nizerienſis Epiſcopus. 89. VI.
Guillelmus Occhamus moritur. 10. XIX. Ejus Epitaphium. 11. XIX.
Guillelmus Peralta pacis inter Siculos Reges promotor. 257. XIX.
Guillelmus de la Pole Monaſterii Eboracenſis conſtructor. 339. XXIV.
Guillelmus de Prato Cambalienſis Archiepiſcopus. 221. I. 223. II. 231. XIX. commendatur a Pontifice. 225. V. 226. VI. in pluribus Academiis Theologiam profitetur. 166. XX.
Guillelmus Raymundus Antiſtes Syracuſanus in acta beati Conradi Pontificio juſſu inquirit. 68. XXXI.
Guillelmus Siſopolitanus Epiſcopus. 107. I. mittitur ad Palæologum. ibidem.
Guillelmus Stabienſis pro Chriſti fide a Mahometanis occiſus. 178. XIX.
Guillelmus Turritanus Archiepiſcopus. 219. XX.
Guillelmus Vaſco Epiſcopus ab Eccleſia Comaculenſi ad Senenſem transfertur. 239. XIII. Ei Pontifex mittit Epiſtolam. 254. XIII.
Guillelmus de Viveriis Sacellanus Pontificius. 56. IX.
Guillelmus Urbinas Epiſcopus partibus Clementis VI. Pſeudopontificis adhæret. 324. XXXIX. a quo Eccleſiæ Hydruntinæ fit adminiſtrator. 325. XXXIX.
Gunterus Comes Suvartzemburgienſis Pſeudoimperator. 21. I.
Gutterius Epiſcopus Palentinus extruendi Monaſterium Tordeſſillarum Petro Crudeli Regi facultatem concedit. 186. XIII.

Ha-

H

HAbitus Minoritici præſcribuntur conditiones. 125. I.
Hæreſis quot modis uſurpatur. 15. XXIX.
Hæretici irruunt in Conventus Iniſch. 48. XXIII. Coinhæ. 48. XXIV. Manvaſchæ, 179. XXII. Limoſii. 185. XI. & Caſtri Geloſii. 203. XIV. in Albania, & Sclavonia errores diſſeminant. 56. VIII. augentur Peruſio. 207. IV. & in Provincia Delphinatus. 310. XI. Corpus beati Simonis de Thorunio comburunt. 170. II. & Fratrem quemdam Minoritam occidunt. 101. XI. Agareni. 266. XXXIV. Fratricelli. V. *Fratricelli*.
Helenæ Reginæ Raſſiæ Pontifex mittit Epiſtolam. 95. II.
Heliæ Cardinali ſancti Stephani cauſa Fratrum Mendicantium commiſſa. 128. VI.
Henricus de Buda Pontificias Epiſtolas recipit. 240. XV.
Henricus Caſtellæ cum Petro fratre de Regno contendit. 220. XXI. 284. XXV.
Henricus Rubeus Comes Adoni Pontificias Epiſtolas recipit. 324. XXXVIII.
Henricus de Halem Occhami amicus. 16. XXXII.
Henricus Hiſpaniarum Rex corpus Ægidii Cardinalis Albornotil propriis humeris defert. 200. II.
Henricus Moguntinus Archiepiſcopus cum Carolo Boemo de Imperio contendit. 20. III. 21. I.
Henricus Pitrich Monacenſis Monaſterium Clariſſis extruit. 187. II.
Henricus I. Primislienſis Epiſcopus. 324. XXXIX.
Henricus Rubeus a Pontifice ad prælliandum contra Sarracenos iuvitatus. 302. I.
Henricus Saxoniæ Dux Carolo Boemo infeſtus. 20. III. 21. I.
Heuriquiorum familia apud Minores in Conventu Tudelano monumentum extruit. 269. XLII.
Heſſo Slegrheltz a Pontifice ad Palæologum Nuncius deſtinatus. 291. IV.
Hieremias a Cortona Tertiarius meritis, virtutibuſque inſignis. 146. II.
Hieronyma de Pueyo Clariſſa ſanctitate celebris. 220. XXII.
Hieronymus Apulus hiſtoriam B. Conradi ſcribit. 73. XXXVII.
Hieronymus Guardianus Ulnenſis pro fide occiſus. 233. II.
Hieronymus Steve oratione & virtutibus illuſtris. 140. IX.
Hiſpalenſe Monaſterium. 328. XLVI.

Honoratus Caetanus Fundorum Comes Conventus Maranulæ extructor. 247. XXXII. Conventum Minturnii concedit Obſervantibus. 168. XXIV. pacis inter Siciliæ Reges ſequeſter extitit. 257. XIX.
Hortæ Conventus. 27. XIV.
Hoſpitale Hieroſolymitanum quando extructum. 102. XIII.
Hoſtia ſacra miraculoſe inventa. V. *Euchariſtiæ Sacramentum*.
Hudinus Baſdeſtuma hæreticus. 182. V.
Hugo Bernardi Pontificem rogat, ut Regularibus faveat. 129. VIII. Conſtitutionis cujuſdam exemplar ab eodem obtinet. 146. X.
Hugo de Cardilione Fulgoni de Agouto a Pontifice commendatus. 176. XIII. ſeq. in quibuſdam Galliæ Provinciis Inquiſitor. 163. XIV. procedit contra Apoſtatas. 176. XIII. 182. III.
Hugo Judex Arboreæ duorum Cœnobiorum in Sardinia fundator. 339. XXIII.
Hugo de Scuria Capellanus Pontificius. 41. IV. ad Colocenſem Archiepiſcopatum evehitur. 74. XLI.
Hugo de ſancto Severino Pontificias litteras pro Terra Sancta recipit. 310. X.
Hugo de ſancto Victore cujus opinionis circa permanentiam Corporis Chriſti ſub Euchariſticis ſpeciebus in locis immundis expoſitis. 241. XIX.
Hugoni Regi Cypri Pontifex ſcribit. 88. V. 107. I.
Hugolinus de Trincis beato Paulutio locum quemdam nemoroſum largitur. 209. X. eidemque apud Miniſtrum Generalem Cœnobium Bruliani impetrat. 210. XI.
Hugolinus de Vacheriis de Minoritis benemeritus, & pencs eos tumulatus. 179. XXII.
Humbertus Delphinus Gratianopoli Monaſterium pro Clariſſis conſtruit. 18. XXXVI. pro eodem obtinet privilegia. 18. XXXVII.
Hungariæ Regi Legati mittuntur. III. V. in Italiam contra Tyrannos advocatur. III. VI. invitatur ad pacem cum Venetis ineundam. 115. X. V. *Ludovicus*.
Hyppolita Leonarda beatæ Michaelinæ Piſaurienſi extruit Mauſoleum. 122. XXVII.

I

JAcoba Columnenſis a Clemente VI. ingrediendi Monaſterium ſancti Silveſtri de Urbe facultatem obtinet. 90. VIII.

Jacobitarum converſioni Minores deſtinati. 33. x.
Jacobum Aragoniæ Regem Pontifex ad ineundam pacem hortatur. 77. iii.
Jacobus Aragonius apud Minores Barcinonæ tumulatus. 10. xviii.
Jacobus Aſſiſias Epiſcopus Fundanus. 166. xxi. ad Eccleſiam Aſſiſiatem transfertur. 208. vii. 219. xx. a Sede Apoſtolica ſocium Minoritam poſtulat. 180. i.
Jacobus a Bario ſanctitate celebris. 124. ii.
Jacobus de Botrono Nicoſiæ Guardianus. 303. ii.
Jacobus Brixienſis Dominicanus Inquiſitor in ſanctum Jacobum de Marchia de ſanguine Chriſti prædicantem invehitur. 58. xiv.
Jacobus a Calagurio miraculis glorioſus. 102. ii.
Jacobus de Capro ſacra Paleſtinæ loca a Pontifice habet commendata. 310. x.
Jacobus Caſtellanus Marturanenſis Epiſcopus. 177. xvii.
Jacobus Cotelle Montiſmarani Epiſcopus. 183. vi.
Jacobus de Falerone Moleini tumulatus. 168. xxiv.
Jacobus Fallonus Mendicantium calumniator. 130. ix. facti pœnitet. 130. x.
Jacobus Gualterus Guillelmi Ocebami Advocatus. 14. xxv.
Jacobus Humanus Epiſcopus Scutarenſis acta beati Conradi Placentini examinat. 68. xxxi.
Jacobus de Joa Epiſcopus Litterenſis. 34. xii.
Jacobus Joannis Jolii Pœnitentiarius Pontificius. 56. ix.
Jacobus Luſignanus Anthiochiæ Princeps a Genuenſibus interfectus. 302. ii.
S. Jacobus de Marchia ab hæreſis nota Pontificio oraculo declaratur immunis. 58. xiv. ei conceſſa facultas, ut ad Capitulum, & Venetias pergat. 60. xvi.
Jacobus Marſicanus a Pontifice ad Florentinos, Piſanoſque conciliandos miſſus. 161. x.
Jacobus Minorita ad Magiſterium promotus. 199. i.
Jacobus de Oſiriaco hæreticus. 182. v.
Jacobus Petrucii Epiſcopus Sueſſanus. 42. vii.
Jacobus de Placentia Miniſter Terræ Sanctæ. 303. ii.
Jacobus Polonus Halicienſis Archiepiſcopus. 324. xxxix.
Jacobus de Ponte Turno Epiſcopus Lucenſis. 34. xii.
Jacobus de Ponto Epiſcopus Milopotamenſis. ibidem.
Jacobus Reatinus Franciſco de Manellis lauream doctoralem confert. 209. viii.
Jacobus Rex Neapolitanus apud Minores Soriani tumulatus. 325. xl.
Jacobus de Roncarolo Placentinus vir eruditus. 220. xx.
Jacobus de Sabaudia. 299. ii. apud Fratres Pinerolii ſibi delegit ſepulcrum. ibidem.
Jacobus Siracuſanus Epiſcopus beatum Conradum viſit. 63. xxiv.
Jacobus de Sora Epiſcopus Equenſis. 25. ix.
Jacobus de Spinello ſacræ Scripturæ, & ſeotentiarum librorum Interpres. 333. x.
Jacobus de Tolomæis Tuſciæ Inquiſitor. 266. xxxiv. ad Magiſterii gradum promovetur. 180. t. 183. vi.
Jacobus Venetus beatæ Michaelinæ meritis a naufragii periculo erutus. 122. xxix.
Jacobus de Uratislavia Pontificias recipit epiſtolas. 240. xv.
Jacobus Urgelitanus Comes in Petrum fratrem Aragoniæ Regem conſpirat. 22. iii.
Januenſes. V. *Genuenſes*.
Jaqueto de Leſignano Pontifex epiſtolam mittit. 238. ix.
Jeſuatorum Ordo in Minoritico Tuſcanellæ Cœnobio a Pontifice approbatus. 200. i.
Imago Jeſu Chriſti in Monaſterio Reynoſi celebris. 288. xxxiv.
Imago beatæ Virginis mulieri peccatrici divinam indicat veniam. 36. xvii. alia Imago ejuſdem miraculis corniſcat. 248. xxxiii.
Imago ſancti Patris Franciſci prodigio celebris. ibidem.
Imolenſis Conventus. 140. x.
Imperator Græcorum. V. *Græcorum Imperator*.
De Inish-Cluaninrhamada Conventus. 46. xix.
Innocentius III. Pontifex, cujus ſententiæ circa permanentiam Corporis Chriſti ſub ſpeciebus Euchariſticis immundis locis expoſitis. 241. xix.
Innocentius VI. ad Pontificatum evehitur. 84. xvii. Petrum Fanenſem Smyrnæ Vicarium inſtituit. 87. ii. eumdem Venetiarum Duci, Regique Cypri commendat. 87. iv. 88. v. ad Regem Raſſiæ Minoritas Nuncios mittit. 92. i. ſeqq. Fratricellorum comprimit audaciam. 98. vi. ſeqq. 100. x. privi-

vilegium revocat a ſuo Prædeceſſore Gentili Spoletano conceſſum. 104. III. ſcribit Palæologo Imperatori Græcorum. 108. II. Fratribus Capituli Generalis Aſſiſii. 100. X. Prælatiſque Angliæ pro Ordinibus Mendicantium. 128. VII. Ludovicum Hungariæ Regem contra Tyrannos Italiæ advocat. 121. VII. quem cum Venetis reconciliare conatur. 114. IX. 115. X. Aquilejenſi, Gradenſique Patriarchis mandat Catholicos a Schiſmaticis ſejungi. 114. VIII. fratri Michaeli Inquiſitori accurrit, 116. XII. ſeqq. Nunciis Apoſtolicis Clariſſarum viſitationem interdicit. 124. XXXIII. Ordinem Franciſcanum commendat. 126. II. in Hiſpaniam Bernardum de Podio Inquiſitorem mittit. 142. I. privilegia Clariſſis concedit. 146. X. ejus epiſtolæ. V. *Epiſtolæ*. moritur. 152. I.

Inquiſitores Minoritæ. V. *Minores*.

Interamnenſis Conventus. 185. X.

Joanna Aragonia apud Minores tumulata. 269. XLII.

Joanna de Belloviſu Monialis plures gratias impetrat a Pontifice. 38. I.

Joanna Galliarum Regina pro Monaſterio de Muncello impetrat privilegia. 18. XXXVII. erga Franciſcanum Ordinem ei Pontifex benevolentiam teſtatur. 17. XXXII.

Joanna Hermoſilla virtutibus inſignis. 155. I.

Joanna Imperatrix Græcorum Tertii Inſtituti alumna. 38. II.

Joanna de ſancta Maria in oppido Balnei tumulata. 148. III.

Joanna Numneſia Cœnobium Minoritis conſtruit. 136. XXIII.

Joanna de Ordaz Clariſſa præclaræ virtutis. 186. XIII.

Joanna Regina Siciliæ ab Hungaris, Siculiſque vexata. 3. VI. Ludovico Principi Tarentino nubit. ibidem. Sultano pro Minoritis Paleſtinæ degentibus ſcribit. 167. XXII. ſeqq. de iiſdem Minoritis, deque Clariſſis benemerita. 231. XVIII. 328. XLVII. Fratribus itinerantibus privilegia largitur. 179. XXIII. Puteolanum Cœnobium conſtrui curat. 26. XIII. opere fratris Veſiani Ronlandi in arduis negotiis utitur. 42. VII. beatus Philippus Aquerius ei obitum, aliaque futura prædicit. 217. XIV. pacem init cum Siculis. 4. VIII. 256. XVIII. conditiones hujuſmodi pacis præſcriptæ. 257. XVIII. aufugit in Provinciam. 20. III. Comitatum Venuſinum Pontifici Clementi vendit. 84. XVII. Nuncium mittit Pontifici. 200. I. Pontificiæ ad eam litteræ. 260. XXV. V. *Epiſtolæ*.

Joanna Signenſis miraculis glorioſa. 148. III.

Joannes de Abbatibus Apoſtolicus Auditor ad Genuenſes a Pontifice miſſus. 272. III. 273. V.

Joannes Adrienſis Epiſcopus. 89. VI.

Joannes Alberionis ad Magiſterii gradum aſſumptus. 177. XVIII.

Joannes Ambianenſis Pontificem pro Terræ ſanctæ negotiis adit. 306. VI.

Joannes ab Anglia coruſcat prodigiis. 37. XVIII.

Joannes de Aragonia Archiepiſcopus Calaritanus. 99. VIII.

Joannes de Argentina a Miniſtro Generali laurea doctorali inſignitus. 180. I.

Joannes Aſtenſis Epiſcopus cum Joanne Epiſcopo Vercellenſi contendit. 156. I.

Joannes Aſtoriaci Comes Conventus Mirandæ fundator. 327. XLV.

Joannes Barbus Epiſcopus Venetus. 35. XII.

Joannes de Bardaxino Epiſcopus in Sardinia. 106. VI.

Joannes Baſtardus contra hæreticos a Pontifice excitatus. 312. XV.

Joannes Bederenus Aquitanus vir religioſiſſimus. 334. XIV.

Joannes Bituricenſis ad prælium in Sarracenos advocatus. 305. V.

Joannes Biſſinianenſis Epiſcopus 99. VIII.

Joannes de Boje Conventum Dolæ extruit. 267. XXXVIII. 271. II.

Joannes Bucchius ſui obitus horam prædicit. 105. V. & miraculis coruſcat. ibidem.

Joannes de Buco Magiſter inſtituitur. 84. XVI. & Miniſter Generalis Ordinis. 125. I. ei ſuccedit in munere Marcus Viterbienſis. 193. IX. moritur. 136. I.

Joannes Bura clarus prodigiis Panormi tumulatus. 105. IV.

Joannes Calvenſis Epiſcopus. 24. IX. ejus epitaphium. ibidem.

Joannes Cambareti Altararius ſancti Petri. 209. VIII. & ſacri Palatii Cuſtos. 231. XVII.

Joannes de Canali Pontificius Pœnitentiarius. 41. IV.

Joannes Cantacuzenus Græcorum Imperator Oratores pro unione ad Pontificem mittit. 29. I. cujus primatum palam confitetur. 303. I. epiſtolas ab eodem recipit. 289. I. V. *Epiſtola*, *Cantacuzeni*.

Joannes Caſſalenſis ad Regem Siciliæ Pontificius Legatus. 323. XXXVI.

Joannes de Caſtaigna Sacellanus Pontificis, 332. VIII.

Joan-

Joannes Caſtellanus EpiſcopusMaranenſis 89. VI.
Joannes Caturcenſis Epiſcopus Conventus Brolii conſtructor. 145. IX.
Joannes de Caulibus in Evangelia commentaria ſcribit. 333. X.
Joannes Boemiæ Rex privilegia Clariſſis Znoimæ largitur. 28. II.
Joannes de Cheneyo ad Magiſterium promovetur. 202. X.
Joannes Chriſtiib Concionator celebris. 333. X.
Joannes de Civitate Caſtellana Balneoregienſis Epiſcopus. 24. IX.
Joannes Claromontius pacis promotor inter Siculos Reges. 257. XIX.
Joannes de Clavaxio Scithienſis Epiſcopus. 75. XLII. a Maria Regina Armeniæ ad Pontificem miſſus. 260. XXV.
Joannes Clautrot Pontificius Pœnitentiarius Papales recipit litteras. 265. XXXIII.
Joannes Clin Conventus Hiberniæ deſcripſit. 48. XXIV.
B. Joannes Columbinus Pontifici ſui Ordinis res commendat. 200. I.
Joannes Columbus virtute meritiſque præclarus. 334. XIV.
Joannes Comes Montis Ferrati cum AmadeoSabaudo bellum init. 156. I. ei Pontifex epiſtolas mittit. 156. II. 157. VI.
Joannes Coronenſis Epiſcopus. 75. XLII. mittitur in Armeniam Legatus. 1. I. 40. I. & ad Imperatorem Græcorum. 31. VI. 40. I. alius Joannes Coronenſis Epiſcopus. 75. XLII.
Joannes Cotronenſis Epiſcopus. 183. VI
Joannes Cremonenſis ad Magiſterium evectus. 332. VIII.
Joannes Cuſtodieuſis Epiſcopus Eccleſiæ Conventus Niverniæ primum lapidem ponit. 139. VII.
Joannes Dalphinus Gradonico in Venetiarum Ducatu ſuccedit. 116. XII. ei Pontifex epiſtolas mittit. V. *Epiſtola*.
Joannes a Damaſco Tertii Ordinis pro fide necatus. 19. II.
Joannes Didacus de Haro Miniſteriatu Caſtellæ dejectus. 337. XIX.
Joannes Dimitaceuſis Epiſcopus. 198. XVIII.
Joannes Dolienſis Epiſcopus. 106. VI.
Joannes Donandus Eques Conventum Manvaſchæ transferri curat. 179. XXII.
Joannes Dublineuſis Archiepiſcopus. 57. XII. eum Pontifex jubet hæreticos perſequi. 58. XII.
Joannes Erfordius in utroque jure clariſſimus. 46. XVII.
Joannes Eugubinus Epiſcopus. 42. VII.
Joannes Ferrerus Epiſcopus Terracinæ. 166. XXI.
Joanues Fliſcns Vercellenſis Epiſcopus in bonorum occupatione gravatus. 157. IV. contra Genuenſes invehitur. 234. I. ei Pontifex epiſtolas mittit. 235. IV. 252. IV. V. *Epiſtola*.
Joannes Florentinus Tartarorum Legatus ad Papam. 87. I.
Joannes Franciæ Rex ab Angliæ Rege in bello captivus ducitur. 125. III. 149. II. Monaſterium Clariſſarum de Bruſud conſtrui curat. 180. XXIV. V. *Joannes Valeſius*.
Joannes Galletus Sacellanus Pontificius. 56. IX.
Joannes de Gallinaro Epiſcopus Gravinenſis. 42. VII.
Joannes Gardienſis Epiſcopus. 24. IX.
Joannes Garidus Tertiarius virtute illuſtris. 179. XXIII.
Joannes Gaz Conventum Lumbreganum ædificat. 286. XXX.
Joannes Gonſalvus in Hiſpaniam Reformator miſſus. 284. XXV.
Joannes Gradonicus Venetiarum Dux a Pontifice Palæologum commendatum habet. 107. I. ejus Miniſtri Inquiſitori reſiſtunt. 116. XII. eique Pontifex iterato ſcribit. V. *Epiſtola*.
Joannes Gravinenſis Epiſcopus pacis ſequeſter inter Siculos Reges. 256. XVIII.
Joannes Guentus in Cambria Brittanorum ſanguine natus. 46. XVII. doctor inſignis. ibidem.
Joannes Hiltonus doctrina floret. 333. XI.
Joannes Hiſpanus virtute præclarus. 340. II. Martyrium pro Chriſto patitur. ibidem.
Joannes de Hornaco Conventus Quinquecclesienſis Fundator. 338. XXIII.
Joannes Jacobi Hiſpellas Inquiſitor Provinciæ ſancti Franciſci. 5. IX. ei a Cardinali Bertrando epiſtolæ mittuntur. 6. XI. ad Epiſcopalem Sedem Catacenſem fuit evectus. 106. VI.
Joannes Lancaſtriæ Dux ad præliandum contra Sarracenos a Pontifice excitatus. 302. I. 305. V.
Joannes Laſcari Conſtantinopolitanus cum fratre Petro de Aragonia ad Regis Cypri negotia Romam pergit. 273. VI.
JoannesLatonus quoſdam articulos ſuper Euchariſtiam e ſuggeſto docet. 241. XVII. commeudatus & honoribus auctus a Pontifice. 244. XVI.
Joannes de Leſignano Pontificias epiſtolas recipit. 238. X. 260. XXV.
Joannes Ligur Albinganenſis Epiſcopus vir-

vir tutibus conſpicuus. 149. I.
Joannes Lobedan. 170. II.
Joannes Lucianus Venetus Burguduenſis Epiſcopus. 219. XX.
Joannes Manfredius Eccleſiæ bona diripit. 111. VI. V. *Franciſcus de Ordelaſſis*.
Joannes Marchelius doctrina inſignis. 333. XI.
Joannes Marchio Montis Ferrati cum Galeatio Vicecomite contendit. 157. IV. ei Pontifex mittit epiſtolam. 157. VI.
Joannes Mariana arguitur. 203. XIII.
Joannes Matrigeuſis Archiepiſcopus. 33. XI.
Joannes Mauriauenſis Vicecomes Conventum Cameræ Minoritis extruit. 185. X. & Monaſterium Mauriancuſe Clariſſis. 186. XIII.
Joannes de Milonio Legatus Regis Galliæ ad Gcuueuſes. 77. I. 79. VI. & ad Regem Aragoniæ. 81. XI.
Joanues Minorita Magiſterii laurea ornatus. 199. I.
Joannes Minorita Pontificius Legatus pacem inter Carolum Imperatorem, Regemque Hungariæ firmat. 197. XVII.
Joannes Monopolitanus Antiſtes Joannæ Reginæ a ſacris Confeſſionibus. 285. XXVIII. Clementis VIII. Pſeudo-Pontificis factioni adhæret. ibidem.
Joannes de Monteſono Epiſcopus Abienſis. 35. XII.
Joanues Moretus ab hæreticis pro fide necatus. 203. XIV.
Joannes Morlandinus Cardinalis perperam jubet, ut Minorita de Sanguine Chriſti diſſerens cogatur ad palinodiam. 58. XIII.
Joannes de Opta in Hiſpaniam mittitur. Reformator. 284. XXV.
Joannes Palæologus. V. *Palæologus*.
Joannes de Panaires Senogallieoſis Epiſcopus. 136. XXII.
Joannes Pelizon Rothomagenſis Domicellus de Terræ ſanctæ recuperatione conſilium præbet. 306. VI.
Joannes Pinaudi Conventum Niverncnſem iterato ædificari curat. 139. VII.
Joannes Piſanus Religione præclarus. 334. XIV.
Joannes Pitrich Monacenſis pro Clariſſis Monaſteriuoi extruit. 187. II.
Joannes Pitſeus Occhamum elogiis celebrat. 15. XXX.
Joannes de Plebe Sacci Conventum Galgignani recipit. 18. XXXV.
Joanues de Poliaco privilegiis Regularium adverſatur. 129. VIII.
Joannes XXII. Pontifex in Ludovicum Bavarum animadvertit. 10. XVIII.
Joannes quidam Minorita miraculis, virtutibusque coruſcat. 149. I.
Joannes de Quinciaco fundum pro conſtruendo Clariſſis Monaſterio concedit. 168. XXV.
Joannes Randatii Dux Patruus Ludovici Siciliæ Regis. 3. IV. contra Joannam Siciliæ Reginam bellum indicit. 3. VI.
Joannes Ravennatenſis Rector a peſtis labe beatæ Michaeliuæ meritis liberatus. 122, XXIX.
Joannes Raolcecus Epiſcopus Coroneoſis. 75. XLII.
Joannes de Rheno Bulgaria Romam pergit, gratumque retert Pontifici Nuncium. 206. II.
Joannes Rodingtonus vir eximius. 46. XVII.
Joannes de Rupeſciſſa vir eximius indigne traducitur. 132. XVI. ſpiritu prophetico enitet. ibidem. a calumuia ſibi objecta vindicatur. 133. XVII. non fuit Pariſienſis Antiſtes. 135. XXI. neque cum alio Joanne Rupeſciſſano confundendus. ibidem.
Joannes Sarlatenſis Epiſcopus a Pontifice miſſus ut Regum Siciliæ nuptias conſecret. 257. XIX. fidelitatis juſjurandum ab Ubertino de Coriolano excipit. 285. XXVIII.
Joannes Saxo in utroque jure doctor celebris, 46. XVII.
Joannes Schitienſis Archiepiſcopus Mariæ Reginæ Armeniæ apud Papam Orator. 260. XXVI.
Joannes Sparnacenſis commendatur a Pontifice Pariſienſi Cancellario. 154. V.
Joannes de Stronconio unus ex primis beati Paulutii ſociis. 210. XIII.
Joannes Taurienſis Epiſcopus Conſtantinopoli Avenionem ad Pontificem miſſus. 303. I.
Joannes Tharſeuſis Archiepiſcopus. 198. XVIII.
Joannes de Valente Genuenſis Gubernator Pontificias excipit epiſtolas. 56. VII, 82. XIII. V. *Epiſtola*.
Joannes Valeſius ad Francorum regimen evectus. 76. I. Joannem de Milonio ad fœdus ineundum inter Genuenſes, atque Venetos mittit. 77. I. Avenionem pergit pro creatione Pontificis. 84. XVII. 85. I. a Rege Angliæ in bello captivus ducitur. 125. III. 149. II. Monaſterium Clariſſarum de Bruſud conſtrui curat. 180. XXIV.
Joannes Vallenſis Anglus Magiſterii laurea decoratus. 209. VIII.
Joannes de Vallibus obit in Domino. 74. XL.

74. XL. ejus hiſtoriæ Synopſis. ibidem.
Joannes de Ubeta cum aliis in Hiſpaniam reformator miſſus. 284. XXV.
Joannes de Vegla Epiſcopus Segnienſis. 208. VII.
Joannes Velle Sacellanus Pontificius. 266. XXXIV.
Joannes Vercellenſis Epiſcopus cum Joanna Aſtenſi conteudit. 156. I.
Joannes Vergarius in Conventu Montis Bodii floruit. 268. XXXIX.
Joannes Veronenſis Epiſcopus Monaſterio ſanctæ Claræ Campi Martii aliud ſanctæ Mariæ Magdalenæ Ordinis ſancti Benedicti annexit. 76. XLV.
Joannes Vicecomes in auxilium a Genuenſibus contra Venetos advocatus. 53. IV.
Joannes Villanus Pichardus Chorum Conventus Ambianenſis extruit. 90. IX.
Joannes de Viriaco a Pontifice contra hæreticos excitatus. 312. XV.
Joannes Wichingamus egregius doctor. 203. XII.
Joannes Wratislavienſis Presbyter falſam doctrinam prædicat. 236. VI.
Joannichi Serviæ Patriarchæ Papa epiſtolas mittit. 95. III.
S. Joannis Rotundi Conventus. 339. XXIII.
Jolanda Nivernienſium Comitiſſa apud Minores tumulata. 139. VII.
Jordanus Treventinus Epiſcopus ad Eccleſiam Mediolanenſem transfertur. 24. IX.
Jordanus de Urſinis cum Geraldo Abbate conteudit. 276. XIII.
Joſephus Spinellus Conventum Cutronis reficit. 155. VI.
Ipſigri Conventus. 168. XXIV.
Iſabella de Appia Comitiſſa Fratribus Cœnobium conſtruit. 211. XV.
Iſabella de Flandria ingrediendi Monialium clauſtra a Pontifice obtinet facultatem. 28. I.
Iſabella de Moncello Munialis a Papa multa impetrat privilegia. 91. I.
Iſabella Palomaria Claridà virtute conſpicua. 220. XXII.
Iſabella de Vernolio Abbatiſſa officio renunciat. 328. XLVII.
Iſnardus de Caſtellan. 265. XXXIII.
Julia de Cortona virtutibus illuſtris. 121. II.
Julianus Lelli Sacellanus Pontificius. 266. XXXIV.
Julianus Nebienſis Epiſcopus. 138. V.
Julianus Provincialis Marchiæ in Cœnobio Molleani floruit. 168. XXIV.
Julius II. ſummus Pontifex Conventum Bruliani inviſit, & ditavit privilegiis. 211. XIII.
Iulius Sanutius Epiſcopus S. Agathæ in Cœnobio Montis Bodii emicuit. 268. XXXIX.
S. Ivo Sanctorum canoni adſcribitur. 8. XIV. in ejus honorem officium divinum poſſe celebrari a Capitulo Generali Lugduneuſi ſtatuitur. 56. X.
Iuſtinupolitanum Monaſterium. 220. XXIII.

L

LAdislaus Hungarus a Schiſmaticis interemptus. 216. XI.
Landulphus Caracciolus, Archiepiſcopus Amalphitanus, a Regina Ioanna ad Siculos miſſus. 4. VI. Logotheta Neapolitani regni conſtituitur. 4. VIII. quot annis in Archiepiſcopatu permanſerit. 5. VIII. mittitur etiam ad Siculos a Pontifice. 4. VIII.
Lancellottus Hieronymi Conventum Maceratenſem ædificat. 198. XIX.
Laufrancus Anconitanus Epiſcopus. 24. IX. inde ad Bergomenſem Eccleſiam transfertur. 34 XII. impetrat a Pontifice facultatem condendi teſtamentum. 38. I.
Laurentius de Brixia Dominicanus Monaſteriorum Urbis reformator. 214. VI.
S. Laurentius martyr ſingulis ſextis feriis e Purgatorii vinculis unam animam ſolvit. 246. XXIX.
Laurentius Minorita Laicus virtutibus illuſtris. 233. I.
Lauſanenſis Conventus. 249. II. 247. XXXII.
Ledonis Monaſterium. 141. XII.
Leo de Lamberto Reginæ Ioannæ apud Pontificem Orator. 258. XXI.
Leo X. ſummus Pontifex beati Conradi cultum concedit. 67. XXX.
Leodegario Nimotienſi Antiſtiti Pontifex Fidei Catholicon Armenorum examen demandat. 52. III.
Leonardus Anconitanus ab Imperatore Græcorum ad Pontificem miſſus. 31. VI. 40. I.
Leonardus de Civitate nova doctrina, & ſanctitate inſignis. 146. II.
Leonardus Giſo Miniſter Generalis Ordinis. 279. XIX. Cardinalis creatur ab Urbano VI. 332. IX. iterato a Clemente VII. Pſeudopontifice. ibidem. jubetur in Provincia ſancti Franciſci ſedare turbas. 298. III. eidem indultum ut Matthæo de Hadeſco lauream conferat,

ferat. ibidem. & etiam Antonio Marcellini. 332. VIII. Paulutii de Trinciis, & ſociorum mores approbat. 298. XX. eſque non paucas concedit facultates. 299. XXI.
Leonardus de Monte alto Pontificias epiſtolas recipit. 234. I.
Leonardus Sulcitanus Epiſcopus. 183. VI.
Leonellus Anglus Princeps Monaſterii Bruſſudenſis fundator. 180. XXIV.
Leonora Iliſpaniæ Regina de Monaſterio Clariſſarum Turiolenſi benemerita. 220. XXII.
Leonora Ulloa Monialis. 186. XIII.
Leopoldus Auſtriacus cum Ludovico Hungariæ Rege contendit. 274. VIII.
S. Liberatus a Lauro miraculis glorioſus. 300. XVI. alius a Liberato Maceratenſi. 301. XVI. Cœnobium in Piceno ejus nomini dicatum. 300. XVI.
Liduina ſeu Lidevigis ſancta Virgo e Purgatorii cruciatibus cujuſdam animam liberaſſe fertur. 246. XXIX.
Ligorium Zurulum Logothetam ad ſanctorum locorum recuperationem Pontifex concitat. 310. X.
Logothetæ munus in Sicilia quantæ excellentiæ. 5. VIII.
Lombarda de Clavalhelis in Abbatiſſam Monaſterii Tholoſani eligitur. 91. XI. de hujuſce electionis validitate contenditur. ibidem. extra clauſtra divagatur. ibidem.
Lourtinenſe Monaſterium. 76. XLIV.
Lucæ Camerti Antiſtiti Pontifex epiſtolas mittit. 276. XIII.
Lucas Laudenſis Epiſcopus moritur. 89. VI.
Lucas de Sabello cum populo Romano contendit. 276. XIII.
Lucenſes Cives Papales recipiunt litteras. 231. XVI.
Lucia Veneta miraculis conſpicua. 148. III.
S. Lucidi Conventus. 168. XXIV.
Ludovica ab Aſcenſione Monialis fama ſanctitatis illuſtris. 90. X.
Ludovica Maurique Cœnobium Minoritarum Bernei reſtaurat. 136. XXIII.
Ludovica de Villalobos Monialis virtute clara. 288. XXXIV.
Ludovicus Brandeburgenſis cum Carolo electo de Imperio contendit. 21. I.
Ludovicus Donatus Petro de Majora laurcam doctoralem confert. 332. VIII.
Ludovicus Ebronenſis Epiſcopus. 183. VI.
Ludovicus Gonzaga Conventum Nivernienſem provinciæ Franciæ adſcribi curat. 139. VIII.
Ludovicus Gravinæ Comes apud Clariſſas tumulatus. 325. XL.
Ludovicus Firmanus Epiſcopus Caſtinenſis. 209. VIII. conſecrat Eccleſiam Podii Canoſi. Ibid.
Ludovicus Flandriæ Comes iterato Minoritis Conventum Nivernienſem ædificat. 139. VII.
Ludovicus Franciſci Aſſiſias ad magiſtralem gradum promovetur. 332. VIII.
Ludovicus Hungariæ Rex de Clariſſis benemeritus. 91. XI. Pontifex ei Palæologum Imperatorem commendat. 107. I. poſtulat facultatem occupandi Raſſiæ regnum. III. V. contra Tyrannos Italiæ advocatur. III. VI. de Bulgarorum Rege victoriam reportat. 195. XV. ejus Nuncius a Pontifice apud Viterbium excipitur. 200. I. ad quem etiam mittit Berengarium de Aragonia. 262. XXX. cum Leopoldo Auſtriaco contendit. 274. VIII. Ei Pontifex Epiſtolas. mittit. V. *Epiſtola*.
Lvdovicus IV. Imperator obit. 10. XVIII.
Ludovicus a ſancto Martino Marchiæ Tarviſinæ Inquiſitor. 277. XVI.
Ludovicus Navarrius pacis ſequeſter inter Siciliæ Reges. 257. XIX.
Ludovicus Pannoniæ Rex in Joannam Reginam invehitur. 20. III.
Ludovicus Pareſius de Pinarolo Cœnobium Taurini reſtaurat. 84. XVIII.
Ludovicus de Sabaudia Jacobi filius. 199. II. apud Minores Burgis ſepultus. 187. II.
Ludovicus Siciliæ Rex decennis regnare incipit. 3. IV. Ei a Joanna Regina mittuntur Oratores. 4. VI. Veſiani Ronlandi Minoritæ opera in variis negotiis utitur. 41. VII.
Ludovicus Tarentinus Joannæ Neapolis Reginæ Matrimonio jungitur. 3. VI.
S. Ludovicus Tholoſanus Epiſcopus in ſomniis Petro Aragonio apparet. 137. III. Ejus brachium apud Montempeſſulanum reconditum. 194. XI.
Ludovicus de Venetiis Doctor Bononienſis. 147. I.
Ludovicus Vicecomes Thovartii Conventum Franciſcanis ædificat. 140. X.
Lues ſæviſſima Orbem fere totum inficit. 21. II.
Lumbreganus Conventus. 286. XXX.
Lupus de Salinis Monaſterium Veroladi reſtaurat. 140. XI.
Lutræ Conventus. 37. XX.
Letzemburgus ſcriptor Richardum Armachanum objurgat. 129. VIII.

M

MAceratenſis Conventus. 198. XIX.
De Maille Comitiſſa Franciſcanis addicta. 179. XXII.
Maliani Conventus. 145. X.
Manecto de Æſio Pontifex mittit Epiſtolam. 234. I.
Manens Minorita Vicarius Orientis Imperatoris Græcorum apud Pontificem Orator. 38. II.
Manfredum de Claromonte Pontifex ad præliandum contra Sarracenos invitat. 302. I. eique Epiſtolas mittit. 324. XXXVIII.
Manfredus Chienſis Epiſcopus. 166. XXI.
Manvaſchæ Conventus. 179. XXII.
Manuel Armenus Reginæ Mariæ ad Pontificem Nuncius. 260. XXVI.
Manuel Comes de Carreto Pontificias Epiſtolas recipit. 251. VI.
Maranulæ Conventus. 247. XXXII.
S. Marcum Evangeliſtam ſibi pollicem amputaſſe perperam Armachanus ſcribit. 127. V.
Marcus Hungarus Concliani oppidum a Barbarorum direptione liberavit. 269. XLIV.
Marcus de Viterbio ad Ordinis Præfecturam evectus. 144. V. 146. I. ad ſedandas in Italia turbas Pontificius Legatus conſtituitur. 155. I. conciliat Sabaudiæ Principes. ibidem. Piſanos, & Florentinos. 169. I. 170. I. Marchionem Montis Ferrati, & Galleatium Vicecomitem. 157. IV. Principes contra diras Anglorum Societates provocat. 173. VIII. laudibus a Pontifice extollitur. 156. II. variæ ad eum Epiſtolæ. V. *Epiſtola*. Ad Cardinalitiam dignitatem evehitur. 193. IX. Fatis tamdem cedit. 215. IX.
Marcus Ulyſſiponenſis corrigitur. 125. I. 137. II. Scribit hiſtorias beatæ Michaelinæ. 123. XXX. & beati Philippi Aquerii. 219. XXVII.
Margarita Burgundiæ Comitiſſa Cœnobium Dolenſe pro Franciſcanis extruit. 267. XXXVIII. 271. II.
Margarita Columnenſis in Monaſterio ſancti Silveſtri de Urbe tumulata. 89. VIII.
Margarita Comitiſſa Flandriæ Nivernii Cœnobium ædificari curat. 139. VII.
Margarita Conjux Jacobi Sabaudi Comitis. 199. II.
Margarita de Montecateſſo Monialis e Monaſterio Neapolitano ad Petralbenſe tranſit. 18. XXXVII.
Margarita de Prato virtute illuſtris. 90. X.
MARIA Virgo beatiſſima mulieri cuidam peccatrici veniam a Divina pietate impetrat. 37. XVII. in ſuis Imaginibus prodigiis coruſcat. 90. IX. 106. VII. 248. XXXIII. in medio ſalicis ſuis devotis apparet. 337. XX. ſeq.
Maria Armeniæ Regina Minoritam Nuncium ad Pontificem mittit. 260. XXV.
Maria Brabantiæ Ducis filia Comitis Sabaudiæ Conjux. 38. II.
Maria a ſancta Clara Monialis celebris. 90. X.
Maria Clariſſa Monaſterii Tudellenſis fundatrix. 220. XXI.
Maria Comitiſſa de ſancto Paulo pro Clariſſis conſtruit Monaſteria de Deneyo. 28. I. & de Waterbech. 37. XX. 39. III.
Maria Coronel Monaſterii Hiſpalenſis fundatrix. 328. XLVI. ingenti ſtudio caſtitatem coluit. ibidem.
Maria Diez Monialis pietate illuſtris. 288. XXXIV.
Maria de ſancto Franciſco virtute celebris. 248. XXXIII.
Maria Friderici Regis Siciliæ filia, parente mortuo, jus ad regnum habet. 257. XVIII.
Maria a Gratia Monialis pietate conſpicua. 248. XXXIII.
Maria Luſitaniæ infans Friderico Regi matrimonio jungitur. 323. XXXVI.
Maria de Ortagno Terrii Ordinis virtutibus emicat. 91. II.
Maria de Padilla Monaſterii Aſtudilii fundatrix. 101. XII. eam Petrus Rex Caſtellæ inſano amore dilexit. ibidem.
Maria de Queto ſanctitate celebris. 186. XIII.
Maria de Reynoſo, & Maria de Rua Moniales illuſtres. 288. XXXIV.
Maria Sabaudiæ Ducis filia. 38. II.
Maria a Velaſco Monaſterium Veroladi iterato ædificat. 140. XI.
S. Mariæ de Gerra, ſive de Serra Monaſterium. 155. VII.
Marianus Florentinus vitam beatæ Michaelinæ ſcribit. 123. XXX. & beati Philippi Aquerii. 219. XVII. ejus menda corriguntur. 137. II. 215. VIII.
Martha de Armaniaco Monaſterium Moyraci extruit. 141. XII.
Martinus Aragonius Guardianus Terræ Sanctæ domum ſancti Nicolai extra Bethleem ædificat. 327. XLV. præſcribendi in ſacris locis Peregrinis incolatum facultatem habet. ibidem.
Martinus Catalanus Guardianus Bethleemiticus ad plures Principes miſſus. 305. IV. 306. VI. Eum Pontifex Miniſtro Generali commendat. 308. VII.

Mar-

Martinus Fulginas Laicus Gentilis Spoletani ſocius . 104. II. miraculis poſt obitum fulget . 104. II. 119. XXII.
Martinus de ſancto Georgio doctrina celebris . 332. IX.
Martinus Ruiz ſanctimonia prodigiiſque glorioſus . 178. XX.
Maſſilienſe Monaſterium . 168. XXV.
Matelicæ ſancti Joannis Conventus. 301. XXVI.
Matildis de Lancaſtria Clariſſa. 180. XXIV.
Matthæus de Adeſco laurea doctorali inſignitus . 298. XVIII.
Matthæus Cantacuzenus Imperatoris Conſtantinopolitani filius Pontificias Epiſtolas recipit . 40. III.
Matthæus de Cunis Panormitanus Archiepiſcopus . 202. IX.
Matthæus Faventinus miraculis coruſcat. 105. V.
Matthæus Fulginas moritur . 119. XXII.
Matthæus Moncadius pacis inter Siculos Reges ſequeſter . 257. XIX.
Matthæus Narnienſis miraculis illuſtris . 298. XIX.
Matthæus Neopatrenſis Archiepiſcopus . 331. VII.
Matthæus de Raguſio Papæ Sacellanus . 23. VII. 28. I.
Matthæus Sanctorcatius ſanctimonia fulget . 338. XXI.
Matthæus Solos ad Magiſterii gradum promovetur . 178. XVIII.
Matthæus Theleſinus Epiſcopus. 24. IX.
Matthæus de Zoſſo Conventus Puteolani fundator . 26. XIII.
Maurianenſe Monaſterium . 186. XIII.
Maurolicus in ſuis operibus beati Conradi Placentini meminit . 73. XXXVII.
Maximianus Beniaminus Inquiſitor . 37. XIX.
Maximo Laſcari Pontifex mittit Epiſtolam . 289. I.
Mecellina Caroli Imperatoris uxor . 197. XVII.
Mencia a Mendoza Monialis virtute præclara . 248. XXXIII.
Mendicantes . V. *Ordines Mendicantium.*
Michael Albanus virtute & pietate conſpicuus . 105. V.
Michael Aquilarius Laicus vir religioſiſſimus . 286. XXXI.
Michael Bargellus ad Magiſterium promovetur . 202. X.
Michael Cantuelis propoſitiones impias perperam Regularibus attribuit . 130. IX. Prælatorum ſpem eludit . 130. X.
Michael de Jadera Epiſcopus Auſarenſis. 177. XVII.
Michael Inquiſitor Florentinus . 5. IX.
Michael Piſanus Inquiſitor Aquilejenſis. 40. IV. & Marchiæ Tarviſinæ. 116. XII. a quibuſdam Venetis in ſuo munere læſus . ibidem . huic malo Pontifex remedium præbet . 116. XIII. eique breve dirigit . 117. XV.
B. Michaelina de Piſauro præclara exorta progenie . 120. XXIII. Viro viduata terrenis rebus abſolvitur . ibidem. Colloquio divino fruitur . 120. XXIV. Facultates egenis diſtribuit . 121. XXIV. Ejus pœnitentia admirabilis. 121. XXV. Sancta Paleſtinæ Loca inviſit . ibidem . ubi ei Chriſtus apparuit . ibidem . Ante & poſt obitum miraculis coruſcat . 121. XXVI. 122. 27. ſeq. in Domino obdormit . 121. XXVII. Vitæ Scriptores . 123. XXX.
S. Michaelis de Monte Conventus . 286. XXX.
Miniſtri Generales Guillelmus Farinerius . 56. X. Joannes Bucchius . 125. I. Leonardus a Giſonibus . 279. IX. Marcus Viterbienſis . 144. V. Thomas Farignanus . 201. VI. V. *ſingulorum nomina* .
Minores mittuntur Legati a Pontifice in Tartariam . 213. IV. & in alias Mundi plagas . 238. XI. ad Græcorum Imperatorem . 289. I. 298. XVIII. ad Regem Caſtellæ . 284. XXV. ad Regem Siciliæ . 323. XXXVI. ad plures alios Principes . 4. VI. 23. V. 38. II. 50. I. 53. V. 87. I. 107. I. 206. II. 212. II. 250. II. 305. IV. V. *Thomas Farignanus* . *Marcus de Viterbio* .
Poſſunt miniſtrare Sacramentum Pœnitentiæ . 57. XII. aliiſque privilegiis fruuntur . V. *in fine cujuslibet anni* .
A Pontificibus laudantur. 126. II. 282. XXIV. 298. XVIII.
Infidelium converſioni invigilant. 256. VI. 292. VI.
Eorum habitus præſcribuntur conditiones . 125. I. commendatur Ordo . 126. II.
Inſtituuntur Inquiſitores contra pravitatem hæreticam . 5. IX. 37. XIX. 83. XIV. 98. VI. 116. XII. 142. I. 143. IV. 163. XIV. 182. III. 207. IV. 266. XXXIV. 270. XLIV. 271. I. 277. XVI. 301. XXVIII. 302. I. 310. XI. 320. XXIX. 333. X. Pœnitentiarii Apoſtolici . 41. IV. 56. IX. Cuſtodes ſacri Palatii . 231. XVII. Sacellani Pontificii . 23. VII. 41. IV. 56 IX. 266. XXXIV. 331. VII. Altararii ſancti Petri . 209. VIII.
Vexantur a Rectoribus , & Plebanis Boemiæ . 57. XII. a quibuſdam aliis Presbyteris . 129. IX. 132. XIV. 236. VI. a Clero Angliæ . 126. III. ſeqq. ab Armachano Antiſtite . 127. IV. a Fratri-

cellis hæreticis. 299. XXII. a Dominicanis pro controverſia de Sanguine Chriſti. 58. XIII.
Eorum Cœnobia. V. *Conventus*.
Minturnenſis Conventus. 168. XXIV.
Mirandæ Conventus. 327. XLV.
Moguerii Monaſterium. 49. XXV. 102. XIII.
Molleaui Conventus. 168. XXIV.
Monachii Monaſterium. 187. II.
Monaldeſca Vanni Monaldi pro Sororibus Tertii Inſtituti Fulginei Monaſterium extruit. 27. XV.
Monaſteria Albenacii. 91. XI. Annoniaci. 18. XXXVI. Aprutinum. 233. XXIII. Aquenſe 155. VII. 75. XLIV. Arborenſe. 76. XLIV. Arelatenſe. 304. XVI. Areſtenſe. 220. XXIII. Aſtudilii. 101. XII. Aziliæ. 151. IV. Biterrenſe. 169. XXV. 187. XXXIV. Brugeſcenſe. 186. XIII. Bruſudenſe. 180. XXIV. Budæ. 91. XI. Brugenſe. 141. III. Buſcoducis. 27. XV. Calatajudii. 248. XXXIV. Carcaſſonæ. 270. XLV. 249. II. Cargnani. 301. XXIX. Carionis. 90. X. de Caſſeriis. 27. XVI. 49. XXVI. 84. XIX. Caſtri Cæſaris. 301. XII. Cathacenſe. 179. XXIV. Cereti 220. XXIII. Cherii. 123. XXXIII. Deney. 27. XVI. 28. I. 301. XXIX. Eboracenſe. 339. XXIV. Falleſii. 198. XIX. Fulginei Annunciationis Tertii Ordinis. 27. XV. Geutiani. 84. XIX. Giennenſe. 247. XXXIII. Graueriaci. 76. XLV. Gratianopolis. 18. XXXVI. Hiſpalenſe. 328. XLVI. Juſtinopolitanum. 220. XIII. Ledonis. 141. XII. Lourtinenſe. 75. XLIV. ſanctæ Mariæ de Gerra, ſive de Serra. 155. VII. Maſſilienſe. 168. XXV. Maurianenſe. 186. XIII. Moguerii. 49. XXV. 102. XIII. Monachii. 187. II. Montis Albani. 270. XLV. Moyriaci. 141. XII. Narnienſe. 270. XLV. Neapolitanum Corporis Chriſti. 102. XIII. Nolanum. 102. XIII. 270. XLV. Palentinum. 287. XXXIV. Podutenſianum. 168. XXV. de Pogeto. 27. XVI. 84. XIX. Pruvinenſe. 328. XLVII. Recinetenſe. 221. XV. Reynoſi. 287. XXXIV. Romanum ſancti Silveſtri. 89. VIII. Rutheuenſe. 37. XX. Schorlinenſe. 155. VII. Setabienſe. 339. XXV. Therami. 328. XLVII. Tholoſanum. 91. XI. 106. VIII. Tordeſillarum. 186. XIII. Tudelanum. 220. XXI. Turolienſe. 220. XXII. Valentiæ. 76. XLV. Ubetenſe. 288. XXXV. Veroladi. 140. XI. 141. II. Veronenſe. 76. XLV. Veteris-Budæ. 91. XI. de Waterbech 28. I. 37. XX. 39. III. Viennenſe. 168. XXV. 270. XLV. Witrighenſe. 339. XXIV. Znoimæ. 28. II.
Moniales. V. *Clariſſæ*.
Montagnanæ Conventus. 46. XVIII.
Montelimius Provinciæ Miniſter Lombardæ Pſeudoabbatiſſæ Monaſterii Tholoſatis reſiſtit. 91. XI.
Montolinus Miniſter Provinciæ Narbonenſis ad Magiſterii gradum aſſumitur. 166. XX.
Montis Albani Monaſterium. 270. XLV.
Montis Bodii Conventus. 267. XXXIX.
Montis Granarii Conventus. 301. XXVIII.
Montis Peruſii Conventus. 300. XXV.
Morina familiæ Tuomoniæ apud Minores tumulata. 47. XIX.
Moyriaci Monaſterium. 141. XII.
Mundinus de Bononia adverſus hæreticos in Corſica laborat. 213. IV.
Mutonus monetæ aureæ nomen. 149. II.

N

NArniæ Civitatis deſcriptio 268. XL. ibi Franciſcanorum Conventus. ibid. & Clariſſarum Mouaſterium. 270. XLV.
Neapoleon de Urſinis pacis inter Siciliæ Reges ſequeſter. 257. XIX.
Neapolitanum Corporis Chriſti Monaſterium. 102. XIII.
Nechſenius Conventus. 286. XXX.
Nicolaus de Agrigento laurea doctorali inſignitus. 169. I. 177. XVIII. Regimine Provinciæ Siciliæ dejectus. 259. XXIII. ad Epiſcopatum Emonenſem promotus. 331. VII.
Nicolaus Aſſiſias Epiſcopus. 24. IX.
Nicolaus Aurinopolitanus Epiſcopus Palæologi interpres. 212. I.
Nicolaus Auximanus ſanguine, & doctrina illuſtris. 333. XII. Archidiaconus Vercellenſis, & Præpoſitus Aquilejenſis inſtituitur. ibidem. Pontificiæ Legationis munere in Syria fungitur. ibidem.
Nicolaus de Ayrolo Pontificias litteras recipit. 240. XV.
Nicolaus Baldacre Eugubinus ſacræ Theologiæ Magiſter. 332. VIII.
Nicolaus Caſtellanus Epiſcopus Papales litteras recipit. 53. V.
Nicolaus de Caſtro Bittonii ſimiliter. ibidem.
Nicolaus Caſucchius. V. *ſupra Nicolaus de Agrigento*.
Nicolaus de Criſma apud Polonos a Pontifice Legatus miſſus. 265. XXXIV.
Nicolaus Cretenſis pietate illuſtris. 334. XIV.
Nicolaus de Croſua. 236. VII.
Nicolaus Eymericus improbatur. 243. XXIII. ſeqq.

Nicolaus Fliſcus Pontificias epiſtolas recipit. 234. II.
Nicolaus de Gara Comes Palatinus Conventus Chenienquenſis conſtructor. 338. XIII.
Nicolaus Hungarus abſtinentiæ admirabilis. 216. XI. pro fide ſanguinem fudit. ibidem.
Nicolaus Melſat ad Ruſſiæ plagas Apoſtolicus prædicator mittitur. 229. X. ei Pontifex epiſtolas dirigit. 230. XII.
Nicolaus Meſſanenſis inter Siculos Reges ſimultates extinguit. 257. XIX.
Nicolaus de Monte Corvino in Cayro Babilonis cum ſociis pro Chriſto necatus. 138. IV.
Nicolaus Montis Ferrati Comes contra Tyrannos Mediolanenſes a Pontifice excitatus. 253. XI.
Nicolaus Mutius Venetus Marchiæ Tarviſinæ Inquiſitor. 271. I. 277. XVI. Opera ſancti Gregorii clara methodo diſponit. 333. X.
Nicolaus de Nigroponte ad Magiſterium promovetur. 202. X.
Nicolaus de Nola Epiſcopus Suanenſis. 208. VII.
Nicolaus de Papalla Panormitanus Epiſcopus. 265. XXXIV. Capellanus, & Eleemoſynarius Regum Siciliæ. 266. XXXIV.
Nicolaus de Pater noſter cur ita nuncupatus 105. V. pietate, miraculiſque floruit. ibidem.
Nicolaus Peruſinus Comes, Tertii Inſtituti profeſſor. 201. VII.
Nicolaus Petri Epiſcopus Aſſiſii. 298. XIX.
Nicolaus Raguſinus beatæ Michaelinæ meritis a naufragio liberatus. 122. XXIX.
Nicolaus Rappolenſis Epiſcopus. 25. IX.
Nicolaus Rentius Senatoriam in Urbe poteſtatem ſibi arrogat. 19. I.
Nicolaus de Reſia Gallus Cardinalis Ordinis Protector. 194. X. ei commiſſum Ordinis regimen. ibidem. Comitia generalia convocat. 201. VI. moritur. 215. IX.
Nicolaus de Romanis V. ſupra *Nicolaus Auximanus*.
Nicolaus Roſſelli Dominicanus Inquiſitor contra Minoritas invehitur. 58. XIII.
Nicolaus Salpenſis Epiſcopus. 75. XLII.
Nicolaus Sanderus Guillelmum Occhamum defendit. 14. XXV.
Nicolaus Sigeros Palæologi ad Pontificem Apocriſarius. 107. I.
Nicolaus Sutor Epiſcopus Eboracenſis in Eccleſia Conventus Ambianenſis tumulatus. 90. IX.
Nicolaus de Varis Epiſcopus Caſtrenſis. 166. XXI.
Nicolaus ſancti Vitalis Cardinalis Jacobæ Colnmnenſi ingrediendi Monaſterium facultatem impetrat. 90. VIII.
Nicolaus Umber miraculis nitet. 107. II.
Nicolaus de Urſinis Pontificias epiſtolas recipit. 276. XIII.
Nicolaus Urſus Comes Monaſterium Nolanum conſtruit. 102. XIII.
Nicoletam Recinetenſē paralyſi laborantem beata Michaelina ſanat. 122. XXX.
Nivernienſis Conventus. 168. XXIV.
Nolanum Monaſterium. 102. XIII. 270. XLV.
Nothzemi Conventus. 136. XXIII.
Novariæ Conventus. 145. IX.
Novarienſes Incolas contra Vicecomites Mediolanenſes Pontifex provocat. 294. XI.
Novitius quidam Minorita meritis beati Philippi Aquerii converſus. 217. XIV.
Nuncius Angelus Faſellus doctrina, & ſanctitate præclarus. 185. X.
Nuncius alius Magiſter. ibidem.

O

OBizoni Eſtenſi Pontifex fratrem Fortanerium Vaſellum commendat. 53. V.
Ocehamus. V. *Guillelmus Occham*.
Odoni Papbenſi Epiſcopo Pontifex fidei Catholicon Armenorum examen demandat. 52. III.
Oldradus Epiſcopus Novarienſis devinctus Minoritis. 145. IX. & Mediolanenſibus Tyrannis. 294. IX.
Oliverio Serviæ Deſpoti Pontifex ſcribit. 96. III.
Ordines Mendicantium quantum in Anglia vexati. 126. III. ſeqq. 132. XIV. & Pariſiis. 129. IX. V. *Minores*.
Ordo Minorum commendatur. 126. II. 245. XXVIII. ſeqq. ejuſque Obſervantia reſtituitur, & propagatur. V. *Paulinus de Trinciis, Minores*.
Ordo Ieſuatorum in Franciſcano Tuſcanellæ Cœnobio a Pontifice approbatus. 200. I.
Oroſio Regi Raſſiæ Pontifex mittit epiſtolas. 95. II.
Ortanus Conventus. 267. XXXIX. 198. XIX.
Otto Bavarorum Dux intereſt Nuptiis Caroli Imperatoris. 197. XVII.
Otto Brunſvicenſis Dux. 260. XXV.
Otto Dalmatinus miraculis coruſcat. 49. II.

P

PAlaczinus Epiſcopus S. Iuſtæ. 35. XII.

Palæologus Græcorum Imperator concordiam cum Romana Eccleſia inire deſiderat. 107. I. ſchiſmati ſolemni ritu renunciat. 212. I. ei Pontifex epiſtolas dirigit. V. *Epiſtola. Joannes Palæologus I.*

Palatinus Rheni cum Carolo Boemo de Imperio contendit. 20. III.

Palentinum Monaſterium. 287. XXXIV.

Palma Vanni Moualdi Monaſterii Fulgineuſis Tertii Inſtituti fundatrix. 27. XV.

Palmario Theutonico Capitaneo Serviæ Pontifex mittit epiſtolas. *96.* III.

Pambellus de Caſali. 234. I.

Pancratius Juſtinianus in prælio maritimo occiſus. 80. VIII.

Pandulphus de Malateſtis. *161.* X. cœlitus cogitur miracula beatæ Michaelinæ fateri. 122. XVII.

Pardinus beatæ Michaelinæ Piſaurenſis filius. 120. XXIII.

Paſtor de Serraſcuderio ad Cardiualitiam dignitatem promotus. 41. V. beneficiis, privilegiiſque ditatus a Pontifice. 49. I.

Patritius Cahil in Regulares invehitur. 129. IX. vinculis in Urbe coercetur, & mendacii convincitur. 130. X.

S. Pauli Apoſtoli imago ingenti miraculo enſem ſancto Franciſco tradit. 333. X. II.

Paulus de Burgo ſancti ſepulcri in Tartariam miſſus. 230. XI.

Paulus Franciſcus Romanus Iſernienſis Epiſcopus. 208. VII.

Paulus Gryſaldus Richardo Armachano adverſatur. 129. VIII.

Paulus Harriſius Regularibus iuſeſtus. 132. XIV.

Paulus de Interamne Laquedonenſis Epiſcopus. 75. XLII.

Paulus de Nallo Trincius Epiſcopus Fulginas annuit, ut Monaſterium Tertii Inſtituti Fulginatenſe conſtruatur. 27. XV.

Paulus Patriarcha Conſtantinopolitanus ad Pontificem a Palæologo pro unionis negotio miſſus. 201. IV. adeſt eidem Palæologo fidem profitenti. 212. I.

Paulus III. Pontifex feſtum ſancti Conradi ubique celebrari annuit. 70. XXXIV.

Paulus Smyrnenſis Archiepiſcopus a Palæologo ad Pontificem Apocriſarius. 107. I.

Paulutius de Trinciis prudentius aliis regularem in Ordine Obſervantiam excitat. 104. II. 209. X. multas ab æmulis ærumnas paſſus. ibidem. a Miniſtro Generali Cœnobium Bruliani obtinet. 210. XI. ubi Obſervantiæ ejuſdem fundamenta poſuit. 210. XII. ejus præcipui ſocii. 210. XIII.

Paupertati religioſæ Armachanus Antiſtes adverſatur. 129. IV.

Pax Comachenſis Epiſcopus. 24. IX.

Peregrinus de Saxonia ad Epiſcopatum Boſſienſem aſſumitur. 34. XII. ſanctitate præclarus extitit. *195.* XV.

Peronus de Teruna pacis inter Siculos Reges promotor. 257. XIX.

Peruſii de Monte Conventus. 300. XXV.

Peruſini Inquiſitoribus reſiſtunt. 207. IV.

Petrarcha Clementem VI. ſummum Pontificem celebrat. 84. XVII. 85. I. apud Noſtrates pernoctat. 124. II.

Petricagii Conventus. 101. XI.

Petrinus Aquilejenſis Inquiſitor ab officio amovetur. 40. IV.

Petrocinus Archiepiſcopus Raveunæ a Pontifice miſſus ad Florentinos, Piſanoſque conciliandos. *161.* X. & ad Ludovicum Gonzagam. *276.* XII.

Petrocinus de Mantua Magiſter inſtituitur. 202. X. adverſus Vicecomites Mediolanenſes Thomæ Gradenſi Patriarchæ cooperatur. 275. X.

Petrus Agrigentinus pacis inter Siculos Reges promotor. 257. XIX.

Petrus ſancti Angeli Epiſcopus. 7. XIII.

Petrus de Aquila ab Inquiſitionis munere cum honore amovetur 5. IX.

Petrus Aragoniæ Rex a Jacobo germano vexatus. 22. III. advocatur a Venetis auxiliarius adverſus Januenſes. 53. IV. cum Rege Caſtellæ contendit. 139. VIII. conſtruendi pro Minoritis Cœnobium in Valle Joſaphat a Pontifice obtinet facultatem. 154. V. Palatium Clariſſis Turiolenſibus largitur. 220. XXII. ejus filio Petro directæ Papales litteræ. 78. IV. 81. XI. XII.

Petrus Aragonius Princeps Minorita. 137. II. quomodo initiatus. 137. III. monet Pontificem ut Romam ſe recipiat. 194. XI. ſancti Ludovici brachium jubetur dare Montiſpeſſulanis. 194. XII. in Cyprium mittitur. 238. IX. maximis ditatur privilegiis. 261. XXIX.

Petrus de Aſſiſio Bartholi præceptor. 145. VIII.

Petrus de Bardis Pontificias litteras recipit. 240. XV.

Petrus de Baſſiano Epiſcopus Venafri. 177. XVII.

Petrus Bertrandus Cardinalis Monaſterii Annoniaci fundator. 18. XXXVI.

Pe-

Petrus Boemiæ provinciæ Miniſter moritur. 20. IV.
Petrus Bonageta falſo errorum inſimulatur. 240. XVI.
Petrus de Briva Calvenſis Epiſcopus. 24. IX.
Petrus Burdegalenſis Medicus a ſancto Antonio Patavino ingentem gratiam obtinet. 203. XIII.
Petrus de Carbonaria Sacellanus Pontificius. 331. VIII.
Petrus Cardinalis ſancti Martini in Montibus cauſam Mendicantium examinare jubetur. 128. VI.
Petrus Caſtellæ Rex Alphonſo Patri in gubernio ſuccedit. 45. XIV. odio habet uxorem. 101. XII. pro conſtructione Monaſterii Aſtudilii ſumptus præbet. ibidem. exhortatorias ab Pontifice litteras accipit. ibidem. aliaſque ad alia negotia. 143. III. V. *Epiſtola*. cum Petro Aragoniæ conteodit. 139. VIII. & cum Henrico germano. 220. XXI. 284. XXV.
Petrus Coruarius Coronenſis Epiſcopus. 202. IX.
Petrus *Cradelis* nuncupatus, Rex Hiſpaniarum, Bilbilenſes obſidet. 155. VI. Monaſterium Tordeſillarum extruit. 186. XIII.
Petrus Cypri Rex Nuptiis Caroli Imperatoris convenit. 197. XVII. Alexandriæ urbem expugnat. 215. X. a ſuis Germanis interficitur. 271. I. Petrus filius ei ſuccedit in regno. 272. I. quod a Gennenſibus invaditur, & reſtituitur. 302. II.
Petrus de Dola ſanctitate celebris. 271. II.
Petrus Eremita Gallus Principes Chriſtianos ad bellum ſacrum excitat. 305. IV. 307. VI.
Petrus Exerica regni Valentini procurator. 22. III.
Petrus Fabri Epiſcopus S. Angeli. 143. IV.
Petrus Fanenſis. V. infra *Petrus Patricelli*.
Petrus Florentinus Epiſcopus Pontificias epiſtolas recipit. 188. II. 192. VII. V. *Epiſtola*.
Petrus Fregoſius ad regnum Cypri expugnandum a Genuenſibus miſſus. 302. II. ab iiſdem multis ditatus privilegiis. 303. II.
Petrus a Gamarra de ſui obitus die a Crucifixi imagine præmonetur. 338. XXI.
Petrus a Garda Papæ legatus ad Regioam Siciliæ. 23. V.
Petrus Garillus hæreticus. 182. V.
Petrus Gonzalez de Mendoza in Cœnobio Saliceti initiatus. 338. XXII. de eodem Cœnobio plurimum benemeritus. ibidem.
Petrus de Gnaldaſajara Auguſtinianus a Pontifice ad colligendum pretium redemptionis captivorum in Hiſpania Commiſſarius inſtituitur. 322. XXXIII.
Petrus Gualdenſis Eremita moritur. 202. VII. Ejus corpus ad Eugubinum ſolum transfertur. ibidem.
Petrus Guardienſis Epiſcopus. 99. VIII.
Petrus Lupianus militem contra hæreticos ducit. 185. XI.
Petrus Lyppi Inquiſitor in Tuſcia. 320. XXIX.
Petrus Majora Lector Peruſinus. 332. VIII
Petrus Monſtrius ad ſummum Pontificatum evehitur. 232. XXI.
Petrus Maria Campus hiſtoriam B. Conradi ſcribit. 73. XXXVII.
Petrus de Martigniaco Capellanus Pontificius. 106. VI.
Petrus Maturus Occhamum commendat. 12. XXI. 14. XXV.
Petrus de Monte Politiano ad Tartaros miſſus. 230. XI.
Petrus de Montibus in pluribus Galliæ Provinciis Inquiſitor. 83. XIV.
Petrus Montis Albani Comes Sacelli cujuſdam in Eccleſia Minorum Conclani patronus. 269. XLIV.
Petrus Montolinus Joannem Alberionem ad magiſterium promovet. 177. XVIII.
Petrus Pactenſis Epiſcopus ſocius Bartholomæi Tragurienſis in Pontificia Legatione ad Raſſiæ Regem. 92. I. mittitur etiam ad Imperatorem Palæologum. 107. I. & ad Regem Hungariæ III. V. eum Pontifex iterato laudat. 109. II. 110. III. eique Epiſtolas dirigit. V. *Epiſtola*.
Petrus Patricellus Fanenſis Dux militum contra Sarracenos inſtitutus. 7. XII. multis a Pontifice commendatur Principibus. 56. IX. Vicarius Smyrnæ præficitur. 87. II. & Pontificiæ adnumeratur familiæ. 105. VI. 199. I. Papales litteras recipit. V. *Epiſtola*.
Petrus Paulus Senenſis Conventum Cetonii accipit. 201. VII.
Petrus Placentinus Archiepiſcopus Smyrnenſis. 138. V.
Petrus de Podio in Cœnobio Interamnenſi ſtruit. 185. X.
Petrus Retrocinus Aquenſis Præpoſitus Pontificias Epiſtolas recipit. 236. V.
Petrus Rodulphus de Toſſiniano hiſtoriam beatæ Michaelinæ Piſaurienſis ſcribit. 123. XXX. & corpus ſancti Gaudentii Martyris honorifice recondit.

dit. 268. xxxix. ejus menda corriguntur. V. *Rodulphus*.
Petrus Romanus Tertii Ordinis pro Chriſto a Sarracenis Martyrium paſſus. 138. iv.
Petrus de Salamina Epiſcopus Catacenſis. 106. vi.
Petrus Siciliæ Rex pueri filii Tutorem Joannem germanum conſtituit. 3. iv.
Petrus ſocius beati Franciſci Tertiarii. 42. ix.
Petrus de Sora ſancti Franciſci Provinciæ Miniſter beato Paulutio, Regularique Obſervantiæ propitius. 336. xvii.
Petrus Theutonicus Pactenſis Epiſcopus. 92. i.
Petrus Thomaſius Carmelita Pactenſis Epiſcopus. V. ſupra *Petrus Pactenſis*.
Petrus Tranſtyberinus Hoſpitalium, & Cœnobiorum Urbis Viſitator inſtitutus. 214. vi.
Petrus Treventinus Epiſcopus. 24. ix.
Petrus Veronienſis ab hæreticis pro fide necatus. 203. xiv.
Petrus Villacretius num Conventus Saliceti fundator. 336. xviii. ſeqq.
Philippa Angliæ Regina Cœnobium pro Minoritis ædificari curat. 17. xxxv.
Philippus Aquerius parentibus nobilibus oritur. 216. xii. Ejus vitæ primordia. ibidem. virtutes. 217. xiii. miracula. 217. xiv. 218. xvi. Crucifixi dolores patitur. 217. xv. in Domino obdormit. 218. xv.
Philippus Ardizoni Davalienſis Epiſcopus. 331. vii.
Philippus Burgundiæ Dux ad præliandum contra Sarracenos excitatus. 302. i. 305. v.
Philippus Caſſellenſis Archiepiſcopus Uperto de Halveſnaen lauream doctoralem confert. 332. viii. inſtituitur privilegiorum conſervator. 339. xxv.
Philippus Conſtantinopolitanus pacis inter Siciliæ Reges ſcqueſter. 257. xix. Ei Pontifex Epiſtolas dirigit. 266. xxxv.
Philippus Gallorum Rex Franciſcanis Cœnobium Bajonæ extruit. 46. xviii. ſatis cedit. 44. xiv. 76. i. Ejus filius Philippus fit a Rege Anglorum captivus. 125. iii.
PhilippusGallus Cardinalis Ordinis Protector. 215. ix. Peruſii moritur. 267. xxxvii.
Philippus II. Hiſpaniarum Rex privilegium pro Minoritis itinerantibus confirmat. 179. xxiii. Pontificem rogat, ut Clariſſas Turrioleníes Obſervantium regimini commendet. 220. xxii.
Philippus de Maceriis ad præliandum contra Sarracenos a Pontifice provocatus. 302. i. 305. v.
Philippus de Maſſa a Conrado de Aquaviva ad Pontificem Orator miſſus. 33. x.
Philippus Minorita ad Magiſterii gradum promotus. 169. i.
Philippus de Monte Calerio. 333. x.
Philippus Nicoſienſis Archiepiſcopus proteſtationem fidei Catholicou Armenorum examinare jubetur. 52. iii.
Philippus Sabaudiæ Dux a Jacobo genitus. 199. ii.
Philippus Sabinenſis Epiſcopus Pontificias litteras recipit. 266. xxxv.
Philippus de Torrington Archiepiſcopus Caſſellenſis. 298. xix. a Richardo Angliæ Rege ad Urbanum VI. miſſus Orator. ibidem.
Philippus de Vintimilio Poutificias Epiſtolas accipit. 324. xxxviii.
Philippus de Urſone Epiſcopus Adjacenſis. 25. ix.
Pileus Archiepiſcopus Ravennas a Pontifice miſſus ad Reges Galliæ, Angliæque conciliandos. 305. v.
Piſani cum Florentinis præliantur. 161. x. 170. i. Eis Pontifex Epiſtolas dirigit. V. *Epiſtola*.
Piſciniani Conventus. 148. v.
Piſtorienſibus Pontifex ſcribit. 321. xxxii.
Pius II. ſummus Pontifex ſanctum Jacobum Picenum eximit a calumniis. 58. xiv. eique Epiſtolas dirigit. 59. xvi.
Pius V. ſummus Pontifex Clariſſas Turolicenſes Obſervantium commendat regimini. 220. xxii. ipſiſque Obſervantibus Conventum Tudelenſem concedit. 269. xliii.
Podutenſianuo Monaſterium. 168. xxv.
De Pogeto Monaſterium. 27. xvi. 84. xix.
Poniatius Carcaſſonenſis milites adverſus hæreticos ducit. 185. xi.
Pontificiæ cenſuræ timendæ. 10. xviii.
Pontiſaræ Conventus. 140. x.
Pontius Aragonius in prælio interemptus. 80. viii.
Pontius Santollus de Catholica Eccleſia benemeritus. 99. viii.
Portus Cæſenatenſis Conventus. 267. xxxix.
Poſſevinus Occhamum vindicat. 14. xxvi.
Pragæ Accademia inſtituitur. 194. xiii.
Prateolus Richardo Armachano adverſatur. 129. viii.
Pravevanſilgami Conventus. 17. xxxv.
Prælubo Cæſari Serviæ Pontifex Epiſtolas mittit. 96. iii.
Protectoris Cardinalis in Ordine Minorum facultates. 282. xxiv.
Pruvinenſe Monaſterium. 328. xlvii.
Pulke Conventus. 227. xlv.

Pulveris tormentarii, ſive pyrii inventor. 183. VII.
Purkardus Comes de Retheze Franciſcanis addictus. 327. XLV.
Puteolanus Conventus. 26. XIII.

Q

Quinqueeccleſiarum Conventus. 338. XXIII.
Quiteria a Cruce ſanctitate præclara. 248. XXXIII.

R

Radulphus Radiptorius Doctor Oxonienſis. 46. XVII.
Radulphus. V. infra *Rodulphus*.
Randacii Conventus. 27. XIII.
Raphael Archadienſis Epiſcopus. 34. XII.
Raſſiæ Rex laborat pro ſuæ gentis converſione. 92. I.
Raterius Rogerii a Pontifice ad Regem Aragoniæ miſſus. 77. I.
Ravanacius Epiſcopus Teldenſis. 219. XX.
Ravennates coguntur ad parendum Eccleſiæ mandatis. 119. XX.
Raymundinus Agienſis Epiſcopus. 75. XLII.
Raymundus Abbas Petrinum Minoritam ab Inquiſitoris officio Apoſtolica auctoritate amovet. 40. IV.
Raymundus de Arcellis doctrina præditus. 333. X.
Raymundus Avellinenſis Epiſcopus. 75. XLII.
Raymundus de Baſſo Aragoniæ Provincialis de Sede Apoſtolica benemeritus. 22. III. Ei Pontifex Epiſtolas mittit. 22. IV.
Raymundus Baucius Spoleti Comes apud Clariſſas tumulatus. 325. XL.
Raymundus Berengarii Magiſter S. Joannis Hieroſolymitani Papales recipit litteras. 260. XXV.
Raymundus Fundanus Epiſcopus. 208. VII.
Raymundus de ſancta Lucia Epiſcopus Arienſis. 34. XII.
Raymundus Morinenſis Epiſcopus Petrum Patricellum a Pontifice commendatum habet. 56. IX.
Raymundus Peralta Joannis Randatiæ Ducis juſſu adverſus Reginam Joannam prælium ducit. 3. VI.
Raynaldus Cardinalis S. Adriani Viterbio Romam ad Palæologum a Pontifice miſſus. 212. I.
Raynaldus de Criſpo pacis inter Siculos Reges promotor. 257. XIX.
Raynerius de Viterbio Pontificius Pœnitentiarius Epiſtolam Pontificiam cum aliis excipit. 240. XV.
Recinetenſe Monaſterium. 21. XV.
Regrandinus primus Conventus Galgignani Guardianus. 18. XXXV.
Regulares V. *Ordo. Minores*.
Reynerius de Aſchebroet Miniſter Conventus Tertii Ordinis Aſcotenſis. 288. XXXVII.
Reynoſi Monaſterium. 287. XXXIV.
Richardus Angliæ Regis filius contra Pictavos, Biturigeſque bellum movet. 125. III.
Richardus Anglus Minorita Theologiæ Magiſter. 334. XIV.
Richardus Bengam hæreticus Catholicis valde infenſus. 48. XXIII.
Richardus Duneuſis Epiſcopus. 211. I.
Richardus Kilmentoniæ Armachano contra Regulares adhæret. 129. VIII.
Richardus Minorita miraculis glorioſus. 105. IV.
Richardus Nazarenus Epiſcopus. 24. IX.
Richardus Oſſorienſis Epiſcopus cum Alexandro Dublinienſi contendit. 17. XXXIV.
Richardus Radulphus Archiepiſcopus Armacanus Ordinum Mendicantium hoſtis. 127. IV. Ejus errores. 127. V. quos Regulares oppugnant. 128. VI. fruſtra adverſus eos laborat. 129. VIII. qualis vitæ, & conditionis fuerit. ibidem.
Richardus Santſojus Pontificius Sacellanus. 331. VIII.
Robertus Boyſellus Capellanus Pontificis. 41. IV.
Robertus de Caſalnovo Epiſcopus Litterenſis. 198. XVIII.
Robertus Comes Palatinus cum Carolo IV. de Imperio contendit. 21. I.
Robertus Foret Magiſter Pariſienſis. 41. IV.
Robertus Dublinienſis Epiſcopus. 302. I.
Robertus Leiceſtrius vir eximius. 46. XVII.
Robertus de S. Severino Coriliani Comes Monaſterium Clariſſarum Gentiani dotat. 84. XIX.
Robertus Siciliæ Rex in beatum Philippum Aquerium devotus. 217. XII.
Robertus de Tymelhy Pontificius Pœnitentiarius. 240. XV.
Rochi Pyrri mendum corrigitur. 202. IX.
Rodericus Caetanus Cœnobium Minturnii conſtruit. 168. XXIV.
Rodulphus Auſtriacus Monaſterii Clariſſarum Viennenſis fundator. 168. XXV.

Rodulphus de Cavalcantibus Florentiæ apud Minores tumulatus. 232. XIX.
Rodulpbus de Cornaco Aquitaniæ Miniſter. 84. XVI.
Rodulphus Gazaguerra ad Magiſterium ſterium promovetur. 202. X.
Rodulphus Petrus Toſſinianus beati Philippi Aquerii hiſtoriam narrat. 219. XVII. ejus corriguntur errores. 184. VIII. 231. XVIII. 239. XIII. 267. XXXIX. 268. XL. 269. XLIV. V. *Petrus Rodulphus*.
Rogerius Caccia Placentinus Epiſcopus Franciſcanis Conventum Cremæ concedit. 37. XIX.
Rogerius Coneroey ſive de ChonnoeArmachano in Mendicantium favorem reſpondet. 127. IV. commorandi in Londinenſi Cuſtodia a Pontifice obtinet facultatem. 106. VI.
Rogerius Cradok Epiſcopus Waterfordienſis. 42. VII.
Rogerius de Heraclia laurea doctorali inſignitus. 202. X.
Rogerius de Palheriis ad Archiepiſcopalem Panormitanam Sedem aſſumptus. 75. XLI. ei a Pontifice ardua demandantur negotia. 40. III.
Rogerius de Pinibus ſancti Joannis Hieroſolymitani Magiſter Palæologum a Pontifice commendatum habet. 107. I.
Rogerius de Summa de Sabiua Clariſſis Nolanis plura bona largitur. 270. XLV.
Romana Curia Avenionem reliquit. 336. XVI.
Romanum ſancti Silveſtri Monaſterium 89. VIII.
Rudolpbus. V. *Rodulphus*.
Ruthenenſe Monaſterium. 37. XX.

S

SAbiua Bartholomæi de Theramo quædam bona pro Clariſſarum Monaſterio conſtruendo legat. 328. XLVII.
Sabinus Betaldus Ragnſinus Cœnobium pro Minoritis Daſiæ ædificat. 232. XXII.
Sacellani Pontificii Ordinis Prælatis ſubjiciuntur. 285. XXIX. V. *Minores*.
Saliceti Conventus. 336. XVIII. ejus origo & deſcriptio. ibidem. ſeqq.
Salonis Conventus. 301. XXVII.
B. Salvator Alphonſus unde ab Hortanuncupatus. 27. XIV.
Sancia Siciliæ Regina erga beatum Philippum Aquerium devota. 217. XII. Monaſterium Maſſilienſe privilegiis, aliiſque bonis ditat. 168. XXV.
Sancius Lopeſius Regis Aragonii conſanguineus Archiepiſcopus Tarraconenſis. 8. XIII.
Sanctes Parochus Maceratenſis. 198. XIX.
Sandalus Imbriada cum Landulpho Caracciolo ad Siculos a Pontifice miſſus. 4. VIII.
Sanguinem Animalis non vivere eſt probabilior inter Doctores opinio. 60. XVII.
Sanguinis Chriſti ſacratiſſima reliquia in Eccleſia Lateranenſi aſſervatur. 60. XVIII. Barchinone de eodem Cruore pretioſiſſimo gravis controverſia exorta. 58. XIII. ſeqq.
Saxoniæ Dux cum Carolo Boemiæ de Imperio contendit. 20. III. 21. I.
Scborlinenſe Monaſterium. 155. VII.
Scislaus Minorita Ulnæ in Livonia cum ſociis ab Infidelibus Martyrio laureatus. 233. II.
Secundo Ottoni Marchioni Montiſferrati Pontifex mittit epiſtolam. 252. IX.
Seguiranus de Janua Sacellanus Pontificius. 41. IV.
Serravalleuſis Conventus. 267. XXXVIII.
Servatius Tuſcus ſummæ moralis de vitiis, & virtutibus auctor. 333. X.
Serviæ Regi, & Baronibus Pontifex mittit epiſtolam. 92. II. ſeq.
Setabienſis Conventus. 270. XLIV. & Monaſterium. 339. XXV.
S. Severini Conventus. 140. X. 270. XLIV.
Sibilla a Baucio Jacobi Sabaudi conjux. 199. II.
Sigerus Prætor Imperatoris Græcorum Nuncius ad Pontificem. 29. I.
Sigiſmundus Rex Gothorum nuptiis Caroli Imperatoris intereſt. 197. XVII.
Silveſter de Prierate corrigitur. 59. XV.
Simon Arretinus Epiſcopus Cretenſis. 331. VII.
Simon Aymonis miraculis illuſtris. 205. IV.
Simon Bruni laurea doctorali inſignitus. 209. VIII.
Simon Cetonenſis Tertiarius ſuis concivibus carus. 201. VII.
Simon Monaldus Monaſterii Fulginatis Tertii Ordinis fundator. 27. XV.
Simon ſocius Gerardi Laici ſanctitate clarus. 105. IV.
Simon de Thorunio prodigiis glorioſus. 169. II.
Simon Tunſtedus doctrina, & virtute ſpectabilis. 219. XIX.
Sixtus IV. ſummus Pontifex cujus opinionis in controverſia de ſanguine Chriſti. 59. XV.
Sommini Conventus. 146. X.
Sophia Philippi de Archangelis Hieroſolymis pro peregrinis extruit Xenodochium. 102. XIII.

Sorgius Orſonis a Pontifice ad Joannam Reginam miſſus. 23. VI.
De Specu Conventus. 123. XXXII.
Stagnenſis Conventus. 17. XXXV.
Stamni Conventus. 37. XVIII.
Stephanus Alberti Lemovicenſis ad ſummum Pontificatum evehitur. 84. XVII. 85. I.
Stephanus de Larolo Hieropolitanus Epiſcopus. 34. XI.
Stephanus Medenſis Epiſcopus corpus Richardi Armachani Archiepiſcopi transferri procurat. 129. VIII.
Stephanus Raſſiæ Rex pro Catholica fide in ſua ditione laborat. 92. I. ficto colore tamen. 111. V. a Rege Hungariæ expugnatus iterato regnum obtinet. 111. VI. ei Pontifex epiſtolas dirigit. 92. II. V. *Epiſtola*.
Stephaous de Regula Theologiæ Magiſter inſtituitur. 177. XVIII. 169. I. Inquiſitor. 182. III. & Pœnitentiarius. 298. XVIII. ei demaudatur cura reformandi Conventum Avenionis. ibidem.
Stephanus de Reynoſo virtutibus, miraculiſque illuſtris. 101. XI.
Stephanus Rubenſis Epiſcopus. 34. XII.
Stephanus Zagabrienſis Epiſcopus a Ludovico Hungariæ ad Pontificem miſſus. III. V.
Strabo de Bajona, ex Bajonenſi Cœnobio prodiit. 46. XVIII.
Stratimirus Bulgarorum Rex a Ludovico Hungaro ſubjugatus. 195. XV.
Sultano Babyloniæ Joanna Regina pro Minoritis Paleſtinæ ſcribit. 167. XXIII.
Syra ſocia beatæ Michaelinæ Piſaurienſis. V. *Michaelina*.

T

TArtarorum Imperator cum ſuis fidem chriſtianam profitetur. 87. I.
Taurinenſis Conventus. 84. XVIII. 86. IV.
Tellius ex Caſtellæ Regibus Cœnobium Bermei pro Franciſcanis conſtruit. 136. XXIII.
Terdonenſis Conventus. 211. XV.
Terentius Coglanus perperam Regularibus propoſitiones impias attribuit. 130. IX.
Tertiariorum Regula a Clemente IV. præſcripta recenſetur. 288. XXXVII. & in regeſto. 542. conſtit. XXXI. Gregorii XI.
Thadæus Curſius eum filio, ob votum non adimpletum morte plectitur. 179. XXI.
Thariatus Comes Petræ malæ Tertii Ordinis ſanctitate clarus. 233. I.
Thealdus Sibenſis Epiſcopus. 202. IX.
Theobaldus de Boje Conventum Dolenſem extruit. 267. XXXVIII, 271. II.
Theobaldus miles ægrotus beati Philippi Aquerii interceſſione ſanitatem recuperat. 217. XIV.
Theodoricus Hormannus teſtamenti cujuſdam in Clariſſarum favorem conditi exequtor. 27. XV.
Theodoricus Nevemburgenſis Epiſcopus Templum beatæ Mariæ Erfordenſis conſecrat. 89. VII.
Therami Monaſterium. 328. XLVII.
Thomæ cuidam Archiepiſcopo a Pontifice pallium mittitur. 180. I.
Thomas de Amelia Epiſcopus Aſſiſias. 219. XX.
Thomas Antiſiodorenſis Bartholomæi de Alvernia Amicus. 334 XIV.
S. Thomas Aquinas inficiatur ſanguinem Animalis vivere. 60. XVII.
Thomas de Bozolaſco Dominicanus ad Græcorum Imperatorem miſſus. 289. I. Conſtantinopoli regreditur. 308. VIII. plura a Pontifice obtinet privilegia. 289. II.
Thomas Callienſis Epiſcopus. 89. VI.
Thomas Farignanus ad Ordinis Præfecturam promovetur. 201. VI. injuſte traducitur. 211. XIV. ejus exploratur innocentia. ibidem. a Pontifice ad Genuenſes conciliandos mittitur. 234. I. hujuſce legationis proſperum ſortitur eventum. 249. I. contra Tyrannos Mediolanenſes Italiæ Principes excitat. 253. XI. Patriarchales Inſulas Gradenſis Eccleſiæ conſequitur. 256. XV. eum Pontifex encomiis celebrat. 235. II. eique mittit epiſtolas. ibidem. V. *Epiſtola*. beato Paulutio de Trincis multa Cœnobia concedit. 210. XIII. fuit Bononiæ laurea doctorali inſignitus. 147. I. Bartholomæum de Rinoveco Magiſtrum inſtituit. 332. VIII.
Thomas de Ficechio Procurator Generalis Ordinis. 251. V.
Thomas Fulginas cum aliis in Bulgaria pro fide necatus. 216. XI.
Thomas Herefordiæ Comes a Pontifice ad ſacrum bellum provocatus. 305. V.
Thomas Hungarus apoſtata ad Chriſtianam fidem, Minoritis operantibus, revertitur. 138. IV.
Thomas Malaſpina Marchio Papales litteras recipit. 234. I.
Thomas de Nigroponte Epiſcopus Niſerienſis. 183. VI.
Thomas Nimperquey Epiſcopus Chelmenſis. 143. IV.
Thomas Ottonis Pontificias epiſtolas recipit. 234. I.

Thomas Rachami Epiſcopus Aſſiſias. 219. XX. 298. XIX. ei Pontifex litteras mittit. 302. I.
Thomas de Roſſibus decoratus magiſterii laurea. 239. XIV. 249. I.
Thomas de Ryſſi Scotus. 332. VIII.
Thomas Portugallenſis. 239. XIV. 249. I.
Thomas de ſancto Severino Terræ ſanctæ acquiſitiouem a Pontifice commendatam habet, 310. X.
Thomas Sforatus Epiſcopus Civitatenſis. 667. XXI. Callienſis 166. XXI. & Imoleoſis. ibidem.
Thomas Sibenſis Epiſcopus. 202. IX.
Thomas Wake Conventus Warenſis Fuodator. 75. XLIII.
B. Thomaſſucius Umber Petri Eremitæ Gualdenſis Corpori ſepulturam donat. 202. VII.
Thovarci Conveotus. 140. X.
Tinei Conventus. 26. XII.
Tinienſis Conventus 124. I.
Toloſanum Monaſterium. 91. XI. 106. VIII.
Tordeſillarum Monaſterium. 186. XIII.
Trainæ Conventus. 301. XXVII.
Trinciorum familia Montis Bruliani Patrona. 74. XL.
Trithemii de Occhamo teſtimonium. 12. XXI. 14. XXVI. 115. XXX.
Tudelanus Conventus. 368. XLII. & Monaſterium. 220. XXI.
Tuomouiæ Comitum familia illuſtris. 46. XIX.
Turolieoſe Monaſterium. 220. XXII.

U

VAlentiæ Conventus. 139. IX. & Monaſterium. 76. XLV.
Valentinus de Morigiis a Pontifice ad Novarienſes miſſus. 294. IX. & ab eodem pluribus commendatus Principibus. 289. I.
Vallis Joſaphat Conventus. 154. V.
Vauillus Narducius quondam prædo a pœnis, quas incurrerat, abſolvitur. 288. XXVII.
Vapincenſis Cooveotus. 339. XXIII.
Varainzorum familia corporis beati Gerardini translationi incumbit. 269. XLII. ſeq.
Vaſquez corrigitur. 59. XV. 241. XVII.
Ubertinus de Coriolano pacis ſequeſter inter Sicules Reges. 248. I. 256. XVII. itemque inter Fridericum Regem, & Januenſium Ducem. 259. XXIII. Sacellanus Papæ, & Coricoceoſis Epiſcopus inſtituitur. 257. XVIII. inde ad Pactenſem Eccleſiam transfertur. 285. XXVIII.
Ubetenſis Conventus. 179. XXIII. & Monaſterium. 288. XXXV.
Veneti cum Genuenſibus diro bello præliantur. 53. IV. alios Principes advocant auxiliarios. ibidem. ad eos reconciliandos Pontifex mittit Fortanerium Vaſſellum. 53. V. qui plurimum in hoc negotio laborat. 76. I. infauſta ſors eorum in hujuſmodi bello. 80. VIII. pacem tamdem iueunt. 80. IX. & etiam cum Rege Raſſiæ. 111. VI. iterum cum iiſdem Genuenſibus in aula Regis Cypri de præeminentia diſſident. 272. II. primi omnium pulvere pyrio, ſive tormentario ſuot uſi. 184. VII. munus liquiſitiouis impediunt. 116. XII. ob quam cauſam judicio Dei cæſi. ibid. eorum Dux a Pontifice laudatur. 60. XVI. eique mittit epiſtolas. 79. VII. eorumque Bailo degeoti Conſtantinopoli. 229. IX. V. *Epiſtola*.
Veroladi Monaſterium. 140. XI. 141. II.
Veronenſe Monaſterium. 76. XLV.
Veſianus Ronlandus Epiſcopus Eugubinus ad Archiepiſcopatum Capuanum transfertur. 41. VII. Rector Campaniæ, Maritimæque inſtituitur. 56. IX.
Veteris-Budæ Monaſterium. 91. XI.
S. Vicini Cooventus, alias ſancti Joannis Baptiſtæ Matelicæ. 301. XXVI.
Viennæ Auſtriæ Monaſterium. 168. XXV. 270. XLV.
Vincentius Ajacenſis Epiſcopus. 75. XLII.
S. Vincentius Ferrerius cujus ſententiæ circa noviſſimam diem. 134 XVIII.
Vincentius Littarus hiſtoriam beati Conradi latioe ſcribit. 73. XXXVII.
Vincentius Ulnæ in Livonia pro fide occiſus. 233. II.
Vincentius Spinellus Conventum Cigronis reficit. 155. VI.
Viridis Auſtriæ Duciſſa Mooaſterium Clariſſarum ingrediendi obtinet facultatem. 270. XLV.
Vislaus cum Vincentio, aliiſque ſociis Martyrium conſequitur. 233. II.
Vitalis Cæſenas Epiſcopus. 138. V.
Vitrighenſe Monaſterium. 339. XXIV.
Volandus Rodorterius de Frauciſcaois benemeritus, & apud eos tumulatus. 179. XXII.
Urbanus V. Innocentio VI. in Pontificatu ſuccedit. 152. I. ejus patria, & familia. ibidem. ſcribit ad Eccleſiarum Prælatos. 152. II. ad Ducem Sabaudiæ. ad Petrum Aragonium Minoritam. 194. XII. ad Meodicantium Prælatos. 195. XIV. ad Prædicatores, & Minores. 201. V. ad Regem Hungariæ. 206. II. V. *Epiſtola Urbani V.* Florentinos, Piſanoſque componit. 161. X. 170. I. quod mu-

munus Marco Viterbienſi demandat. ibidem. ejuſque opere in aliis negotiis utitur. 173. VIII. ſeq. 187. I. inter Boemiæ, Hungariæque Reges pacem procurat. 197. XVII. Romam redit, Avenione relicta. 199. I. ubi agit de Eccleſiarum fœdere. 201. IV. contra Fratricellos Inquiſitores inſtituit. 207. IV. Eccleſiam Parochialem ſancti Michaelis Cremæ Minoritis concedit. 37. XIX. Nuncium Paulum Patriarcham Conſtantinopolitanum pro unione tractanda excipit. 201. IV.
Urbanus VIII. Minoritis concedit poſſe recitari Officium beati Conradi. 72. XXXVI.
Urbanus de Peruſio doctorali laurea inſignitus. 202. X.
Urſus Achiepiſcopus Cretenſis Petro Fanenſi in Vicariatu Smyrnarum ſuccedit. 87. II.
Walterus Toluus Pontificius Sacellanus. 331. VIII.
Warenſis Conventus. 75. XLIII.
De Waterbech Monaſterium. 28. I.
Werflarienſis Conventus. 150. III.
Willelmus de Buſco teſtamentum in favorem Clariſſarum condit. 27. XV.
Willelmus de Lapola Monaſterii Brugenſion Fundator. 286. XIII.
Witrigheuſe Monaſterium. 339. XXIV.
Wladislaus Opolienſis Dux Caroli Imperatoris Nuptiis intereſt. 197. XVII.

X

X Ereſii Conventus. 151. I.

Z

Zemenichus Conventus. 75. XLII.
Zemovitius Maſſaviorum Dux Nuptiis Caroli Imperatoris intereſt. 197. XVII.
Znoimæ Monaſterium. 28. II.
Zoroaſtes Barignanus beatæ Michaelinæ Piſaurienſi ſepulcrum extruit. 122. XXVII.
Zurita notatur. 257. XIX.

INDEX BULLARUM

Quæ in hujus Octavi Tomi Regeſto continentur.

Numerus Arabicus indicat paginam, Romanus per ordinem poſitas Bullas.

AD audientiam. *Gregorii XI.* 530. X.
Ad audientiam. *Ejuſdem.* 559. LIV.
Ad audientiam. *Ejuſdem.* 560. LVI.
Ad ea. *Ejuſdem.* 358. XXI.
Ad ea. *Urbani V.* 522. LV.
Ad ea. *Gregorii XI.* 558. LII.
Ad ea. *Ejuſdem.* 575. LXXIX.
Ad fructus uberes. *Clementis VI.* 377. XLVI.
Ad grandis noſtræ. *Gregorii XI.* 540. XXIX.
Ad noſtrum. *Ejuſdem.* 554. XLV.
Ad noſtrum. *Ejuſdem.* 562. LX.
Ad ſtatum. *Clementis VI.* 355. XVI.
Ad univerſalis. *Ejuſdem.* 420. CIV.
Æterni Regis. *Clementis VI.* 412. XCVI.
Animarum periculis. *Ejuſdem.* 553. XLIII.
Animarum ſalutem. *Gregorii XI.* 541. XXX.
Apoſtolatus officium. *Clementis VI.* 371. XXXVI.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem.* 373. XXXIX.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem.* 376. XLIV.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem.* 379. XLVIII.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem.* 400. LXXIX.
Apoſtolatus officium. *Gregorii XI.* 586. XCVI.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem.* 589. XCIX.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem.* 590. C.
Apoſtolicæ Sedis. *Clementis VI.* 354. XV.
Apoſtolicæ Sedis. *Ejuſdem.* 386. LVIII.
Apoſtolicæ Sedis. *Gregorii XI.* 537. XXIV.
Attendentes. *Clementis VI.* 346. V.
Attendentes. *Ejuſdem.* 352. XII.
Benigne petitiones. *Innocentii VI.* 437. IX.
Benigne petitiones. *Ejuſdem.* 439. XIII.
Benignitas Apoſtolicæ. *Gregorii XI.* 584. XCIII.
Benigno ſunt. *Clementis VI.* 413. XCVII.
Benigno ſunt. *Innocentii VI.* 455. XXXVI.
Claret in terris. *Gregorii XI.* 563. LXI.
Conſtans tuæ. *Clementis VI.* 422. CVII.
Creditæ nobis. *Ejuſdem.* 363. XXVII.
Creditæ nobis. *Ejuſdem.* 381. LII.
Cum ad ædificationem. *Innocentii VI.* 454. XXXIV.
Cum ad noſtram. *Gregorii XI.* 583. XCII.
Cum a nobis petitur. *Urbani V.* 508. XXXII.
Cum dilectos filios. *Gregorii XI.* 561. LVII.
Cum dilectos. *Ejuſdem.* 560. LV.
Cum dilectus filius. *Ejuſdem.* 535. XX.
Cum dudum. *Ejuſdem.* 533. XVI.
Cum dudum. *Ejuſdem.* 562. LIX.
Cum nos. *Urbani V.* 523. LVII.

Cum nuper. *Gregorii XI.* 558. LIII.
Cum vos. *Ejuſdem.* 555. XLVII.
Cum Religionis. *Ejuſdem.* 535. XXI.
Cum ſicut. *Ejuſdem.* 556. XLIX.
Cum ſit Ars. *Clementis VI.* 382. LIII.
Cum ſit bonum. *Urbani V.* 521. LII.
Cupientes. *Clementis VI.* 364. XXVIII.
Decens reputamus. *Gregorii XI.* 570. LXXIII.
De Religioſa. *Ejuſdem.* 571. LXXV.
Devota fidelium. *Innocentii VI.* 456. XXXVII.
Devotæ Religionis. *Clementis VI.* 427. CXIV.
Devotionis tuæ. *Ejuſdem.* 404. LXXXV.
Devotionis tuæ. *Innocentii VI.* 447. XXII.
Devotionis tuæ. *Ejuſdem.* 452. XXXI.
Devotionis tuæ. *Gregorii XI.* 531. XII.
Devotionis tuæ. *Ejuſdem.* 537. XXIII.
Devotionis veſtræ. *Innocentii VI.* 449. XXVI.
Devotionis veſtræ. *Ejuſdem.* 449. XXVII.
Devotionis veſtræ. *Ejuſdem.* 485. LXXX.
Devotionis veſtræ. *Urbani V.* 503. XXV.
Devotionis veſtræ. *Gregorii XI.* 564. LXIV.
Devotionis veſtræ. *Ejuſdem.* 583. XCI.
Dilectus filius. *Clementis VI.* 400. LXXX.
Diſcretionem veſtram. *Gregorii XI.* 550. XXXVII.
Divina diſponente. *Ejuſdem.* 576. LXXXI.
Dudum vobis. *Ejuſdem.* 561. LVIII.
Dum ad univerſas. *Clementis VI.* 370. XXXV.
Dum ad univerſas. *Ejuſdem.* 377. XLV.
Dum ad univerſas. *Ejuſdem.* 396. LXXIII.
Dum ad univerſas. *Ejuſdem.* 477. LXIV.
Dum juxta. *Innocentii VI.* 470. LII.
Dum juxta. *Ejuſdem.* 470. LIII.
Dum juxta. *Ejuſdem.* 471. LIV.
Dum juxta. *Ejuſdem.* 483. LXXVI.
Dum præcelſa. *Clementis VI.* 429. CXVI.
Dum præcelſa. *Urbani V.* 489. IV.
Dum præcelſa. *Gregorii XI.* 530. XI.
Ea quæ dubietatis. *Clementis VI.* 419. CIII.
Eccleſiarum, & aliorum. *Innocentii VI.* 472. LVI.
Eccleſiarum, & aliorum. *Urbani V.* 500. XIX.
Eccleſiarum fabricis. *Ejuſdem.* 509. XXXV.
Eccleſiarum fabricis. *Gregorii XI.* 528. VII.
Eccleſiarum fabricis. *Ejuſdem.* 531. XIII.
Eccleſiarum Monaſteriorum. *Urbani V.* 518. XLVIII.
Eccleſiarum omnium. *Clementis VI.* 387. LX.
Eccleſiarum omnium. *Ejuſdem.* 390. LXIV.
Eccleſiarum omnium. *Ejuſdem.* 426. CXII.
Etſi cunctis. *Innocentii VI.* 433. III.
Etſi ex injuncto. *Clementis VI.* 396. LXXIV.
Etſi quælibet. *Gregorii XI.* 546. XXXII.
Etſi quibuslibet. *Ejuſdem.* 591. CII.
Ex dono. *Clementis VI.* 344. III.
Ex dono. *Ejuſdem.* 350. X.
Ex dono. *Ejuſdem.* 353. XIV.
Executores dati. *Innocentii VI.* 467. XLVII.

Ex fideli. *Urbani V.* 522. LIV.
Exhibita nobis. *Clementis VI.* 393. LXVIII.
Exhibita nobis. *Innocentii VI.* 450. XXIX.
Exhibita nobis. *Urbani V.* 513. XLIIII.
Exhibita nobis. *Ejuſdem.* 515. XLV.
Exhibita nobis. *Gregorii XI.* 525. III.
Exhibita nobis. *Ejuſdem.* 533. XVIII.
Exhibita nobis. *Ejuſdem.* 577. LXXXIII.
Exhibita nobis. *Ejuſdem.* 578. LXXXIV.
Exhibita nobis. *Ejuſdem.* 579. LXXXV.
Exhibita nobis. *Ejuſdem.* 592. CIV.
Exhibita nobis. *Ejuſdem.* 594. CV.
Exigit ſincera. *Clementis VI.* 375. XLIII.
Exigit tuæ. *Innocentii VI.* 454. XXXV.
Exigit veſtræ. *Ejuſdem.* 438. X.
Exigit veſtræ. *Ejuſdem.* 441. XV.
Exigit veſtræ. *Urbani V.* 508. XXXIII.
Eximiæ devotionis. *Clementis VI.* 348. VII.
Eximiæ devotionis. *Urbani V.* 496. XIII.
Eximiæ tuæ. *Clementis VI.* 365. XXIX.
Eximiæ tuæ. *Ejuſdem.* 366. XXX.
Expoſcit tuæ. *Gregorii XI.* 527. V.
Expoſcit veſtræ. *Clementis VI.* 404. LXXXVI.
Expoſcit veſtræ. *Ejuſdem.* 428. CXV.
Honeſtis petitionibus. *Ejuſdem.* 399. LXXVII.
Honeſtis ſupplicum. *Innocentii VI.* 446. XXI.
Honeſtis ſupplicum. *Ejuſdem.* 466. XLVI.
Iis per quæ. *Urbani V.* 119. XLIX.
Iis quæ. *Innocentii VI.* 460. XLII.
Iis quæ. *Ejuſdem.* 478. LXVI.
Iis quæ. *Urbani V.* 493. IX.
Is quæ. *Ejuſdem.* 502. XXIII.
Iis quæ. *Gregorii XI.* 526. IV.
Iis quæ. *Ejuſdem.* 547. XXXIII.
Iis quæ. *Ejuſdem.* 585. XCIV.
Illa ſolidæ. *Urbani V.* 521. LIII.
Illa tibi. *Innocentii VI.* 457. XXXVIII.
In caritatis. *Urbani V.* 523. LVI.
In Eccleſiæ. *Ejuſdem.* 513. XLII.
In eminenti. *Clementis VI.* 369. XXXIV.
In eminenti. *Ejuſdem.* 374. XLI.
Ingens devotionis. *Innocentii VI.* 453. XXXII.
In iis. *Clementis VI.* 349. VIII.
In iis. *Ejuſdem.* 363. XXVI.
In iis. *Urbani V.* 494. X.
In ſupremæ. *Clementis VI.* 407. XC.
Intenta ſalutis. *Urbani V.* 514. XLIV.
Inter cetera. *Ejuſdem.* 375. XLII.
Inter cetera. *Ejuſdem.* 380. XLIX.
Inter cetera. *Ejuſdem.* 391. LXV.
Inter cetera. *Ejuſdem.* 405. LXXXVIII.
Inter cetera. *Ejuſdem.* 424. CIX.
Inter cetera. *Innocentii VI.* 465. XLIV.
Inter cetera. *Ejuſdem.* 474. LIX.
Inter ceteras. *Urbani V.* 496. XIV.

Inter ceteros. *Clementis VI.* 429. CXVII.
Inter ceteros. *Gregori XI.* 563. LXII.
Inter ceteros. *Ejuſdem.* 548. XXXV.
Inter ceteros. *Ejuſdem.* 555. XLVI.
Inter cunctos. *Ejuſdem.* 571. LXXIV.
Inter curas multiplices. *Clementis VI.* 388. LXI.
Inter ea. *Clementis VI.* 371. XXXVII.
Inter Eccleſiaſticos. *Urbani V.* 499. XVIII.
Inter Eccleſiaſticos. *Gregorii XI.* 524. II.
Inter Eccleſiaſticos. *Ejuſdem.* 529. IX.
Inter Eccleſiaſticos. *Ejuſdem.* 567. LXIX.
Inter ſollicitudines. *Clementis VI.* 404. LXXXVII.
Inter ſollicitudines. *Philippi Cardinalis Protectoris.* 597.
Juſtis petentium. *Urbani V.* 507. XXXI.
Juſtis petentium. *Ejuſdem.* 520. LI.
Juſtis petentium. *Gregorii XI.* 549. XXXVI.
Juſtis petentium. *Ejuſdem.* 577. LXXXII.
Juxta paſtoralis. *Ejuſdem.* 573. LXXVIII.
Laudabilis ſacræ. *Clementis VI.* 360. XXIII.
Laudabilis veſtra. *Ejuſdem.* 383. LIV.
Letamur in Domino. *Gregorii XI.* 554. XLIV.
Licet continuata. *Clementis VI.* 344. II.
Licet continuata. *Ejuſdem.* 368. XXXIII.
Licet hoſpitalis. *Gregorii XI.* 528. VIII.
Licet is. *Innocentii VI.* 484. LXXVIII.
Licet is. *Gregorii XI.* 556. L.
Licet is. *Ejuſdem.* 565. LXV.
Licet is. *Ejuſdem.* 566. LXVII.
Licet is. *Ejuſdem.* 569. LXXII.
Licet is. *Ejuſdem.* 576. LXXX.
Licet vobis. *Innocentii VI.* 466. XLV.
Merita veſtræ. *Gregorii XI.* 588. XCVIII.
Meruit veſtræ. *Innocentii VI.* 442. XVI.
Militanti Eccleſiæ. *Clementis VI.* 356. XVIII.
Militanti Eccleſiæ. *Innocentii VI.* 443. XVIII.
Militanti Eccleſiæ. *Ejuſdem.* 445. XIX.
Militanti Eccleſiæ. *Ejuſdem.* 445. XX.
Militanti Eccleſiæ. *Ejuſdem.* 447. XXIII.
Nuper pro parte. *Clementis VI.* 423. CVIII.
Nuper pro parte. *Urbani VI.* 505. XXVII.
Ob devotionem. *Clementis VI.* 356. XVII.
Oblatæ nobis. *Gregorii XI.* 592. CIII.
Officii noſtri. *Clementis VI.* 381. LI.
Paſtoralis officii. *Ejuſdem.* 389. LXII.
Paſtoralis officii. *Ejuſdem.* 389. LXIII.
Paſtoralis officii. *Ejuſdem.* 402. LXXXIII.
Paſtoralis officii. *Ejuſdem.* 406. LXXXIX.
Paſtoralis officii. *Ejuſdem.* 408. XCI.
Paſtoralis officii. *Ejuſdem.* 415. C.
Paſtoralis officii. *Ejuſdem.* 416. CI.
Paſtoralis officii. *Ejuſdem.* 421. CV.
Paſtoralis officii. *Innocentii VI.* 435. V.
Paſtoralis officii. *Ejuſdem.* 448. XXIV.
Paſtoralis officii. *Ejuſdem.* 566. LXVIII.
Paſtoralis officii. *Gregorii XI.* 587. XCVII.

Per officiales. *Urbani V.* 509. XXXVII.
Petitio pro parte. *Clementis VI.* 425. CXI.
Petitio pro parte. *Innocentii VI.* 472. LVII.
Petitionibus veſtris. *Ejuſdem.* 469. L.
Pia deſideria. *Urbani V.* 495. XI.
Pia vota. *Clementis VI.* 352. XIII.
Pia vota. *Innocentii VI.* 451. XXX.
Pietas exigit. *Gregorii XI.* 527. VI.
Piis devotorum. *Ejuſdem.* 572. LXXVI.
Piis devotorum. *Urbani V.* 501. XXI.
Piis & honeſtis. *Innocentii VI.* 482. LXXIV.
Piis fidelium. *Ejuſdem.* 464. XLIII.
Piis fidelium. *Ejuſdem.* 467. XLVIII.
Piis fidelium. *Ejuſdem.* 475. LXI.
Piis fidelium. *Ejuſdem.* 477. LXV.
Piis fidelium. *Ejuſdem.* 479. LXVIII.
Piis votis. *Urbani V.* 504. XXVI.
Piis votis. *Ejuſdem.* 505. XXVIII.
Pro parte. *Clementis VI.* 348. VI.
Pro parte. *Gregorii XI.* 557. LI.
Proviſionis noſtræ. *Innocentii VI.* 457. XXXIX.
Prudentia Regis. *Clementis VI.* 367. XXXII.
Prudentia Regis. *Ejuſdem.* 385, LVI.
Prudentum Virginum, *Innocentii VI.* 432. II.
Quam ſit onuſta. *Clementis VI.* 343. I.
Quam ſit onuſta. *Ejuſdem.* 357. XIX.
Quam ſit onuſta. *Ejuſdem.* 366. XXXI.
Quam ſit onuſta. *Ejuſdem.* 392. LXVII.
Quam ſit onuſta. *Ejuſdem.* 393. LXIX.
Quam ſit onuſta. *Ejuſdem.* 394. LXX.
Quam ſit onuſta. *Ejuſdem.* 430. CXVIII.
Quæ & quanta. *Ejuſdem.* 411. XCIV.
Querelam dilecti. *Urbani V.* 497. XVI.
Quia præſentis. *Innocentii VI.* 473. LVIII.
Quia præſentis. *Urbani V.* 509. XXXVI.
Quia præſentis. *Ejuſdem.* 510. XXXVIII.
Rationi congruit. *Urbani V.* 486. I.
Rationi congruit. *Ejuſdem.* 487. II.
Rationi congruit. *Ejuſdem.* 490. VI.
Regimini univerſalis. *Clementis VI.* 373. XL.
Regimini univerſalis. *Ejuſdem.* 391. LXVI.
Regimini univerſalis. *Ejuſdem.* 410. XCIII.
Regimini univerſalis. *Ejuſdem.* 414. XCIX.
Regimini univerſalis. *Urbani V.* 517. XLVII.
Regularem obſervantiam. *Ejuſdem.* 488. III.
Relatione didicimus. *Ejuſdem.* 582. XC.
Relatum eſt nobis. *Gregorii XI.* 556. XLVIII.
Religionis veſtræ. *Innocentii VI.* 436. VII.
Religionis veſtræ. *Ejuſdem.* 450. XXVIII.
Religionis veſtræ. *Urbani V.* 508. XXXIV.
Religionis veſtræ. *Ejuſdem.* 519. L.
Religionis zelus. *Innocentii VI.* 453. XXXIII.
Religionis zelus. *Urbani V.* 500. XX.
Religionis zelus. *Ejuſdem.* 503. XXIV.
Religioſam vitam. *Clementis VI.* 361. XXV.

Romani Pontificis. *Ejuſdem*. 345. IV.
Romani Pontificis. *Ejuſdem*. 351. XI.
Romani Pontificis. *Ejuſdem*. 384. LV.
Romani Pontificis. *Ejuſdem*. 386. LVII.
Romani Pontificis. *Ejuſdem*. 397. LXXV.
Romani Pontificis. *Ejuſdem*. 398. LXXVI.
Romani Pontificis. *Ejuſdem*. 409. XCII.
Romani Pontificis. *Gregorii XI.* 579. LXXXVI.
Romani Pontificis. *Ejuſdem*. 580. LXXXVII.
Sacer Ordo. *Clementis VI.* 358. XX.
Sacra Religio. *Ejuſdem*. 401. LXXXI.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 360. XXIV.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 399. LXXVIII.
Sacræ Religionis. *Urbani V.* 468. XLIX.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 479. LXVII.
Sacræ Religionis. *Gregorii XI.* 568. LXX.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 540. XXVIII.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 550. XXXVIII.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 552. XLII.
Sacræ veſtræ Religionis. *Clementis VI.* 401. LXXXII.
Sacræ veſtræ Religionis. *Urbani V.* 439. XII.
Sacræ veſtræ Religionis. *Ejuſdem*. 441. XIV.
Sacræ veſtræ Religionis. *Ejuſdem*. 448. XXV.
Sacræ veſtræ Religionis. *Ejuſdem*. 471. LV.
Sacræ veſtræ Religionis. *Ejuſdem*. 474. LX.
Sacræ veſtræ Religionis. *Ejuſdem*. 476. LXII.
Sacræ veſtræ Religionis. *Ejuſdem*. 483. LXXV.
Sacræ veſtræ Religionis. *Urbani V.* 490. V.
Sacræ veſtræ Religionis. *Ejuſdem*. 498. XVII.
Sacræ veſtræ Religionis. *Ejuſdem*. 506. XXIX.
Sacræ veſtræ Religionis. *Gregorii XI.* 534. XIX.
Sacræ veſtræ Religionis. *Ejuſdem*. 538. XXV.
Sacræ veſtræ Religionis. *Ejuſdem*. 538. XXVI.
Sacræ veſtræ Religionis. *Ejuſdem*. 539. XXVII.
Sacræ veſtræ Religionis. *Ejuſdem*. 547. XXXIV.
Sacræ veſtræ Religionis. *Ejuſdem*. 551. XXXIX.
Sacræ veſtræ Religionis. *Ejuſdem*. 551. XL.
Sacræ veſtræ Religionis. *Ejuſdem*. 552. XLI.
Sacræ veſtræ Religionis. *Ejuſdem*. 581. LXXXVIII.
Sacræ veſtræ Religionis. *Ejuſdem*. 581. LXXXIX.
Sacris cavetur. *Urbani V.* 438. XI.
Sacris cavetur. *Ejuſdem*. 442. XVII.
Sacroſancta Romana. *Ejuſdem*. 511. XXXIX.
Sancta veſtra Religio. *Innocentii VI.* 435. VI.
Scire vos facimus. *Joannæ Reginæ Neap.* 596.
Sinceræ devotionis. *Urbani V.* 507. XXX.
Sinceræ devotionis. *Gregorii XI.* 532. XV.
Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 595. CVI.
Sicut debetur. *Clementis VI.* 387. LIX.
Sicut debetur. *Ejuſdem*. 425. CX.
Sicut debetur. *Ejuſdem*. 427. CXIII.
Sicut debetur. *Urbani V.* 585. XCV.
Sollicitæ conſiderationis. *Innocentii VI.* 480. LXIX.
Specialis benevolentiæ. *Urbani V.* 516. XLVI.
Sperantes in Domino. *Clementis VI.* 412. XCV.

Splen-

Splendor paternæ. *Ejuſdem*. 380. L.
Splendor paternæ. *Ejuſdem*. 394. LXXI.
Splendor paternæ. *Ejuſdem*. 422. CVI.
Splendor paternæ. *Innocentii VI.* 482. LXXIII.
Splendor paternæ. *Urbani V.* 497. XV.
Splendor paternæ. *Gregorii XI.* 524. I.
Splendor paternæ. *Ejuſdem*. 532. XIV.
Splendor paternæ. *Ejuſdem*. 536. XXII.
Splendor paternæ. *Ejuſdem* 564. LXIII.
Splendor paternæ. *Ejuſdem*. 565. LXVI.
Splendor paternæ. *Ejuſdem*. 569. LXXI.
Splendor paternæ. *Ejuſdem*. 573. LXXVII.
Summi diſpoſitione. *Clementis VI.* 403. LXXXIV.
Summi diſpoſitione. *Ejuſdem*. 403. LXXXIV.
Summi diſpoſitione. *Ejuſdem*. 414. XCVIII.
Summi diſpoſitione. *Ejuſdem*. 418. CII.
Summi diſpoſitione. *Innocentii VI.* 431. I.
Summi diſpoſitione. *Ejuſdem*. 434. IV.
Summi diſpoſitione. *Ejuſdem*. 436. VIII.
Superni diſpoſitione. *Clementis VI.* 372. XXXVIII.
Suſcepti cura. *Ejuſdem*. 395. LXXII.
Tenor quarumdam. *Gregorii XI.* 542. XXXI.
Tenor cujuſdam. *Innocentii VI.* 484. LXXVII.
Tenorem quarumdam. *Clementis VI.* 359. XXII.
Tenorem quarumdam. *Innocentii VI.* 480. LXX.
Tenorem quarumdam. *Ejuſdem*. 481. LXXI.
Tenorem quarumdam. *Ejuſdem*. 481. LXXII.
Tuæ nobilitatis. *Urbani V.* 501. XXII.
Venientem nuper. *Clementis VI.* 379. XLVII.
Veſtræ devotionis. *Innocentii VI.* 485. LXXIX.
Veſtræ devotionis. *Urbani V.* 511. XL.
Veſtræ devotionis. *Ejuſdem*. 512. XLI.
Viri ſacræ lectionis. *Innocentii VI.* 476. LXIII.
Viri ſacræ lectionis. *Urbani V.* 492. VII.
Viri ſacræ lectionis. *Ejuſdem*. 495. XII.
Viri ſacræ lectionis. *Gregorii XI.* 590. CI.
Virtutibus clarens. *Innocentii VI.* 459. XL.
Virtutibus clarens. *Ejuſdem*. 459. XLI.
Virtutibus clarens. *Urbani V.* 493. VIII.
Virtutibus clarens. *Gregorii XI.* 533. XVII.
Votis tuis. *Innocentii VI.* 469. LI.
Zelus amoris. *Clementis VI.* 350. IX.

FINIS TOMI OCTAVI.

Menda, quæ in hujus Octavi Tomi editione irrepſerunt, benevole Lector, ita corriges.

Pag. 52.	§. III.	*lin.* 7.	miuus	minus
86.	§. IV.	*lin.* 1.	ad hue	ad hunc
272.	§. III.	*lin.* 11.	peſuaderent	perſuaderent
310.	§. X.	*lin.* 15.	incereatis	increcatis
138.	§. XXIII.	*lin.* 8.	Nicolo	Nicolao

A01 1471233